R. 5 997

R. P. D.

# LVD. GOMES

EPISCOPI SARNEN. SACRI Palatij Apoſtolici Auditoris, utriuſq; Signaturæ Referẽdarij, ſacræq; Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Regentis, Cõmentaria in

REGVLAS Cancellariæ Iudiciales, quæ uſu quotidiano in Curia & Foro ſæpe uerſantur. Quæ, præter cætera, non iniucundum Vtriuſq; Signaturæ Compendium, ac quingẽtas ferè nouiſsimas Rotæ deciſiones ſub hoc ſigno * continent.

OPVS quidem, propter immenſam rerum diuerſarum cognitionem maximè neceſſariũ, ob illius diligentiam, quam adhibuit legendis Doctorib. in vſum & vtilitatẽ omnium Curiarum & Parlamentorum regni Franciæ. INDICE etiam Alphabetico, ac marginalibus annotatiunculis copioſiſsimè ornatum, ac ſumma diligentia caſtigatum.




LVGDVNI,

SVB SCVTO COLONIENSI.

1545

Del Colegio dela Comp.a de JHS de Granada

R. 5397

R. P. D.

# LVD. GOMES

EPISCOPI SARNEN. SACRI Palatij Apoſtolici Auditoris, utriuſq; Signaturæ Referẽdarij, ſacræq; Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Regentis, Cõmentaria in

REGVLAS Cancellariæ Iudiciales, quæ uſu quotidiano in Curia & Foro ſæpe uerſantur. Quæ, præter cætera, non iniucundum Vtriuſq; Signaturæ Compendium, ac quingẽtas ferè nouiſsimas Rotæ deciſiones ſub hoc ſigno * continent.

OPVS quidem, propter immenſam rerum diuerſarum cognitionem maximè neceſſariũ, ob illius diligentiam, quam adhibuit legendis Doctorib. in vſum & vtilitatẽ omnium Curiarum & Parlamentorum regni Franciæ. INDICE etiam Alphabetico, ac marginalibus annotatiunculis copioſiſsimè ornatum, ac ſumma diligentia caſtigatum.




LVGDVNI,

SVB SCVTO COLONIENSI.

1545

Del collegio dela comp.a de Jhs de Granada

## REGVLAE CANCELLARIAE IVDICIALES, ET QVAEDAM ALIA, QVAE HOC OPERE CONTINENTVR.

Procœmium regularum, quod ſex quæſtionibus diſtribuitur, plura notanda de origine regularũ Cancellariæ, & de ipſius Vicecancellarij officio continet, pleraq; etiã de antiquo aliorum officiorum curiæ ſtatu, & dignitate diſſerit, intellectu iucunda. pag. 1

Regula de iure quæſito non tollendo, per uiginti & tres quæſtiones diſtinguitur. 54

Regula de infirmis reſignantibus, quæ quadraginta & unam quæſtiones cõtinet, non ſolum infirmitatẽ ipſam per nonaginta priuilegia diſtinguit per uiam epilogi, ſed etiam ſenectutis incommoda ſuccinctè complectitur. 134

Regula de idiomate, quæ in quindecim quæſtiones diuiditur, plura noua, nec alibi collecta de idiomatum effectu, & induſtria continet. 230

Regula de impetrantibus beneficia uiuentium ſeptẽ quæſtiones continet. 266

Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum, ſexdecim habet quæſtiones, quibus annectitur elegans utriuſque ſignaturæ compendium, in quo multa de effectu uerborum, quibus Papa ſupplicationes ſignat: plura etiam de poteſtate præſidentium ſignaturæ, & de quibuſdam priuilegijs Cardinalium in foro iudiciali, ac poteſtate Vicecãcellarij, officioq; Referendariorum, deq; commiſſionibus & pertinentibus ad eas ſecundum ſtylum curiæ enarran-

*tur.* 275

*Regula de ſubrogandis collitigantibus, decem & nouem quæſtiones continet.* 353

*Regula de ueriſimili notitia obitus, octo quæſtiones complectitur.* 390

*Regula de impetrantibus beneficia uacantia per obitum familiarium Cardinalium, in triginta quæſtiones diuiditur.* 405

*Regula de annali poſſeßore, octoginta quatuor quæſtiones continet.* 476

*Regula de triennali poſſeßore ſexaginta tres quæſtiones habet, cui adiungitur epilogus perquàm breuis, ſed ualde utilis, in quo ducenti & quatuordecim negligentiæ caſus, qui negligentibus nocent, & alij uiginti, in quibus negligentia non nocet, deſcribuntur.* 670

*Regula de ualore exprimendo in duodecim quæſtionibus diuiditur, in qua monetarum huius tẽporis origines ab alijs ferè in totum prætermiſſæ, ac earum ualores deſcribuntur.* 915

*Regula de publicandis reſignationibus, uiginti & unam quæſtiones continet.* 938

*Regula, quòd commißioni poſt cõcluſionem non ſtetur, niſi derogetur concluſioni, perbreuis eſt, finemq́; huic operi imponit.* 1003

PAVLO TERTIO PONTIFI-
*ci Maximo, eidemq́; Optimo, Ludo-
uicus Gomes Epiſcopus
Sarnen. Felici-
tatem.*

AB EO ipſo die, quo me ſtudiorum ardentior cura inceſsit, Beatiſsime Pater, nihil magis præ me tuli, neque ingenuo, ac ſtudioſo viro dignius exiſtimaui, quàm otij ſui, & ſtudiorũ rationem optimis Principibus, ſapientibusq́; viris reddere. Hoc Ariſtoteles Alexandro, vterque Plinius Tito, & Traiano, ac plerique veterum, magno, & excellenti viri ingenio, maioribus ſuis præſtiterunt. Gymnoſophiſtæ quoque, Indiæ ſapientes, tantopere otium deteſtabãtur, vt non modò ipſi temporis rationẽ reddere, ſed ab alijs accipere conſueuerint: qui priuſquam edulia menſis apponerentur, adoleſcentes ex diuerſis officijs conuenientes interrogare ſoliti erant, quid boni à lucis ortu, tunc vſque, didiciſſent, quiq́; nihil habebat reſpondẽdum, impranſus foras extrudebatur: pro certo habentes id quod erat, ſicut virtutis laborem, ita ſceleris otium eſſe miniſtrum. Nihilq́; agendo homines (quod Cato dictitabat) ad malè agendum inſtrui. Quibus ego exẽplis admonitus, cùm Patauij, ſtudiorum cauſa agens, aliquid fortè profeciſſem, Illud in primis laborioſum opus, Marino Georgio Veneto, clariſsimo vndecunque viro, cuius opera non mediocrem Patauij locũ fueram conſecutus, dicandum duxi, & ibi nonnulla conſcripſi, quorum aliqua, proximis diebus, ſub auſpicio Sacratiſsimi nominis tui, in lucem prodiere. Nunc verò ſupereſt, Beatiſsime Pater, vt eius quoque temporis, quo iam per Vndecim annos in tuo Rotæ Auditorio, veluti Diogenes, doliũ volui, computum tibi, & rationem reddam. Quod quidem, vt maturius à me fieret, quæ nuper ſum pollicitus, hæc qualiacunque Commentaria Regularum Cancellariæ Apoſtolicæ, quibus orbis Chriſtianus magna ex parte regitur, iure

tibi illarum conditori dedico, atque offero. Qui vnus omnium Romanorum Pontificum etiã maieſtatem Sedis Apoſtolicæ iamiam collabentẽ optimis inſtitutis, atque ornamentis illuſtratam honoraſti. Continent ſiquidem earundẽ interpretationem varia rerum cognitione conſperſam, & naſcentis Eccleſiæ, ac Cancellariæ primordia, incrementa, varietatem, & noſtra vſque ad tempora progreſſum. Continent ſupra Quingentas Reipublicæ perquàm vtiles, ac nouas Rotæ Deciſiones, meo tempore collectas, per quas cauſarum patroni, cæteriq; cauſidici inſtruũtur, eccleſiaſtici ordinis iudices, quid agere debeant, admonentur, & tanquam adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Chriſtianæ Reipublicæ ſtatus roboratur. Quibus non iniucundũ Vtriuſque Signaturæ Compendium formulam, antiquæ, & nouæ curiæ demonſtrans, annexum eſt. Quo in opere quantũ elaborauerim, quantum induſtriæ, ac ſtudij adhibuerim, aliorum ſit iudicium. Et ſi homini vehemẽter occupato aliquid fortè per incuriam exciderit, facile condonabis: difficile quippe fuit Ioui Imperij, ac gubernationis Domino, & Mercurio literarum principi pariter inſeruire. Nam Lunã, cæteroſq; cœleſtes nunquam ab ędibus Mercurij ſeparatiores eſſe ferunt, quàm vbi Iouis ſedes ingrediuntur. Hæc igitur pro tua humanitate, Paule optime, ſuſcipe, & Sarnẽſem tuum (cui nihil magis cordi eſt, quàm, vt tibi bonorum omnium parẽti ſtudij ſui fructus rependat) refoue. Qui ſi ingenij tui celſitudini minimè reſponderit, dabis veniam. Nam, vt es erga impios iuſtiſsimus Iudex, ita eſſe ſoles erga tui ſtudioſos indulgentiſſimus Pater.

Vale.

# INDEX EORVM OMNIVM, QVAE HOC OPERE CONTINENTVR ORDINE ALPHABETI.


ADICTIO de ſui natura ſeparationem denotat. 226
Abbatiæ in generali conceſsione, & ad reſeruata, & deuoluta, an comprehendantur. 181
Abbatiſſa in adminiſtratione abbati æquiparatur. 154
Abbreuiatio periculoſa euitãda eſt. 561
Abbreuiatio nominis impetrantis magis tolerabilis videtur, quàm rei. ibidem
Abſens infra duas dictas cẽſetur eſſe in curia, & habetur pro præſente. 459
Abſens reputatur pro mortuo. 463
Abſentia modici temporis multum de priuilegijs demit. ibidem
Abſolutio à iuramẽto, ad affectum agendi & excipiendi pro illo, qui fuerat enormiſsimè læſus, parte tamen citata, an tollat ius quæſitum. 121
Acceptare pluries, an qs poſsit. 194
Acceptatio non eſt actus temporalis quando efficaciter fit. 88
Acceſſorium annullato principali corruit. 210
Accidentia multum conferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt. 17
Acta per extinctionem litis annullantur. 101
Acta omnia retroſacta per iudicem quando oppoſitum eſt de regula, nullius ſunt momenti. 365
Acta omnia iudicij ob non ſeruatam formam corruunt. 665
Actio omnis Chriſti debet eſſe noſtra inſtructio. 140
Actio non naſcitur ex prima ſentẽtia, ſed ex ſecunda. 346
Actio competens ſpoliato eſt perſonalis, & non tranſit in ſubrogatũ, qui nec leſus, nec ſpoliatus fuit. 724
Actionem, qui habet, vtiq; rem habere videtur. 1001
Actiones quæ dant ius proſequendi, per triginta annos durant. 583
Actionẽ iudicati recidi poſſe, quia lata ſententia res litigioſa non dicitur, quomodo intelligi debeat. 586
Actiones perſonales, quę aliàs non ſunt trãſitoriæ, ſi fuerit ſuper illis lis inducta, tranſeunt ad ſucceſſores. 746
Actor producens bullam ſuam poſt terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, an in dubio præſumetur expedita ante terminum. 334. Et quomodo actor literas ante terminũ expe-

dire poſsit. ibidem

Actor reum poſſeſſorem per replicationem datam cõtra titulum triẽnalis poſſeſſoris moleſtare dicitur. 764

Actor agens contra triennalẽ poſſeſ. nunquid ex triennio deducere poſsit tempus impedimenti bellorum, infra quod non potuit poſſeſſorem triennalem ad iudicium euocari facere. 894

Actus extinctiuus eodem modo iudicatur, atque inductiuus. 101

Actus quando ſe poteſt habere ad fauorem, & odium, fauorabilis iudicatur. 188

Actu principali annullato, annullantur omnes clauſulæ contentæ in eo. 219

Actus actiuorum debent cadere in ſubiecto bene diſpoſito. 241

Actus in dubio, an pereat, an verò valeat. 303

Actus in dubio præſumi debet expeditus legitimo tempore ad effugiendam contumaciam. 332

Actus vt valeat multa cõtra ſtrictã interpretationem iuris recepta ſunt. 335

Actum nihil dicitur cùm aliquid ſupereſt ad agendum. 378

Actus quis præcedere dicitur quando ſumus in dubio. 403

Actus naturalis non accidẽtalis attendi debet. 412

Actũ facere, vel faciẽti cõſentire paria eſſe quomodo procedat. 431

Actus iudicialis nullus cõcernens ius ipſius beneficij nõ interrumpit pacificam poſſeſsionẽ ſi facti moleſtia non interueniat. 538

Actus agentium non operantur vltra intentionem agẽtis. 590. & in xiiij. q. regul. de publi. reſig. 991

Actus nullus quãdo operari poteſt. 594

Actus confirmatus in generali reuocatione non venit. 660

Actus reciproci, videlicet, facio, vt facias, vel do, vt facias, ſimoniam inducunt. 732

Actus duo quando reperiũtur facti eodem tempore in dubio vter illorũ præſumetur factus prius. 332

Actus qñ reputatur perpetuus. 968

Aduerſarij nomen vnde denominationem capiat. 381

Aduerſarius quis dici poteſt, etiam poſt ſententiam quæ tranſiuit in in rem iudicatam, non tamen collitigans. 383

Aedere de nouo aliud eſt, aliud vero antiquo iuri inniti. 744

Aegritudines peracutæ, licet non tranſeant quartum diem, peſtilentia tamen diuagari poteſt per xl. dies. 161

Aegritudines peracutæ, licet hominem in xiiij. die extinguãt, hoc tamen de iure non procedit. 162

Aequitas nemini inferens præiudicium, ita militat in gratijs impetratis lite pendẽte, quàm ante vel poſt litem. 74

Aequiuocatio nominis impetrantis non vitiat reſcriptum. 562

Afficere magis videntur ea, quæ ſpecialiter diſponuntur, quàm ea quæ generali decreto ſunt dicta. 870

Affectum ſemel ſemper manet affectum. 634

Agere non poteſt ille contra quem ſententia in rem iudicatam tranſacta lata fuit. 857

Albinus à Catone, & Albutius prętor à Sceuola reprehẽſi, quia proprio idiomate non vtebantur. 235

Alchmenis Athenienſis, & Agoratici de ſigno Veneris faciendo certamen, & victoria. 235

Alexãdro Regi, ideò milites aduerſabantur, quia peregrino habitu, & loquela vti voluit. 237

Alexander imperator quare dignitates, & magiſtratus vendere abhorruit. 734

Alia dictio, terminũ generis ad expreſſa reſtringit. 680

Allegare eos qui plura ſcripſerunt, ſufficit. 555

Allegatio Lapi lxxxix. in quibus locum habeat. 759

Altare, capella, & oratorium, appellatione beneficij quando veniant. 200

Altari qui ſeruit, debet de altare viuere. 439

Ambitio repellit à beneficio. 393

Ambitioſus non adeò præſumitur quis, vt in tempore non veriſimili impetret. 395

Animarum ſalutem concernẽtia fauorabilia dicuntur. 241

Animæ fauor, quo pacto cõſiderari debeat. 244

Animarum ſalus in quo conſiſtat. 251

Animarum de præiudicio, vbi agitur qualitas perſonæ nihil operatur. 256

Animarum diuerſitas ex diuerſitate lĩguę ſicut ex diſsimilitudine corporum inducitur. 236

Annalis poſſeſsio in quib. locis ſit fauorabilis, & in quibus non. 479

Annalis poſſeſſor, vt quis habeatur, quid probare debeat. 500

Annalis poſſeſſor renũtians alteri beneficium, & poſt renuntiationẽ in eius poſſeſsione per annum pacificè remanſit, vtrum de iſta regula contra impetrantem excipere poſsit. 617

Annalem poſſeſsionem mei aduerſarij, an liceat mihi impetranti allegare, ad excludendum ius tertij, de quo excipit contra me dictus aduerſarius meus poſſeſſor annalis, attento, quòd prius impugnaueram eius poſſeſsionẽ annalem ſub prætextu ſimoniæ. 624

Annalia, ad agẽdum eſſe perpetua, ad excipiendum quãdo non procedat. 627

Annatæ ad quid introductæ ſint. 918

Annullatio impetrationis propria pœna non videtur. 573

Annus ad ſoluendum in venditione rei datus, an à tempore cõtractus, an vero traditionis currere debeat. 641

Annus ad terminãdum cauſam per impetrantẽ cõtra poſſeſſorẽ annalem, an currat impetranti à die

impetrationis, an commiſsionis, vel citationis executæ. 642
Annus poſſeſsionis, de quo in c. ad apoſtolicam. in penul. col. de reg. de continuo, & non interpollato intelligi debet. 651
Annus poſſeſsionis, de quo loquitur regula de annali, nunquid debeat eſſe continuus, an ſufficiat eſſe interpollatus. 655
Annus integer non interpollatus, requiritur quo ad hoc vt aliquis in pœnam incidat. 656
Annus de quo in regula de annali, an currat impetranti, qui ignorabat aliquem eſſe annalem poſſeſſorem. 669
Annus à quo die currat, vbi lex non notat culpam. ibidem
Antea verbum, initium litis concernit. 668
Apoſtoli quare varijs linguis loquebantur, ita vt quilibet eos lingua ſua intelligeret. 235
Appellatio à ſententia Cardinalis, neque iuſtè, neque iniuſtè prolata non admittitur. 328
Appellari ab interloquutoria ſententia quare prohibitum eſt. 487
Appellās qui habet annum ad proſequendum appellationem ſi infra annum committat cauſam ſuper attentatis, an currat ſibi tēpus. 526
Appellati diligentia prodeſt appellanti. 636
Appellationis deſertio facit, quòd perinde ſit, ac ſi nūquàm fuiſſet appellatum. 884
Appellatio extraiudicialis quid ſit. 885
Appellatio extraiudicialis, licet deuoluat cauſam ad curiam, non tamen nocet poſſeſſori in poſſeſſione ſua. ibidem
Appellatio extraiudicialis in cauſa beneficiali ad quid interponitur. 886
Appellatio extraiudicialis habet vim veræ citationis. 887
Appellatus poteſt agere contra appellantem, & proſequi cauſam per audientiam contradictarum non obſtante deſertione ſine noua citatione. 889
Appellans quando poteſt appellationi renuntiare, & quando non. 890
Arbitri ad inſtar iudicū ſunt. 293
Archidiaconatus maiores, & præſtantiores ſunt monaſterijs. 518
Argentum purum, putum, vulgus de capella appellat. 940
Arguitur de regulis Cancellariæ ſicut de lege. 26
Argumentum de perſonis ad tēpus, vel ad res valet. 536
Argumētari ex identitate rationis in exorbitantibus licitū eſt. 830
Arrendamenta non probant dominium, neque poſſeſsionem. 948
Attētare an quis dicatur poſſeſsionem ſine præambula intimatione executorialium capiens. 367
Attentata poſt deſertionem, an poſſint reuocari per appellantem. 886
Auditor contradictarum, qui ceteros auditores præcedebat, poſt aſſumptionē Vicecancellarij in cardina

INDEX.

dinalē, ab alijs auditoribus præcedebatur. 7. Reliquum verò de auditoribus vide in verbo, Rota.
Auditorum Rotæ numerum Sixtus IIII. omniū primus ad duodecim reſtrinxit. 8
Auditorū Rotæ genera, olim duo erant, videlicet, primi gradus, & ſecundi gradus. 8
Auditorū iudex olim Camerarius erat. 9
Auditores ante Sixtum, nec recipiebantur, nec examinabātur coram Vicecancellario. ibidem
Auditores Rotæ tēpore Sixti non informabantur verbo, ſed in ſcriptis ſicut hodie. ibidem
Auditor datus ſuper cauſa appellationis & deſertionis ſi reperiat bene iudicatū, & malè appellatū, poteſt pronuntiare benè proceſſum, & malè appellatum. 889
Auditor in cauſa appellationis abſque alia noua cōmiſsione poteſt de deſertione agnoſcere. 890
Auditoribus à die præſentationis earundem datur iuriſdictio. 324
Auditor quando remittit cauſam ad Cancellariā quare dicitur eam remittere ad conſiſtorium Papæ, non autem ad vicecancellariā. 13
Auditores hodie à tēpore Clemen. VII. non ſedent in Palatio, pro tribunali, niſi bis in hebdomada, cū tamen antea ter ſedere ſolebāt. 9
Auditores eo, quòd iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo habere cēſentur, quādo poſsint procedere in cauſa. 324
Auditores habere totā Romanam curiam pro territorio quomodo procedat. 325
Auditor cauſam proponens quādo ſolet votum ſuum proferre. 713
Auditores Rotæ olim in cauſa difficili, & dubia non ſolū cardinales, ſed etiā abbreuiatores, & doct. extra curiā conſulere ſolebāt. ibid.
Auditores Baſtardi eſſe nō poſſunt. 678
Auguſta gaudet priuilegio Auguſti. 37
Auguſta ſub generali vinculo legū comprehenditur. ibid.
Auguſta licet vna caro ſit cum imperatore, nihilominus legibus imperialibus aſtringitur, quinimo ipſe idem princeps ligatur, ratione ipſius legis. 434
Auguſtus ſolus inter imperatores pane primario, ſiue ſiligineo abſtinuit, & pane vulgari vſus eſt. 444
Auri bonitas à Iulio Cæſare vſq; ad Veſpaſianum tātum durauit. 940
Aurum obrizum, quod dicatur. 941
Aurum Vngaricum pretioſius cæteris æſtimatur, quod xxiij. characteres non tranſcendit. ibidem
Auri copia maior, quàm aliorū metallorum è terra foditur. 946
BArtoli ingenium illuſtrauit procedere per contraria. 16
Bellum in dubio ſemper præſumitur iniuſtum. 489
Beneficij appellatione non comprehenditur dignitas. 44
Beneficiū non dicitur reſeruatū per ſolam electionem, etiam ſi electus moria

moriatur in curia. 67
Beneficium impetrans debet facere mētionem de gratia expectatiua. 83
Beneficialia æquiparantur vltimis voluntatibus. 84
Beneficium vacans nunquid debeatur nominato à rege ante reuocationem, an vero oratori. 132
Beneficia exempta non comprehenduntur ſub text. ſimpliciter de beneficijs loquenti. 150
Beneficiū, an dicatur vacare per obitum, aut per reſignationem ſi renuntians in actu præſtādi conſenſum, vulneratur, & moritur. 176
Beneficia commendata non conferuntur, neq; vacare dicūtur. 180
Beneficium regulare habēs in commendam cogi non poteſt religionem profiteri, ad quam titularis compelleretur. 179
Beneficium vnitum, an comprehendatur ſub regula de infirm. reſig. 184
Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium ſicut ante vnionem. ibidem.
Beneficia iuriſpatronatus ſub nominationibus regum, neq; ſub quacunque gratia, etiam ampliſsima, cadunt. 187
Beneficium ad hoc, vt dicatur vacare in curia, quid requiritur. 189
Beneficium, an vacare dicatur per obitum illius, qui ſolam ſupplicationem habebat. 194. & 473
Beneficia patrimonialia præſtimonia, & hoſpitalia, an ſint realiter, & verè beneficia. 197. & 700
Beneficium vere vacare dicitur per reſignationem factam infra viginti dies, licet fictè vacet per obitū. 211
Beneficium quando de iure vacare dicitur. 212
Beneficia ſemel reſeruata, licet ceſſet cauſa reſeruans, nihilominus durant reſeruata. 214
Beneficium quando dicitur reſeruatum. 216
Beneficium per reſignationem factā in curia dicitur ibi vacare. 219
Beneficium curatū in quo conſiſtat. 258
Beneficium curatum quando dicatur quis habere. 259
Beneficium viuentis, aliquem impetraſſe probetur, an ſufficiat ſupplicatio, quam fecit. 273
Beneficiū ſi eadem die, qua quis moritur impetratur, an præſumetur impetratum eo viuente. 274
Beneficij impenſi commemoratio immemorem, & penè ingratū animum recipientis arguit. 326
Beneficia reorum poſſeſſorum ne fiāt litigioſa ſalutare remedium. 331
Beneficiū cap. Odoardus nō datur cōdemnato per tres ſentētias. 352
Beneficium quomodo efficiatur litigioſum. 364
Beneficiū eſſe litigioſum aliud eſt, aliud verò non eſſe pacificū. 366
Beneficium, vt vacet per alicuius priuationem quid requiritur. 371
Beneficium vacans per obitū vnius ex collitigantibus vtrū poſsit ante menſem regulæ acceptari per expectantes. 388
Beneficia litigioſa acceptari poſſe, limitatur tripliciter. 389
Beneficiorum dulcedo præſtat ſtudium corrumpendi teſtes. 400
Beneficium vacās per renuntiationem familiaris Cardinalis in manibus Papæ, an comprehendatur ſub regula. 410
Beneficium per obitum familiaris vacans, nō dicitur vacare, ſed ceſſare. 416
Beneficium iuriſpatronatus laicorum poteſt per Papam liberè conferri ſine derogatione quando eſt litigioſum, & eodem modo beneficium familiaris Cardinalis. 425
Beneficia familiarium ante familiaritatem acquiſita nunquid ſint reſeruata. 466
Beneficiū, an dicatur illius, qui ius habet, an illius qui de facto poſsidet. 472
Beneficia electiua, vt ſunt monaſteria monialium communiter impetrantibus cōcedi non ſolent. 516
Beneficium electiuū, & ſi ſemel impetretur non deſinit eſſe electiuū. ibidem.
Beneficij verbum quando maiora beneficia cōprehendit, & quando non. 517
Beneficia electiua non ſolum appellatione beneficiorū, ſed etiam inferiorum dignitatum non comprehenduntur. 516
Beneficium largo modo ſumptum comprehendit curata. 534
Beneficia qualificata nunquàm cōprehenduntur ſub diſpoſitione de beneficijs ſimpliciter loquente. ibidem.
Beneficij verbum prolatum à lege etiam in materia odioſa comprehendit curata, & dignitates. 536
Beneficia eccleſiaſtica, quæ dicātur. 537
Beneficium reſeruatū detinens, nunquid exceptione regulæ de annali poſsit vti. 539
Beneficium poſsidens per annū pacificè, vt vnitū nunquid poſsit vti exceptione regulæ contra impetrantem dictum beneficiū vnitum tanquàm de per ſe, & in titulum. 539
Beneficium vacans ex perſona alterius, quàm poſſeſſoris annalis ſi impetretur, an habeat locum regula. 564
Beneficiū certo modo vacare aliud eſt, aliud verò, quòd vacare ſperetur. 577
Beneficia non debent eſſe in pendenti. 579
Beneficium non deſinit eſſe litigioſum, licet quis abſoluatur ab obſeruatione iudicij. 586
Beneficium ſine redditibus non dicitur beneficium. 598
Beneficium dicitur, quia bona facit. ibidem.
Beneficium quodlibet eccleſiaſticū eſt in potentia habendi redditus. 600
Beneficiatum tempore cōmiſsionis fuiſſe

fuiſſe canonicũ ſufficit, licet poſtea deſinat eſſe. 601
Beneficiũ cap. Odoardus, licet paupertate oppreſsis concedatur, ſecus tamen eſt in debitore penſionis. 613
Beneficia, vt eccleſiaſtica dicantur quatuor requiruntur. 682
Beneficia dupliciter cõmendantur. 967
Beneficium per commendam perpetuam vacare deſinit. 698
Beneficij nomẽ, & effectus per vnionem extinguitur, & ſupprimitur. 702
Beneficium ſemel cum vno litigioſum etiam quo ad omnes efficitur litigioſum. 774
Beneficium aliud impetrare nõ debet, qui ex vno neceſſaria habet. 923
Beneficium reſeruatũ vacans in curia, licet aliquis poſsideat, ſi poſſeſſor poſtea prouiſus à Papa fuerit, & ille deinde per trienniũ pacificè poſsideat, poterit defendi regula de triennali. 832
Beneficia reſeruata per extrauag. ad regimen. & aliàs vacantia extra duas dietas, poterunt per ordinarios poſt menſem conferri. 834
Beneficia in quibus Papa propter bonum pacis, & concordiæ de cõſenſu duorum ad reſignationem alterius penſionem conſtituit, an poſsint per aliũ præterquam per Papam occurrente vacatione conferri. ibidem.
Beneficium ſine redditibus non dicitur beneficium, ſicut corpus ſine anima non dicitur homo. 598
Beneficium plenum quãdo dicatur. 242
Beneuolentia principis magna eſt quando ſubditum ſuum agnoſcit, & nominat proprio nomine. 558
Bibliothecarius quis dicatur. 5
Bis terque pulchra. 243
Breue quid ſit. 283
Britannorum miranda conſuetudo erga vxores, ne peregrinum idioma filios ſuos docerent. 263
Bullæ Alexan. v i. effectus in præſtando conſenſum. 213
Bulla imperfecta, & vitioſa, non dicitur propriè bulla. 295
Bulla quid dicatur. 331
Bulla penſionis expedita pro illo, cui reſignauerat eidem poſſeſſori beneficium quod poſsidet, nunquid ſufficiat poſſeſſori triennali pro colorato titulo. 851
Bulla producta poſt terminum ſi nõ appareat de die expeditionis in dubio quando iudicari debeat expedita. 331
Bullæ inſtrumento publico æquiparantur. 982
CAmerarius olim erat iudex auditorum, & nõ alius, & ſolus illos excommunicare poterat. 9
Camerariatus officium, antiquius eſt Vicecancellario. 12
Cancellaria apoſtolica, & Vicecancellarius fuerunt ante Ioan. xxij. 2
Cãcellariæ præfectus quare potius Vicecancellarius, quàm Cancellarius appelletur. 12
Cancellariæ facta, in cõſiſtorio Papæ fieri præſumuntur. 700
Cancellariæ liber, vulgò practica, ſeu ſtylus appellatus, ex quibus ſit excerptus. 249
Cancellariæ ſtylus facit ius, & tollit dubietatem facti. 415
Cancellaria non ſolet dare bullas litigatorias. 761
Canonicatus in eccleſia non numerata non dicitur vacare, ſed deſinere. 471
Capacitas tribus temporibus requiritur in teſtamento. 176
Capitula facta in conclaui per nouum Pontificem iurata, an ligent ipſum Pontificem. 456
Capitulum eſt perſona repræſentata, in quo nec gradus, aut nobilitas ſubſiſtere poteſt. 519
Capitulum Odoardus quando non competit in tract. ſig. reg. lxxxviij. 613
Cardinalibus ſolis olim poteſtas eligendi ſummos Pontifices nõ concedebatur. 11
Cardinales impetrantes non vtuntur narratiua reſcripti per viã, ſua nobis, vel ſignificauit, vel cõqueſtus eſt nobis, prout alij faciũt, ſed diuerſo modo. 33
Cardinales filij primi gradus appellantur. 35
Cardinales in diademate principis ſcripti, & vnum corpus cum Papa facere dicuntur. ibidem.
Cardinales patritij appellãtur. ibi.
Cardinales patres ſpirituales, columnæ eccleſiæ, & Papæ cõſiliarij dicuntur. 36. & 37
Cardinales ſunt immunes à taxis officialium. ibid. & 917
Cardinales in conſtitutione fauorabili, & priuilegiata includũtur. ibidem.
Cardinales ſub regulis Cãcellariæ non comprehenduntur. 53
Cardinales in generali diſpoſitione cõcernente bonum publicũ, vel animæ vtilitatem, aut periculum comprehenduntur. 148
Cardinales quare debent de omni natione eligi. 233
Cardinales de Alemania aſſumere eccleſia non conſueuit. ibid.
Cardinales, an ſub illo verbo perſonæ, vel etiam ex mente regulæ de idiom. comprehendantur. 243
Cardinales non coguntur eccleſijs parochialibus per ſeipſos deſeruire. 245
Cardinales nunquam ſub regulis Cancellariæ cẽſentur includi, nec in quacunque pœnali diſpoſitione comprehenduntur. 246
Cardinales impetrãtes nũquid comprehẽdat regula de impetr. beneficia viuent. 274
Cardinales ſanctiores alijs eſſe debent. ibid.
Cardinalis habens ſignaturam non poteſt vtroque modo ſimul eadem ſignatura ſignare, videlicet, cõceſſum vt petitur, & in forma. 310
Cardinales quare cæteris alijs præferuntur. 322
Cardinalis etiã ſimplex in curia reſidẽs præfertur in honoribus Cardinali



INDEX.

dinali legato. ibidem.
Cardinali quādo cauſa committitur, quare in cōmiſsione nō apponitur illa clauſula, videlicet, iuſtitiam faciat. 326
Cardinali quando cōmittitur cauſa, poteſt ſine ſpeciali mandato Papæ obſeruationes terminorū auditori ſuo committere, ſecus eſt autem in alijs prælatis. 328
Cardinali ſi cauſa cōmittatur, quæ prius fuerat cōmiſſa alij auditori, licet ille non inhibeatur, auditor non poteſt amplius procedere in cauſa. ibidem.
Cardinali ſemel cauſa commiſſa, licet ille deſinat eſſe iudex, non tamen cōmittitur vlterius inferiori à Cardinale ſine ſpeciali mandato Papæ. ibidem.
Cardinalis non inhibet alteri Cardinali. ibidem.
Cardinales, quòd à pluribus aſſocientur conueniens eſt. 417
Cardinales fauorabili priuilegiorū interpretatione iuuādi ſunt. 418
Cardinales præſumuntur honeſtos familiares habere. 419
Cardinalis quando gratiā pro alio procurauit, nō eſt neceſſaria mentio familiaritatis ipſius Card. 432
Cardinalis impetrans beneficiū familiaris alterius cardinalis, nunquid teneatur ſeruare contenta in regula. 433
Cardinales ſub cap. de multa præb. comprehenduntur. ibidem.
Cardinalis patronꝰ familiaris mortui, vel alius impetrans nunquid poſsit opponere contra cardinalem impetrantem. 435
Cardinalis impetrans quo ad regulam de impet. per obit. fam. Card. tria tenetur ſeruare. ibid.
Cardinalis ſi pateretur, ꝙ aliquis familiaris cōtinuus cōmenſalis non actu ſeruiret, nihilominus gauderet prærogatiuis, & eſſet verus familiaris, ſed non econtra. 438
Cardinales, licet quotidie panē ex palatio capiant, aſsiſtant, & obſequantur Papæ, familiares tamen illius non ſunt. 442
Cardinales, vt curialium diuitū beneficia conſequātur, illos in familiares habere gaudent. 444
Cardinalis abſentis de licentia Papæ, vel aliàs tempore impetrationis beneficij vacantis per obitum familiaris, an requiratur expreſſio nominis & tituli. 458
Cardinalis abſētis à curia per duas dietas, an ſicut nominis expreſsio, ita requiratur eius conſenſus. 459
Cardinales quare à curia recedere non poſſunt ſine licentia Papæ. 461
Cardinalis prēſens illuſtris dicitur, & reputatur dignior abſente, & quare. ibidem.
Cardinales reſidētes in Rom. curia excuſantur à reſidentia ſuorū beneficiorum. 461
Cardinalis habens indultū, quòd abſens gaudeat omnibus priuilegijs præſentiū etiam iſtius regulæ, nunquid per eius vicarium conſenſum præſtare poſsit. 471





Cardinalis, an poſsit huic honori renuntiare, videlicet, quòd nomē eius in literis non exprimatur, nec eius conſenſus requiratur. 474
Cardinalis ſi antè quàm præſtet cōſenſum ſecūdus impetrat cum conſenſu Cardinalis, deinde primus impetrans obtinet poſt ſecundam impetrationē conſenſum, nūquid prima, an ſecunda impetratio valeat. 475
Cardinalis ſi prouiſioni factæ per Papā nunquam valuit conſentire, quid agendum impetranti. 476
Cardinales Rauēnaten. nec canonici Mediolanenſ. non merentur dici Cardinales. 599
Cardinales duo diaconi ad recipiēdum, & introducendum nouū Cardinalem, vel legatum vadunt. 312
Cardinales, an comprehēdantur in diſpoſitione generali habēte clauſulas prægnantes. 922
Cardinales, niſi ad certam ſummam impetrare non poſsint. 923
Cardinales quibus fauoribus Benedictus XII. in beneficialibus proſequutus ſit. 405
Cardinales maius ius habent in eccleſijs ſubiectis titulis eorū, quàm eccleſiæ matrices in capellis non ſubiectis. 840
Cardinales baſtardi eſſe non poſſunt, & enarratur miraculū vnius Cardinalis baſtardi. 678
Cardinales, an cōprehendantur ſub regula de public. reſig. 987
Cardinalis in his, quæ animam reſpiciunt nō differt à quolibet alio populare. ibidem.
Carolum cognomine magnum à Zacharia Papa tonſum fuiſſe. 145
Caſus notabilis ſuper familiaritate, & continua commenſalitate. 113
Caſus notabilis ſuper decreto irritanti, ſi ſecus &c. 115
Caſus declaratorius. 116
Caſus veri extenſio ad fictum nō eſt contra ius, ſed præter ius. 149
Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis. 411
Caſus vnus deſcribitur in quo de præſenti præſumimus in præteritum. 263
Caſus notabilis in ſignatura deciſus. 349
Caſus notabilis quo ad derogationem regulæ de ſubrog. colli. 361
Caſus in quibus quis ſit priuandus, vel ſit ipſo iure priuatus. 373
Caſus exorbitantes poſſunt aliquādo à peritis ignorari. 375
Caſus notabilis ad hoc vt expectās, qui duo beneficia acceptauit dicatur gratiam cōſumpſiſſe, attento, quòd primum beneficium acceptare non potuit, obtinuit tamen ſe ſubrogari. 389
Caſus excepti non excludunt extenſionem aliorū ſimiliū caſuum. 708
Caſus exceptus debet eſſe de regula. 828
Caſus qualificatus ſub diſpoſitione de ſimplicibus loquente non comprehenditur. 963
Cauſatum ſapit naturam ſuæ cauſæ. 20
Cauſa verbum quid dicatur, & eius

expoſitio. 73
Cauſa coram iudice pendente iuſtũ eſt, ꝙ lis marte ſuo procedat. 76
Cauſa immediata, non autem mediata attendi debet. 80
Cauſa aliud eſt, aliud verò lis. 117
Cauſis verbum poſitũ in regula de iure quæſito non toll. quid ſignificet. 118
Cauſæ à ſede apoſtolica quãdoque committuntur commendatarijs, ſicut titularibus. 180
Cauſa naturalis in dubio debet attendi, non accidentalis, ſeu artificialis. 227
Cauſa beneficialis non poteſt compromitti in arbitros reſpectu adiudicationis tituli. 293
Cauſæ Cardinalibus commiſſæ nõ debent excedere lx. ducatos, aliâs commiſsio eſſet nulla. 327
Cauſæ vbi cõmittũtur Cardinalib. creditur aſſertioni illorum. ibid.
Cauſa remota, ad nocendũ non debet attendi, ſed proxima, & immediata. 390
Cauſa limitata, limitatũ debet producere effectum. 409
Cauſæ quando ſunt cõnexæ, requiritur omnium concurſus. 463
Cauſam finalem inducunt, quæ in proœmio dicuntur. 481
Cauſa per appellationẽ, quæ reſcindit iudicatum, in eo ſtatu, in quo erat ante ſententiã reducitur. 497
Cauſæ expreſsio in impetratione quare requiritur. 571
Cauſam probabilẽ excuſare ab expẽſis quomodo intelligi debeat. 574
Cauſa priuationis non eſt beneficialis, ſed profana. 576
Cauſa ante citationem nõ dicitur. 590
Cauſatũ ſemel debet remanere etiã ceſſante cauſa. 745
Cauſa vbi reducitur ad non cauſam perinde eſt, ac ſi actus factus non fuiſſet. 763
Cauſa quando ſemel eſt cœpta omnes quorum intereſt ea durãte poſſunt venire ad cauſam, & admittũtur in eo ſtatu, in quo eam inueniunt. 769
Cauſa in dubio, quæ debet attendi. 782
Cauſa fructuum profana, & non beneficialis eſt. 876
Cautela pro impetrantibus, quo ad taxarum varietatem. 948
Cautela, ad euitandam regulam de ſubrog. collitig. caſu quo nõ daretur illius derogatio. 362
Cautela, ad regulam de impet. per obit. famil. Card. vt videlicet, procuretur haberi gratia motu proprio. 407
Cautela, qua ſolicitatores in commiſsionibus vtũtur, quomodo euitatur. 333
Cedere quis nõ tenetur in re dubia, ſed poteſt expectare ſententiã per quam res fiat clara. 523
Certa ſcientia, & motus proprius derogationem importanr. 268
Certius quod eſt in reſcriptis exprimi debet. 558
Ceſsiones, & reſignationes quaſcunque verba de ſui natura caſum aliâs nõ cõprehẽſibile includunt. 86
Ceſsionarius potentior quãdo quis dicatur. 359
Chriſtus Ieſus leges, quas dicebat perfectiſsimè obſeruabat. 140
Citatiõis minus legitimæ defectus, in quibus caſibus ſanatur, & in quibus non. 340
Citatio, neq; per Papam, neque per alium principem tolli, vel ſuppleri poteſt. 341
Citatio perſonalis, & indubitata notitia quando requiritur. 347
Citationis decretum ad perpetuandam iuriſdictionẽ iudicis ſufficit. 364
Citatus nõ poteſt regula de triẽnali iuuari, quãdo beneficiũ per cõmiſſionẽ, & citationẽ vigore illius decretã factum eſt litigioſum. ibidẽ.
Citatio emanata vigore cõmiſsionis, literis non expeditis, nullius eſt effectus. 539
Citatio nulla, an interrũpat. 591
Citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem. 592
Citatio nulla nihil operatur. ibidẽ.
Citatio male executa vigore cuius fuerat factus proceſſus, an interrũpat pacificam poſſeſsionem. 594
Citatio geminata etiã nulla interrumpit pacificã poſſeſsionẽ. ibidẽ.
Citatio initiũ iudicio præſtat. 664
Clauſula illa, videlicet, non obſtãte collatione alteri facta, nũquid tollat ius quæſitum ex collatione valida. 131
Clauſula, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, vel dignitatis, cõprehẽdit reges, & quoſcũq; alios, niſi excipiãtur. 34
Clauſula generalis, videlicet, & oẽs alios &c. Card. nõ cõprehendit. 36
Clauſula derogatoria habet vim cuiuſdã, proteſtationis præãbulæ. 43
Clauſula non obſtan. quæ non cenſetur derogare. 46
Clauſula generalis ad extraordinaria non refertur. ibidem.
Clauſula, non obſtantibus regulis Cancellariæ poſitis in literis Apoſtolicis, an deroget regulis iudicialibus notorijs. 51
Clauſula, nõ obſtantibus regulis de iure, an ſufficiat de ſtylo palatij, & Cancellariæ. ibidem.
Clauſula, non obſtantib. quibuſcunque ſtatutis, an deroget ſtatutis habentibus aliquam ſpecialem obſeruationem. ibidem.
Clauſula, quorum tenores, &c. derogat regulis Cãcellariæ, acſi ad verbum fuiſſent expreſſæ. 52
Clauſula illa, videlicet, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri in beneficio ius quęſitũ, quid operetur. 55
Clauſula, quatenus nõ tollatur ius quæſitũ, ſemper ſubintelligitur in gratia motu proprio conceſſa. 56
Clauſulã, dũmodo alteri non ſit ius quæſitũ præſeruare ius in re, & nõ ad rem, qũo debeat intelligi. 58
Clauſula, quatenus nõ tollatur ius quęſitũ in quo differat à clauſula illa, videlicet, ſine præiudicio. 71
Clauſulam cum alterius præiudicio non valere, de quo præiudicio intelligi debeat. 82



UNIVERSITARIA

Clauſula quatenus non tollatur ius quæſitū, ſolum excludit ius per acceptationem quæſitum. 86
Clauſulæ præſeruatiuæ gratiarum, quæ non tendūt in præiud.tertij, neq; in gratiam, & clauſula non obſtan.in quo differant. 131.& 132
Clauſula illa, videlicet, itaque ſi dictus N.reſignans extra Romanam Curiam, iam fuerit vita functus, literæ per eius obitum cum omnib. clauſulis, & modis ſupraſcriptis, omiſſa reſignatione, expediri poſſunt, in quibus ſupplicationibus ſoleat caſſari, & in quibus nō. 228
Clauſula annullatiua inducit formam. 254
Clauſula ſupplentes defectus ſi apponatur in commiſsione intelligitur quo ad defectus iuris poſitiui. 340
Clauſula illa in commiſsionibus apponi ſolita, videlicet, ſine retardatione, in quibus pēſionibus apponi ſoleat de ſtylo ſignaturæ. 350
Clauſula ſine retardatione, in caſibus in quibus datur debitori ob non ſolutionē penſionis, non conceditur beneficium.c. Odoardus. ibidem.
Clauſula illa, videlicet, ſiue alio quouis modo, poſita in reſignatione, quid operetur. 397. & 219.& in reg.de public.reſig. 992
Clauſula, ſeu qualitas in fine appoſita, quando ad ſuperiora non referuntur. 666
Clauſula illa de ſtatu litis, videlicet, habeantur pro expreſsis, ſeu exprimi poſſint, quid cōprehēdat. 746
Clauſula illa, videlicet, quòd detentionis tēpus habeatur.pro expreſſo, quid operetur. 762
Clauſula illa, videlicet pro expreſſis haben.vel ſimiles ſuſpendūt ſpecialia, vel indiuidua. ibidem.
Clauſula illa, videlicet, augendi & minuēdi fructus vſq; ad verū valorem, quare in ſupplicationibus apponitur. 949
Clauſula illa, & quòd interim beneficium non cenſeatur litigioſum, quo ad effectū regulæ de ſubrogandis, quid operetur. 337
Clauſula, vel aliâs quouis modo, &c.an capiat vacationē factā inductam à reg.de public.reſig.ob non factam publicationem. 993
Clement.prima, de ſequeſtr.poſſ.& fruct.quæ indiſtinctè loquitur de poſſeſſore triennali non moleſtando, procedit etiam in expoliatore poſſeſſore triennali. 721
Clericus, an ſit laico potentior. 360
Clericus celebrans exiſtens excōmunicatus quompdo dicatur priuationē beneficiorū incurriſſe. 374
Clericus agens cōtra laicum vulgariter loqui debet. 240
Clericus repetendi res ſuas à latronibus facultas conceditur. 489
Clericus quādo priuatur poſſeſsione per ſequeſtrū factū authoritate iuris ſecularis dicitur ſpoliari. 596
Clerico captiuo, & poſtea redeunti beneficiū reſtituendum eſt quātocunq; tempore fuerit detētus. 895
Clericus quādo, & in quibus caſibus po-

po



poterit ſe abſentare à beneficio, ita vt priuationē nō incurrat. ibi.
Cæcus non rectè ducet cæcum. 257
Collationis verbū, lato ſumpto vocabulo, præſentationem comprehendit. 188
Collatio beneficij, an de nocte fieri poſsit. 228
Collatio de beneficijs vacātibus, licet ignoretur vacatio, valet. 392
Collatio quādo pertinet ad alium, quàm ad Papam ne inferatur præiudicium ſtrictè interpretari debet regula de impet.per obitū famil.Card. 469
Collatio facta de beneficijs iuriſpatronatus, quando dicitur ſubreptitia. 549
Collatio beneficij litigioſi, licet nō ſit colorata, quo ad effectum iuris communis, eſt tamē colorata, quo ad regulam triennalem. 799
Collatio in quo differat à commenda. 965
Collitigantes ad effectum regulæ, qui dicantur. 379
Collitigās aduerſario triēnali mortuo poterit proſequi ius ſuum, & ſententiam obtinere. 385
Coloni expulſio facta propria authoritate, quando dominum perdere facit ciuilem poſſeſsionē. 589
Commendatarius quid ſit. 959
Cōmmendatarius tēporalis non habet ius in re, neque ad rem, niſi ſpolietur. 89
Commēda inducit quodammodo reſeruationem, vel ſaltē afficit beneficium. 178
Commenda differt à titulo. ibid.
Commenda non inducit incompatibilitatem, & quare. 179
Commendæ noſtri temporis ex vſu patrisfamiliâs habentur hodie loco tituli, & beneficiati de fructib. illarum diſponunt. ibidem
Cōmendæ, aut ſunt temporales, aut perpetuæ, & inter ſe in quo differant. 180
Commendatarius poteſt deſeruire per ſubſtitutū oriundum ex loco, quod non eſt in titulari. 250
Commenda eſt prouiſio. ibidem
Commendatarius contemporaneā ætatem, & ordinem ſacerdotalem habere tenetur. 251
Commenda, & gratia expectatiua cōceſsio temporalis dicūtur. ibid.
Commendari quid ſit. 252
Commenda ſub quibuſcunq; regulis de prouiſione loquētibus comprehendit. ibidem
Commenda non dicitur vacare per obitum, ſed ceſſante commenda, vacat eo modo, quo prius. 401
Commēdatario mortuo beneficiū in commenda largo modo vacare dicitur. 416
Commenda quid ſit. 543
Commendatarius procurator dicitur, & quare. ibidem.
Commēda titulus verus, & canonicus dicitur. 683.& 691
Commendarū prouidēdi genus in antiqua eccleſia nō ſatis laudatur. 685
Commendatarius non dicitur poſſidere, nec habere ius in re, ſed eſt

nudus miniſter, cuſtos, & nudus detentator. 686
Commēdatarium non habere titulum poſſeſsionem, neq; ius in re, procedit,non ſolum in cōmenda ſpirituali,ſed etiam tēporali. 687
Commēda propria,& vera,quæ ſit. 689
Cōmēdæ perpetuæ hodie quare incōpatibilitatem inducunt.ibidem
Cōmendatarij perpetui ſicut habētes verum,& proprium titulū faciunt fructus ſuos,& ad reſtitutionem non tenentur. 692
Commendatarij perpetui, quibus gaudeant prærogatiuis. 695
Commendæ titulum eſſe titulū ſaltem coloratū,quando dici poteſt. 697
Commendatarij,qui habeantur vt titulares. 968
Cōmēſalitas ſola vt quis verè familiaris dicatur,nō ſufficit,niſi actus etiam ſeruitutis concurrat. 437
Commenſalitatē procurātiū ſe recipi ad effectum priuilegiorum ſaltē per quatuor menſes durare Leo X. & Hadrianus VI. in ſuis regulis ſtatuerunt. 438
Commēſalitas, quo ad veram familiaritatem inducēdam quomodo requiratur. 440
Commiſsio quid ſit. 97
Commiſsio per principē ad quem effectum concedatur. 99
Commiſsio non dat,quòd ſimul de ſpolio,& proprietate cognoſcatur,& iudicetur. ibidem
Commiſsio tollens ſubreptionem gratiæ,de qua excipiebat aduerſarius, nunquid dicatur tollere ius quæſitum. 104
Cōmiſsio auferens alicui releuamē probationis,nunquid dicatur auferre ius quæſitum. 108
Cōmiſsio,quę mādat dari fidē cedulis publicationū factis in audiētia cōtradictarū, quæ nō plenè probant,quo ad effectū regulę de publicādis,nunquid dicatur tollere ius quæſitum. 110
Commiſsio per quam reijcitur confeſsio minoris ętatis,& inhabilitatis in literis apoſtolicis in iudicio productis facta,nūquid tollat ius quæſitum. 123
Commiſsio,quæ tollit narratiuam bullæ,nunquid dicatur tollere ius quæſitum. 129
Cōmiſsio ad quid cōcedatur. 130
Commiſsionum variæ quæſtiones ad regulam de iure quæſito non tollendo. ibidem
Commiſsio mādās caſſari ſupplicationē de regiſtro,antequā peruenerit ad manus impetrantis, nunquid tollat ius quæſitum. ibidem
Commiſsiones,ſequeſtra,& executoriales literarum expeditionem requirunt. 276
Commiſsiones iuſtitiæ, quibus verbis ſignentur. 308
Cōmiſsiones iuſtitiæ quādo ſignantur,per verbū fiat,vt petitur. ibid.
Cōmiſsiones quare potius per huiuſmodi verbum placet,quàm per verbū fiat,vt olim,ſignantur. 316
Commiſsiones nihil aliud continent,



nent,quàm ius. ibidem
Commiſsiones iuſtitiæ, poſtquam ſunt propoſitæ per Referēdarios, quomodo diſtribuantur. 324
Commiſsiones,quæ fiunt cardinalibus non ſolēt ſignari,niſi per Papam. 327
Commiſsio non datur, quādo cauſa cōmittitur contra Titiū,& alios in citationis decreto nominādos cum clauſula,etiam ſi cardinales ſint, niſi nominentur. ibidem
Commiſsionis verba,ita vt ſonant capi debent,& ab illis non eſt recedendum 333
Cōmiſsionis verba ſimpliciter de obſeruatione termini ad articulādum loquentis,de prima obſeruatione intelligi debent, ſiue bona ſiue mala. 335
Cōmiſsio,literis non cōfectis,non datur ſuper duobus beneficijs,niſi contra vnum, & quid ad hoc requiratur. 339
Commiſsio ſuper duobus,vel pluribus beneficijs non vnica ſupplicatione impetratis contra diuerſos concedi non ſolet. ibidem
Commiſsio ſuper validatione proceſſus quomodo dari ſoleat. 340
Comiſsiones ex quo ſunt ſtricti iuris in eis tantum comprehēditur, quantum exprimitur. 333
Commiſsio,vel reſcriptū per vnam partem impetratum efficitur commune inter ipſos litigantes. 522
Cōmiſsio impetrata nomine meo, nō poteſt per me ratificari,ex quo ad illam impetrandā ſpeciale mandatum requirebatur. 605
Commiſsio ſuper titulo beneficij tantum poſſeſsionē includit. 880
Cōmittens cauſam contra ſe litem introducere dicitur,quæ eum non pacificum poſſeſſorem reddit. 911
Cōmodum reportare non debet ex eo,quòd quis impugnat. 532
Commodi nihil plus manere cedēti,quàm morienti,an ſit verū. 628
Conceſsionis verbum quid importet. 296
Cōcedentis mens,& intentio in reſcriptis ſemper attendi debēt. 420
Conceſsiones apoſtolicæ ſub duplici genere conceduntur. 514
Conceſsio vnius,eſt excluſio alterius. ibidem
Concedētis animus ad incogitata non extenditur. 529
Concilium corā extraneo non iniendum,& quare. 236
Concilium generale ex quo cenſetur habere clauſulā derogatoriā, an requirat expreſſam mētionem. 268
Conciliū Baſilienſe,in quibus caſibus fuit receptum. 671
Cōcordia,vt fiat,& recedatur à lite, licet ratione expenſarum aliquid detur,ſimoniacū non dicitur. 488
Conditio debet impleri in forma ſpecifica.348.& ibi limitatur.
Conditio ſi habeat tractum ſucceſſiuum,non ſufficit etiam momento temporis impleri. 751
Confirmatio facta,ab eo, qui originaliter poterat confirmare,ſed eſt impeditus non præſtat colorē poſ

ſidẽdi,& ſi taliter cõfirmatus ingerit ſe adminiſtrationi,incurit pœnam. 803
Cõfirmatus actus ſub reuocatoria, an comprehendatur.ſ.Actus.
Connexitatis ratione aliqua conceduntur,quæ aliàs non concederẽtur. 340
Conſcientia idẽ eſt,q̃ iuſtitia. 301
Conſenſus ad quid ſit inuentus. 176
Conſenſus vbi interuenit ceſſat fraus. 190
Conſenſus in curia aliquãdo præcedit,& interdum ſignatã ſupplicationem ſequitur. 204
Conſenſus reſignationi aliquando poteſt præſtari poſt obitũ reſignãtis. 213
Conſenſus perſonalis in quo differat à cõſenſu per aliũ præſtito. 352
Cõſenſus,an poſsit præſtari per cardinalem poſt litem motam in beneficio impetrato per obitum familiaris tempore impetrationis nondum litigioſo. 428
Conſenſus quid ſit. 430
Conſenſus requiſitus ad aliquẽ actũ,magis exprimitur actu,quàm verbis. ibidem
Conſenſus quando præſtandus eſt, debet intelligi de expreſſo,nõ autem de tacito. ibidem
Cõſenſus tacitus in formalibus nõ ſufficit. 432
Cõſenſus, an requiri debeat quãdo beneficia familiaris vnius cardinalis pertinerẽt ad collationem alterius cardinalis ratione ordinariæ iuriſdictionis. 468
Conſenſus regis,comitis,vel archiepiſcopis ante electionem ſi requiratur,& illi ſint abſentes,ſufficit quòd eorum vicarius conſenſum præſtet. 471
Cõſenſus, an pertineat ad Card.iuxta formã reg.ſi familiaris Cardi. eligeretur in Epiſcopum,& antequam confirmaretur moriatur in curia. 472
Conſenſus de quo ibi, nunquid in dubio de expreſſo debeat intelligi,an verò ſufficiat tacitus. 474
Cõſenſus Cardinalis,an poſsit interuenire poſt prouiſionem. 475
Conſenſus patris præſtitus filio agẽti in cauſa principali,videtur durare etiã in cauſa executionis. 531
Cõſenſum aliorũ litigãtiũ ſufficere quando fit prorogatio de tẽpore ad tẽpus,licet tertius,de cuius intereſſe agitur,nõ conſentiat,quãdo procedat. 771
Conſenſus ſolus tribuentis,& recipientis perficit gratiam,& dat ius plenum. 831
Conſenſus quid ſit,ſiue quid operetur in reſignatione. 973
Cõſiderationes,quę licitę ſint in renũtiatione,quæ fit corã Papa. 629
Conſiliarij omnes ſub legum vinculo comprehenduntur. 37
Cõſiſtoriũ Papæ,quid dicatur. 177
Conſiſtorium publicũ, pro quibus rebus ſolet indici. 313
Conſiſtorio fieri preſumuntur,quæ in cãcellaria fiũt.ſ.Cãcellariæ.
Conſiſtorialibus beneficijs derogatio reg.de ſubr.colli.nõ datur. 385
Con

INDEX.

Conſtitutio quid ſit. 21
Conſtitutio habens decretum non requirit publiblicationem. 28
Conſtitutio continens odium irrationale,non comprehẽdit Cardinales. 40
Conſtitutiones iuris cõmunis ſtatim facta publicatione ligãt, Cancellariæ verò non. 44
Conſtitutio noua ſicut non trahitur ad ius quæſitum de præterito re ipſa,ita non trahitur ad ius cõditionale,quod dicitur,quæſitum ſpe. 83
Cõſtitutio generaliter loquẽs non comprehendit reges,niſi ſpecialiter exprimantur. 144
Conſtitutio omnis fauorabilis reputatur. 363
Cõſtitutio loquens de morte Papæ, an comprehẽdat priuationẽ. 419
Conſtitutio generalis,& rationabilis,licet ſit pœnalis,Cardinales cõprehendit. 434
Conſtitutio ſecunda eiuſdem conditoris,tollit primam. 453
Conſtitutio formam cõtinere,quæ dicatur. 499
Conſtitutio aliqua quando eſt contra ius commune qualiter debeat interpretari. 640
Conſul qui eſt illuſtris,quãdo abeſt non dicitur illuſtris,ſed ſpectabilis. 463
Contrahere,& contrahenti conſentire differunt. 431
Cõtrouerſia verbalis in cõfeſſoria ſufficit,nõ autẽ in interdicto. 591
Cõtinuandi animus nouã poſſeſſionis acquiſitionẽ operatur. 615
Controuerſia omnis iudicialis tribus inſtantijs terminatur. 674
Contractus qualitas non ex ſimilitudine nominis,ſed ab ipſo effectu metienda eſt. 691
Conuẽtiones quæ licitæ ſint in renuntiatione,quæ fit coram Papa. 629
Copulati vtriuſq; cõcurſus ad veritatẽ copulatiuẽ requiritur. 977
Correlatiuorum eadẽ eſt ratio. 782
Credens bono viro excuſatur. 947
Criminoſus,licet nõ admittatur ad accuſandũ regulariter,tamen vbi familiaris epiſcopi reperitur criminoſus in pœnã tollerãtis,talem in domo poterit ipſum epiſcopũ accuſare. 420
Culpa quando non eſt ordinata ad caſũ,caſus nõ debet imputari. 527
Cura animarum dupliciter conſideratur. 258
Curatus,vt quis dicatur quo ad effectũ reg.de idio.qd requiritur. 260
Curia,Papa abſente,Romæ eſſe videtur,quando remanet ibi audientia cauſarum. 404
Curia ad effectũ reſeruationis ĩ corpore iuris clauſæ intelligi debet, vbi reſidet Papa,quæ ratione reſidentiæ per duas dietas extẽditur. 839
DElphinꝰ quare appellatur primus filius Regis Franciæ viuente patre. 145
Damnum propriè quid ſit. 60
Damnum ne aliquis patiatur temporale perpetuum iudicatur. 88

Damna, intereſſe,& expenſæ vnde veniant. 576
Datãdi facultas olim quibus commiſſa fuit. 5
Deceptis,& non deceptoribus iura ſubueniunt. 876
Decennium quare inducit titulum præſumptum. 892
Deciſionum Rotæ,necnon decretalium voluminis magnitudo deſcribitur. 562
Deciſionem inuenire in terminis multum prodeſt in practica. 123
Declaratio ſola quid operetur. 113
Declarationis diſtinctio. 114
Declaratio,quæ tollat ius quæſitũ, quæ verò non. ibid.
Declarationes factæ per Papam de beneficijs reſeruatis in præiudiciũ tertij non valent. ibidem
Declaratio quando aliquid de nouo inducit. 155.& 214
Declaratio Papæ, an poſsit retrotrahi in præiudicium medio tempore imperrantis. ibidem
Declaratio,ad illa verba in ſupplicatiõe priuationis apponi ſolita, videlicet, & cum decreto,quòd ſi priuandus metu priuationis poſt accuſationem &c. 372
Declaratoria augmentatiua iuris primæui dicitur noua conceſsio, & principalis de per ſe. 427
Declaratio in incertitudine rei, & delegatorum,ad quẽ ſpectet. 563
Declarans nihil de nouo dat. 112
Decreta inter latinos latinè, inter græcos græcè proferri debẽt. 239
Decretum irritans,neq; derogatio priuilegiorum Romanorũ,nouarumq; reformationum vrbis non datur de ſtilo in ſignatura iuſtitię. 316
Decretum irritans quanti ſit vigoris. 493.& 870
Decretaliũ plures dictiões,& nomina quare abbreuiatè ſcribũtur. 561
Decretum ſuper alienationem rei minoris non poteſt per procuratorem impetrari. 635
Decretum appoſitum certo corpori beneficij,nõ inficit poſſeſsionẽ triennalem, quo minus poſſeſſor poſsit vti exceptione regulæ. 871
Decretum appoſitum in regreſſu, non habet effectum, niſi volente eo,in cuius fauorem eſt appoſitũ, & quid operetur. 873
Decretum irritans poſſeſsionẽ diſcolorat. 877
Decretũ quando illũ in fauorẽ cuius factũ eſt,ligare dicitur. 912
Defectuum expreſsio,quàm ſit neceſſaria. 341
Defectus vbi exprimitur, Papa concedẽdo , videtur diſpenſare,& vitium purgare. 270
Defectus rei non proſequentis litem,actorem non excuſat. 630
Defectus quando cauſatur ex perſona agente,non cenſetur excluſus à regula generaliter loquente. 802
Defenſio nulla maior eſt,quàm peremptoria exceptio. 744
Defenſiones competentes actori, proſunt ſingulari ſucceſſori. 737
Defenſionis appellatiõe, latè ſumpto vocabulo, licet aliquãdo veniat exceptio , tamen in materia odioſa,vel propria,aut ſtricta exceptio non comprehenditur. 749
Defraudare aliquẽ ſine peccato,& animæ periculo nõ poſſumus. 922
Denariorum, blãcarum, cauallorũ, ſolidorum,& regalium valor deſcribitur. 946
Deo creatori,& vicario creatoris, ſubiecta eſt vniuerſa caro. 921
Dependentia à futuro euentu,quæ poſſunt ſe habere ad eſſe,& non eſſe,conſiderari non debent. 81
Derogatio generalis conſtitutionum apoſtolicarum,an comprehẽdat regulas cancellariæ. 42
Derogatio generalis,quæ comprehendat. 43
Derogando poſſeſsioni , an derogetur iuri quęſito. 90
Derogatio nuper reperta ad regulam xxix.quæ vult commiſsiones nõ valere,niſi literis expeditis. 329
Derogatio regulæ de ſubrogãdis, licet tempore Innoc.card.nõ concederetur,hodie tamen cõcedi ſolet. 384
Derogatio regulæ de ſubrogandis de ſtilo ſignaturæ in prouiſionib. beneficiorum vacantium per obitum familiarium cardinaliũ non datur. 385
Derogatio regulæ de annali facta in commiſsione directa primo auditori,an iuuet ipſum impetrantem quo ad gratiã ſubrogationis, vel ſi neutri impetratam corã ſecundo auditore in ij.inſtãtia. 528
Deſtruere illius eſt,cuius eſt condere. 119
Deſuper dictio,de ſui natura petitoriũ magis , quàm poſſeſſorium concernit. 638
Detentionem,neque poſſèſsionem non eſt dare in reſeruatis,obſtante decreto. 535
Detentionis appellatione intelligitur de detẽtione iuris nõ facti. 612
Detentati primi reſignãtis quanti ſit momenti. 616
Detentatio triplex eſt,vt ibi. 618
Detentorio interdictum recuperãdæ detẽtionis cõcedi ſolet. ibidem
Detentorem habere remediũ recuperandæ detẽtationis ſi ab ea eijciatur,ĩ quo detẽtore ꝓcedat. 619
Detinens de facto beneficiũ ſi ſpolictur,venit reſtituendus,non tamen in beneficio reſeruato. 540
Detinens ſaltem largo modo poſſidere dicitur. 619
Detẽtor vbi non eſt annalis,vel triennalis,beneficio reſtitutionis iuuari non debet. 620
Detentorem largo modo dici poſſeſſorem in quibus detentoribus procedat,& in quibus non. 621
Detẽtatio ſola etiã aſinina , quo ad reg. de annali ſufficit. 621.& 785
Determinatio vna reſpiciens duo determinabilia debet pariformiter determinare. 977
Deus ſolus præſeruator eſt de his, quæ in mẽte hominis cõſiſtũt. 515
Dies quo fit reſignatio,vel præſtatur conſenſus infirmi , an debeat cõputari in termino viginti dierum 225

Dies feriati quando ſubducuntur tempore impetranti, an cõputentur quibus agere non potuit. 651

Dies termini ſtatuti, vel compromiſsi, in termino computatur, regulariter verò non. ibidem.

Dies de quo loquitur regula de infir.reſig. an intelligatur de die artificiali.xij. horarum, an vero de naturali xxiiij. horarum. 227

Dies, & nox pro vno die reputantur. ibidem.

Dies quando propriè dicatur. ibid.

Dies feriati, an vero vtiles tantũ ad proſequendum cauſam cõputentur in anno regulæ de annali. 651

Diem vltimum ſicut in temporalibus actionibus oportet eſſe completũ, ita & in exceptionibus. 767

Dieta vna per terram, maior eſt, quàm quinquaginta miliaria per mare. 402

Difficile nil tam eſt in rerum natura, quod non labor aſsiduus, & induſtria conficiat. 904

Dignitas nulla liberatur à vinculis legis. 38

Digniores à fraudibus plus alijs alieni eſſe debent. 147

Digniores, qui reputẽtur apud principem, vel Imperatorem. 323

Dignitas collata præſenti, dignior reputatur, quàm quæ cõfertur abſenti. 463

Dignitates in materia reſtringibili & nõ fauorabili appellatione beneficiorum non veniunt. 535

Dignitas ſucceſſorem habere dicitur. 740

Dilatio per principẽ, an auferat ius quæſitum. 106

Dilatio data debitori, cenſetur data creditori. 852

Dilatio lõgi tẽporis in opponẽdo exceptionẽ peremptoriã quid importet, quid vero modici. 107

Dilatio quomodo commenſurari debeat. 645

Dilationem datam vni poſſe alteri prodeſſe, quomodo procedat. 779

Diligentia quantum proſit, caſus xxxj. enumerantur. 807

Diſpenſatio cum retentione beneficiorum conceſſa, de qua retẽtione intelligi debeat 131

Diſpenſationes non valere, niſi literis expeditis quõ procedat. 282

Diſpenſatio ad duo incompatibilia per ſolam ſupplicationem ſortitur effectum. 286

Diſpenſationẽ expedire ad duo incompatibilia ante ſententiã non obſtante, quòd tempore litis motæ literæ non fuiſſent expeditæ, an ſufficiat. 287

Diſpenſatio quãuis ſubreptitia excuſat aſſequentẽ ſecundũ curatũ à pœna extrauag. execrabilis. 524

Diſpenſatus ad beneficia, an poſsit obtinere dignitates. 679

Diſpoſitio, quæ cõprehendit epiſcopum non includit Cardinales. 33

Diſpoſitio generalis, an cõprehendat caſus priuilegiatos. 37

Diſpoſitio animam cõcernens omnes etiã principes includit. 38

Diſpoſitio non habet locum, vbi præſuppoſitũ non verificatur. 81

Diſpo





Diſpoſitio loquens in vno non habet locum in alio. 143

Diſpoſitio loquens de maſculis habentibus duo incompatibilia, an habeat locum in fœminis. 153

Diſpoſitio quantumcunque fauorabilis non comprehendit beneficia iuriſpatronatus. 191

Diſpoſitionis generalitas ampliatur, & reſtringitur ſecundũ ſubiectam materiam. 196

Diſpoſitionem principaliter fauorabilem non illico facit omne id quod ad fauorẽ animæ referri poteſt. 244

Diſpoſitio de parochiali habet locum in vicaria perpetua. 257

Diſpoſitio pœnalis loquens in vno caſu, debet extendi ad alium. 258

Diſpoſitio c.ſtatutũ.c.de reſcript. lib.vj. quæ loquitur de iudicibus, an procedat in arbitris. 293

Diſpoſitio loquens de beneficio vacanti, non habet locum in vacaturo. 499

Diſpoſitio generalis capit omnes ſuas ſpecies etiam qualitate differentes. 423

Diſpoſitio ſolet reſtringi, vel ampliari ſecundum qualitates perſonarum. ibidem.

Diſpoſitio loquẽs de perſonali reſeruatione ſi ſimul cum illa cõcurrit realis, ſub tali diſpoſitione cõprehenditur. 455

Diſpoſitio loquens de feudis, procedit etiam in beneficijs eccleſiaſticis. 479

Diſpoſitio, ratione ceſſante, locum habere non videtur. 483

Diſpoſitio quælibet in dubio iure ordinario, nõ extraordinario interpretari debet. 516

Diſpoſitio de perſonis loquens ſimpliciter, comprehendit collegiũ, vel capitulum. 519

Diſpoſitio ſimpliciter loquẽs de beneficijs, non cõprehendit officia ſecularia. 533

Diſpoſitionis verba vbi non verificantur, neq; ipſa diſpoſitio habet locum. 577

Diſpoſitio loquens de beneficio de effectuali intelligi debet. 599

Diſpoſitio loquens de permutatione beneficiorum, locum habet in beneficijs ſine redditibus. 600

Diſpoſitio generaliter loquens de clericis, non habet locum in illegitimo. 622

Diſpoſitio ſimpliciter de tempore mentionem faciens debet intelligi de continuo. 651

Diſpoſitio loquens de titulo habet locum in commenda. 693

Diſpoſitio fauorabilis loquens in ſimplici caſu trahitur ad caſũ mixtum. 959

Diſtinctio enumerans caſus quibus cardinales comprehẽduntur, vel non. 38

Diuerſa diuerſo iure cenſeri debẽt. 873

Diuinare de futuris nemo poteſt, cũ ad ſolum Deum pertineat. 529

Docti viri eccleſiã Dei veluti ſtellæ poſitæ in firmamẽto illuſtrãt. 246

Doctos onerare ſcitis, q̃ iuniores frauda

fraudare docẽdis melius eſt. 304
Doctor priuilegiũ ſui doctoratus oſtendere nõ tenetur, ſi per decennium pro doctore ſe geſsit. 567
Doctor, vt quis habeatur, per quod examen probari debeat. 568
Doctor, & teſtis poſſunt hodie credere vnum, & cras mutare propoſitum citra periculum periurij. 883
Dos ſi detur mulieri ſub prætextu paupertatis, ſufficit, quòd à principio fuerit pauper. 387
Ducati quãdo eſſe cœperũt, & quis fuit eorum author. 944
Ducati apud omnes prouincias idẽ põdus, & parẽ valorẽ retinẽt. ibid.
Ducati appellatione de communi vſu loquẽdi, qui ducati intelligantur. ibidem.
Duo quãdo ſunt in iudicio, quæ nõ poſſunt ſimul intentari, tunc diligentia circa vnũ prodeſt alteri remedio, & facit, quòd non currat tempus in eo. 524
Duo quando ſunt introducta propter vnũ finẽ, vnũ reputantur. 970
ECcleſiæ vniuerſali per iudicia plurimorũ, quàm per voluntatẽ vnius reſignantis infirmi melius ſubuenitur. 143
Eccleſiæ vtilitas, & neceſsitas in cõmenda conſideratur. 251
Eccleſiæ cathedrales ſub verbis generalibus nõ cõprehendũtur. 293
Eccleſias duas in titulum nemo tenere poteſt. 686
Eccleſia nõ iudicat de occultis. 732
Effectus ſemel cauſatus, etiã in actu temporali durat poſt obitũ. 143
Effectus extraneus, & accidentalis non comprehẽditur ſub decreto. 590
Effectus conſumati ſemper durant, licet tollatur cauſa, quæ illos cauſauit. 667
Effectus attẽdi debet. 956
Egritudines. ſ. ægritudines.
Electus ante confirmationẽ non dicitur, niſi habere ius ad rem. 63
Electio Romani pontificis per priuationem alterius, an ſpectet ad cardinales, an verò ad concilium generale. 419
Electus à capitulo, & confirmatus ab epiſcopo excõmunicato, & publicato, an dicatur habere coloratum titulum. 802
Electio ſola, vel ſola præſentatio, an det titulum coloratum ad effectum regulæ de triennali. 846
Electum tantũ interficientes in pœnam interficientis epiſcopũ nõ incidunt. 847
Electus tantũ epiſcopus indulgentias concedere non poteſt. ibid.
Emptio, vel pactum non trahuntur ad ea, quæ non apparent, ſeu quæ neſciuntur tẽpore contractus. 206
Epiſcoporum dignitas vſq; ad tempora Clementis v. maior cunctis fuit, adeo, ꝙ minui dignitate arbitrantur ſi in cardinales promouerentur. 11
Epiſcopis olim data erat ſubſcribẽdi prærogatiua anterior, adeò, ꝙ immediatè poſt Papam ſubſcribebant. ibidem.
Epiſcopi quo tempore cœperunt creari



creari cardinales. ibidem.
Epiſcopus promotus in cardinalẽ non perdit epiſcopatum. 41
Epiſcopus, an ſuo ſtatuto ligetur. 138
Epiſcopus ſicut non diſpenſat cum rectore ſuper ætate, ita neque cum vicario perpetuo. 257
Epiſcopi reſidentes in curia, vt beneficia ſui epiſcopatus cõferre poſſint, qũo ſe habere debeant. 284
Epiſcopatus non conceduntur per ſupplicationem niſi per literas expeditas præcedente promotione conſiſtoriali. 294
Epiſcopo hæretico ex quo eſt impeditus agere propter hæreſim non currit præſcriptio. 525
Epiſcopi Nullatenen. & comites Palatini propriè tales non dicuntur, ſed abuſiuè. 599
Epiſcopi dignitatis culmen habere dicuntur. 922
Epiſcopus de iure antiquo ad cardinalatum poſtulari debebat. ibid.
Epiſcopus capellanũ amouibilem per teſtatorem in capella ſua poſitum perpetuum facere poteſt. 845
Epiſtola principis facit legẽ. 26
Eſdras linguarum cõfuſionem, quæ ex matrimonijs aduenarum naſcebatur ad linguam hebraicam reduxit. 237
Etiam dictio implicatiua, quid operetur. 336
Exceptio ſubreptionis competens aduerſario vtrum ſit peremptoria gratiæ, an dilatoria. 105
Exceptiones dilatoriæ, quid importent. 107
Exceptionem aliquam opponi nõ poſſe cõtra tres ſententias conformes donec ſentẽtiæ fuerint exequutæ, quando non procedat. 343
Exceptio annalis reſpectu excipientis poſſeſſoris odioſa eſt. 503
Exceptio ex annali poſſeſsione pręcedẽte impetratione nõ ex ſequenti naſcitur. 606
Exceptionibus varijs quis vti non prohibetur. 625
Exceptio regulæ de annali competens cedenti beneficium nunquid competat ceſſionario. 626
Exceptio, quæ repellit accuſatorẽ, repellit etiam iudicẽ inquirẽtem, qui in eius locũ ſubrogatur. 629
Exceptio, quæ competit prædeceſſori tranſit in ſucceſſorem. 632
Exceptio regulæ de annali, quare annullat titulũ impetrantis, & exceptio regulæ de triennali nõ. 668
Exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis. 708
Exceptio facilius permittitur, ꝙ actio. 714
Exceptio ex triennali poſſeſsione acquiſita, quid operetur. 715
Exceptio regulæ de triennali iam propoſita in actis per defunctum triennalem poſſeſſorẽ cõtra actorem moleſtantem nunquid transferatur in ſubrogatum in iure, & ad omne ius &c. 740
Exceptione quem eſſe repulſum, & non habere actionẽ idem eſt. 742
Exceptio regulæ de triennali, quæ cõpetebat poſſeſſori, nũquid poſſit op

ſit opponi per eundem poſt amiſſam poſſeſsionem per tres ſententias cum executorialibus in iudicio reſtitutionis in integrum cum clauſula cõſtito de bono iure. 788
Exceptio detegẽs inhabilitatẽ agẽtis nunquam cenſetur excluſa. 802
Exceptio facilius reo, quàm actori actio conceditur. 873
Excipiẽs, ſeu dans de iure tertij per ſolam ſupplicationem non producit ius clarum neq; liquidũ. 278
Excluſus ſemel ſemper manet excluſus. 749
Excluſus à termino admittitur beneficio aduerſarij, quod ex ſua perſonã facere non poſſet. 780
Excludi quis à ſuo bono iure ſolo temporis curſu in beneficialibus non debet. 905
Excommunicatio prolata contra quaſcunque perſonas non cõprehendit vniuerſitatem. 241
Excõmunicatus, licet ad iudicia inhabilis iudicetur, non tamen illi excipiẽdi facultas denegatur. 681
Excõmunicationis appellatione in materia maximè ſtricta venit tantum maior excommunicatio. 839
Execrabilis antequàm citetur à poſſeſsione amoueri nõ debet. 614
Execrabilis poſſeſsionẽ, & titulum coloratum habere nõ dicitur. 615
Execrabilis ſpoliatus quando reſtituitur. 707. & 715
Execrabilis quando debeat poſſeſſione ſua priuari & quando non. 787
Executoriales iam decretæ in perſonam defuncti, an debeant de nouo decerni. 346
Executoriales primæ per reſtitutionem euacuantur, & earum impeditur executio. ibidem.
Executor propter negligentiam vnius anni iure ſuo priuatur. 806
Exempla nõ reſtringũt regulã. 363
Exempti non tenentur ad decimas vniuerſitati impoſitas, nec ad charitatiuum ſubſidium, niſi expreſsè de illis dicatur. 150
Exiſtens corpore in vno loco, animo tamen, & mente eſt in alio vbi talis eſſe cenſetur. 462
Expectans perdens primã acceptationem in ſecunda, quæ probare debeat. 68
Expectatiuæ non capiunt beneficia exempta. 151
Expectatiuæ ſecundum ſtylum curiæ concedi ſolent motu proprio. 261
Expectatiuas de certo beneficio viuentis, nunquid cõprehendat regula de impe. beneficia viuen. 272
Expectatiua gratia quando eſt nulla nõ poteſt acceptari vigore gratiæ perinde valere, niſi bulla dictæ gratiæ reualidatoriæ ſit expedita. 291
Expectatiuarum concurſu dato inter officiales curiæ quis eorũ præferatur. 321
Expectans qui acceptauit beneficiũ litigioſum vacans per obitum alterius collitigantis poterit, vt intereſſe putãs ex ſuo nouo iure nõ ex iure mortui admitti. 388





Expectatiua, quæ conceditur ad beneficium vacans, vel cum primum vacauerit, an capiat beneficium vacans per ceſſationẽ commẽdę. 416
Expectatiuas, ſeu reſeruationes nõ capere beneficia cõmendata, quando procedat. 690
Expectatiua reuocata quid operetur in ſpoliato, ad effectum, vt reſtituatur. 785
Expectãs litigioſa acceptare poteſt. 854
Expectatiuarum reuocatio in facto conſiſtit. ibidem.
Expectans qui acceptauerat prius vnam parochialem, an poſsit ſecũdam acceptatam ante adeptionẽ poſſeſsionis primæ reſignare. 954
Expeditio nulla & inefficax perinde eſt, ac ſi non ſit in rerum natura. 295
Expenſarum compenſatio quando fieri ſoleat inter victorem, & condemnatum. 485
Expẽſarum condẽnatio à quo tempore fieri ſoleat. 618
Expreſsio eorũ quæ tacitè inſunt, an aliquid operetur. 55
Expreſsio vnius modi excludit aliud diuerſum. 411
Expreſsio nominis poſſeſſoris in impetratione, nunquid ſit de forma ſubſtantiali, an verò ſufficiat fieri per æquipollens. 554
Expreſsio, & cõplementũ per æquipollens in formalibus inductis in conſequentiã alterius finis fieri poteſt. 557
Expreſſum quid dicatur. 560
Expreſsio valorum ſemper ad annatam reſpectum habet. 928
Expreſsio valoris de iure communi non requiritur. 949
Expreſsio eorum, quæ ſi tacita fuiſſent, nihilominus Papa concederet, etiam ſi ſit falſa non vitiat conceſsionem. 897
Extenſio quando fieri ſoleat. 180
Extenſio Vicecancellarij, vel regentis, quæ ſit poſt ſignatas cõmiſsiones quid operetur. 316
Extẽſio lata in materia odioſa quãdo fieri ſoleat. 393
Extenſio in exorbitãtibus quomodo ſoleat fieri. 423
Extenſio caſuũ ad alios caſus quando fieri non debet. 872
Extrauagans ignota non ligat, niſi ſumatur ex Cancellaria. 29
Extrauagans iniunctæ de elect. nõ procedit in Cardinalibus. 41
Extrauagantib. vt derogetur, oportet, quòd de illis fiat mentio. 45
Extrauagantium notorietas nihil facit ad illarum derogationẽ. 46
Extrauagans iniunctæ Bonif. viij. poſita ſub titulo de electio. nõ habet locum in eccl. cõmendata. 179
Extrauagans ambitioſe quos caſus comprehendat. 245
Extrauagans Bonif. viij. quæ incipit, Romani Pontificis prouidentia, quid operetur. 274
Extrauagãtes ex quo extra certum corpus ſingulariter vagantur, ſolent de facili permutationes Pontificum obliuioni tradi. 355
Extrauagans Martini v. quo ad re-

gulam de ſubrog.collit.ad verbũ deſcribitur. ibidem.
Extrauagans execrabilis locum habet in beneficijs iuriſpatronatus. 548
Extrauagans Pauli II.incip.cũ deteſtabile.poſita in titulo de ſimo. quæ generaliter loquitur in ſimoniaco reali tãtum locũ habet. 728
Extrauagans Clem.VI.ad regulam de valore deſcribitur. 916
Extrauagans Bonif.VIII.incip.iniunctè ſub titulo de electio.an cõprehendat Cardinales. 920
Extunc dictio extremum coniũgit & reſpicit tempus impetrationis. 638
Extunc dictio in regula de annali quid operetur. 638

Fabij, Piſones, & Lentuli denominati ab vſu leguminum. 22
Facere ſine lege vel contra legẽ paria ſunt. 611
Facta non præſumũtur, niſi probentur. 439
Facti quæ ſunt, cẽſentur ignota etiã à prudentiſsimis. 508
Factum à conatu differt. 593
Factum priuati in proſequutione cauſæ non tam conſideratur, quàm publicum. 607
Factum priuati cedentis nõ officit cauſæ publicæ. 631
Facti facultatẽ nec hæreſis, nec execrabilitas non auferunt, niſi à iudice tollatur. 612
Facultas conceſſa minori de primo vacaturo beneficio cum cura, vel ſine cura, licet non ſit valida reſpectu beneficij curati, erit tamẽ valida in non curato. 220
Facultas conceſſa per Papam familiari Cardinalis de permutãdis beneficijs ſuis, nunquid ſubijciatur reg.de imp. p obit.fam.Card. 411
Familiares, & continui commenſales Papæ, qui dicantur. 53
Familiaris Card.ſi durante familiaritate aliquod officiũ habuit, nunquid habeat locũ regula de imp. per obit.fam.Card. 408
Familiares non eſſe idoneos teſtes non procedit in familiaribus Cardinalium. 420
Familiares, qui ſunt intelligendi quo ad regulam de imp.per obitũ fam.Card. 436
Familiaris omnis eſt domeſticus. ibidem.
Familiaris recedẽs, & iterũ rediens, an dicatur amplius familiaris. ibi.
Familiaritas perdita, vt denuò reſtauretur quid requiratur. 439
Familiaritatis probatio ad effectũ excludendi alium, quæ requiratur. 440
Familiaris in duobus locis vnus eſſe poteſt. ibidem.
Familiaris vt quis verè, ſit à voluntate Cardinalis dependet. 441
Familiares veri, vt hodie ſunt multi qui non dicantur. 442
Familiaris quis quãdo dicitur, quãdo verò non. ibidem.
Familiaris quis nihilominus eſſet ſi Cardinali ſciente & tolerante, licet non mandante, ſeruiret magiſtro domus. 445



INDEX.

Familiaritas in iure diuerſimodè capitur, quædam eſt poteſtatiua, & quædam ſocialis. 448
Familiares familiariũ quo ad hoc, vt gaudeant prærogatiuis regularum tria habere debent. 449
Familiaris, vt quis dicatur, & continuus cõmenſalis, requiritur ad minus, quòd in tinello per quatuor menſes comedat. 452
Familiaris mortuo Cardinali ſi trãſferat ad alium Cardinalem, & moritur, nunquid iſte ſecundus Cardinalis debeat præſtare cõſenſum ex quo primus Cardinalis eſt mortuus. 464
Familiaris Cardinalis ſi ſit canonicus in eccleſia nõ numerata, & moritur nũquid ſit locus regulæ. 470
Familiaris ſeruiens, & habitans in domo Cardinalis præſumitur illius expenſis viuere. 439
Famulus filij mei non dicitur famulus meus, nec homo hominis mei eſt homo meus. 446
Famuli familiariũ, vt ſint noſtri familiares quid requiratur. 450
Famulorum cõmenſalium ſeruientium in domo Cardinalium duæ ſunt ſpecies. 451
Fatale nullum currit in cauſis, quæ agitantur in cõſiſtorio principis. 182
Febris quid ſit. 157
Febris, quæ durat poſt xx.dies quid ſoleat operari. 202
Feudum eccleſiaſticum, an comprehendatur in illis regulæ de triennali verbis, videlicet, beneficia qualiacunque ſint, &c. 682
Feudum, an veniat appellatione beneficij. ibidem.
Fiat verbum, de ſui natura quid importet. 307
Fictio, quæ inducitur à iure, habetur pro veritate, quo ad iuris diſpoſitionem. 210
Fideicommiſſum per triennij præſtationem inducitur. 674
Fidem malã, qui habet quo ad vnũ, & bonã quo ad alium, contra quẽ præſcribere poteſt. 773
Finis dat eſſe rei. 212
Finis demõſtrat, principium mouet agẽtẽ, & dicitur cauſa cauſarũ. 215
Finem ſeruare ad quem ipſa diſpoſitio tendit, licet forma non ſeruetur, in quibus ſufficit. 557
Fine conſtitutionis habito non curatur modus. 255
Finis vbi habetur ad quem inducta eſt proteſtatio fine ſeruato non curatur de ea. 655
Finitum negotium in rebus tractũ ſucceſsiuum habentibus non dicitur, donec totaliter perficiatur. 585
Fiſcus in curia Romana eſt ipſamet ſedes apoſtolica, & ideo qui hodie gerit officium fiſci, non fiſcus, ſed procurator fiſci appellatur. 13
Florentini ſagaces, & diligentes reputantur. 342
Florenorũ monetã Io.XXII.primus omnium Pontificũ cudi iuſsit. 918
Florenorũ origo, & æſtimatio. 943
Florentia ciuitas quo tempore fuit conuerſa. 942
Floreni quãdo, & à quibus fuerunt

contaminati. 943
Florenus in Camera apoſtolica in taxis pro ducato de Camera capitur. ibidem.
Fœmina in omnibus caſibus regulariter comprehéditur, vbi ſpecialiter non inuenitur excepta. 153
Fœmina quælibet habés dignitaté, quæ renuntiari poſsit comprehenditur ſub regula de infir.relig. 154
Forma ita trāſgreditur in minimo defectu ſicut in magno. 255
Forma per æquipollens quādo impleri poteſt. 994
Forma vbi eſt, debet ad vngué obſeruari. 655
Forma per aliū impleri non poteſt. 635
Forus conſcientię, non eſt alligatus apicibus iuris, nec ſtrepitui iudiciorum. 300
Forus conſcientiæ in quo differat à foro contentioſo. ibidem.
Fratres Prædicatores, & Minores, an poſsint exercere ea, quæ ſunt fori pœnitentialis. 259
Fraudis ratio conſiderata in regula militat in reſignatione facta corā ordinarijs extra curiam. 208
Fraus, quę per clauſulam poſitam in cōmiſsione, videlicet, dummodo ante terminum &c. inducitur, ad longum deſcribitur. 330
Fraudes, quę beneficijs occulte reſignatis, vel permutatis cōmitti poſſunt. 960
Fraudis præſumptio abeſſe dicitur in his, quæ fiunt incontinenti. 427
Fraus, & dolus nemini patrocinari debent. 520
Fructus, licet corroborét poſſeſsionem, non tamē ſequitur, quòd ſine ipſis poſſeſsio capi, & retineri non poſsit. 602
Fructus canonicatus quare communiter ad xxiiij. exprimuntur. 934
GAbellæ de annalibus ſoluendę, an intelligantur de viuis, an mortuis. 602
Geminiani conſilia, quę ſint in Rota reprobata. 986
Genus quando non poteſt verificari niſi ī vno indiuiduo, pro ſpecie habetur. 399
Gloria æterna, qui magis participant, & gaudent. 323
Gloſſa in cap. ſtatutū. in verb. canonicis. de reſcr. lib. vj. quę vult qualitatem tantum in principio requiri, multis modis limitatur. 750
Gordij vinculum. 904
Gradus in regula de annali qualiter probetur. 565
Gradus verbum, de iure ad dignitatis honorem adaptatur. 566
Gradus verbum, pro quodā doctrinæ loco ſiue qualitate meritis differente aliquando capitur. ibidē.
Gradus ſcientiæ nobilitati coniungitur, & æquiparatur. ibidem.
Gradus alius, excepto doctoratu, de iure communi nō reperitur. ibid.
Gradus quando eſſe dicitur. ibidē.
Gradus de quo in regula de annali quomodo probari debeat. 567
Gradus primi deliberatione durante, non admittitur ſecūdus, vel vlterior gradus. 428





Gratia, ſeu diſpoſitio facta per regulas dilatiuas non tollitur. 49
Gratia expectatiua ex quo non fuit conceſſa ad certū tempus, licet reuocari poſsit, perpetua ceſetur. 87
Gratia reſeruationis beneficiorum cum ſuſpenſione quarūcunq; gratiarum de quibus nominationib. exceptis regijs, intelligi debeat. 131
Gratia Papæ facta alicui, an requirat literarum expeditionem, vt de illa conſtare poſsit. 277
Gratiæ ab ordinarijs factæ ſolo inſtrumēto notarij, & ſigillo epiſcopi in Rota ſolent approbari. 282
Gratiam reualidatoriam, ſeu perinde valere, vt videlicet in eis expeditio requiratur, ſicut in principali gratia, an comprehendat regula de non iud. iuxta for. ſup. 290
Gratia perinde valere, in quo differat à prima gratia. ibidem.
Gratiæ perinde valere effectus. 292
Gratias motu proprio, an comprehendat regula de non iudic. iuxta for. ſup. 296
Gratiæ omnes, tam ad inſtantiā partium impetratæ, quàm motu proprio conceſſæ, ſupplicationes appellantur. 297
Gratia principis quomodo probetur. ibidem.
Gratia in foro conſcientiæ quando petitur in ſacra pœnitentia, cui, & quomodo committatur. 300
Gratia noua, an debeat de nouo intimari reo quando agitur de priuatione. 347
Gratia motu proprio poteſt dici impetratio. 406
Gratia motus proprij non includit ea, quæ exprimenda ſunt. 409
Gratia nō annullatur, ſi de illis, quæ poſſunt ſe habere ad eſſe, & nō eſſe non fiat mentio. 409
Gratiæ omnes ordinariorum cēſentur in dubio factæ motu proprio. 510
Gratia motu proprio ſi fiat ad impetrationem nō dicitur propriè gratia motu proprio. 514
Gratia nihilominus erit motu proprio conceſſa, etiam ſi in ſupplicatione dicatur, ſupplicauit nobis talis &c. ibidem.
Gratia quando dicatur motu proprio facta. ibidem.
Gratia ad beneficium vacaturum capit beneficium vacās per mortem commendatarij. 544
Gratia ſi neutri, cum ſit gratia noua, in ea illæ expreſsiones fieri debent, quæ de iure in alijs gratijs beneficialibus fieri debent. 550
Gratia ſi neutri non impetratur, niſi lite pendente. ibidem.
Gratia ſi neutri ex ſui natura reſpicit futura. 993
Gratia ſi neutri, vel ſi nulli in cauſa priuationis non dantur. 371
Gratiæ apoſtolicæ ſub duplici genere conceduntur. 514
HAeretici poſſeſsio non ſolum à lege prohibita, & dānata eſt, ſed etiā nuda rei detētatio. 609
Hæreticum, an defendat regula de triennali. 610
Hæres, an conueniri poſsit vbi pote

rat defunctus. 783
Hiſpanorum regni Caſtellę in regẽdis prouincijs cõſuetudo, & eadẽ apud Francos deſcribitur. 234
Hiſpania, quæ dicatur inferior, quæ verò ſuperior. 945
Homines faciles ſunt ad diſſentiendum. 59
Homines à feris in quo differãt. 233
Homines poſt diluuium vſq; ad ædificationem turris Babel vna lingua lonquebantur omnes. 235
Hominẽ ex loquela ipſa Socrates intuendum eſſe cenſuit. 236
Homines lites exquirentes peruerſi appellantur. 487
Homines vani & inſulſi, nomine tantum homines. 602
Homines ſæpe de facultatibus amplius, quàm in his ſint ſperãt. 601
Hominem malum antiqui tribus literis ſignificabant. 675
Homines procliuiores ſunt ad occidendũ vxores, quàm matres, & ob id matrẽ occidens, licet magis peccet quàm ſi vxorem occideret, minus punitur. 729
Hoſpes turpius eijcitur, quàm non admittitur. 860
Hoſpitalia, nunquid ſub regula de infirm. reſig. cõprehendantur. 201
Hoſpitalia quando veniant appellatione beneficiorum. 678. & 706
Hoſpitalia quando laicis concedũtur gubernanda, non dantur in titulum beneficij, ſed cuiuſdam adminiſtrationis temporalis. 701
IDioma Britonis Galli, & Britonis Britonizantis, nunquid ſit diuerſum. 253
Idiomatis regulæ, an videatur ſatisfactũ ſi aliquis pro parte intelligit, & pro parte non. 254
Idiomata duo vbi ſunt ĩ aliquo regno, vnum naturale, & alterũ accidentale, nunquid impetrãti gratiam in regno vbi non intelligit idioma naturale, ſed bene accidẽtale, obſtet regula. 255
Idioma duplex in quib[9] regnis inueniatur. ibid.
Idiomatis regula an obſtet Normãdis habentibus parochias in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia. 257
Idiomatis regula, an habeat locum in vicaria perpetua, & in omnibus alijs beneficijs curatis. 261
Idiomatis regula, an procedat ĩ gratia motu proprio ex certa ſciẽtia. 261
Idiomatis regulæ ad derogandum non ſufficit motus proprius, nec ſola certa ſcientia. ibidem
Idioma patris, an matris filius loq præſumetur, quando pater, & mater diuerſum idioma loquuntur. 262
Idiomatis regulæ, qua forma debeat, & ſoleat derogari. 264
Idiomatis regulę Papa ſi derogaret in gratia expectatiua, nũquid per hoc cenſetur etiam derogare alijs prædictis tendentibus ad eũdem finem. 265
Ieiunium, licet ſit de præcepto, vbi tamen finis ieiunij ſeruatur, non peccaret non ieiunans. 655

Igno



Ignorantem quęlibet cauſa etiã iniuſtè excuſat à dolo. 269
Ignorantia ſupina dolo æquiparatur. 270
Ignorantes non ligantur aliqua diſpoſitiõe niſi fuerint culpoſi. ibid.
Ignorantia iuſta quando non excuſat. 271
Ignorantia præſumitur, niſi ſciẽtia probetur. 596
Ignorantia in his quę ſunt iuris nõ præſumitur. 833
Ignorari à peritis aliquando poſſunt caſus exorbitantes. 375
Ignorantia in gratioſis non excuſat à ſubreptione. 948
Illatio non fit ex diuerſis. 144
Illegitimus expoliatus nõ reſtituitur. 622
Illegitimi omnium iurium ſpiritualium ſunt incapaces. 678
Immunitas ſi conceſſa fuerit mulieri propter numerum filiorũ, non debet illa ceſſare ſi contingat aliquos ex illis mori. 387
Impedimenta, quæ ſtatim annullant, quæ ſint. 45
Impedimẽta inducta per actũ iuris poſitiui, poſſunt per Papã tolli, & omnes effectus ex illo ꝓducti. 98
Impedimentum non præſtant, quæ de iure non ſortiuntur effectũ. 365
Impeditus vbi potuit tollere impedimentum, & non fecit, ſibi imputatur. 525
Impedimentum ſuperueniens in iure non attenditur. 526
Impedimentũ quãdo non euenit facto impetrãtis, ſed extrinſecus cõtingit, nõ debet ſibi imputari. 527
Impedito, licet de iure ciuili culpa ſua currat tempus, non tamen de iure canonico. ibidem
Impedimentum belli quando excuſat actorem poſſeſſorem triennalem ad iudiciũ euocari facere. 895
Impedimẽti proteſtatio de iure cõmuni regulariter non eſt neceſſaria. 896
Impedimẽtũ allegans ad effectũ, vt audiatur, illud ꝓbare debet. ibid.
Impedimentum quomodo probari debeat. ibid.
Imperator in infirmitate renũtiãs, an comprehendatur regula. 143
Imperiũ datur per electionẽ. ibid.
Imperator non eſt clericus, nec aliquem eccleſiaſticum ordinem habet. 144
Imperator largo modo dicitur ſacerdos, & presbyter, aliquãdo põtifex, & Dei vicarius. ibidem
Imperatorum filij olim viuentibus eis Cæſares pronũtiabantur. 145
Imperator hæres eſſe in teſtamẽto quare prohibetur. 488
Impenſæ, licet damni appellatione in cõuentionalibus non includantur, ſecus tamẽ eſt in iudicialib. 575
Impetrans vnus expreſſe beneficiũ vacans per reſignationem in manibus Papæ, & alius impetrat per vacationem fictam obitus inducti per regulam, & concurrant in data, & ſunt in omnibus qualitatib. pares, quæritur quis debeat præferri. 222
Impetratio per ceſsũ, vel deceſſum,

quomodo procedat. 224
Impetrantis ſecunda prouiſio quãdo valeat. 229
Impetranti beneficium viuentis omnes leges diuinæ, humanæ, & cõciliares aduerſantur. 267
Impetrauerit verbum, quid importat. 268
Impetrationẽ factam à legato, vel ordinario extra curiã, an cõprehendat regula de impetrantibus beneficia viuen. 269
Impetratio obtinẽtis prouideri de beneficio viuentis ignoranter, ſi poſtmodum ſequuta morte, illud de nouo impetrauerit à Papa non facta mentione de præterita impetratione, an valeat, vel ſit inhabilis. ibidem
Impetrantes ſcienter beneficia viuẽtium quibus pœnis puniũtur. 270
Impetrans diffamans priuãdum de pluribus criminibus arctatur ad probandum. 373
Impetratio per priuationẽ quando ſignatur. 374
Impetrare in genere quis velle non præſumitur, quod in ſpecie non eſſet impetraturus. 400
Impetranti beneficium eodem die obitus cum derogatione regulæ, nunquid incumbat onus probandi obitum præceſsiſſe, an verò aduerſario. 403
Impetrare & motu proprio obtinere, contraria videntur. 407
Impetrans per non promotionem non poteſt cõſequi per obitum illius poſtea contingens. 413
Impetrans beneficium vacans ipſo iure per priuationem familiaris cardinalis, an teneatur ſeruare cõtenta in regula. 418
Impetratio aliud eſt, & aliud ſubrogatio, licet ſubrogatio veniat appellatione impetrationis. 424
Impetratio ſecũda non faciens mẽtionem expreſſam de prima, non valet. 429
Impetrãs ius in re, quod familiaris Card. defunctus habebat ad beneficium quod de facto alius poſſidebat, nunquid debeat obſeruare contenta in regula. 472
Impetratio an à principio ſit conditionalis, vel pura, licet ex euentu reſolubilis, magna eſt differẽ. 476
Impetrantem bonã, vel iniquã cauſam fouiſſe ex effectu metitur. 484
Impetratio vtrum annullabitur ſi in prima inſtantia non fuit oppoſitum de regula de annali, ſed opponitur in ſecunda. 496
Impetratio ab ordinario cõtra annalem poſſeſſorem nõ videtur ita calumnioſa ſicut illa, quæ obtinetur à Papa, & quare. 507
Impetrãs improbus, qua pœna mulctatur. 510
Impetratio, non facta mentione de colorata poſſeſsione alterius, nõ valet. 511
Impetrare prohibitus non prohibetur conſequi gratiam motu proprio. ibidem
Impetrans in materia odioſa ambitioſus præſumitur. ibidem
Impetranti beneficiũ contra capitulum alicuius eccleſiæ poſſeſſorem annalem, an obſtet regula. 518
Impetrans impeditus per poſſeſſorem annalem quo minus cauſam expediret infra annũ, nũqd excuſetur à pœnis regulæ. 521
Impetrans impugnans poſſeſsionẽ annalem, nunquid poſsit poſtea eam probare opponendo de regula contra ius tertij. 532
Impetraret ſi aliquis officium alicuius annalis poſſeſſoris, nunqd obſtet regula. 533
Impetranti imputandum non eſt, ſi non expreſsit, quod iuſtè ignorauit. 567
Impetrãs de gratia expectatiua mẽtionem facere debet. 83
Impetratio qũo fieri debeat. 572
Impetrantem, qui non ſeruat contẽta, vt prima parte reg. teneri poſſeſſori ad intereſſe, de quo intereſſe intelligemus. 572
Impetrãs in dubio temerarius præſumitur. 574
Impetranti in forma iuris, qui petit aliquem priuari propter crimen, an obſtet regula. 576
Impetranti per prouiſionẽ Papæ in euentũ priuationis non eſt illi ius quæſitum irreſolubiliter, ſed cõditionaliter. 578
Impetrans cauſam contra reũ conuentum, vſque ad ſentẽtiam proſequi tenetur. 606
Impetrans cauſam terminari facere intra annũ aſtringitur. 607. & 610
Impetrãs ne quis alius nõ poſſeſſor poteſt de iure tertij excipere ad nõ infringẽdũ gratiã tertij. 626
Impetrantẽ quodammodo ad impoſsibile aſtringere eſt legi contrarium. 645
Impetrans mortuo poſſeſſore iam prius citato, nunqd teneatur finire cauſam vſq; ad ſententiã infra eundẽ annum contra ſucceſſorem in beneficio, an verò debeat habere alium annum ad proſequẽdum cauſam cum ſucceſſore. 646
Impetranti quando ſubducũtur tẽpora, an cõputẽtur dies feriati, q̃bus impetrãs agere nõ potuit. 650
Impetrãs nunqd excuſetur à pœna, de qua in vltima parte reg. ſi terminos in petitorio nõ ſeruauit, vſq; ad commiſsionem poſſeſſorij per partem aduerſam factam. 652
Impetrans ſi per iudicẽ ſtat, quo minus cauſam terminare poſsit per ſententiam infra annum, nũquid teneatur de neceſsitate proteſtari iudici per ipſum nõ ſtare ad hoc, vt excuſetur. 653
Impetrans ſi impeditus fuit cauſam proſequi infra annũ, nunquid loco proteſtationis ſufficiat illi impedimentum probare. 654
Impetrantis improbi, & calumnioſi malitia, quãdo eſt in propatulo nullæ gratiæ ſuffragari debẽt. 663
Impetrans in prima parte regulæ peccans, in quibus puniatur. 664
Impetrans à Papa beneficium vacãs in curia, & ſit reſeruatum reſeruatiõe in corpore iuris clauſa, hoc non expreſſo, nunquid dicatur habere titulum coloratum, & defen-

datur regula de triennali. 828
Impetratio facta per obitum electi tantum non conſecrati, tanquam de beneficio vacante per mortem non valet. 847
Impetratio cum impenſa expedita de conſenſu abſentis facta præſumitur. 850
Impetratio in dubio facta pro abſente illius nõ præſumitur. ibidem
Impetrãs beneficiũ viuẽtis, & poſtea poſsidens vigore illius impetrationis per trienniũ, nũquid poſsit mortuo illo per cuius obitũ impetrauit, vti priuilegio reg. de triẽnali contra alios impetrãtes. 863
Impetrans ab expreſsione falſi valoris in arrendamentis expreſsi excuſatur. 950
Impetrans beneficiũ annalis poſſeſ. an per ſolam impetrationem, & citationem improbus, vel iniuſtus dici poſsit. 486
Impetratio facta infra tempus quo quis declaratur excommunicatus, niſi ſatisfecerit, nũquid valeat. 995
Improbitas à lege magnopere deteſtatur. 662
Impugnatũ vna via poteſt quis ex alia approbare. 625
Incompatibilis diu poſsidens præſumitur diſpenſatus. 709
Incontinenti facta cẽſentur ineſſe, quomodo procedat. 427
Indebitum ſolutum per trãſactionem non repetitur. 488
Indi, teſte Herodoto, ſenes interficiunt, & comedunt. 155
Inducta ad vnum finem, non debẽt ad alium trahi. 223
Indulta Cardinalium comprehendunt etiam beneficia cardinalium morientium. 39
Ineſſe non dicuntur, quæ ex interuallo fiunt. 175
Infectus quis dicatur. 159
Infectus peſtilentia ſanus eſt, & nõ infirmus. 160
Infirmitas vera, quid ſit. 157
Infirmitas, & periculum mortis multum differunt. 159
Infirmitas quælibet in dubio præſumitur durare longo tempore, ſaltem per annum. 160
Infirmus ſemper præſumitur infirmari, niſi probetur contrariũ. 162
Infirmitatis nonaginta priuilegia deſcribuntur. ibid.
Infirmitas mẽtis reſignationẽ prohibet. 172
Infirmus ex morbo Gallico, non periculoſo, nũquid præſumatur mortuus infra xx. dies eodem, an verò ex ſuperuenienti infirmitate. 175
Infirmitatis acutæ tres habentur cognitiones. 201
Infirmitas mortalis infra xx. diem poteſt cognoſci. 203
Infirmi graui infirmitate laborãtes non præſumuntur eſſe in ſana mẽte. ibid.
Infirm⁹ nõ lethali infirmitate renũtiãs beneficio, cũ derogatiõe reg. quãti ex illa ĩfirmitate moriatur, ſi poſtea ſuperueniẽti graui infirmitate infra xx. dies moriatur, an cẽſeatur derogatũ regulæ. 206
Infirmitatis appellatiõe debet intelligi



ligi de graui. 207
Ingratitudinẽ arguit beneficij commemoratio. 326
Ingreſſus vitioſus quare non datur. 620
Inhabilis quilibet etiam hæreticus ſeruans cõtenta in regula, an poſſit impetrare beneficium annalis poſſeſſoris. 491
Inhabiles ipſo iure non ſunt capaces beneficiorum. ibidem.
Initium etiã in odioſis expectamus. 213
Innocẽtius Quartus cum poſſet ex eis dictis leges condere, voluit tamen à quocunque melius ſentiente, reprehendi. 449
Inquiſitor alienata per hæreticum liberè reuocare poteſt. 878
Inſinuatio vicem publicationis obtinet, & in clandeſtinis donationibus ad remouendum fraudes adhibetur. 959
Inſinuatio in donatione iuris quæſiti, an requiratur. 100
Inſtituens non poteſt inſtituere quẽ vult. 545
Intellectus ad certam cautelã quam ſollicitatores in commiſsionibus excogitant. 332
Intellectus ad illa verba, videlicet, dummodo ante terminum ad articulandum. 335
Intellectus ad illam clauſulã in cõmiſsione apponi ſolitã, videlicet, quòd interim beneficiũ ipſum etiã quo ad effectum regulæ de ſubrogand. cenſeatur litigioſum. 336
Intellectus ad illa verba in cauſa commiſsionis pẽſionis apponi ſolita, videlicet, abſque retardatione ſolutionis penſionis. 348
Intellectus ad illa verba, videlicet, dummodo ceſsio non fiat in potentiorem. 359
Intellectus ad cap. j. vt lite penden. lib. vj. 367
Intellectus ad clem. j. §. fin. de conceſſ. præbend. 407
Intellectus ad text. in cap. ſi pro te. de reſcript. lib. vj. 428
Intellectus ad dictum Arch. in c. clericum. el. j. xj. q. j. 451
Intellectus ad text. in cap. præſenti. de præbend. lib. vj. 460
Intellectus ad text. in cap. j. §. fin. ne ſed. vacant. lib. vj. 465
Intellectus ad text. in l. vniuerſis. C. de preci. impetr. offe. 492
Intellectus ad conſil. Decij ccxiiij. 548
Intellectus ad verba regulæ de annali, videlicet, neq; vllus vacationis modus. 550
Intellectus ad text. in cap. j. de exceptio. lib. vj. in prin. iuncto §. fi. 584
Intellectus ad cap. de multa. de præbend. & cap. licet canon. 598
Intellectus ad dictum Bonifacij in cle. j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. 724
Intellectus ad dicta Innoc. in c. cum ſuper. & ad l. Bar. ſi per luſorio. 771
Intellectus ad diſpoſitionem cap. ij. vt lite penden. lib. vj. 837
Intellectus ad regulam de triennal. verſ. videlicet, antiquas lites penitus extinguentes. 904
Intellectus ad deciſionem Rotæ x. vt

vt lit. pend. in no. quæ vult litē nō finiri, niſi poſt ſententiam. 912
Intellectus ad dicta Pet. de Anchar. in conſil. ccxcv. pro clariori euidentia, &c. 988
Intellectus ad cap. poſt electionem. de cōceſſ. præb. & cap. vt quis duas. de elect. lib. vj. 999
Intentionis defectus in gratia motu proprio, an poſsit dari. 267
Interdictū de fonte in dubio intelligitur de vero, nō autē de ficto. 789
Intereſſe in ſpiritualibꝰ ſicut in profanis peti non poteſt. 537
Intereſſe, & damnum diuerſo modo conſiderantur. ibidem.
Intereſſe putantes, cōtradictore deficiente, citari debent. 628
Interpretatio lata ex iure communi fieri debet. 232
Interpretatio, quæ pro libertate facit, benignior reputatur. 351
Interpretatio ſemper capienda eſt per quam excludatur delictū. 403
Interpretatio in qualibet conſtitutione in dubio, quæ capi debeat. 417.
Interpretatio de dāno euitādo ſtrictior fieri debet. 753
Interpretatio ciuilis, quæ ſit ad interrumpendū tēpora præſcriptionis cui prodeſſe dicatur. 772
Interruptio pacificè triēnalis poſſeſsionis facta ad citationē vnius, vtrum poſsit alijs. 773
Interruptionis ſpecies duplex eſt. 775
Interruptio quo caſu interrumpenti ſolum prodeſſe dicitur. 778
Intruſus verè non dicitur, qui virtute exemptorialium poſſeſsionem capit. 367
Intruſus à principio litis, ſed lite pēdente, deſinit eſſe, vtrum poterit ſe ſubrogari in beneficio per obitū collitigantis. 387
Intruſi omnes, excepto hæretico, regul. de annali iuuantur. 616
Intruſus in benefic. reſeruato ſi ſpolietur, non reſtituitur. 710. & 855
Intruſus quis dicatur. 798. & 867
Intruſus quot modis quis dicatur de iure communi. ibidem.
Intruſus, an dicatur ille, qui ingreditur poſſeſsionem cum titulo præter authoritatem ſuperioris. 868
Intruſus ſine titulo ſpiritualia miniſtrare non poteſt. 990
Inutile quod eſt, deeſſe dicitur. 599
Ioānes xxij. vltra ordinationes Rotæ multa ſaluberrima inuenit. 14. & 919.
Ioānes xxij. moriens vigeſies quinquies centum milia ducatorū eccleſiæ dimiſit. 14
Ioannes xxij. conſtitutionem inter alia fecit, qua regnum Germaniæ regnō Franciæ diuideret, & Italiā ab imperio ſegregaret. 14
Ioannes xxij. adeò fuit curioſus, q̄ indices omnium rerum ordine alphabeti confecit. 15
Ioannes xxiij. in materia de ſubrogandis collitig. duas regulas condidit, Martinus verò v. aliam his diſsimilē, in quibus contenta enarrantur. 355
Iter à communiter accidentibus, an eligendum ſit per mare, an per terram. 402



Iudex eiuſdē nationis, quo eſt actor à reo conuento, recuſari poteſt, & quare. 233
Iudices delegati, qui dicantur. 293
Iudex non recipit iuriſdictionē, niſi literis expeditis. 295
Iudex in principio litis de legitimatione perſonarū inquirere debet. 342
Iudex parte non opponente, poteſt nulliter agentem repellere. 492
Iudex non ſolum tenetur ſupplere circa ea quæ ſunt iuris, quando omittuntur à partibus, ſed etiā circa conſuetudinem. 493
Iudex ex his, quæ vidit, licet in actis ſibi non conſtet, iudicare poterit. ibidem.
Iudicē non poſſe ſupplere, quæ pars omiſit, quomodo procedat. 494
Iudicis diffinitio ſecundū Bal. ibid.
Iudex ſecundum acta, & probata iudicare debet. ibidem.
Iudex actum fruſtratorium repellere poteſt. 501
Iudex ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam poteſt infra annū executioni mandare. 582
Iudex propter negligentiam adminiſtratione ſua priuatur. 806
Iudicare quando poſſumus contra communem opinionem. 611
Iudicium plurimorum oculis comprobatum iuſtū præſumitur. 247
Iudicium vnum fuiſſe iuſtū, & poſtea eius contrarium iuſtius nō conuenit. 684
Iudicium idem eſt de his, quæ fiunt ante, vel poſt actum. 467
Iunior quanto quis eſt, tanto perſpicacior. 882
Iuramento quando derogatur per ſimplicem derogationem, nulla facta de illo mentione. 47
Iuramentum in præiudicium reipublicæ, an valeat. 78
Iurans procuratorem non reuocare, quòd poſsit, non obſtante iuramento, illum reuocare quomodo procedat. 572
Iurans ſe non contrauenire, etiam per inſtrumētum in forma Cameræ, ante præſtitum conſenſum reſignanti, an reuocare poteſt huiuſmodi propoſitum. 212
Iura inducentia vacationem requirunt poſſeſsionem. 67
Iura prohibētia nō auferri ius quæſitum quomodo intelligi debent. 77
Iura loquentia de filio inſtituto, & de ſoluendo tributo, vel gabella, ex cōtractibus in quibus habebūt locum. 82
Iura loquentia ſimpliciter debent intelligi de habilibus. 154
Iura non adaptantur ad ea, quæ rarò, & cum difficultate fiunt. 402
Iura quemadmodū poſt terminum ad probandū poſſunt allegari, an eodē modo poſsit extrauag. 497
Iura duorum, quando peruenimus ad vnum iudicatur pro vno. 531
Iura loquētia de remiſsione facienda homicidijs, & de cōſuetudine, in quibus habeant locum. 720

Iura

Iura defuncti cum qualitate ſua nõ tranſeunt in ſubrogatum. 741
Iuris communis diſpoſitio nemini cauſans preiudicium, an procedat indiſtinctè, in quibuſcunq; cõmiſſionibus, tam in iudicio, quàm extra. 73
Iure ſublato, quod eſt plus, videtur tolli quod eſt minus. 95
Iuri communi, non autem priuilegio, & iuri ſpeciali in generali derogatione iurium cenſetur derogatum. 97
Iuriſdictio pari in parem de iure tribui non ſolet. 137
Iuris profeſſores à lege ſacerdotes appellantur, ſed impropriè. 146
Iuris ordo coram principe non ſeruatur. 182
Iuriſdictio ex reſcripto nullo iudici datur pro condemnatione expenſarum. 286
Iuriſdictio ſicut per reſcriptum nullum non datur, ita neque per literas defectuoſas, & ſubreptitias. 295
Iuriſdictionem ordinariam nullus habet in curia, niſi ſolus Papa, & quare. 324
Iuriſdictio ordinaria regulariter vnde proueniat. 325
Iuriſdictionis, & competentiæ defectus non ſanantur per ſignaturam iuſtitiæ. 343
Iuriſdictionis defectus non cõprehenduntur ſub reſcriptio ſanante omnes, & quaſcunque nullitates. ibidem.
Iuriſdictionem eſſe nullam, literis non expeditis, quando procedat. 364
Iuriſperito dolus aſcribitur, ſi iura ignoret. 374
Iuri alterius ex cauſa mea acquiſito renuntiare non poſſum. 557
Iuris alterius virtus transfundi debet cum qualitatibus ſuis in aliũ. 782
Iuris ciuilis vbi ſit mentio per excellentiam, de iure tantum ciuili Romanorum intelligimus. 839
Iuſtitia inter cæteras virtutes obtinet principatum. 12
Ius commune ordinarium præſumitur certum. 46
Ius ad rem acquiri, in beneficialibus quibus modis dicatur. 66
Ius ad rem per electionẽ quo pacto nobis acquiratur. ibidem.
Ius ad rem per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ quomodo acquiratur. 68
Ius ad rem per præſentationẽ quomodo acquiratur. 67
Ius per acceptationẽ acquiſitũ quare videri debeat præſeruatũ quantum ad exceptionem regulæ de iure quæſito non tollendo. 69
Ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima præbẽda factum creato in canonicum authoritate apoſtolica quõ acquiratur. ibid.
Ius ad rem per collationem nõdum acceptatam quid operetur. 70
Ius ad rem per reſeruationẽ factam pro familiari de certo beneficio quid importet. ibidem.
Ius ad rem per conſuetudinẽ optãdi præbendam quantæ ſit conſiderationis. ibidem.



Ius ad rem ob non ſolutionem penſionis quid operetur. 71
Ius ad beneficiũ per priuationẽ iuris quomodo acquiratur. ibidem.
Ius ad rem per regreſsũ, & acceſſum quid importet. ibidem.
Ius quæſitum nemini eſſe tollẽdum de iure cõmuni expeditũ eſt. 75
Ius vbi tollitur alicui ſecũdario, & non principaliter, nunquid ſit locus regulæ. 77
Ius cõditionale non habet aliquam ſubſiſtentiam de præſenti. 81
Ius adeundi quare non ſit in bonis noſtris. ibidem.
Ius cõditionale quãdo veniat in cõſideratione, de quo ex ſtylo cãcellariæ in literis debet fieri mẽtio. 83
Ius in re vel ad rem reſultans ex iure conditionali non eſt penitus caducum. 85
Ius firmum, & magis firmum ex quo datur. ibidem.
Ius competens ex gratia expectatiua reuocari poteſt, & diu non durat. 87
Ius quæſitum quod dicatur. 89
Ius quæſitũ an tollatur, quando in cõmiſſione, vel gratia, pro cõmiſſione impetranda derogatur poſſeſſioni tantum. 90
Ius alicui tollere ſicut nõ eſt intentionis Papæ, ita nec poſſeſsionẽ. 91
Ius quæſitũ vbi eſt alicui ex ſola cõmiſſione, nunquid ſecundæ commiſſioni derogatoriæ illius obſtet regula. 96
Ius cõpetẽs de iure ſpeciali facilius tollitur q̃ de iure cõmuni. ibid.
Ius nobis quæſitũ ex actu iudiciali, etiã ſi fuerit factus in partibus, nõ debet nobis auferri per ſtylum curiæ. 97
Ius datũ per cõmiſsionẽ facilius tollitur per alterã cõmiſsionẽ, quàm ius acquiſitũ de iure cõmuni. 98
Ius ex voluntate principis acquiſitũ ſola principis contraria voluntate aufertur. 99
Ius tollere alicui, vel illud differre parificatur. 106
Ius quæſitũ, an dicatur tolli ſi per lapſum termini ad articulandũ admittãtur articuli obiectiui cũ aduerſarius ſit tutus exceptione temporis. 108
Ius aliquem habere, & probationẽ deficere ſtant ſimul. 111
Ius ſibi quæſitum, an alicui tollatur per derogationem regulæ vigore cuius iam cõpetebat ante regulæ derogationem exceptio. 118
Ius quæſitũ, an tollatur ſi per cõmiſſionẽ tollatur gratia alicuius, itaque per illam cõmiſsionem reducimur ad ius cõmune. 122
Ius ad ſe pertinens, licet nõ vacet de facto quilibet conferre poteſt. 194
Ius in re, neque ad rem per expectatiuam non acquiritur. 272
Ius de nouo emergens in profanis poſt concluſionẽ in cauſa cenſetur obuenire poſt ſententiam. 344
Ius nouũ per ſubrogationẽ Papæ in beneficialibus creatur, & nõ tranſfunditur illud idem quod habebat defun

defunctus. 345
Ius bonum non videtur cõpetere litiganti, quod exceptione regulæ elidi poteſt. 385
Ius ſuum indeciſum nemo relinquere debet. 489
Iuſtus, & bonus non incidit in legẽ, neq; eius pœna debet teneri. ibid.
Ius quando ex perſona agentis metitur. 542
Ius beneficiale adeò eſt perſonale, ꝙ perſonã nõ tranſgreditur. 736
Ius ſuum, qui per ſolum annũ in iudicio deducere negligit, videtur illud habere pro derelicto. 766
Ius competens per exceptionem dicitur bonum. ibidem.
Ius per ſolam præſentationem, vel electionem nõ tribuitur in re, ſed ad rem. 847
Iuris plus nemo in alium transferre poteſt, q̃ ipſe habet, & hoc quãdo procedat. 953
Ius quod eſt in pendẽti, an impediat prouiſionem medio tempore alteri factam. 994
Ius reſignatarij ante publicationẽ, an dicatur pendens. 995
Ius in re plenum quod poſſet reſolui, an ſit alteri cõferribile ante reſolutionem. ibidem.
Ius ſemel renũtiatum, an poſsit iterum cedi. 997
LAicus ad cognoſcendum de poſſeſſorio in cauſis habentibus connexitatem ſpiritualem incompetens videtur. 595
Legatus de latere, vel alius inferior ordinarius, an poſsit tollere expreſsè ius quæſitũ, derogãdo regulæ, ſicut poteſt Papa. 133
Legatus cum facultate derogãdi regulis æditis, & ædendis, an poſsit derogare regulæ de infir. reſig. 230
Legat⁹ in curia põt beneficia ſuę ꝓuinciæ reſeruare, vel cõferre. 284
Legatus de latere ſignat ſicut Papa, & quare. 314
Legatum factũ pauperibus comprehendit ſeruitores eorum per quos releuantur. 447
Legati iuriſdictio odioſa eſt, extraordinaria, & ſuperinducta. 925
Legato vbi facultas diſpẽſandi committitur, ſubintelligi quid debeat. ibidem.
Legatus quas gratias dare ſoleat, & concedere. 926
Legatorum literæ quare apoſtolicæ dicantur. 927
Legem vniuerſalem, vel particularẽ ex perſona cõditoris metimur. 20
Leges prolatæ ab imperatoribus, in quorum præiudicium nõ poſſunt reuocari. 119
Leges quando ſapiant. 134
Leges quando non recipiant reſtrictionem de habilitate. 154
Legẽ cõdere per quam omnes ſubditi ligentur, de rebus arduis, & maximi imperij dicitur. 183
Leges Rom. quare grauiſsimè tulerũt originarios à ciuitate, & propria patria diſcedere. 232
Leges, quæ dabantur populis, ſub illo eiuſdem populi idiomate publicare veteres voluerunt. 239
Lege permittẽte quod fit, legitimè, & iuſtè fieri dicitur. 382
Leges nouæ à lege veteri interpretationẽ, & declarationẽ recipiũt. 399. & 509. & 907
Lege quod non cauetur, in practica non habetur. 611
Legẽ defendere aliqua ratione etiã fatua melius eſt, quàm eam nudã, & ſine ratione dimittere. 673
Lege plures intellectus habente, & omnes diuinatiuos, quis illorum ſit eligendus. 910
Legis vniuerſalis natura, quæ ſit. 17
Legis virtus in quo conſiſtat. 179
Legis verba, quibus nõ conueniũt, neque ipſa diſpoſitio cõuenire videtur. 519
Legumlatores veteres ab vtilitate exordiẽtes proœmijs quibuſdam ad legum ſtudium ſtudioſos inuitare conſueuerunt. 134
Legum omnium inanis eſſet cenſura, niſi diuinæ legis imaginem gerat. 723
Lex communis vbiq; publicatur. 17
Lex ad hoc, vt vniuerſaliter liget, quid requiritur. 18
Lex debet locis, & perſonis conuenire. 19
Lex vniuerſalis poteſt eſſe temporalis, & perpetua. 26
Lex moderna generaliter loquens debet interpretari ſecundum antiquam, & abolitam. 104
Lex vigore cuius ius eſt acquiſitũ alicui reuocari ꝑ principẽ non põt, quo minus allegari nõ poſsit. 119
Lex diuina mãdat illum ea ſeruare, quæ alios præcipit cuſtodire. 140
Lex humana debet ſe cum diuina cõformare. ibidem.
Lex, vel diſpoſitio vniuerſaliter loquens, omnia includit. 151
Lex ſi non excipit, nec nos excipere debemus. 181
Lex indiſtinctè omnes, quos nõ excipit, ligat. 251
Lex omnis præceptiua dicitur habere decretum irritans. 276
Lex quando fundatur in præſumptione, non habet locum in foro conſcientiæ. 301
Lex ſuſpicari vetat triſtẽ euẽtũ. 382
Lex generalis omnes ſubditos comprehendit excepto principe. 434
Lex quæ dicatur vtilitatem publicã concernere, quãuis eius verba priuatum cõmodum præ ſe ferãt. 482
Lex generaliter loquens, an cõprehendat inhabiles. 609
Lex indignis nõ dat priuilegia. 707
Lex, & quælibet alia diſpoſitio, ſiue regula ſimpliciter loquens per interpretationem nõ eſt amplianda. 722
Lex nulla, aut ſtatutum quem ſenſum recipere poteſt. ibidem.
Lex qualis eſſe debeat. ibidem.
Lex quãdo perdit nomen legis. 723
Lex adeò exoſos ſpoliatores habet, quòd nolit eos tueri in poſſeſsione ſua, etiam per exceptionem veri dominij. ibidem.
Lex de his, quæ frequenter accidũt, intelligi debet. 728
Lex quando requirit actum cũ qualitate nõ ſufficit deducere actum, niſi & qualitas deducatur. 747

Lex cui dat actioné fortius illi exceptionem concedit. 848
Lex ſi eſt iuſta in foro fori vtiq; erit iuſta in foro poli. 861
Lex quando aliquid vetat ad commodum illius cui fieri aliquid vetatur, tunc ex illa lege non competit illi, niſi ſola exceptio. 901
Lex generalis comprehendit vtrunque caſum, licet maior ratio militet in vno, quàm in alio. 907
Lex quãdo non eſt allegãda in deciſionibus cauſarum. 910
Lex præcepti data à Deo, quãdo habet plures intellectus, faciens contra eam nõ peccat mortaliter. ibi.
Legum compoſitarũ nomina, quo pacto ſcribi debeant. 560
Libellus ſuper quo petitorio trahat ad ſe proprietatem, & rei vendicatio aliquando competat. 639
Liber taxę beneficiorum hodie pro regula habetur. 929
Liberum quid dicatur. 424
Libræ turonẽſis valor, & origo. 938
Libra turonenſis, cum quibus alijs monetis concordet. 939
Libræ cuiuſcunque regionis, & ciuitatis valor exprimitur. ibidem.
Libra in Anglia de turonenſi in dubio intelligitur. ibidem.
Libræ legalis valor quis ſit, & ex quibus ducatis conſtet. 940
Limitatio ad illa verba, videlicet, ceſsione non faciendam in potentiorem. 359
Limitatio, & intellectus ad cap. ex eo de reg. iuris. lib. vi. 532
Lingua ad quid nobis data ſit ſecundum diuum Paulum. 232
Linguæ, & habitus diſparitas quid operetur. 235
Linguæ idẽtitas, ſicut & ſimilitudo nominis affectioné inducit. 237
Linguæ, & loquelæ ſimilitudo quãtum valere poteſt ad Agarenorũ conuerſionem. ibidem.
Litibus finem imponere fauorabile iudicatur. 101
Litis euentus eſt dubius. 102. & 482
Litis pendentia, vt introducta dicatur, quid requiritur. 338
Litigare qui facit aliquem fruſtratoriè debet in expenſis condemnari, & hoc quomodo procedat. 345
Lis mota per non habẽtem mandatum, tamen ratificata per dominũ poſt, vel ante mortem collitigantis, an proficiat ad effectum reg. de ſubrog. collit. 366
Litem non extingui poſt rem iudicatam nõ executã quomodo procedat. 383
Litigantes improbi, qui dicãtur. 385
Litiũ extinctio ad reipublicæ commodum pertinet. 482
Lites quàm ſint execrandæ. 487
Litigioſi in teſtes, vel accuſatores non admittuntur, & eorũ ordinatio, ad ſacros prohibetur. 488
Litigare ex cauſa bono, & iuſto viro non eſt prohibitum. 489
Litigator improbus ad regulam de annali poſſeſſore, quis intelligetur. ibidem.
Lis diſcuſsionem, & actorum apparatum requirit. 571
Litigandi iuſta cauſa in Rota nunquam excuſat condẽnatum in expenſis. 574
Litis pendentiæ effectus poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam ante eius executioné, nihilominus durant. 583
Lis finita quãdo dicitur. ibid. & 886
Litem per ſententiam finiri dupliciter conſideratur. ibidem.
Litis reliquæ quando durant poſt latam ſententiã, & quando non. ibi.
Lis ſi interueniat, vel moleſtia iudicialis, ſi tamen non inducit cõtrouerſiam reſpectu poſſeſsionis non ſufficit. 591
Lis mota per aſſertũ poſt obit. collitigãtis ad effectũ regulę de ſubrogandis ratificari non poteſt. 605
Lis per ceſsionem, vel mortem non extinguitur. 628
Litigioſi vitium non afficit, niſi partem collitigantem, non autem tertium. 855
Lis mota per commiſsionem reſpectu cõmittentis multos operatur effectus. 338
Litigare perperam, licet quis incipiat, poteſt tamẽ ex iure nouo ſibi obueniẽti, lite pẽdẽte vincere. 864
Lis eo ipſo, ꝙ mouetur ſuper beneficio cẽſetur etiã mota ſuper poſſeſſione, licet de ea, nihil dicatur. 880
Lis ſi mouetur ſuꝑ titulo beneficij, dicitur agi ſuꝑ quaſi dominio. 881
Lis ſi mouetur ſuper poſſeſsione, nõ redditur litigioſa proprietas, ſed ipſum ius poſſeſsionis. ibidem.
Litis pendentia per appellationem extra iudicialẽ, an inducatur. 887

INDEX.

Lis turbatiua pacificæ poſſeſsionis non de facili inducitur. 890
Lis, niſi per litis cõteſtationem, inchoari non dicitur. 892
Lis vera ex tribus perſonis cõſtituitur. ibidem
Lis vera per commiſsioné cum ſolo decreto citationis inducitur. 893
Lis durante commiſsione donec aliquo iuris fine terminetur, vt ibi, ſemper durat. 894
Lis ſpacio decem annorum deſerta cenſetur. 908
Lites verbum, in regula de triennali, pro quo capiatur, ſiue quomodo intelligatur. 909
Literæ contentioſæ non dantur cõtra reges. 33
Literarũ expeditioné in gratijs expectatiuis neceſſariã eſſe, quis Romanorum Pontificum ſtatuit. 276
Literę quãdo dicãtur expeditę. 279. & 330
Literæ non dant ius in re, neque ad rem, ſed ſola gratia. 281
Literæ, quãdo ageretur ad priuationem ob non ſolutionem ad probationem requiruntur. ibidem.
Literis non expeditis effectu gratiæ vtẽs, nõ eſt tutus in foro conſcientiæ. 294
Literæ ſi reperiantur expeditæ cum aliquibus defectib. ſubreptionis, nunquid ſit ſatisfactum regulæ de non iudic. iuxta for. ſupp. 295
Literæ in dubio productæ poſt cõmiſsioné, de quarum expeditione dies nõ apparet, an præſumãtur in tempore expeditæ, & cui incũbat

onus probandi. 302
Literas quaslibet gratiarum de beneficijs conceſſas infra ſex menſes expediri debere, quando non habeat locum. 535
Literæ cõtra reges, principes, & magnos duces non dantur ſine ſignatura Papæ. 327
Litigioſa beneficia poſſeſſorum ne fiant remedium. 331. & qualiter dicantur litigioſa. ſ. Beneficium.
Loquutio indefinita in materia pœnali nõ æquipollet vniuerſali. 517
Lotharium, Diocletianum, & Maximianum Cæſares imperio ceſsiſſe, & ex eis quendam priuatam vitam elegiſſe. 145
Lucrum perdere, & damnum ſentire non eſt par, eademq; ratio. 964
MAgiſtratus vendi non debét. ſ. Alexander.
Magiſtratus peregrini, & non ciues populis dari debent. 234
Maioris pœnitẽtiarij ſignatura per fiat, in quibus differt à ſignatura Papæ, etiam per fiat. 311
Maior pœnitentiarius, licet poteſt, non tamen vtitur ſignatura motu proprio, & quare. ibidem.
Maior tanto quis reputatur, quãto pluribus, & dignioribus famulis præeſt. 417
Malæ fidei ſola notitia præſcriptio interrumpitur. 593
Malæ fidei poſſeſſor, licet regulariter per præſcriptioné xxx. annorũ nõ acquirat ſibi, niſi ius excipiẽdi ad ré vẽdicãdã, ſi de poſſeſsione caderet, locũ non habet, quãdo ageret contra violentum. 719
Mancipia quando dicuntur vetera, quando verò noua. 479
Mandatum de prouidendo, neque alius titulus habilis de futuro nõ cauſat ius in re. 70
Mandatum factũ ante litem de caſſando gratiã, quid operetur, quid verò lite pendente. 97
Mãdatis extinguẽtib. lité, quãdo ſignãtur per placet motu proprio, an obſtet regula de iure quæſit. nõ toll. 100
Mandatũ factũ de adeunda hæreditate viuẽtis, qui cõmuni opinione reputabatur mortuus, valet. 271
Mandati defectum ſignatura Papæ ſupplere non ſolet. 342
Mandati ex defectu vbi ſentẽtia eſt nulla talis infirmitas ſecundũ ſtylum Rotę ſanari non poteſt, etiam refectis expenſis. ibidem.
Mandatum per mille annos nõ præſumitur. ibidem.
Mãdatũ quãdo dicitur nullum. 563
Mandatum de beneficio vacãti non comprehendit vacaturum. 577
Mandatũ morte conſtituentis quando non expiret. 972
Manus regia appoſita rei cõtẽtioſæ non priuat aliqué poſſeſsione. 596
Marabatinus moneta olim, quàm fuerit generalis, & illi⁹ valor quis ſit. 945
Marabatini, de quib. in c. cum olim. de priuil. qui intelligãtur. ibidem.
Marcha, & recens, & vulgare nomé. 936





Marchæ æſtimatio qualis eſſe debet. ibidem.
Marcha legalis ex quot vncijs conſtituatur. ibidem.
Marcha argenti, de qua in reg. de valore, quantum valeat. 937
Marcha Sterlinguorum, quæ ſit, & illius origo. ibidem.
Marcha Sterlinguorum in Hybernia quãtum valeat, quantum verò Rhenenſis marcha. ibidem.
Marchus Pariſienſis, & ad vſum Mediolani quãti ſit valoris. ibidem.
Marc infirmitati, & morti æquiparatur. 158
Medicus imperitus, teſte Auicenna, propter fidé, & deuotionem ægri facilius ſanat ægrum, quàm medicus peritus. 238
Mẽſis de quo in reg. de ſubro. colli. an à tpe datę, an vero à tẽpore cõſenſus pręſtiti cõputari debeat. 377
Menſis ſubrogationis fiendæ à collitigante p obit. collitigãtis, an incipiat à tpe mortis colliti. an verò à tpe notitiæ ipſius ſubrogantis. 378
Mens Papæ cõcedentis qualis præſumitur. 395
Menſes ſex ad citandũ, de quibus loquitur regula de annali, an computẽtur à die datæ impetrationis, an verò à die expeditionis bullarum, vel cõmiſsionis cauſæ, vel citationis decretæ, vel executæ. 639
Mẽſes ſex ad publicandum reſignationes, nũquid computentur à die reſignationis, vel à die præſtiti cõſenſus. 973
Mentio de actu inualido nõ eſt neceſſaria. 131
Mentione ſpeciali digna, niſi ſpecialiter exprimantur, omiſſa intelliguntur. 146
Mẽtio ſicut de beneficio in impetrationibus, ita de penſione fieri debet. 184
Mentio de expecta. fieri debet. 83
Mentio ſicut de iure cõmuni nõ requiritur, ita neq; de ſtatuto continente in effectu quod ius commune. 265
Mẽtio coloratæ poſſeſsionis alteri⁹ ĩ ꝓuiſione ordinaria, & legati, etiã motu ꝓprio factis, requiritur. 506
Mẽtio de poſſeſsione non colorata de iure cõmuni ſieri nõ debet. 570
Mentio de poſſeſsione viuentis de iure communi requiritur. 669
Mercator quando quis dicitur. 490
Militum Sancti Petri priuilegia aliter ſuffragantur militi agenti pro ſeipſo, quàm noĩato ab ipſo. 431
Minimum quod eſt in odioſis ſequimur. 765
Minori propter rigorem iuris conſeruandum, quæ tẽpora currãt. 752
Minor in beneficialibus reputatur maior. 753
Minor poſsidés beneficiũ curatũ ſine diſpẽſatione, nũquid exceptiõe regulæ de triẽnali defendatur. 755
Mithridates Põti rex, & Themiſtocles Athenienſis, quàm varias linguas didicerunt. 238
Mixtum ſub ſimplicibus non cõprehenditur. 283
Mixtum in materia fauorabili ſub expreſsione duorũ ſimplicium ve-

nire quomodo procedat. 454
Mixtum in materia exorbitãti ſub ſimplicibus,an cõprehẽdatur. 457
Mobilia pro maiori parte per triennium conſumi præſumuntur. 676
Moderni ſunt ſicut culices in capite elephantis, quæ vident priora, & poſteriora. 881
Modus ſeruandus in cõferendis beneficijs conſiſtorialibus. 181
Moleſtia extraiudicialem inducũt, quæ de facto fiunt. 588
Moleſtia facti,quæ ſit. 589
Moleſtia iudicialis in quo differat ab ea,quæ de facto,& extraiudicialiter fit. ibidem.
Moleſtia in generali excluſione, quæ non cenſetur excluſa. 707
Moleſtia vera in quo conſiſtat. 892
Moleſtiæ prohibitio, an intelligatur de iudiciali, vel extraiudiciali. 897
Moleſtare poſſeſſorẽ quo ad regulã de triẽnali,quis dicatur. ibidem.
Moleſtia verbũ,in regula de triẽnali,de qua moleſtia ĩtelligatur. 900
Monachos eſſe prohibitos legibus ſtudere quomodo procedat. 81
Monadem, ſiue vnitatem quid veteres appellare ſoliti ſunt. 481
Monaſteria in diſpoſitionibus loquentibus de dignitatibus non cõprehenduntur. 517
Monetarum tot ſpecies quare in regula de valore enarrantur. 932
Mora modici temporis damnũ magnum non continet. 106
Morbis acutis terminus.xx.dierum præfigi ſolet. 201
Mori,vt quis dicatur ex noua,& nõ antiqua infirmitate, quid probari oporteat. 174
Mortis Papæ appellatio,an comprehendat priuationem. 419
Mortis articulo cõſtituti,qui dicantur,cum infirmi non ſint. 158
Mortis appellatione, quæ mors intelligatur,naturalis, an accidentalis. 413
Motus proprius tollit ſubreptionẽ non ius tertij. 116
Motus proprius in dubio non præſumitur per impetrationem concedi. 268
Mulier ſi nõ certificata de morte viri cõtrahit matrimonium, tenet, ſi in veritate maritus erat mortuus. 392
NAtionis expreſsio in literis apoſtolicis,quare requiritur. 232
Natio eadẽ inducit ſuſpitionẽ.ibi.
Natura quãdo præualet accidẽti.256
Natura ex varietate temporum nouas deproperat ædere formas. 882
Negligentia vnius nõ ſeruantis regulam,non nocet alteri impetranti ſeruanti regulam. 504
Negligens vbi aliquis non fuit, nõ impeditur agere, ſublato impedimento. 527
Negligentes omnes, & deſides, qui ſui immemores ſunt, officio ſuo priuantur. 806
Negligẽtiæ epilogus cõtinẽs in ſe. ccxiiij. caſus in quibus negligẽtia nocet. 807
Negligẽtię deinde xx.caſus cõnumerantur,



rantur,in quibus negligẽtia non nocet. ibid.
Nobilitatis magna conſideratio in collationib. faciẽdis habetur. 568
Nobilium intuitu à regulis iuris recedi ſolet. ibidem
Nobilitatis expreſsio, tam poſſeſſoris, quàm impetrãtis de iure,an requiratur. 569
Nominatum à patrono,qui obtinuit nouam prouiſionem,& committit cauſam,literis non expeditis nunquid comprehendat regula de non iud.iuxt.for.ſup. 298
Nominis expreſsio quando requiritur, pro forma non poteſt per æquipollens impleri. 554
Nominis expreſsionem per æquipollens poſſe fieri limitatur. 555
Nomina in reſcripto reorum exprimi debent. 557
Nominis appellatione nomẽ proprium,appellatiuum,& ſingulare, an comprehendatur. ibid.
Nomen ſingulare quid ſit,& quãdo iuris expreſsio ſufficiat. 558
Nomine proprio aliquem appellari in ſacra ſcriptura ad ſignum magnæ familiaritatis refertur. ibid.
Nominis omiſsio, ſeu immutatio apud veteres ad deriſum,& contẽptum referebatut. ibidem
Nomine proprio propter indignitatem,vel peccatum alicuius,quis priuatur. 559
Nominum crebræ immutationes, vel repetitiones aliquando in ſacra ſcriptura ad magnum myſterium,& ſingulare perſonæ meritum fiunt. ibidem
Nomen exprimere quãti ſit momẽti,quid etiã nomina præ ſe ferant. ibidem
Nomina plura impetrantis,an ſint exprimenda. 559
Nominũ pluralitas in dubio non præſumitur, & eam allegans tenetur probare. 560
Nomen illius contra quem reſcriptum impetratur de ſtylo hodierno ita extenſe debet eſſe ſcriptum ſicut nomen impetrantis. 561
Nominis impetrans æquiuocatio, an viciet reſcriptum. ibidem
Nomen quando abbreuiatẽ ſcribi poteſt. ibid.
Nominum diuerſitas ex diuerſitate effectuum arguitur. 290
Non entis nullæ ſunt partes. 702
Normandus,an poſsit extra terram Normãdiæ iudicẽ impetrare. 257
Notarij ſeptem initio orientis eccleſiæ ad res geſtas martyrum conſcribendas creati fuere. 3
Notariꝰ falſans ſcript.ſi deduxit eã ĩ verã exiſtẽtiã teſtiũ cũ debitis ſolẽnitatibus pœna falſi tenetur.658
Notoria quæ dicantur. 496
Notorium, licet non debeat probari,debet tamen allegari,& hoc quomodo procedat. ibid.& 796
Noua prouiſio ad quem effectum fiat. 390
Noua prouiſio præſupponit aliũ titulũ preceſsiſſe,nec facit ius purũ, & ſimplex de per ſe ſubſiſtẽs. 546
Nouæ prouiſionis diffinitio. ibid.
Noua prouiſio etiam nulla ſupplet

diligentias regulæ. 592.& 985
Nouæ prouiſiones gratiæ ſi neutri, ſubrogatiões,& ſimilia, gratia dependentes ab impetratione principali dicuntur. 660
Noua, quæ inducũtur, nouo etiam auxilio fulciri debent. 926
Nullitates, quæ ſanantur facilè per ſignaturam, adiuncta clauſula, videlicet, refectis expenſis. 344
Nullum,& inutile à iure æquiparãtur. 599
Nullum quod eſt, annullari non poteſt amplius. 659
Numerus ternarius plus alijs in diuinis,& humanis commendatur. 676
Nuntius vtrum poſsit admittere reſignationem vigore mandati facti in fauorem certæ perſonæ. 230
Nuntiatio noui operis in dubio afficit. 594
OBit⁹ veriſimilis notitia, de qua in regula, nũquid debeat attendi computando dietas per terram, an verò per mare. 401
Obſeruari magis ſolent quæ specialiter repetuntur, quàm quæ generali prohibitione ſunt poſita. 365
Obtinet verbũ, quid ſignificet. 67
Odia reſtringi debent, fauores autem ampliari. 401
Odium,& ſiniſtra ſuſpicio contra impetrantes beneficia viuentium poſſeſſorum, in quo cõſiſtat. 484
Odium ſemel cauſatum adhuc durat. 633
Officiales ſoliti ad menſam Vicecãcellarij comedere, nõ poterãt medicinam ſumere aut ſanguinẽ minuere abſq; licentia Vicecãcellarij. 6
Officiales, qui non tenentur ad publicandum. 987
Officiorum curiæ magnæ fuerunt temporum viciſsitudines. 988
Officia magna curiæ magis ſplẽdẽt ĩ perſonis Card. quàm aliorũ. ibi.
Officialis, qui ad nutum creatur, ex quo non datur ad tempus, perpetuus reputatur. 88
Officia curiæ, an cõprehendat regula de infir. relig. 199
Officiorũ quædam ſunt ſecularia, quædam ſpiritualia, quędam verò mixta. ibid.
Officia in quibus eccleſiaſticis beneficijs æquiparentur. ibid.
Officiales omnes capientes panem in palatio vel cuſtodiam facientes veri familiares cenſentur. 445
Omnis dictio, vniuerſalis eſt, iam complectẽs, etiã accidentalia. 742
Onus cum onere compenſatur. 125
Onus qui habet, debet etiam habere commodum. 423
Opiniones hominum ex tempore facilius mutantur. 640
Opinio nulla eodem ſtatu diu ſtare poteſt. 685
Opinio communis, quam faciunt Doct. per adhæſionem, dicitur leuis. 23
Opponẽdi ius quãdo habet locũ. 60
Opponens in exceptione ſua tam petitionẽ, quàm exceptionẽ probare debet. 303
Orare qui neſcit, aſcendat mare. 158

Ora



Oratio, quã antiquior referẽdarius in ſignatura dicere ſolet, deſcribitur,& vnde originẽ habuit. 319
Ordinatio Papæ habet vim legis generalis. 21
Ordinarius beneficia iam effecta litigioſa, conferre nõ poteſt. 104
Ordinarij conferre, nec expectãtes acceptare beneficia reſeruata, vel affecta nõ poſſunt, neq; minus cõſiſtorialia,& per obitũ vacãtia. 178
Ordinarius, quæ beneficia conferre poſsit. 192
Ordinarij cum procedere debeant ſecundũ ius cõmune, non requiritur literarũ expeditio, ſed ſola ſignatura ſufficit. 283
Ordinarius quando prouidet in curia de beneficijs vacantibus in ſua diocœſi, nunquid prouiſus tũc teneatur literas expedire. 283
Ordinarius, an poſsit conferre beneficium ſub conditione ſi vacat, etiam ignoranti vacationem. 392
Ordinariorum collationes ſunt fauorabiles,& naturales,& propterea ampliandæ. ibid.
Ordinarius in quibus beneficiorũ impetrationibus poteſt decipi ſicut Papa. 528
Ordinarius viſitator poteſt ſubditum ſuũ cõpellere ad oſtendẽdum omnes titulos beneficiorum ſuorum etiã alibi conſiſtentium. 711
Ordinarij gratias motu ꝓprio cõcedere ſolent. 512
Ordinarius nullus inferior à Papa cõmendare perpetuò poteſt. 688
Ordinarij Papæ,& legati quibus prouidere dicuntur. 926
Oriundis, quàm exteris, etiam his præſtantioribus, quare magis fauemus. 236
Oxonienſis epiſcopus ab Alexandro Papa III. reprehenſus. 374
PActa in beneficialibus, licet ſint prohibita vbi tamẽ facta ſunt vt à lite recedatur, tolerãtur. 488
Pacta, ſiue capitula quando inducant ſimoniam in beneficialibus, quando verò non. 729
Panis appellatione,& vini, non veniunt fercula. 443
Panes, qui hodie dantur cardinalibus ex palatio, vocãtur panes honoris. ibid.
Panes martij, qui dicãtur. ibid.
Panis ſiligineus, ſicut inter vina Salernum, ita inter panes primarius habebatur, ſolis regibus dari ſolitus. 444
Papa eſt ordinarius ordinariorum orbis,& omnia beneficia habet manualia. 20
Papa pedes plumbeos habere dicitur. 27
Papa vnicus eccleſiæ ſponſus appellatur. 35
Papa difficilius præſumitur habere notitiã iuris extrauagãtis, quàm iuris ordinarij. 46
Papa ſi in ſuis literis tolleret collationẽ alteri factã in dubio, de qua collatione intelligendũ erit. 56
Papa vbi ius tollit, præſumitur potius per importunitatem hoc feciſſe, quàm per voluntatem. 56
Papam in dubio non velle tollere

ius quæſitum quomodo intelligi debeat. 57
Papa in beneficialibus quantam habeat poteſtatem. 58
Papa quando intendit alicui tollere ius quæſ.in dubio de quo iure intelligendum erit. ibid.& 81
Papa volẽte alicui in aliqua gratia præiudicium inferre, de quo præiudicio intelligemus. 65
Papa auferens beneficium cui contulit, tenetur ei de bono contra cãbio. ibidem
Papa in profanis nullam habet poteſtatem. 76
Papa ad compromittendum, an poſſit aliquem cogere. 77
Papa in gratijs ſuis ad faciendũ fauorem gratiato principaliter mouetur. 79
Papa, & ſacra pœnitentiaria propter incurſum periurij poteſt tollere ius quæſitum. 80
Papa alteri prouidens de beneficio commendato infra ſex menſes, an dicatur tollere ius quęſitum.ibid.
Papa ſicut non præſumitur velle alicui tollere ius quęſitum, ita neq; poſſeſsionem. 93
Papa concedẽs ius litigandi per viã commiſsionis illud idem poteſt tollere. 100
Papa cõcedens cõmẽdã in dubio de qua cõmenda interpretari debet, perpetua, an temporali. 968
Papatui qui renuntiarunt. 140
Papa, an ligetur capitulis factis in conclaui.ſ. Capitula.
Papa per ſecũdã cõmiſsionẽ iuris ligitimè acquiſito vigore primæ commiſsionis quomodo derogare intelligatur. ibidem
Papa vbi mãdat litem extingui, cauſam ad ſe aduocãdo, ad effectum, vt ipſemet, vel alius pro eo de illa cognoſcat, quid operetur. 102
Papa vbi extinguit litem cum inde ſequutis ſilentium imponendo, qd operetur. ibid.
Papa de iure cõmuni etiam in gratia motu proprio facta, nunquàm cenſetur tollere ius quæſitum. 103
Papa lite pendente, reſeruans beneficia, quæ poſsidet Sempronius in fauorem tertij collitigantis nunquid tollat ius quæſitum. 103
Papa differendo ius mihi competẽs ex exceptiõe peremptoria, nunqd præiudicium conſiderabile inferre videatur. 106
Papa, an æque præiudicet alicui tollendo illi dilatoriã exceptionem competentem, ſicut peremptoriã. ibidem
Papa, licet non poſsit alicui auferre ius ſuũ, poteſt tamen dilationem ſuper eo concedere. ibid.
Papa ita cẽſetur præiudiciũ inferre differẽdo ius ſicut extiguẽdo. ibi.
Papa differens obligationem iuratam ad longius tempus, an dicetur præiudicium inferre. 107
Papa declarante in cõmiſsione mẽtis ſui prædeceſſoris fuiſſe, gratiã non fuiſſe ſubreptitiã per expreſſionẽ falſam familiaritatis, nunqd per huiuſmodi commiſsionẽ tollat ius quæſitum. 112





Papa declarãte aliquẽ fuiſſe ſuũ familiarẽ, ſi per hoc tollatur gratia aduerſarij, an valeat declaratio. 113
Papa poteſt tollere ius quæſitum ex lege ſua. 120
Papa per ſuã cõmiſsionẽ reijciente exceptionem mihi cõpetẽtẽ cõtra aduerſariũ, q incurrit pœnã, & priuationẽ ipſo iure, nũqd per hoc dicatur mihi tollere ius quæſitũ. 125
Papa per actum cum excommunicato celebratum videtur eum abſoluere. 126
Papa ad hoc, quòd per actum quem facit inducat diſpenſationẽ, quinque neceſſaria requiruntur. ibid.
Papa licet diſpenſet cum clerico digno priuatione non per hoc intelligitur tollere ius quæſitum. 127
Papa dando immunitatẽ delinquenti, an poſsit expreſſe tollere ius quæſitum. 128
Papa lite pendente, fauore reipublicæ ſi concedat reſcriptũ in pręiudicium collitigantis cum clauſula generali nõ obſtan. nũquid per hoc dicatur tollere ius quęſitũ. 128
Papæ perſona in generali ſermone à quocunq; prolato comprehẽdi non intelligitur. 137
Papæ celſitudini nulla lex imponi poteſt ex quo Deus ei leges ſubiecit. 138
Papa, imperatores, & reges conſtitutioni.c.omnis vtriuſque ſexus.de pœn.& remiſ. ſubijciuntur. 139
Papa cui diſpoſitioni ſtare teneatur. ibidem
Papa aliquẽ proprijs manibus interficiẽs irregularis efficitur.ibid.
Papa, licet habeat diſpenſandi authoritatem, non tamen habet peccandi licentiam. ibidem
Papa, & imperator inter cæteros lege honeſtatis & naturalis iuſtitiæ aſtringuntur. 140
Papa in vita ſibi ſucceſſorem eligere prohibetur. 141
Papa reſignante papatum in quibus caſibus habeat locũ regula de infirmis &c.& in quibus non. 142
Papa omnes mortales habet ſubditos. 151
Papæ intentio nõ præſumitur fuiſſe de eo quod verba nõ ĩportãt. 177
Papa quæ negotia ſolus expedire poteſt, & quæ non. 183
Papa & imperator poſſunt facere leges in camera ſua ſine alicuius cõſilio. 183
Papa quare plus, vel minus, quàm viginti dies non præfixit infirmo reſignanti. 201
Papa non poteſt facere, quòd reſignatio, quæ verè, & realiter facta fuit non ſit facta. 211
Papa reſeruãs prouiſioni ſuæ beneficium ſi illud dat in commendam expirat reſeruatio. 252
Papæ ſcientia in quibus inducat derogationem & in quibus nõ. 262
Papa ex certa ſcientia poteſt dare ius ad vacatura etiam certæ perſonæ. 267
Papa ſuper eo, quod continet peccatũ diſpenſare non poteſt. ibid.
Papæ intẽtio in dubio qualis præſumitur.

mitur. ibidem.
Papæ certa ſcientia, quid operetur. 268
Papa præſumitur habere notitiam iuris. 268
Papa qua ratione mouetur ad faciendum regulas expeditionem literarum requirentes. 280
Papa eoipſo, ꝙ dicit fiat, facta eſt gratia abſq; alio adminiculo. ibi.
Papa quare mandat iudicibus non debere iudicare iuxta formam ſupplicationum. 281
Papa præſente nemo poteſt iuriſdictioné ordinariam exercere. 284
Papa quare vtitur hoc verbo fiat, in ſignatura. 306
Papa ſignans ſupplicationem gratioſam, quæ ſunt ſecundum ius in ea tantum concedere videtur. 307
Papa quo pacto ſignat gratiã nouã, & reformationem. ibid.
Papa in ſignatura ſupplicationum quare non ponit primam literam nominis ſui pontificatus, ſed nominis proprij. ibid.
Papa quando loquitur, vt priuata perſona, quando verò, vt Chriſti vicarius. 308
Papa interdum ſupplicationem gratioſè petitam, & ſignatam per fiat reddit mixtam. 309
Papa cõmittente aliquid alicui omnia illi de iure conceſſa cenſentur, ſine quibus iuriſdictio exerceri nõ poteſt. 310
Papam ſolũ ſignare poſſe ſupplicationes gratioſas per verbũ fiat, fallit in maiori pœnitentiario. 311
Papa quare in conſiſtorio publicò ſignat cõmiſsiones iuſtitiæ. 312
Papa ſiue publicè ſiue priuatè actũ faciat, ſemper ius dicit. 313
Papa ſupplicationem gratioſam poteſt ſignare per fiat, vel per placet, ſecus autẽ in alijs cõmiſſarijs. 316
Papa imponens ſibi legem à fortiori alijs inferioribus imponere intendit. 363
Papa qui aliorum iura vult ſeruare, ſua vt negligat, nõ eſt dicẽdũ. 394
Papa in literis directis regibus non vtitur verbo mãdamus, ſed exhortamur. 33
Papa concedente indultum Cardinali, quòd poſsit conferre beneficia reſeruata, poterit conferre ea, quæ ſunt duplici reſeruatione reſeruata. 455
Papa quare magis in regula de annali impetrantis gratiã annullare voluit, q̃ in regula de triẽnali. 505
Papa quando in ſupplicatione porrecta debet aliqua, videtur in omnibus alijs gratiam velle concedere. 510
Papa verbis exprimere nõ præſumitur, quod mẽte nõ conceperit. 515
Papa vltra quod petitur concedere non videtur maximè contra regulam, quæ eſt ius ſcriptum. 530
Papa, vel Imperator ſicut inter gradus dignitatum gradum facere nõ dicuntur, ita nec doctoratus inter gradus doctrinæ. 566
Papa quare in regula de annali voluit nobilitatem poſſeſſoris in impetratiõe exprimi debere, & quomodo



modo probetur iſta nobilitas. 568
Papa aſſerente beneficium vacare, renuntiari non poteſt. 579
Papæ non creditur vbi de præiudicio tertij agitur. 580
Papa conferendo alicui incompatibile etiã ſciẽter, non cenſetur cum illi diſpenſare in dubio, niſi expreſſè dicat. 708
Papa in beneficialibus ſucceſſorem an dare poſsit. 726
Papam in dubio velle tollere alteri exceptionem ſibi competentẽ, nõ eſt veriſimile. 760
Papa conceſsionem factam reuocare poteſt. ibidem.
Papa facere poteſt in terminis regulæ de triennali, quòd omnis titulus in beneficialibus ſit coloratus. ibidem.
Papa vbi prouidet motu proprio, ſubreptio taciturnitatum obijci non poteſt. 829
Papa beneficia vacãtia in vrbe, etiã ſi non eſſent reſeruata, cõferre poſſet, ac ad talia beneficia expectatiuas concedere. 840
Papa quare reſeruauit ſibi beneficia in tribus eccleſijs patriarchalibus vrbis, videlicet, ſancti Petri, ſancti Ioannis, & ſanctę Mariæ maioris. ibidem.
Par in parẽ non habet imperiũ. 921
Pariſijs, & in Burgundia quare acta in vulgari ſcribuntur. 240
Parricidij legem quare Solon non tulit. 420
Parochialem eccleſiã habens cuius alius maiorem partem fructuum poſsidet, tenetur promoueri infra annum, aliàs priuabitur. 601
Parochialem eccleſiam cõmendatã; an cõprehendat regula de Idiom. 249
Pars tutior, & ſecurior in dubijs eſt eligenda. 143
Pars vna per aliam alternatiuè declaratur. 261
Pars vna quo ad iuriſdictionalia ſupplere poteſt, quod alia facere tenebatur. 637
Paſsiones animi, quæ impediant reſignationes, & quæ non. 173
Patri filia defuncta, loco cõſolationis iuſtũ eſt ꝙ ei dos reddatur. 422
Patritij patres principes dicũtur. 35
Patroni, an poſsint præſentare aliũ ad beneficiũ ſi vnus ex duobus præſentatis collitigãtibus moriatur. 381
Patroni clericum eiuſdem diœceſ. Epiſcopo præſentare debent. 233
Pax facta cum inimico non extẽditur ad eius adhærentes, niſi expreſſè dicatur. 446
Peccatũ tanto maius eſt, quanto ille qui peccat eſt dignior. 38
Peccati venia non datur, niſi petenti, & correcto. 311
Peccata quando grauiora reputantur. 503
Penſio in tẽporalitate cõſiſtit. 185
Penſio per contractũ nõ vacat. ibid.
Penſionem habens, ad horas canonicas recitandas non tenetur. 186
Penſiones cõtractibus profanis æquiparantur. ibidem.
Penſio ſola voluntate poteſt remitti, &

ti,& caſſari abſque licentia Papæ. ibidem.

Penſio per promotionem penſionarij vacare non dicitur. ibid.

Penſionem impoſitam de conſenſu per ſolam ſupplicationem deberi, & tranſire ad ſucceſſorem, quomodo procedat. 187

Penſionem ſoluere, aut recipere literis non expeditis, ſalua cõſcientia nemo poteſt. 299

Penſiones imponere ſuper beneficijs in quibus caſibus inferiores à Papa poſsint. 350

Pẽſio impoſita per ordinariũ quando tranſeat ad ſucceſſores. 489

Penſio propriè loquendo nõ eſt beneficium. 537

Penſio non vacat, licet vacet beneficium. 538

Penſionem habentes ad quæ teneantur. ibidem.

Penſiones dupliciter conſiderãtur. ibidem.

Pẽſionis ſolutio in curia in qua moneta fieri debeat. 935

Per dictio qd ſignificet. 707. & 767

Perfectum quid dicatur. 865

Perinde valere, an ſufficiat ad ſupplendum defectum idiomatis. 254

Perindevalere ſola ſupplicatio quãdo ſufficiat. 291

Periurus in quibus cenſetur diſpenſatus. 182

Periurus nunquid erit, iurans ſoluere die dominico, ſi ſoluit media nocte ſequenti. 228

Periurij exceptio impedit reſtitutionem. 716

Permiſſum ad tempus cẽſetur poſtea prohibitum. 221

Permutatio vera, pura, & ſimplex reſignatio eſt. 957

Permutatio de beneficio vnito non valet. 184

Permutatio facta cũ beneficio, vulgariter dicto de pertica nõ valet. 597

Permutatio, quæ præſumitur fraudulenta. 195

Perpetuum quid dicatur. 88

Perſonæ meritò, quæ à principe impetrantur, in alium non transferuntur. 782

Perſona quando trahit originẽ ſuæ poteſtatis, & dependentiam à curia regulis Cãcellariæ ligatur. 927

Perſonæ appellatione, qui comprehendantur. 241

Perſona conſtituentis, ſiue loquentis in generali ſermone non comprehenditur. 137

Perueniſſe non dicitur, quod non ſtetit. 87

Peſtilentia omnes alios morbos magnitudine ſuperat. 160

Petitorem per exceptionẽ iuris nõ ſui in beneficialibus excludere ſufficit. 737

Petitorium habet in ventre poſſeſſorium. 881

Pictores in magno, & arduo opere, quo vtantur leuamine. 303

Placet verbum, quid denotet. 316

Placita iuriſdictiones cauſarum appellantur. ibidem.

Plus, & minus non differunt ſpecie. 196


Poda




Podagra, rabies, & lepra, tres infirmitates inſanabiles. 344

Pœnæ, quæ imponantur improbis, & calumnioſis litigatoribus. 488

Pœnalia vbi ſunt, quod minimum eſt, ſequimur. 640

Pœnæ illæ 50. florenorum, & quòd beneficium non cenſeatur litigioſum &c. poſitæ in fine regulæ de annali, nunquid referantur ad omnes caſus precedentes, & contentos in prima parte regulæ, an verò referri debent ad ea, quæ in ſecũda parte continentur. 666

Pœna appoſita in vna parte eiuſdẽ conſtitutionis, ad aliam refertur. ibidem.

Pœna appoſita in vltima parte quãdo ad alias non refertur. 667

Pœnitentiarij maioris officiũ temporibus primitiuæ eccleſiæ ſacerdotibus ſimplicibus, & bonæ vitæ regendum tradebatur. 10

Pœnitentiariorũ ſancti Petri Prior mitriam Papæ, & rochetum publicè tenere ſolitus erat. ibidem.

Pœnitentiariorum cura ad tantum honoris culmen deuenit, vt nõ dignarentur olim Cardinalis illud munus ſubire. ibid.

Pœnitentiariæ ſacræ officium, antiquis temporibus, Cardinales exercuerunt. ibidem.

Pœnitentiarijs olim grauia negotia committebantur. ibidem.

Pœnitentiario maiori effecto Cardinali omnes illi pœnitentiariorũ honores ceſſarunt. 11

Popularibus verbis quãdo ſit agendum. 240

Poſitio vnius, eſt excluſio alterius. 281

Poſſeſsio non propriè appellatione iuris continetur. 90

Poſſeſſorij cauſa videtur modici præiudicij. ibidem.

Poſſeſsione ſi quis priuetur, habẽs bonum ius facilè illam recuperat, ſecus tamen in titulo. 91

Poſſeſsio in reſcriptis ſtrictè interpretandis appellatione iuris venit. 92

Poſſeſsio nemini eſt auferenda ſine cauſæ cognitione. ibidem.

Poſſeſsione antequàm quis priuetur etiam prædo in notorijs debet citari. ibidem.

Poſſeſsio quid ſit. ibidem.

Poſſeſsionis cõmoda, quæ ſint. 93

Poſſeſsio tituli in pari cauſa dat ius. ibidem.

Poſſeſsionis per priuationem tollitur ius quæſitum. 94

Poſſeſsio maximi momenti, quæ ſit. ibidem.

Poſſeſsio colorata quid importet, quid verò meri facti. ibidem.

Poſſeſsionis ſpecialis mentio quando requiritur. ibidem.

Poſſeſsionem beneficij intrans, literis nõ expeditis, perdit omne ius. 278

Poſſeſsio per ſolam ſupplicationem in quibus beneficijs canonicè capi poteſt. 286

Poſſeſſor reus in alium cedens, lite pendẽte, an attentare dicatur. 338

Poſſeſsionis qualitatem quælibet


moleſtia

molestia facti interrumpit. 366

Poſſeſſores annales in quorum fauoré inducta eſt regula vtrũ poſſint eius fauori renuntiare. 500

Poſſeſſori annali quapropter in tãtum regula fauet. ibidem.

Poſſeſſori, quàm actori quando magis fauendum eſt. 504

Poſsidens alieno nomine poſsidere non dicitur. 519

Poſsidere, qui dolo aduerſarij deſijt, poſsidere dicitur. 521

Poſsidens ex prouiſione ordinarij beneficium reſeruatum, non facit fructus ſuos. 539

Poſſeſsio beneficij reſeruati, quàm ſit nulla. 540

Poſsidens beneficium per annũ, licet dicatur detinere, de tali tamen detentione annali in impetratione facienda eſt mentio. 541

Poſſeſſori annali quo ad exceptionem producẽdam, & abſolutoriã obtinendam, quid probare ſufficiat. 543

Poſſeſſoris nomen cõtra quem impetratur, ſi abbreuiatè ſcribatur, an ſufficiat. 560

Poſſeſſor quot annis poſſedit beneficiũ in impetratione exprimi debere, quid ſibi velit. 569

Poſſeſſor pacificus quo ad regulam de ãnnali quis dicatur. 581

Poſſeſſor pacificus ad effectũ, vt victorem aduerſariũ, vel aliũ exceptione regulæ repellere poſsit, an dicatur ille, qui poſt ſententiã contra ipſum latã, quæ trãſiuit in rem iudicatam poſsidet per annũ. 581

Poſſeſsio quando cum legitimo titulo capitur etiam propria authoritate, an dicatur attentatum. 585

Poſſeſsio pacifica annalis, nunquid interrumpatur per citationẽ nulliter factam, quæ peruenit ad notitiam citati. 588

Poſſeſsio pacifica, vt interrũpatur, quid requiritur. 593

Poſſeſſor pacificus quando eſſe non deſinit, nõ obſtante lite calumnioſa. 595

Poſſeſsionis verum, & proprium ſignum. 597

Poſſeſsio duplex eſt. ibidem.

Poſſeſsio, quæ verior, & potentior reputatur. ibidem.

Poſſeſsiones duæ vbi vno die factæ ſunt, illarum prior, quę reputatur. ibidem.

Poſſeſſori annali excipienti de regula, an obſtet confeſsio procuratoris ſui reſultans ex cõmiſsione cauſæ ſuper moleſtationibus infra annũ dictæ poſſeſsionis factæ, quam commiſsionem ipſe poſſeſſor poſt annum ratam habuit. 601

Poſſeſsionis non pacificæ probatio ex quo eſt obiectus qualiter probari debeat. 603

Poſſeſſor pacificus, nũquid dici poterit ad effectũ regulæ, ſi cauſa contra eum infra annũ nomine meo committatur, per aſſertum procuratorẽ meũ, quam cõmiſsionem eſſe poſt annũ ratam habui. 604

Poſſeſsio annalis ad producendam exceptionẽ iſtius regulæ, an ſufficiat, ꝙ adſit tẽpore impetrationis, citationis, aut ſententię licet poſtea deſinat eſſe. 606

Poſſeſſor ſi poſt impetrationẽ actoris deſinat poſsidere, ipſe impetrans, an poterit vſq; ad ſententiã proſequi. ibidem.

Poſſeſſor annalis titulum nõ habẽs quando defenditur à regula. 610

Poſsidens per annũ beneficiũ ſciente & patiente impetrante, nũquid præſumetur titulum habere. ibid.

Poſſeſsio à iure damnata quãdo iuuat poſſeſſorem. 620

Poſſeſsio non tranſit, niſi ad eam ſubrogetur. 633

Poſſeſsione eadem duo vti non poſſunt. ibidem.

Poſſeſſor violẽtus à lege improbus iudicatur. 634

Poſſeſsio interpollata, an ſufficiat. 656

Poſſeſſorem magis moleſtare quis dicitur. 658

Poſſeſſor annalis conuentus poſt citationem factã ab impetrante, qui non ſeruauit primam partẽ regulæ, nunquid poterit dici pacificus, ad effectum, vt fieri poſsit triennalis. 665

Poſsidens rem eccleſię per trienniũ, etiam cum mala fide præſcribit eã. 675

Poſſeſſor quando, & quot modis dicitur intruſus. 706

Poſſeſsio triẽnalis diuturna dici poteſt. ibidem.

Poſſeſsio triennalis iuris præſcriptionem qualiter inducat. 717

Poſſeſſor violẽtus nõ poteſt referre quæſtionem dominij, etiam ſi agatur petitorio. 719

Poſſeſsio in ſubrogatione quando comprehenditur. 742

Poſſeſsio, quæ in facto conſiſtit, an poſsit ipſo iure de vno in aliũ trãſire. 748

Poſſeſsio pacifica triẽnalis magis attenditur, quàm bona fides. 775

Poſſeſſor per citationem ſibi factã deſinit eſſe pacificus. 776

Poſſeſsio ſola decennalis cum patiẽtia alterius in profanis præſumit titulum. 793

Poſſeſsio decennalis quo ad hoc, vt in beneficialibus inducat titulum, quæ requirantur. ibidem.

Poſſeſsio triẽnalis cũ titulo in quo differat à poſſeſsiõe decẽnali. 794

Poſſeſſorem contra triennalem in petitorio circa validitatem tituli nullus auditur. 795

Poſſeſsio decennalis ſine titulo in quo ſit fortior triẽnali poſſeſsione cum titulo colorato. 796

Poſſeſsio colorata, quę dicatur. 800

Poſſeſsionẽ propria authoritate cũ executorialibus, an quis capere poſsit. ibidem.

Poſſeſsio pacifica, de qua loqtur regula de triẽnali, nũqd ꝑ citationẽ nulliter factã interrumpatur. 846

Poſſeſſor triẽnalis poſsidẽs per biẽniũ vigore vnius tituli, qui poſtea per annum virtute alterius tituli voluit poſsidere, nunquid iuuetur exceptione regulæ de triẽnali. 865

Poſſeſsionis cauſa per ſuperuenientem titulum mutatur. ibidem.

Poſsidens beneficium triennio titulo non colorato,& in tertio anno superuenit titulus coloratus, an poſsit poſt triennium inquietari, vt iuuetur regula. 864
Poſſeſsio pacifica ad effectũ regulæ de triennali, quæ dicatur. 878
Poſſeſsio pacifica, quę requiritur, in c.licet.canon.de elect.lib.vj.ĩ quo differat à poſſeſsione de qua loquitur tex.in c.de multa.de præb. 879
Poſſeſsio pacifica triẽnalis iam incepta, nũquid interrũpatur per appellationẽ extraiudicialẽ intimatam poſſeſſori poſtea deſertã. 884
Poſſeſsio pacifica, quo ad regulã de triẽnali, an deſinat eſſe ſi poſſeſſor triẽnalis cõfiteatur per literas ſuas ſe habuiſſe notitiã citationis decreti contra eum ante completum terminum. 890
Poſſeſſor cõmittẽs cauſam, & decernẽs citationẽ cõtra tertiũ ſup beneficio, quod poſſedit, quam citationem per x.annos executus nõ fuit, ſed ſemp beneficiũ prædictũ poſſedit, nũquid dicatur pacific⁹ poſſeſſor ad effectũ regul.de triẽnali. 891
Poſſeſſor triẽnalis eadem debet ſecuritate gaudere æquè præſcribẽs per xl.annos. 898
Poſſeſsio capta per amicũ ſine mandato cũ titulo colorato, an poſsit inde ad duos annos per dominum ratificari, itaq; poſt ratificationem dominus poſsidẽs vlterius per annũ efficiatur triẽnalis in præiudiciũ medij impetrantis à Papa. 901
Poſſeſſor triennalis cum titulo tantũ colorato, an poſsit agere poſt triennium contra habentem verũ titulum ad recuperationẽ aliquorum fructuum perceptorum. 902
Poſſeſſor pacificus, vt qs dicatur, an ſufficiat maiorem partem fructuũ poſſediſſe. 903
Poſſeſſor ſi citatus vigore commiſſionis in qua appoſita fuit illa clauſula, videlicet, dummodo ante terminũ &c.poſt citationẽ prædictã triennio poſſedit, nũquid dicatur pacificus ad effectũ regulæ de triẽnali. 913
Poſſeſsionẽ tenere per menſem, magis, quàm per longius, vel minus tempus quare ſufficiat. 978
Poſſeſsionis adeptio cum continuatione alicuius temporis, an æquipolleat publicationi ad effectũ regulæ de publican.reſig. 984
Poſterioribus facultas vlterius cogitandi, auferri non debet. 882
Potentiorum patrocinium, qui inuocãt iactura cauſæ afficiũtur. 384
Poteſtas fori cõtentioſi, quæ ſit. 253
Poteſtas ligandi, & ſoluẽdi in foro pœnitẽtiali in quem cadat. ibidẽ.
Poteſtas ſola fori pœnitentialis, an faciat beneficium curatum. 259
Potuit verbum, quid denotet. 402
Prædicatio officium eſt curæ. 231
Prædicatio qualem hominẽ requirat. 238
Præiudicium modicum à iure, an cõſiderari ſoleat. 49.& 89
Præiudicium, quod quis ſentit in cõſequentiam fauoris, an attẽdi debeat. 78





Præiudicium ſecundarium ſacra pœnitentiaria non curat. ibidem.
Præiudiciũ occaſionaliter ꝓueniẽs tertio, an ſit conſiderabile, etiam ſi Papa nõ intẽdat ille ius quæſitum tollere, ſed potius fauere. 79
Præiudicium tam magnũ, quàm paruum debet attendi. 108
Præiudicium perpetuum in quo cõſiſtat. ibidem.
Prælatus, & ſeruus in quæſitis eccleſiæ, ſeu domino præiudicare non poſſunt, ſecus in quærendis. 85
Prælatum per pactum, vel renuntiationem ſuam eccleſiæ præiudicare nõ poſſe, quomodo procedat. 123
Prælati veri, qui non ſunt, ꝙ detegãtur reipublicę Chriſtianę intereſt. 984
Præmiſſæ dictio, in regula de annali, quid ſignificet, & operetur. 551
Præſcriptio etiam triennalis, an ſit nulla, quæ currit cõtra ordinariũ, quo minus poſsit remouere poſſeſſorem carentem titulo. 507
Præſcriptio quando alicui currere dicatur. 642
Præſcriptionis interruptio per citationem nullam introduci non poteſt. 665
Præſcriptio annalis, an currat probabiliter ignoranti. 669
Præſcriptio omnis, an currat minori. 753.& 754
Præſcribens per præſcriptionẽ quid acquirat. 774
Præſcriptionis curſus per ſolam litis cõteſtationẽ, an ĩpediatur. 775
Præſcriptio vltra titulum, an requirat bonam fidem. 877
Præſcriptio ſine poſſeſsione, an procedat. 878
Præſentatus quando dicitur habere ius ad rem, vel in re. 61
Præſentatio qñ perdit nomẽ pręſentationis, & dicitur nominatio. ibi.
Præſentatio Papæ quando valeat, etiam ſi patroni nominent, & eligant præſentandum. 62
Præſentatio laici, vel clerici, an tribuat ius in re, vel ad rem. ibidem.
Pręſentatio facta, à patrono clerico in quo differat à laico patrono facta. ibidem.
Præſentatio clerici habet vim electionis. 63
Præſentatus ante inſtitutionẽ, quod ius habeat in beneficio. 189.& 544
Præſentatus, & inſtitutus nõ poteſt ſine conſenſu patroni beneficium renuntiare. 190
Præſens non præſumitur, quòd antea fuerit, niſi probetur. 263
Præſentatio, an ſit nulla, non facta mentione detentatione tertij. 549
Præſtimonia nõ requirũt aliquã reſidẽtiã, nec habẽt denoĩationẽ. 956
Præſumere de præſenti in præteritũ in quo caſu poſſumus. 263
Præſumptio qualis capi debeat. 439
Præſumptio qñ amitti ſoleat. 623
Præſumptio cõtra illegitimum eſt. 622
Præſumptio iuris eſt pro eo, qui titulum prædeceſſoris allegat. 874
Preces ſolæ in dubio emiſſæ, an inducant ſimoniam. 730
Primicerius olim, qui dicebatur. 5

Princeps in dubio non præſumitur velle tollere ius alteri quæſitũ,etiã infideli,vel iudæo. 56
Princeps aliena largiens ſine culpa poſsidentis tyrannus eſſet. 65
Princeps quando excipit vnum caſum in quo non vult alicui præiudicare,in alijs cõtrarium eſt intelligendum. 66
Princeps, an poſsit tollere ius quæſitum. 99
Princeps remouendo iudicẽ poteſt iudicium ſoluere. 101
Princeps extinguendo litem tollit facultatem agendi,& experiẽdi de iure ſuo. ibidem.
Princeps non poteſt facere, ꝙ publicatio quæ nõ eſt facta,ſit facta. 116
Princeps leges poſitiuas pro libito voluntatis tollere poteſt. 119
Princeps per reſcriptum ſuum auferẽs rem,vel beneficium,quãdo teneatur ad recompenſam. ibidem.
Principis beneuolentia erga ſubditos in quo cognoſcitur. 558
Princeps quando legẽ reuocare poteſt,& quando non. 557
Principium actus eodem modo iudicatur ſicut ipſe actus. 214
Principem nolentem ad conuocandum conſiliarios coarctare nemo poteſt. 182
Principis ſcientia vbi datur, non requiritur derogatio. 261
Principis gratia per ſolam ſignaturam ſuam recipit eſſe. 286
Principiũ,& finis ſatis eſt,ꝙ ſint habilia,licet medium ſit inutile. 392
Principes quales ſunt, tales & ciues eſſe ſolent. 420
Principium quando attenditur,quãdo verò finis. 426
Principis mens qualis præſumitur. 515
Principale ſi nõ valet, neq; reformatio,tãquam acceſſoriũ valebit. 553
Priuati iuriſdictionem tribuere nõ poſſunt. 293
Priuandus quando poteſt renuntiare antequàm priuetur. 370
Priuationes, quæ committantur in curia. 372
Priuatio ob non ſolutionem pẽſionis quomodo procedat. 374
Priuati beneficium vbi vacare cenſetur,ſi priuatus in partibus eſt Romæ. 421
Priuationẽ ob non ſolutionẽ penſionis nũquid quis incurriſſe dicatur per notitiam vagam, & incertam, vel quòd procurator ſciuerit,& dominus ratũ habuerit. 604
Priuata perſona facto ſuo à lite ſe abdicando intereſſe publico præiudicare non poteſt. 607
Priuatio præſupponit habitũ. 364
Priuatus omnis à iure,vel ab homine,ipſo facto, titulum diſcoloratum,an habere dicatur. 705
Priuato à iure,vel ab homine quare iura non aſsiſtunt. ibidem.
Priuilegia derogantia quibuſcunque perſonis,an derogẽt collegio dominorum Rotæ. 242
Priuilegium conceſſum clero Hiſpaniæ de reuocandis regreſsibus, an comprehendat Cardinales. 40
Priuilegiatus, an vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum. 435
Priuilegia regulæ de imp.per obitũ fam.Card.quare Cardinalib.conceſſa fuerunt. 462
Priuilegium perſonale ad ſucceſſorem,an tranſeat. 739
Priuilegium cõceſſum alicui ratione alicuius profeſsionis,vel officij quatenus duret. 748
Probatio,an ſit ius. 109.& 111.
Probatio,& releuamẽ ab onere probandi in quo differant. ibidem.
Probandi onus cui potiſsimum incumbat, an reo excipienti de regula,an vero actori reſignatario vbi renuntians moritur, & dubitatur vtrũ ante,vel poſt viginti dies. 159
Probationes plene quo caſu requirantur. 224
Probationes de publica voce, & fama,an ſufficiant ad probandũ primum extremum. ibidem.
Probandi onus cui incũbat,an aſſerenti ſe eſſe talis linguę,vel nationis,an dicenti contrarium. 237
Probatio teſtium non admittitur, vbi per literas fieri poteſt. 298
Probare cõtenta in ſua gratia quilibet tenetur. 403
Proceſſus ſummarius in quibus cauſis ſoleat dari. 373
Proceſſus factus per excommunicatum,licet ſit nullus, an interrũpat præſcriptionem. 592
Proclamationes inter vulgares quibus verbis fieri debeant. 240
Procliuiores ſumus ad abſoluendũ, quàm ad condemnandum. 524
Procurator conſtitutus contra omnem perſonam, an poſsit agere cõtra vniuerſitatẽ,vel capitulũ. 242
Procuratorem,vel aduocatũ ex debito cõſcientiæ ad cauſas iniuſtas non acceptandas teneri, quomodo procedat. 304
Prohibitus, vt à poſſeſsione priuetur debet prius citari. 613
Promiſsio, & datio non ſolũ in materia ſpirituali, ſed etiam in profana parificantur. 728
Promiſsiones, & pacta frequentius fiunt,quàm dationes. ibidem.
Proœmium Ioannis xxiij.ad regulã de veri.not.obi.deſcribitur. 391
Proœmiali,& finali ratione ceſſante,ceſſat ipſa diſpoſitio. 399
Proœmij ratio,quàm ſit potẽs. 481
Proœmium quod comprehẽdit, an idem in regula cõprehendatur. 551
Prorogatio in regula de annali denegari nõ ſolet quouſq; inueniat poſſeſſorem. 669
Prorogatio regulæ de triennali facta per vnum, an proſit venientibus pro intereſſe. 769
Prorogatio termini quãdo reputatur eadem cum termino. 778
Prorogatio regulæ de triennali, an tranſeat in ceſsionarium. 781
Proteſtatio declaratoria volũtatis, an intelligetur reperita in actu, qui geritur incõtinenti, aut ex interuallo. 426
Proteſtatio quando eſt neceſſaria quando verò non. 528
Proteſtari iudici per ipſum non ſtare ad hoc vt excuſetur nunquid impetrans de neceſsitate teneatur,ſi

per iudicem ſtat quo minus cauſam terminare poſsit per ſententiam infra annum. 653
Proteſtationis loco impetrãti nũquid ſufficiat impedimentũ probare ſi fuerit impeditus cauſam infra annum proſequi. 654
Proteſtatio facta per vnum,an proſit alteri. 770
Protonotarij olim quomodo appellabantur,& quando eſſe cæperunt.in j.q.procemij. 321
Protonotariorũ dignitas,& huius nominis interpretatio,quæ ſit. 4
Protonotariorũ circa dignitatem quædã viſu digna deſcribũtur.ibi.
Prouiſio nuntij poſt præſentationẽ patroni laici nõdũ epiſcopo præſentatam,nunquid valeat. 63
Prouidendi,vel acceptãdi poteſtas, ſublato impedimento,manet libera. 218
Prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem legis. 223
Prouidere,ſeu mandare prouideri verba, quid importẽt,& inter eſſe an differant. 247
Prouiſus ſi ante literas cõfectas moreretur,aut matrimonium cõtraheret, vel religionẽ profiteretur, an propter hoc aliquid vacare dicatur. 280
Prouiſio ordinarij infra mẽſem ad acceptandum cõceſſum expectantib⁹ facta an valeat,etiã illis poſtea non acceptantibus. 996
Prouiſio ordinarij,an ſufficiat beneficiato, quo ad hoc,vt dicatur titulum habere. 283.& 804
Prouiſio per obitum reſultãs vigore illius clauſulæ,ſiue alias quouis modo,an valeat. 396
Prouidẽdi modus naturalis,an accidentalis attendi debeat. 516
Prouiſio legati de latere de beneficijs vacantibus in menſibus ordinarij,an valeat. 804
Prouiſio ordinarij facta de beneficio vacante cuius regreſſus pertinebat ad alium,an det titulum coloratum. ibid.
Prouiſio executoris de beneficio litigioſo,an valeat. 856
Proximi lege veteri,qui reputabãtur,qui verò extranei. 235
Publius Conſa ob eius imperitiam à Cice.per iocum reprehẽſus. 374
Publicatio legis,vel regularum facta tantum Romę,an liget extra vrbem. 27
Publicatio in reſignationibus fiẽda quare introducta ſit. 960
Publicatio quid ſit. 963
Publicatio quare poti⁹ fieri debeat in reſignatione,quàm in permutatione. 964
Publicatio,& poſſeſsionis petitio, an ſint inter ſe diuerſa. 977
Publicatio quomodo,& in quo loco ſit facienda. 979
Publicatio ad triplicem effectũ fit, vt ibi. ibid.
Publicatio demonſtratæ rei quãdo non eſt fruſtratoria. 980
Publicatio in cœmiterio,vel ciuitate facta,an valeat. 981
Publicatio in dignitatibus,quæ requiratur,quæ verò in parochialibus,& beneficijs ſimplicibus. 982
Publicatio, an fieri debeat quando transfertur penſio,ſicut quãdo renuntiatur beneficium. 983
Publica,& notoria dicũtur, quæ in ſignatura Papæ fiunt. 985
Publicatio per affixionem in acie campi floræ,vel in valuis cãcellariæ facta,nunquid valeat. 589
Publicatio, vt fieret vbi aliquis ꝓpter aliquod impedimentum non potuit talis,& excuſetur,quid facere debeat. ibid
Publicatio ad effectũ reg. de publ. reſ.nunqd inducta dicatur per citationẽ affixã ĩ valuis eccle.vbi eſt beneficiũ tẽpore diuinorũ factã ſu per d.beneficio renuntiato. 990
Publicationis tempus quo ad reſignationem,quare maius datur in curia,quàm extra. 1001
Poſtula quid ſignificet. 941
QVæſitũ verbũ,qd denotet. 85
Qualitas, ſiue adiectio ad ſubiectum,ad quid apponitur. 17
Qualitas in actu cõſiſtẽs facit eũdẽ mutare in diuerſam ſpeciem. 44
Qualitates quod ſunt in conſtitutione,tot inducũtur obſtacula,& ex conſequenti tot derogationes, & expreſsiones. 45
Qualitatis omiſsio, an vitiet gratiam. 150
Qualitates adiũcta verbo debet adeſſe tempore verbi. 215
Qualitates õnes,quę requirũtur in prima gratia, eædem,an debeant obſeruari in ſecunda. 291
Qualitatem ſemel propoſitam implere diſpoſitionem, licet poſtea ceſſet,quomodo procedat. 287
Qualitate,quæ differunt, an differant ſpecie. 423
Qualitas per quam aliquis priuilegiatum ſe eſſe prætendit,illã probare tenetur. 705
Qualitas propter quam priuilegiũ fuerat conceſſum vbi ceſſat,ceſſat etiam ipſum priuilegium. 747
Qualitas,quæ ſemel in actu interuenit, licet poſtea ceſſet,nihilominus actus ſuſtinetur. 750
Quartana,& ſimiles longe ægritudines, quãdo,& in quibus nõ ſint periculoſæ. 202.& 208
Quicunque dictio,an comprehendat vniuerſaliter omnes,tã habiles, q̃ inhabiles. 491.& 677.& 681
Quint. Coponius,q̄ vini amphoram ei,cuius ſuffragio magiſtratum petebat,dono dederat,ambitu condemnatus fuit. 734
Quis verbum,de ſui natura maſculum,& fœminã cõprehendit. 154
RAtificatio per dominum quãdo,& quomodo fieri debeat, & quãdo locũ habeat. 604.& 901
Rationes plures vbi conſiderantur, licet vna ceſſet,aliæ militare vidẽtur. 198
Ratio,quæ colligitur ex mente regulæ,cenſetur expreſſa. 217
Ratio maior eſt in vno caſu,quàm in alio. 251
Ratio diuerſa, diuerſum parit iuris effectum. 383
Ratio vbi eſt eadem,eadẽ debet eſſe

in vtroque diſpoſitio. 401

Ratio vbi generalis eſt,licet dictũ ſit ſpeciale,ratio attenditur. 505

Ratio animalegis dicitur. 673

Rectoris officiũ quale eſſe debeat. 231

Rector parochialis idioma loci qualiter intelligere debeat. 256

Recurſus ad ius cõmune reputatur fauorabilis. 464

Redire quis ad ius amiſſum ex noua cauſa poteſt. 553

Redditus annui appellatiõe mobilium,an veniant. 675

Referendarij ob quam cauſam conſtituti ſunt. 317

Referẽdariorum duo ſunt genera. 317

Referẽdariorũ gratiæ numer⁹. ibi.

Referendarij gratiæ in ſignatura, quas ordinationes obſeruare teneantur. 320

Referẽdariorũ iuſtitię numerus.ib.

Referendarijs iuſtitiæ pro officio ſuo pręſtando munera recipientibus,quæ pœna imponatur. ibid.

Referendariorum iuſtitiæ obſeruationes,& ordinationes. ibidem

Referendarij inter officiales curiæ digniores reputantur. 321

Referendarij à quo fuerunt conſtituti. 322

Referendarijs,quòd tantus honor tribuatur,quid ſit in cauſa. ibid.

Referendarij olim exempti erant à muneribus extraordinarijs. 323

Referendarij olim poterãt,ſicut Papa ex duobus impetrantibus alteri gratificari in data,& poterant ſic ut Vicecancellarius recipere reſignationem beneficiorum. ibid.

Referẽdarij etiam ſi actu officia ſua nõ exerceãt, gaudẽt nihilominus prerogatiua referendariorũ.ibid.

Reges in regnis ſuis non faciũt reges,ſed vicereges. 13

Reges, & Duces ſub generali diſpoſitione non comprehendũtur, niſi ſpecialiter nominentur. 33

Regis dignitas in multitudine populi. 417

Regreſſus ex cauſa oneroſa,an dicatur proprie gratia. 284

Regulæ cancellariæ, & ipſa cancellaria quando originẽ habuerũt. 2

Regularum cancellariæ quis fuerit primus author. ibidem

Regulæ cancellariæ vtrum ligent vniuerſaliter omnes. 16

Regulæ cancellariæ, an publicẽtur ſolum in curia. 17

Regularum vinculum,minus eſt, q̃ ſtatutorum particularium. 18

Regulæ cancellariæ non allegãtur, ſicut leges digeſtorum. ibidem

Regularum ignorantia, nũquid excuſet. 19

Regularũ appellatio eſt ĩcerta. ibi.

Regulæ cancellariæ quare ſic nominentur. 22

Regula idem eſt,quod ius. 23

Regulæ cãcellariæ per ſucceſsiones pontificum renouantur. 28

Regulæ cancellariæ,licet poſtea publicentur,ligant tamen à tempore aſſumptionis Papæ. ibid.

Regulæ non ligant,niſi dentur per Vice





Vicecancellarium. 29

Regulæ cancellariæ ſemel productæ,& regiſtratæ,an faciant fidem in alijs cauſis ſine noua extractione,& tranſportatione regeſtri. 31

Regulæ cãcell.dupliciter dãtur.ibi.

Regulæ iudiciales omnes ferè ſunt de dandis. 32

Regulæ cancellariæ vtrum ligent ipſum Papam. 32

Regulæ cancellariæ vtrum cõprehendant cardinales. 33

Regulæ cancellariæ,an contineant in ſe clauſulam derogatoriam voluntatis. 43.& 64

Regulis cancellariæ,quo caſu cenſetur derogatũ per clauſulam generalem nonobſt.conſtit.&c. 47

Regulæ, literis iam expeditis, quæ obſtent. 47

Regularum ſuſpenſarũ duplex conſideratio. 49

Regulis de idiom.& de nõ tollen. iure quæſito.& de pub.reſig.quomodo ſecundum hodiernum ſtylum derogetur. 50

Regulæ de verbo ad verbũ, an poſſint in bulla inſeri per illa verba latiſsimè extendẽ. 52

Regulæ de iure quæſito non toll. origo. 54

Regulæ de iu.quæſ.non tol.an habeat locum in principio in omnibus gratijs beneficiorum. ibidem

Regula de iure quæſ.non tol.an cõprehẽdat gratias extra iudiciũ. 74

Regula ex quo loquitur de iu.quæſ. non tol.an præſupponat habitum iuris. 81

Regula de extendendis cõſenſibus, de reſignationibus ſimpliciter loquens,an habeat locum in renuntiationibus conditionatis. 86

Regula quantum nõ tollatur ius, &c.an habeat locum in iure quæſito ad tempus. 87

Regulæ Inno.VIII.& Hadria.VI.reuocãtes ius patronatus laicorum quomodo moderetur. 91

Regula de iu.quæſ.non tol.an procedat in cõmiſsionibus propriè conceſsis. 103

Regula de valore, & de trien.non dat titulum, ſed tantum ius excipiendi peremptoriè. 105

Regulæ de iure quæſ.non tol.nunquid obſtet gratiæ tertij non collitigantis impetratæ lite pendente inter alios ꝑductæ in iudicio per collitigantem. 116

Regulæ quando derogatur in fauorem alicuius, nunquid tollatur regula quo minus alij eius exceptione vti poſsint. 120

Regula de iure quęſ.non tol.vtrum in caſibus in quibus læſis non ſuffragatur,ſit aliquod remedium ad annullandam gratiam, per quam alicui tollitur ius quæſitum. 133

Regula de infir.reſig.vtilis eſt,& iucunda. 134

Regulæ de infir.reſign.tractatus in tres partes diuiſus. 135

Regulæ de infir.reſig.origo. ibid.

Regulæ eiuſdem frequens innouatio. 136

Regulę de infir.reſig.in tempore,& vacatione modificatio. 135

Regula de infir.reſig.quando procedat. ibidem
Regula de infir.reſig.nunquid liget Papam infirmum renũtiantem papatui ſecundum formam.c.primi de renunc.lib.vi. 137
Regulæ cancellariæ,& diſpoſitiones canonum,an ligent ſummum pontificem. ibid.
Regulæ de infir.reſig. mens, & verba in quo fundentur. ibid.
Regula de infir.reſig.an habeat locum in cardinalibus infirma reſignantibus. 146
Regula de exprimendo valorem,& extrauagans execrabilis,an comprehendat cardinales. 147
Regula de infir. reſig.an procedat in familiari cardinalis cedenti in infirmitate non facta mẽtione familiaritatis. 148
Regula de infir.reſig.an comprehẽdat exemptos. 150
Regula de infir.reſig.vtrum cõprehendat fœminas religioſas habentes dignitates collatiuas. 152
Regula de infir.reſig.an habeat locum in ſene decrepito. 154
Regula idem eſt,quod ſtatutũ.ibid.
Regula de infir.reſig.an habeat locum in eo,qui intrat mare,vel eſt conſtitutus in alio periculo mortis,& renũtiat in illo periculo,& moritur infra xx.dies ex illo. 158
Regula de infir.reſig.an habeat locum in infirmo infirmitate animi & non corporis laboranti. 172
Regula de infir.reſig.vtrum procedat quando infirmus ex vulnere nõ lethali ex culpa medicorũ,vel alio caſu ſuperueniente, non ratione vulneris deceſsit. 173
Regula de infir.reſig.vtrum habeat locũ in eo,qui cedit cõmẽdæ. 177
Regulæ,quæ habeant locum in cõmenda,attenta illarũ morte. 179
Regula de infi.reſig.an comprehendat eccleſias ſiue beneficia cõſiſtorialia. 180
Regula de public.reſig. an habeat locũ in conſiſtorialibus. 181
Reg.de infir.reſig. vtrum procedat in beneficijs iuriſpatronatus, ad quæ per præſentationem quis aſſumitur. 187
Regula annullans collationem,per conſequẽs omne neceſſarium antecedens prohibere videtur. ibid.
Regula de infir.reſig.q̄ ſit exorbitans quomodo procedat. ibidem
Reg.de annali quomodo cõprehẽdat beneficia iuriſpatronatus. 191
Reg.de infir..reſign.an procedat in eo,qui renuntiauit iuri ſuo quæſito ĩ beneficio vigore alicuius gratiæ. 192
Regula de infir.reſig.an habeat locum in renuntiante cauſa permutationis de ĩparib.beneficijs. 194
Regula de infir.reſig.an habeat locũ in beneficio patrimoniali. 197
Reg.de infir. reſig.an procedat ĩ altaribus vel ĩ patrimonio,ad quę q̄s in titulũ beneficij ordinatur. 200
Regulę,quæ non habent locũ extra curiam. 204
Regula prerogatiuarum ſcriptorũ, an militet cõtra familiares Papæ, attenta eius mente. 204
Regula de infir.reſig.loquẽs de infirmitate,an debeat in dubio intelligi de infirmitate graui, an verò de leui. 207
Regula generaliter loquens,an generaliter debeat intelligi. ibid.
Regula de impet.per obit.fami.cardin.in qua vacatione per obitum non dicetur habere locum. 210
Reg.de infir.reſig.an habeat locũ ĩ renũtiatione facta per infirmũ in manibus Papæ,& Papa ante præſtitum conſenſum moriatur,& infirmus poſtea infra xx.dies poſt cõſenſum præſtitum decedat. 213
Regul. de infir.reſig.de ſtylo curiæ, an ſoleat paſsim derogari. 228
Regulis habentibus notabilẽ qualitatem, an cenſeatur per clauſulas generales derogatum. 230
Regulæ de idiomate,quis fuerit primus author.in præfa.reg. 231
Reg.de idiom.nũquid habeat ſymbolũ,affinitatẽ,aut ſimilitudinem aliquam cum diuino,aut humano iure,an verò diſcrepet à iure communi. ibid.
Regula de idio.nunquid habeat locum in prouiſionibus factis fœminis regularibus,vel capitulis,aut vniuerſitatib⁹ aliquarũ eccleſ.240
Regula de idiomate,quare fauorabilis iudicatur. 244
Reg.de valore breuis declaratio. 246
Regula de valore,an comprehẽdat Cardinales. 247
Regula de idiom.nũquid obſeruari debeat,& liget extra curiam. 253
Regula de impet. beneficia viuen. quare dicitur fauorabilis. 266
Reg.de impet.beneficia viuen.quis fuerit primus author. ibid.
Regulæ ſecundum varietatem negotiorum,temporum,& perſonarum,mutationem recipiunt.ibid.
Reg.de imp. ben.viuẽ.an procedat in gratia motu proprio facta. 267
Regulis ex ſtylo,an cenſeatur derogatum. ibidem
Regulæ de non iudic.iux.for.ſupp. quis fuerit primus author. 275
Regula de non iudic.iux.for.ſupp. nunquid habeat cõcurſum,ſimilitudinem, vel conſonantiam cum iure cõmuni,vel ſit cõtra ius. 277
Reg.expeditionẽ literarũ requirẽtes in diſpẽſationibus,nũquid cõcordent cum iure communi. 279
Regula de nõ iudi.iux.for.ſup.nũquid habeat locũ extra curiã. 281
Reg.de non iudic.iuxta for.ſup.de quibus iudicibus loquatur. 282
Reg.de non iud.iuxt.for.ſup.nunquid habeat locum in acceſſu, vel regreſſu ex cauſa oneroſa,& per viam contractus. 284
Reg.de non vtẽdo duabus gratijs, in quibus non habeat locum. 285
Regula de non iudi.iux.for.ſup.. n habeat locum quãdo agitur poſſeſſorio. 286
Regulæ requirentes literarum expeditionem,an procedant in poſſeſſorio. 288
Regula de nõ iudi.iux.for. ſup.nũquid differat ab illa, quæ diſponit diſpen

diſpẽſationes nõ ſuffragari, niſi literis expeditis. 288
Regulæ literarum expeditionẽ requirentes, quæ ſint. ibid. & 348
Regula de non iudic. iuxt. for. ſup. loquens de iudicibus, nunquid habeat locum in arbitris. 292
Regula de non iudic. iuxt. for. ſup. an procedat quando agitur ſuper epiſcopatibus. 293
Regulæ mens, & ratio quando cum communi vſu concurrunt, regulã vltra vim verborum extendere videntur. 297
Regulæ de non iudic. iuxt. for. ſup. nunquid ſit locus in caſu, in quo gratia Papæ eſt deperdita, & probatur eius tenor. 298
Regula liij. quæ loquitur de diſpenſationibus, nũquid habeat locum quando quis vult vti gratia abſq; literis expeditis in foro conſcientiæ tantum. 299
Regula, quæ diſponit cõmiſsiones cauſarum non valere, literis non expeditis, quomodo procedat, & huiuſmodi regulæ, pro quibus ſoleat derogari. 325
Regulę de ſubrog. collit. origo. 354
Regula de ſubrog. collit. an ſit fauorabiliter amplianda. 358
Regulæ de ſubrog. collit. quãdo, & pro quibus ſoleat derogari. 358
Regula de ſubrog. collit. an habeat locum extra curiam coram ordinarijs, & legatis. 362
Ragula quando eſt fauorabilis recipit latiſsimam interpretationem, etiam ad caſus nõ expreſſos. 363
Regula de ſubrog. collit. an habeat locum in Britannia. ibidem.
Regula de ſubrog. coll. nũquid habeat locũ quando ille, qui cõmiſit cauſam, literis non expeditis petit ſe ſubrogari per obitũ illius, contra quẽ cauſam commiſit, & in iudicium vocauit. 363
Regula de ſubrog. collit. nũquid habeat locum quando agitur ad priuandum aliquem beneficio ſuo in forma iuris. 370
Regula de iure quæſito non tollen. poſſeſsionẽ acquiſitam, an cõprehendat, ſi de ea mentionem nõ faciat. 376
Regula de ſubrog. collit. an habeat locum ſi lis moueatur propter reſcriptum, ſiue commiſsionem ſubreptitiam. 378
Regulæ de ſubrog. coll. nunquid ſit locus quando tertius non collitigans obtinuit ſe ſubrogari in locum, & ad beneficiũ illius, qui iam obtinuit executoriales cõtra aduerſarium, qui illis nondum executis deceſſerat. 382
Regulæ de veriſi. noti. obit. qui fuerit primus author. 391
Regula de veriſim. notit. obit. an ſit fauorabiliter, & latiſsimè interpretanda. ibidem.
Regula de veriſim. not. obit. vtrum habeat locum extra curiam in impetrationibus ordinariorum, & legatorum. 391
Regula de veriſ. not. obit. nunquid procedat in gratia facta motu proprio. 394
Regula de veriſ. notit. obit. nũquid comprehendat illam ſpeciẽ vacationis obitus, quæ includi poſſet ſub clauſula, vel alio quouis modo appoſita in reſignatione. 395
Regula de veri. not. obit. an habeat locum in eo, qui de partibus conſtitutus procurator reſignaſſet in fauorẽ certæ perſonæ cui fuit prouiſum cum clauſula, ſiue alio quouis modo. 395
Regula de veriſ. not. obit. nunquid procedat in commenda. 400
Regulæ iudiciales, an comprehendant commendas. 401
Regulæ de veriſ. not. obit. nunquid ſit locus ſi quis moriatur Romæ, & beneficium impetretur à Papa longiſsimè diſtante ab vrbe. 404
Regulæ de veriſ. not. obit. nunquid ſoleat derogari. ibidem.
Regulæ de impe. per obit. fam. card. quis fuerit primus conditor. 405
Ragula de impetr. per obit. famil. card. an habeat locum quando Papa concedit gratiã motu proprio. 406
Regula eadem odioſa, & exorbitãs reputatur. ibidem.
Regula eadem qualiter ſit interpretanda. 408
Regula de impe. per obit. fam. card. nunquid procedat in mandato de prouidendo reſeruatione vel expectatiua de beneficio vacaturo. 409
Regula de impe. per obit. fam. card. nunquid habeat locum in vacatione mortis fictæ. 412
Regula de impe. per obit. fam. card. nunquid procedat in beneficio cõmendato familiari cardinalis per cuius obitum impetratur. 414
Regula de impe. per obit. fam. card. an debeat obſeruari in ſubrogatione facta per obitum collitigantis famil. Card. vel in gratia ſi neutri perinde valere, vel ſimilibus impetrationibus. 421
Regula de impe. per obit. fam. card. quam rationẽ in ſe contineat. 422
Regula de impe. per obit. fam. card. nunquid in declaratoria facta in continenti ad primã gratiã, in qua ſit mentio de familiaritate cardinalis debeat obſeruari. 426
Regulę de impe. per obit. fam. card. nunquid ſit ſatisfactũ quãdo ipſemet cardinalis impetrat pro alio beneficium vacans per obitum ſui familiaris, vel alio quouis modo interceſsit nõ facta mentione in gratia de familiaritate, nomine & titulo, vel conſenſu cardinalis. 430
Regula de impe. per obit. fam. card. an habeat locũ in familiaribus familiarium cardinalium. 446
Regula eadem, an habeat locũ ſi cũ familiaritate concurrat alia reſeruatio. 452
Regula de impe. per obit. fam. card. nunquid habeat locum ſi ſede vacante aliquis recipitur in familiarem alicuius, & antequàm eligatur Papa, moritur familiaris. 470
Regulæ omnes Cancellariæ etiam reſeruantes beneficia familiarium ſede vacante expirant. ibid.

Regula de impe.per obit.fam.card. nũquid habeat locum in coadiutoria cum futura ſucceſsione,quam quis habet ad beneficiũ quòd poſſidet familiaris. 474

Regula de annali in quatuor partes diuiſa,vt ibi. 477

Regula de annali vnde ortũ habuit. 478. & quis illius fuerit author. 479

Regulæ de non appellando à mera interlocutoria per partes,an renũtiari poſsit. 487

Regula de annali vtrum per ſolam eius allegationẽ annullet ipſo iure gratiam impetrãtis,ſicut lex communis abſque aliqua productione in actis facienda. 492

Regula de annali, ſiue eius decretũ nunquid contrauenientes ligare dicatur. 494

Regulæ Cãcellariæ ad hoc, vt in iudicio ius faciant in actis produci debent. 495

Regula de annali,nunquid ſuper diſpoſitis in ea,inducat,ſeu cõtineat formam. 499

Regula de annali priuatũ intereſſe, ſicut bonum publicum, an concernat. 500

Regula de annali quare potius defendit poſſeſſorem etiam abſque titulo,& triennalis non defendit niſi habentem ſaltem coloratum titulum. 502

Regula de annali, nunquid debeat ſeruari extra curia coram legato, vel ordinario. 505

Regulæ cãcellariæ vbi poſſunt probabiliter ignorari. 507

Regula de annali,an habeat locum in impetrante gratiam motu proprio. 510

Regula de annali,an obſtet impetranti habenti fortè mãdatum de prouidendo ad monaſterium monialium ad quod ſolet per electionem & cõfirmationem aſſumi. 516

Regula de annali nunquid procedat contra impetrantem, qui ad effectum,vt contra eum de iſta regula excipi non poſſet ante ſuam impetrationem, poſſeſſorẽ ipſum ante cõpletum annum à poſſeſsione deijci curauit. 520

Regulam de annali inductam fuiſſe in odium impetrantis quãdo procedat. 527

Regula de annali an procedat in omnibus beneficijs tam curatis q̃ ſimplicibus. 534

Regula de annali,an habeat locum in epiſcopatibus. 534

Regula de annali, an habeat locum in adminiſtratione perpetua data per teſtatorem in altaribus, ſeu oratorijs. 537

Regula de annali, an habeat locum in impoſitione penſionis impoſitæ ſuper beneficio per annum poſſeſſo. ibidem.

Regula de annali,an habeat locum in hoſpitali. 539

Regula de annali,an procedat in beneficijs conſiſtorialibus. 542

Regula de annali, an procedat in beneficio commendato. 543

Regula de annali, an vendicet ſibi locum in beneficijs iuriſpatronatus. 545





Regulæ Cancellariæ loquentes generaliter de beneficijs, an habeat locum in beneficijs iuriſpatronatus. ibidem.

Regula de annali, de qua impetratione,& collatione loquitur. ibid.

Regula de annali, an habeat locum in impetratione gratiæ ſi neutri. 549

Regula de annali, an obſtet pariter reformationi factæ ad primã gratiam,quæ erat nulla ex eo,quia nõ fecerat mentionem de regula. 553

Regula de annali, nunquid defendat minorẽ poſſeſſorem beneficij curati ſine diſpenſatione. 564

Regula de annali,an procedat quãdo quis poſſederit per annum ante priuationem,ſiue poſt. 580

Regula de annali, an habeat locum in poſſeſſore, qui non recipit fructus. 597

Regulæ de annali verba,videlicet, vt improbi, &c.an inducant cauſam finalẽ iſtius diſpoſitionis. 481

Regulæ de annali verba,videlicet, quod certo modo vacare prætendit, an intelligatur de illis modis vacationis inductis per Cancellariam,videlicet,ingreſſum religionis, contractum matrimonij, vel aſſecutionem,&c. 564

Regulæ de annali verba, videlicet, & quot annis ille poſsideat, quot modis intelligantur. 569

Regula de annali,nunquid inhabiles ipſo iure, & per extrauag.Bonif.Pij,& Alex.& Iulij, contra nõ ſoluentes annatas æditã, vel quẽcunque aliũ inhabilem defendat. 609

Regula de annali,an defendat hæreticum. 610

Regula de annali, an defendat poſſeſſorem priuatũ beneficio, ob nõ ſolutionem penſionis. 612

Regula de annali, an defendat execrabilem poſſeſſorem annalẽ. 613

Regula de annali, an obſtet impetranti beneficium per alterius aſſecutionem, vel per non promotionem. 614

Regula de annali, nũquid defendat illegitimum poſſeſſorẽ annalem de cuius clericatu ordinatione vel diſpenſatione non conſtat. 622

Regula de annali contra impetrantem,an iuuari poterit,his qui tempore vnius Papæ per ſex menſes,& illo mortuo tempore ſucceſſoris per alios ſex menſes pacificè beneficium poſſedit. 623

Regula in dubio,an reſpiciat futura,an verò præterita. ibidem.

Regula de annali, nunquid procedat in eo,qui reſignauit & reſeruauit ſibi omnes fructus, in quorum percipiẽdi poſſeſsione exiſtit. 624

Regulæ de annali exceptio competẽs prædeceſſori meo mortuo contra impetrantem, nunquid trãſeat ad me ſucceſſorem in dicto beneficio. 632

Regula de annali, an defendat expoliatorem poſtea poſſeſſorẽ annalem effectum. 634


Regu

Regulæ de annali, nunquid quo ad primam partem per impetrantem ſatisfactum ſit propterea quòd impetrãs citatus fuit à poſſeſſore infra ſex menſes. 635

Regula eadem, an locum habeat in formalibus. 636

Regulæ de annali verba, videlicet, alioquin impetratio prædicta, & quæcunq; inde ſecuta nullius exiſtant firmitatis, &c. quid operentur. 657

Regulæ de annali, in ſecunda, & tertia parte, nunquid ſit ſatisfactum ſi impetrãs infra ſex menſes cauſam commiſerit ſuper poſſeſſorio, & poſſeſſoré citari fecit, & infra annum ſententiam obtinuit, an verò requiratur ſententia ſuper petitorio. 637

Regulæ de annali verba, ibi beneficiũ impetrauerit quid cõcernant. ibidem.

Regula de annali tempore impetrationis fiendæ quas qualitates copulatiuè concurrere requirat 639

Regula de annali odioſa eſt & contra ius commune. ibidem.

Regula quæ dat formam, in qua forma adimpleri debeat. 646

Regula de annali, an obſtet ſubrogationi gratioſè impetratæ per tertium, propter morté vnius ex duobus litigantibus. 647

Regulæ de annali tempora, an currant impetranti impedito. 650

Regulæ de annali verba, videlicet, quòd gratia ſi neutri, vel ſubrogatio non ſuffragentur vtrum contrarietur verbis finalibus regulæ, videlicet, quòd beneficium litigioſum non cenſeatur, vel ſint ſuperflua. 661

Regula de annali in duas partes principales diuiſa. 642

Regula illa iuris, videlicet, ꝙ annullato principali corruit accaſſoriũ quas limitationes recipiat. ibid.

Regula de annali quare in ſecunda ſui parte decernit beneficium non eſſe litigioſum, ſi iſte idem effectus reſultat ex pœna, & verbis in prima parte poſitis. 664

Regula de annali primo in odium litigantium, ſecundario in fauoré poſſeſſoris facta eſt. 665

Regula de annali, an plus operetur, quàm diſpoſitio iuris communis. 669

Regula de triennali vnde originé habuit. 678. & quis eam primus in vſum tradidit. ibidem.

Regula de triennali, nunquid baſtardum, ſiue illegitimum poſſeſſorem prouiſum ab inferiori, vel à Papa defendat. 677

Regula de triénali, an defendat fœminam poſsidentem dignitatem, vel adminiſtrationem. 681

Regula de triennali, an habeat locũ in beneficijs commendatis perpetuò ſecundum ſtylum noſtri temporis. 683

Regulæ de triennali verba ibi, ſeu quæuis alia diſpoſitio, an omnem ſpeciem titulorũ cõprehendant. 693

Regulæ Cancellariæ quæ procedãt in com-



in commenda. 696

Regula de triennali, an procedat in officijs. 699

Regula de triennali, an comprehendat hoſpitalia. ibidem.

Regula de triennali, an habeat locum in beneficio vnito. 701

Regula de triennali, an habeat locũ in beneficio iuriſpatronatus. 703

Regula de triennali, nunquid defendat poſsidentem duo beneficia curata per triennium, & ſic incompatibilem, ſeu execrabilem, aut non promotũ infra annum. 703. & 615

Regula de triennali ſequitur mentem, & intentionem legis primæ. ff. de vſucap. 709

Regula de triennali, nũquid defendat expoliatorem poſſeſſorem, vel ſucceſſorem eius habentes titulum coloratum contra ſpoliatum, vel ſucceſſoré ſpoliati agenté ſpolio, & an regula iſta procedat quando contra poſſeſſorem committitur cauſa poſſeſſorij. 718

Regulæ de triennali verba ibi, impetrationes quaslibet de beneficijs ſic poſſeſsis, &c. an inducant petitorium vel poſſeſſorium. 720

Regula triénalis, in quo differat ab annali. 724

Regula de triennali quia ſimoniacum excipit, de qua ſimonia ſit intelligendum. 727

Regulæ de triénali, an céſeatur derogatum ſi impetratur beneficiũ detétum per aliqué per plures annos, & in impetratione habet tempus detentionis, pro expreſſo cum clauſula nõ obſtantib. regulis. 760

Regulæ de triénali verba, videlicet, nequeant moleſtari, &c. quid operentur. 763

Regula triénali, quæ annullat impetrationes, de quibus impetrationibus erit intelligendum. 765

Regulæ de triénali prorogatio facta per vnũ ex litigãtib. cõtra poſſeſſoré triénalé, an proſit venietib. ꝑ intereſſe ſuo ĩfra tépus ꝓrogatũ poſt triénalé tamé poſſeſsioné. 769

Regula de triennali, an requirat titulum validũ & verũ, an verò ſufficiat titulus coloratus, vel prȩſumptus. 789

Regula indiſtinctè loqués interpretationem vnde capere debeat. 792

Regulȩ de triénali exceptio in odioſis, & exorbitantibus quo pacto ſit intelligenda. 871

Regula de triénali, ſicut requirit titulum ſaltem coloratum, an requirat etiam bonam fidem. 857

Regula de triennali, omnem titulũ, an reputet coloratum. 863

Regula de triennali, nũquid exiſtentem in quaſi poſſeſsione pacifica non ſoluendi penſionem per triennium defendat, quãdo agitur contra ipſum ad priuationé, & regreſſum ob non ſolutionem. 875

Regulæ de triénali verba, videlicet, ex apoſtolica, quid denotent. 865

Regula de triénali, nũquid deféndat poſſeſſorem in beneficio cõtra habété regreſsũ ĩ ſpecie ad illud. 869

Regula de triennali, in quo dicitur odioſa. 871

Regulę de triẽnali exceptio nũquid obſtet excipiẽti de regula de non exprimendo vero valore. 877
Regulæ de valore exprim. quis fuerit primus author. 915
Regula Vrbani de valore, de quib. beneficijs loquitur. 916
Regula de valore moderna à regula Eugenij ſumpta. 919
Regula de valore, nunquid comprehendat Cardinales. 920
Regula de valore expri. an habeat locum extra curiam in impetrationibus factis à legatis. 928
Regula de valore, an habeat locũ in monaſterijs monialiũ, vel alijs quibuſcunque, ſiue illa ſint conſiſtorialia, ſiue non. 927
Regulę de valore mens, & intentio. 928
Regula de valore expri. an militet in hoſpitalibus. 929
Regula de valore, nũquid habeat locum in gratijs de beneficijs vacaturis. 930
Regula de valore duas partes alternatiuè continet, vt ibi. 931
Regula de valore, nũquid obſtet regreſſui, in quo nõ eſt expreſſus valor ſecundum communem æſtimationẽ ex eo, quia in prima gratia fuerat expreſſus. 932
Regula de valore, nũquid procedat in beneficijs commendatis. 934
Regula de valore quare continet in ſe tot varietates monetarum, & an expreſsio iſtarum debeat fieri ſecũdum æſtimationem loci, vbi vacat beneficium, an verò ſecundum valorem curiæ Romanæ. 932
Regula de valore quid intelligat ꝑ marcham argenti, quid rurſus per libram, & quid per aliâs monetarum ſpecies hîc deſignatas. 935
Regulæ de triẽnali verba, videlicet, ſuper beneficijs ſic poſſeſsis neque aut moleſtia, &c. quid ĩportẽt. 897
Regulæ de triẽnali verba, videlicet, nõ moleſtari, de qua moleſtia intelligantur. 898
Regulæ de triẽnali exceptio, an impediat ordinariũ inquirentẽ. 899
Regulæ de triẽnali verba, videlicet, antiquas lites penitus extinguentes, quomodo intelligantur. 903
Regula de triẽnali, an iuuet aliquẽ in petitorio. 902
Regula de triennali, nunquid tueatur non promotũ infra annũ. 913
Regulæ de annali verba, videlicet, ſi quis impetrauerit, &c. omnẽ modũ impetrãdi, an includant. 551
Regulæ de veriſi. noti. obitus qualiter derogari debeat. 404
Regulas Cancellariæ in eo ſtatu, in quo nunc ſunt quis primus omniũ reduxit. 275
Regula de public. reſig. vnde originem habuit, & quid in ea Hadria. VI. addiderit. in præfa. reg. 951
Regula de public. reſig. nũquid ꝓcedat vel obſtet ſec. reſignatario. 952
Regula de duab. gratijs, an habeat locum in tertia. 954
Regula de public. reſig. nũquid procedat quãdo reſignans reſeruauit ſibi omnes fructus, & denominationem tituli. 955

Regula



Regula de publicã. reſig. ad quid ſit inducta. ibidem.
Regula de public. reſig. quę ſimpliciter de renuntiatione loquitur, nũquid habeat locum in ea, quæ ex cauſa permutationis fit. 956
Regulæ de public. reſig. diſpoſitio quare fauorabilis reputatur, & ideo latiſsimè extendenda. 959
Regula de public. reſig. nũquid ꝓcedat in beneficijs commẽdatis. 965
Regula de public. reſig. an ꝓcedat in beneficijs cõſiſtorialibus. 969
Regula de public. reſig. an obliget reſignatarum ad publicandum tẽpore ſucceſſoris reſignationem factam in manibus prędeceſſoris Põtificis, ſi prædeceſſor ĩfra ſex mẽſes factæ reſignationis moriatur. ibi.
Regulæ ſicut & quęlibet alia diſpoſitio ad tollendum abſurdum ſuppleri debent. 976
Regula de public. reſig. nũquid obſtet legitimè impedito, propter peſtilentiam, vel bellum, vel aliud ſimile impedimẽtum publicare. 988
Regula de publi. reſig. ad hoc, vt habeat locum, quæ requiruntur. 991
Regulæ de public. reſig. nunquid ſit locus, ſi renuntians moriatur ciuiliter, & non naturaliter. 1000
Regula de publi. reſig. an procedat in reſignatione iuris. 1000
Regulæ de pub. acceptationib. quæ expreſſè de expectatiuis loquitur nũquid ſubijciãtur reſeruationes, quæ habent beneficium acceptãdi plura. 1002
Regulæ quæ vult, ꝙ cõmiſsiõi poſt concluſionẽ nõ ſtetur, niſi derogetur cõcluſioni, intellectus, & declaratio. in eadẽ, & vltima regu. 1004
Reipublicæ fauore recedimus à regulis iuris. 128
Relator dictorũ alterius, an reprehẽdi debeat ſicut ſi ipſe diceret. 25
Relatum, an ſit in referẽte cum ſuis qualitatibus. 553
Remiſſoria an concedatur pro probandis exceptionibus dilatorijs, ſeu peremptorijs. 105
Remiſſorię quo pacto expeditè mittantur ad partes. 289
Renuntiatio, an debeat magis iuſtificari in ſene, quàm in iuuene. 158
Renuntiare primo qs videtur ꝑ acquiſitionẽ ſecũdi incompatibilis. 705
Renuntiatio, quæ præſumatur fraudulenta. 201. & 204
Renuntiare gratiæ ſuæ cenſetur nõ terminans cauſam infra annum ſibi datum. 669
Renũtiationem factã extra curiã coram ordinario, vel legato, an comprehẽdat regula de infir. reſig. 203
Renũtians ex cauſa etiam permutationis, quid perdere dicatur. 784
Renuntiatio quando non admittitur beneficium, an vacet. 209
Renũtiãs per porrectionẽ ſupplicationis, an dicatur conſentire. 210
Renuntians per reſignationem admiſſam ante præſtationem conſenſus, qd admiſiſſe dicitur. 215. & 497
Renũtiatio beneficij per priuãdum poſt ſententiam perpetui carceris, ac etiam poſt acceptationem expectantis, an valeat. 578

Repetita ſæpius placent. 243
Res capiūt denominationes ab eo, quod frequentatur. 22
Res per eaſdem cauſas diſſolui debent per quas oriuntur. 99
Res vna ꝙ dicatur fortior altera etiā maioris cōprehenſionis, & ꝙ nō ſit dignior, an ſtent ſimul. 754
Res vna, & eadē, an debeat eſſe productiua contrariorum. 584
Res ſemel cōceſſa ꝙ ſemper maneat cōceſsibilis quādo procedat. 749
Res effecta ſemel quo ad vnū alienabilis per litē motam, an cenſeatur eſſe alienabilis, quo ad alios. 769
Reſcripti verba quo pacto ſint intelligenda. 56
Reſcriptū ab excommunicato impetratū eſſe ipſo iure nullum, quo modo intelligatur. 82
Reſcriptum cum clauſula cedente, vel decedente, an extēdatur ad priuationem in materia ſtricta. 421
Reſcriptū in dubio, an debeat interpretari potius iuſtitiæ, quàm gratioſum. 515
Reſeruationum taxarum, & annatarum beneficiorū, quis fuerit primus inuentor. 14
Reſeruatio in dubio, an præſumatur. 218
Reſeruatio vim nouæ prouiſionis habere dicitur. 272
Reſeruatio apud ſedem, quę ſit maior. 452
Reſeruatio inducta per regulas dupliciter conſideratur. 454
Reſeruationib. duab. in ꝑſona vniꝰ concurrētibus, quæ attēdatur. 457
Reſeruationes officialium ſummi Pōtifices charas, & peculiares habent. ibidem.
Reſeruatio ſemel cauſata, propter familiaritatē, an extinguatur, ceſſante familiaritate. 465
Reſeruatio generalis habet vim cōſtitutionis, & legis. 540
Reſeruatio ſicut per collationē Papæ expirat, an ita per commēdam perpetuam. 695
Reſeruatum ſemel, an duret ſemper affectum. 830
Reſeruatio illa ī corpore iuris clauſa, de qua in regula de triēnali, quę ſit, & an ſit vnica, vel plures. 833. & 838
Reſeruatum beneficium ordinario alicui ſcienti conferente, an ille faciat fructus ſuos. ibidem.
Reſeruata per extrauag. ad regimē contingant, an in curia vacare dicantur, an apud ſedem. 834
Reſeruatio iuris cōis, an differat ab illa in corpore iuris clauſa. 836
Reſeruationes in corpore iuris cōmunis clauſæ quot ſint. 837
Reſeruatio, in corpore iuris clauſa, quibus priuilegijs ornetur. 838
Reſeruationis decretū, quo ad affectus iuris cōis, an diſcoloret. 872
Reſeruationes ſemel ꝑ regulas inductæ per obit. Papæ, an expirēt. 972
Reſeruationes quando ſoleant appellari expectatiuæ pingues. 1002
Reſignatarius quādo per exceptionem regulæ de public. repellitur, an propterea opponenti beneficiū adiudicari debeat. 111
Reſi

INDEX.

Reſignatio iuris, & reſignatio beneficij in poſſe cuius fieri poſsit. 193
Reſignatio quādo ſit reſeruatis fructibus, regula de infir. reſig. an habeat locum. 197
Reſignante aliquo bis in infirmitate, & ſecūda reſignatio fuit admiſſa, & non prima, & vtriuſq; cōſenſus præſtitus, ſed conſenſus primæ poſterior, quæritur à quo conſenſu debeat computari viginti dies regulæ de infir. reſig. 208
Reſignans in ſanitate beneficiū in manibus Papæ ſupplicatiōe ſignata, qui conſenſum præſtitit in infirmitate, ex qua deceſsit infra viginti dies, nunquid comprehendatur ſub regula de infir. reſig. 211
Reſignatio ex quo facta eſt ſemel in manibus Papæ, actus habet ſuum eſſe. 214
Reſignās extra curiam ſi moriatur infra xx. dies, vtrum collatio pertineat ad ſolum Papam. 216
Reſignantes infirmi quomodo dicuntur fraudare ordinarios, & expectantes. ibidem.
Reſignaſſe aliquem in infirmitate ad effectū regulæ quomodo probetur, & per quem debeat infirmitas, & mors infra xx. dies contingens probari. 224
Reſignatio prima, nūquid ſanetur, propter derogationem regulæ factam in ſecunda vbi quis per procuratorem bis reſignat, & in ſecūda reſignatione Papa derogat regulæ, ſi moriatur īfra xx. dies. 229
Reſignans primus poſſeſſor annalis, an defendi poſsit regula de annali cōtra tertiū reſignatariū habētē cauſam à ſecūdo reſignante. 616
Reſignatio in manibus ordinarij in fauorē certæ perſonæ, an fieri poſſit ſine vitio ſimoniæ. 756
Reſignans ſi poſt reſignationē perfectā ex cauſa permutationis per triennium pacificè in poſſeſsione manſerit, nunquid exceptione regulæ de triennali aduerſus tertium impetrātem tueri poſsit. 783
Reſignationes fraudem in ſe continere, quæ præſumantur. in xvj. q. reg. de public. reſig. 959
Reſignatario, ante publicationē, an dicatur adeò ius quæſitum, quòd ſi infra tempus ad publicandum fieret alteri prouiſio cum clauſula niſi ſit alteri ius quæſitum, & poſtea nō publicaret, diceretur gratia ſiue prouiſio nulla. 993
Reſignationes duę ſi factæ ſint eidē, & prima annullatur ex defectu publicatiōis, nūquid talis ex ſecūda, quam publicauit adiuuari poſsit. 996
Reſtitutio in integrum, quæ venit de iure ſpeciali an tollatur ſtatuto exceptione prohibente. 98
Reſtitutio vltra læſionem non datur. 125
Reſtitutio reponit rem in primum ſtatum. 383
Reſtitutio non datur ſine colore. 619
Reſtitutio adminiculum iuris deſiderat. 620
Retroceſsionis præſumptio per la-

pſum triennij, an inducat titulum ſufficientem ad regulam de triennali. 786
Retroceſsio non faciẽs mentionem de fructibus malè perceptis, an iudicetur nulla. 787
Reſtrictio ad caſum expreſſum, in quibus fieri ſoleat. 401
Reualidatoriæ gratiæ, quid operentur. 291
Reualidatio vim nouæ prouiſionis habere cenſetur. ibid.
Reuertendi animum quando quis amittere cenſetur. 462
Reus per probationũ defectũ quod ius ſibi acquirat. 111
Reus etiam ſi nihil producat actore non probãte debet abſolui. 285
Reus quando dicitur vexari, & moleſtari, quæ moleſtia ſit conſiderabilis. 330
Reus fauorabilior eſt, q̃ actor. 873
Reus poſſeſſor quãdo tenetur oſtẽdere, & probare, titulum. 862
Romani quanti ſuam linguam fecerint, & in pretio habuerint. 240
Rotæ auditorium antiquis tẽporibus non idẽ erat quod modo eſt. 8
Rotæ à tẽpore Sixti vſq; ad noſtra tempora variæ mutationes deſcribuntur. 9
Rotæ authoritas quàm ſit ĩ illuſtri, & excelſo loco poſita. 23
Rotæ authoritas quare communi opinioni præferatur. ibid.
Rota vberrimus fons canoniſtarũ appellatur. 24
Rotæ iudicium nullum eſt toto orbe præſtantius. ibidem
Rota potius conſiderat mentem, q̃ verba regularum. 333
Rota ſemper ſolet ad æquitatem declinare. 950
Rota moderna, in quibus opinionibus differat ab antiqua. 882
SAcramenta eccleſię per quos miniſtrari debeant. 235. & quibus perſonis illorũ adminiſtratio nó cadat. 241
Scientia ſola, vt ſufficiat ad abſolutionem excõmunicationis incurſæ propter iniectionem, quid requiratur. 127
Scienti & volenti non ſit fraus, neq; iniuria. 352
Scholaris eo ipſo quòd eſt matriculat⁹, licet nihil ſtudeat gaudet priuilegijs ſcholarium. 441
Scribentes alicui qua lingua ſcribere debeant. 239
Scribẽtes multa excuſabiles ſũt. 303
Scribere & loqui per ſe ſunt denotantes perſonalitatem. 308
Scriptores apoſtolici, an præferantur veris familiaribus. 334
Scripturæ ſacræ infinita loca, propter imperitiam idiomatis perperam interpretata. 236
Scutorum in Gallia duplex ſpecies nouorum ſcilicet, & veterũ. 944
Senes infirmi dicuntur. 154
Senectutis pulchra deſcriptio. 155
Senes quot morborum genera infeſtent. ibid.
Senes quamplures repentina morte interempti connumerantur. 156
Senex, an præſumatur minus viuere quàm æger. ibidem





Senex nominis ethymologia. ibid.
Senectutis incommoda. 157
Senes ex iuris præſumptione quàm longã vitæ ſpẽ ſibi pollicẽtur. ibi.
Seniorum plura priuilegia. 158
Sententia lata contra regulas Cancellariæ, an valeat. 18
Sententia principis facit ius vniuerſale. 26
Sententia lata contra extrauagantem an valeat. 29
Sententia principis licet faciat ius generale, valet tamẽ ſentẽtia contra illud. 45
Sententia an tribuat ius. 102
Sententia lata cõtra regulam productam an ſit nulla. 276
Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, an poſsit excutioni madare ſine aliqua citatione partis. 367
Sententia lata contra ius ambiguũ, an valeat. 375
Sentẽtia & declaratio in ambiguis, quæ capienda eſt. 400
Sententia lata contra poſſeſſorem annalem non opponentem de regula, vel non probantẽ ſe eſſe annalem poſſeſſorem, an valeat. 501
Sententia priuatiua quoruncunq; beneficiorum quas pẽſiones comprehendat. 538
Sententiæ executio donec ſupereſt nil poteſt dici actum. 582
Sententia, ex defectu iuris partiũ, an dicatur nulla, & an trãſire poſſit in rem iudicatam. 637
Sententia non cõſtito de proceſſu, an ſit nulla. 845
Sententia & ſilẽtij impoſitio ad qd referantur. 900
Sepelliendi, & baptizandi actus ſolus, an faciat vt eccleſia poſsit dici curata. 260
Sequeſtrum violans ſuo iure priuatur. 499
Sequeſtrum appoſitũ beneficio per iudices ſeculares, an impediat pacificam poſſeſsionem, quo ad effectum regulæ de annali. 595
Sequeſtrum appoſitum non de conſenſu partium, an pertinet poſſeſſorem ſua poſſeſsione. 596
Sermo, an capiatur ex patre, an ex matre. 263
Seruiens familiari Papæ, vel cardinalis, an dicatur Papæ, vel cardinali ſeruire. 447
Seruitutibus in duabus vna remiſſa alia in ſtatu ſuo remanet. 457
Sexus differẽtia nulla eſt animæ reſpectu. 153
Sic dictio, declaritiua & ſignificatiua eſt modorum expreſſorũ. 706
Signaturæ vtriuſque progreſſus in tres particulas diuiſus. 305
Signaturæ obſeruationes olim variæ fuere. ibid.
Signatura gratiæ quibus verbis cõficiatur. 306
Signaturæ gradus. 309
Signatura Papæ per fiat, data in cõcurſu cum illa per cõceſſum etiam motu proprio, & pro qualificato quæ præferatur. 310
Signatura iuſtitiæ Papæ, in quo differat à ſignatura Cardinalis. 311
Signatura Collegij Reuerendiſsimorum Cardinalium Papa ab-

ſente qualis eſſe ſolet. 315
Signatura nil plus dat quam verba importent. 531
Silentium imponere quid ſit,& huiuſmodi verba quantæ ſint potentiæ. 897
Simoniȩ caſus ſuperat omnes alios. 710
Simoniacus habet vitioſum ingreſſum. 727
Simoniacus ita eſt qui promittit ſicut ille,qui dat. ibid.
Simonia vera, vt cõmittatur quid concurrere debet. 729
Simoniam commiſſam in ſuo beneficio ignorãs an habeat coloratũ titulũ,poſsit q; agere ſpolio. 731
Simoniacus an dicatur is, qui pro conſequẽdo beneficio aliquid dedit, quod in pios vſus conuerteretur. 732
Simoniacus q̃ ſit deteſtabilis. 734
Simonia,quȩ occultè fit,an ſufficiat quòd per præſumptiones probetur. 764
Simoniã liberã conuẽtio ſola facta poſt renũtiationẽ an inducat. 730
Solennitas quæ requiritur in actu reformãdo, an eadem requiratur in actu conſtituendo. 291
Solennitas vbicunq; tradita eſt per ius poſitiuum quid operetur. 301
Solon quare de parricidijs legẽ nõ tulit. 420
Specialia duo circa idem non concurrunt. 791
Spoliato ꝓ colore qd ſufficiat. 286
Spolio agenti,an obſtet defectũ notorium iuris. 288
Spolij actio, vt mihi competat, an potero poſſeſsionem per procuratorem meum ſpoliatum captã ratam habere. 605
Spoliatus & ſi ſit legitimus debet repelli exceptione notoria de nõ titulo. 623
Spoliator quãdo non poteſt ſe tueri exceptione temporis cõpetẽtis tã vigore regulæ de triẽnali q̃, cuiuſcũq; alterius præſcriptiõis. 725
Spoliatus in beneficialibus ſine tit. colorato non reſtituitur. 787
Spoliator violentus regula de triẽnali non defenditur. 718
Spoliatus q̃libet regulariter an reſtituit debeat. 610
Spoliatus execrabilis, an reſtituatur. 611
Spolio,an agi poſsit vbi primũ extremum deficit. 619
Statutum diſponẽs quòd victus victori condẽnetur in expẽſis, quomodo intelligi debeat. 64
Statutum factum contra turbãtes, an intelligatur principaliter, vel ſecundario. 79
Statuta loquẽtia de debitoribus an habeant locum in debitoribus cõditionalibus. 84
Statuta diſponẽtia circa actus perpetuos,an includant etiam actus, qui poſſunt eſſe perpetui,& temporales. 88
Statutum,an comprehendat exemptos à priuilegio. 97
Statutũ ſimpliciter loquẽs,an cõprehẽdat tã maſculos q̃ fœminas. 152
Statutum vel conſtitutio apoſtolica habet vim legis vniuerſalis. 226
Statutum imponẽs pœnam manus, nunquid comprehendat manum aridam,& inutilem. 602
Statuta vt conformẽtur ſecundum ius commune qualiter ſint interpretanda. 643
Statutum correctorium iuris communis de venditione loquens,an habeat locũ in permutatione. 963
Stylum curiæ Romanæ omnes inferiores eccleſiæ ſequi tenentur. 25
Stylus curiæ Rom. quare ſit volubilis. ibid.& 883
Stylus Rotæ & Cãcel. quo ad illam clauſulã, videlicet non obſtãtibus conſtit.&c. qualiter ſe habeat. 42
Stylus ſacræ pœnitentiariæ in abſolutione à mutilatione mẽbri qualis ſit. 78
Stylus qnando iura non ſuffragantur ſequendus eſt. 181
Stylus habetur pro lege. 385
Stylus Rotæ circa condemnationẽ expenſarum. 574
Stylus Rotæ hodiernus in capiẽda poſſeſsione. 585
Stylus cancellariæ facit ius,& tollit dubietatem facti. 415
Stipulatio inter homines diuerſi idiomatis,an poſsit cõtrahi. 239
Sturnus auis lingua Anglica quomodo appelletur. 937
Subiecta talia eſſe debẽt qualia ſua prædicata. 20
Subrogatio propter ius acquiſitum vigore acceptationis lite pendente impeditur. 59
Subrogatus quis non cenſetur in litem niſi in ſubrogatione fiat mentio poſſeſsionis. 90
Subrogatus,an ſortiatur nuturam illius in cuius locum ſubrogatur. 290.& 747.
Subrogatus per commiſsionem ad proſecutionẽ executorialium ad quid teneatur. 345
Subrogationũ duo ſunt genera. 359
Subrogatus in iure, vel ad ius alicuius familiaris cardinalis lite pendente, nũquid teneatur facere mẽtionem nominis,& tituli cardinalis vel ab eo cõſenſum petere. 368
Subrogatio quando dari,& concedi ſoleat. 371
Subrogationi per priuationẽ quando eſt locus. 362
Subrogatio non facta mentione de iure acceptantis,an valeat. 375
Subrogatus quo ad litem & ius defuncti an cẽſeatur etiã ſubrogatus quo ad poſſeſsionem. ibid.
Subrogatio cum derogatione regulæ de ſubro. collit. quare cardinalibus,vel alijs potentioribus dari non ſolet. 384
Subrogatio mouenti litem contra triẽnalem poſſeſſorem quare non datur. 385
Subrogati quãdo ſunt tres,duo nõ collitigãtes: primus ſine derogatiõe reg. ſecũd⁹ cum derogatiõe, tertius verò collitigãs,& infra mẽſem, quis iſtorũ præferri debet. 385
Subrogatio ſecũda eſt nulla prima non caſſata. 386
Subrogationis diffinitio. 389
Subrogatio in forma gratioſa, an

obſtet regula de annali. 648
Subrogatus ĩ ius ſpoliati ſi agat cõtra ſpoliatorẽ, an excludatur exceptione regulæ de triennali. 724
Subrogatus in ius alterius, etiã quo ad poſſeſsionem, an teneatur ipſe purgare ſpolium ſicut ille in cuius locum ſubrogatur. 726
Subrogatus quo ad rẽ, an cenſetur etiam ſubrogatus, quo ad qualitatem. 747
Succeſsionem in imperio prohibitam eſſe quomodo procedat. 145
Succeſsio in officijs ſecularibus curiæ an ſit prohibita. 199
Succeſſor & anteceſſor quando eadem perſona reputantur. 633
Succeſſori ĩ beneficio titulo permutationis, vel aliàs an poſsit contra tertiũ impetrãtem, vti exceptione reg. de trien. cõpetenti prædeceſſori ſuo ex ſua trien. poſſeſſ. 735
Succeſsio reſpectu tituli in beneficialibus non datur. 736
Succeſſor tã vtilis, quàm ſingularis, an poſsit vti acceſsione prædeceſſoris in vſucapionibus & præſcriptionibus. 737
Succeſſor eadem perſona fingitur, cum prædeceſſore. 738
Succeſſoris appellatione quãdo veniat ſingularis ſucceſsio. 743
Suffragari verbũ qd operetur. 302
Summus Pontifex ſolum in eccleſ. Dei appellatur ſicut Moſes Cancellarius Dei, cum quo vnũ & idẽ conſiſtorium facit. 13
Sumptũ de regiſtro ſupplicationũ ſignatarũ, an faciat fidem in iudicio. 278. & 335
Super dictio, quid denotet. 875
Supeflua quæ non dicantur, licet tacitè inſint. 365
Supplicatio ſine literis eſt gratia in formis. 192
Supplicatio ſtatim quòd eſt ſignata quid operetur. 193
Supplicatio nunquid in dubio præſumitur impetrata ad inſtantiam illius cuius fauorem concernit. 273. & 562
Supplicatio ſola de iure communi non inducit indubitatam probationem iuris. 308
Supplicatio nouæ prouiſiõis ad ſupplendum defectum publicationis requiſitæ, an ſufficiat. 288
Supplicatio propriè quæ dicatur. 296
Supplicationes gratioſæ hodie aliter ſignantur, quàm cõmiſsiones iuſtitiæ. 309
Supplicationes quatuor votorum Papæ reſeruatorum à ſolo Papa ſignantur, in quibus antiquitus niſi ex magna cauſa non ſolebat diſpenſare. 317
Supplicatio ſola canonicum titulum non continet. 975
Suſpendi in longum tempus quid ſit. 105
Taciturnitas, quæ in concedẽte defectum intentionis inducere videtur, gratiam nullam reddit. 954
Taxarum libri ante æditionẽ regu. de valore duo erant, quorum inuentor. Io. xxij. fuit. 918



Taxæ quo pacto per Ro. Pont. creuerint & quare impoſitæ ſunt. 923
Tempus in dubio, an currat de momento ad momentum. 225. & 377 & 758
Temporis anguſtia non nocet. 392
Tempus annale plurimum fomentum iuris habere dicitur. 479
Temporis ſaltem indefiniti mẽtio ceſſantibus clauſulis in quibus impetrationibus ſit neceſſaria. 571
Tempus vnius anni, & ſex menſium in regula de annali præfixum ad quid detur. 643
Tẽpora in materia ſtricta, & in præſcriptionibus, an cõiungãtur. 758
Tempora prædeceſſoris, nunquid coniũgantur cum tẽpore ſucceſſoris, vt poſsit dici triẽnalis. 768
Tempus legitimo impedimẽto exiſtente, an currat. 976
Tempus in regula de pub. reſig. datum ad publicandam reſignationem, an intelligatur etiam datum ad petendam poſſeſsionem. ibid.
Tempus ad inſinuandum pendente additionis tẽpore, an currat. 994
Terminus quando eſt præfixus per dictionem, à dies termini, an computetur in termino. 226
Termini, quibus vtitur Papa in prouiſionibus quot ſint, & quomodo inter ſe differant. 248
Termini ante terminũ ad articulandum, qui ſeruari debeant. 229
Terminus prorogatus quãdo non cẽſetur idẽ cum primo. 770. & 778
Terminus aſsignatus reſpectiuus certæ cauſæ, ad hoc, vt currere debeat, quid requiritur. 641
Terminus duplex vbicunq; à lege datur actori ſimul & reo, an debeat intelligi lapſo primo termino. 642
Terminus datus per legem ad accuſandum, vel agẽdum in dubio, an dicatur peremptorius. 651
Ternarij numeri frequentia, & celebritas quæ ſit. 674
Ternario numero quæ includuntur. ibidem.
Tertius veniens pro intereſſe quãdo poterit vti appellatione ab alio interpoſita. 777
Teſtatoris voluntatẽ quando quis ſatisfeciſſe non dicitur. 77
Teſtator vbi grauat hæredẽ ad ſoluendum debita Titij, an tenẽatur etiam ad debita conditionalia. 83
Teſtator facere non poteſt, quòd leges in ſuis caſibus locum non habeant. 845
Text. in cap. mandatum de reſcript. loquens de beneficijs, an habeat locum in penſionibus. 184
Text. in cap. auaritiæ in cap. quam ſit in c. vt quis duas, & in cap. fi. de elect. lib. vj. an habeat locũ in preſentatione iuriſpatronatus. 188
Text. cum non diſtinguat nec; nos diſtinguere debemus. 258
Text. in regula de annali quare nõ dicit de expenſis. 574
Text. in clem. fin. de procur. loquẽs de morte naturali, an habeat locũ in renuntiatione. 626
Text. qui dicantur locum habere in commenda. 694

Text.in c.auaritiæ, licet ſit pœnalis extenditur ad præſentatum miniſtrantem. 697
Tex.in terminis in cõcilio Baſilien. decreto viij.in titul.de pacif.poſſ. quo ad poſſeſſores triẽnales. 720
Text.in c.ij.de renunt.lib.vj.qui de ſimplici reſignatione loquitur ratione fraudis,an habeat locum in permutatione. 964
Thomas Canthuarienſis archiepiſcopus pro defenſione cauſæ ſuæ eccleſiæ occubuit. 489
Titulus canonicus ante expeditionem literarum,an dari poſsit. 278
Titulus quare in regula de annali non requiritur,ſed ſola poſſeſsio. 564
Titulus triũ etiam dictionũ.ff.nautę,caup.ſtabul.vnde originem accepit. 674
Titulus verus & legitimus quis dicatur. 691
Titulus præſumptus quis dicitur. 698
Titulus in præſcriptione triennali quãdo requiritur. 708
Titulus beneficij impræſcriptibilis eſt. 736
Titulus coloratus triennalis ſi reducatur ad non titulũ, an habeat locum regula de triennali. 762
Titulus redactus ad nõ titulum ad præſcriptionẽ,an ſit vtilis. ibid.
Titulum præſumptũ ſufficere quo ad effectũ regulæ de trien.de quo titulo intelligi debeat. 786
Titulus,licet nõ ſit, an præſumatur per lapſum decem annorum. 790
Titulus præſumptus ex ſola poſſeſſione triennali naſcitur. 793
Tituli anterioris probatio contra triennalem in contrarium, an admittatur. 794
Titulum verum nõ habens quo ad hoc, vt præſumpto adiuuetur ad effectum regulæ de trien.quid requiritur. 796
Titulus præſumptus reſultans ex poſſeſsione decem annorũ in quo differat à titulo colorato à regula de triennali requiſito. 797
Titulus, vt canonizetur quid requiritur. ibidem.
Titulus coloratus quo ad regulam de triennali quis habere dicitur. 798.& 801.& 803.& 844.& 845.& 846.
Titulum diſcoloratũ in quibus caſibus quis habere dicitur. 800
Titulus, vt ſit verè coloratus quid habere debeat. 846
Titulus coloratus requiſitus in regula de triennali,nunquid probetur per confeſsionem actoris. 848
Titulum dare à parte nõ dependet. ibidem.
Titulum coloratum, an habere dicatur poſsidens beneficiũ per triẽnium ex collatione capituli de cuius poteſtate non conſtat. 849
Titulum coloratũ nunquid det noua prouiſio impetrata in curia pro abſente,qui à c.de cuius poteſtate nõ conſtabat prouiſus fuerat. 850
Titulum coloratum,nunquid habere dicatur capiens beneficium litigioſum vacans vigore ſuæ gratiæ
expe



expectatiuæ. 853
Titulum coloratum,an habere dicatur tertius non collitigans cui ordinarius beneficium vacans per obitum alterius ex collitigãtibus contulit,& iſte tertius poſtea triẽnio pacificè poſſedit. 855
Titulum eſſe coloratum ſi negatur per agentem contra triennalem, quis probare teneatur. 862
Titulorum,& nominum diuerſitas, diuerſitatem materiæ arguit. 962
Titulorũ multiplicatio , an ſit prohibita. 997
Totum qui dicit nihil excludit. 395
Tranſactio per quam à lite receditur,an reſcindatur prætextu enormis læſionis. 488
Tranſlationes penſionum,an comprehendat regula de infirm.reſig. 184
Tranſlatio poſſeſsionis ſi lite pendente ſuper titulo beneficij fiat in alium,an dicatur attentatum. 880
Triennalis ſi ab initio malus ſit cauſa triennij bonus reputatur. 672
Trienniũ quàm decenniũ,vel aliud tẽpus quare magis in tuendis poſſeſſoribus præfigitur. 672
Triennium regulæ,nunquid currat contra minorem quatuordecim annorum, & vtrũ minor exceptione iſtius regulæ defendatur. 752
Triennium de quo loquitur regula nunquid debeat eſſe continuatum tempore vnius reſignatarij ad effectũ allegationis Lapi lxxxix. 755
Triennium regulæ, an debeat eſſe continuũ , an verò ſufficiat interpollatum. 767
Ttriennium longum tempus dicitur. 791
Trienniũ regulæ,an liget ſuperiorẽ quo minus poſsit repellere non habentẽ canonicũ titulum. 858
Tunc dictio,extremitatẽ ſignificat. 639
Turonenſiũ moneta quando primũ in Rom.curia cognita fuit. 918
Tutor propter negligentiam remouetur. 806
VAcatione vera cõcurrente cũ ficta,quæ attendi debeat. 208
Vacatio per mortẽ reſignantis infra xx.dies, an dicatur vera vacatio per obitũ,an verò ſit ficta. 210
Vacatio quãdo dicitur inducta. 219
Vacatio ficta per obitum vtrũ comprehendatur per clauſulas generales poſitas in ſupplicatione reſignationis mortui infra. xx.dies. ibidem.
Vacatio per reſignationẽ vnde ſit inducta,vnde verò vacatio per obitum,& ad quem effectum. 223
Vacationis duplex modus ſimul,& eodem tempore concurrere non poteſt. ibidem.
Vacationis modũ in collatione beneficij exprimere,an ſit neceſſariũ. 392
Vacatio in dubio,quæ ſit intelligẽda. 415
Vacatio eccleſiarum diuturna periculoſa eſt. 466
Vacatio apud ſedem dupliciter conſideratur. 834
Vacatio omnis apud ſedem poteſt
dici

dici vacatio in curia,ſed non econtra. ibidem.

Vacatio de nouo per mortem electi,an inducatur. 473

Vacatio vera, an ita detur per permutationem ſicut per ſimplicẽ reſignationem. 958

Vacatio, vt fingatur per obitũ quo ad effectum fictionis regulæ de publ.reſig.quæ requirantur. 992

Valentiæ Hiſpaniarũ quare potius ad ciuium complacentiam, quàm vt ratio poſtulat iuſtitia miniſtretur. 234

Valor in beneficijs in quibus nõ ſoluitur annata,nõ exprimitur. 917

Valorem verum in beneficij exprimi debere, quare Rom.pontifices voluerunt. 923

Valoris expreſsio in quibus beneficiorum fructibus non fit. 931

Valor in quo beneficio exprimi debeat ſi cleric⁹ Frãcigena impetrat gratiã duorũ quorũ alter ſit in Frãcia,alter verò in Alemania. 936

Valor expreſſus in gratia iuxta taxam cameræ,nũquid excuſet à pœna regulæ de val.exprim. 946

Valoris expreſsio facta in literis ſecundum arrendamenta facta per eum qui mortuus eſt, nũquid releuet impetrãtem à pœna regulæ de val.exprim. 948

Valor beneficiorum quomodo probetur practica ponitur in regula de val. q.fin. 933

Valor beneficiorum in reſeruationibus fructuũ pro penſione quomodo intelligi debeat. 933

Variandi potentia, an aliquid de iure diminuat,ſitque conſiderabilis. 63

Variare in iudicio in præiudicium alterius non licet. 625

Vera in qualibet diſpoſitione in dubio,in ſpecie capi debent. 963

Verba rationi,& æquitati deſeruire debent. 75

Verba generaliter prolata de actu valido intelligi debent. 131

Verba illa,videlicet,quauis authoritate cõferatur &c.poſita in reg. de infirm.reſig.ad quem effectum ſint addita. 136

Verba in pœnalibus, & exorbitantibus quo pacto capi debeant. 178

Verba quando ceſſant ratione regulę eius diſpoſitio ceſſare debet. 179

Verba de conſenſu poſſe etiã in renuntiationibus extra curiam verificari quomodo procedat. 205

Verba ſimpliciter prolata caſum verum, & nõ fictum cõprehendunt. 221

Verba illa,videlicet, quouis modo vacet quos actus comprehendant. ibidem.

Verba regulæ,quæ eſt ſtrictè interpretãda maximè in beneficialibus quomodo debeant intelligi. 255

Verba illa in Rom.curia, quid importent. 282

Verba indeffinitè prolata,an comprehendant omne caſum. 287

Verba illa,videlicet,niſi ſint cõmiſſiones iuſtitiã continentes per placet, vel per S.R.E. Viceecancellarium,quid ſignificent. 305

Verba illa,& quòd interim beneficiũ non cenſeatur litigioſum etiã ad effectũ regulæ de ſubrog.quid operantur. 330

Verba illa,videlicet,dummodo ante terminũ ad articulandũ per referendarios quare caſſari debeãt. 330

Verba illa, videlicet,infra menſem ante conceſsionem huiuſmodi poſita in reg.de ſubrog.collit.quid importent. 358

Verba illa,videlicet,dũmodo in dicto beneficio collitigans intruſus non ſit, quem ſubrogatum collitigantem comprehendant. 367

Verba illa regulæ de ſubrog.collit. videlicet,iuris,vel ad ius,nunquid poſsint verificari in iure ad rem, quod competebat defuncto. 369

Verba in dubio de impetratione loquentia quomodo debent intelligi. 424

Verba illa, videlicet,iniuſtè,temerè,& de facto moleſtãtes in ſententijs apponi ſolita ad quem effectũ ponantur. 467

Verba iſta,videlicet, vel alia quauis cauſa, maiora expreſsis inducunt. 680

Verba vniuerſalia ad habilia reſtringuntur. 748

Verba illa ſacrę ſcripturæ,videlicet, per tempus,& tempora pro trienio exponuntur. 792

Verba generalia in cõſtitutionibus ad quid ponuntur. 921

Verba in dubio de iure ordinario non extraordinario intelligũtur. 849

Verba narratiua Papæ in his, quæ non dependet à facto proprio maximè in præiudicium tertij non probant. 851

Verba in ſupplicationibus cõmuniter appoſita,videlicet,nõ obſtante reſeruatione in corpore iuris clauſa de qua reſeruatione intelligi debeant. 838

Verba in dubio quando ad futura referantur,quando verò ſub lege comprehenduntur. 970

Verba quid ſint. 966

Veritas per diſputationẽ magis ſplẽdeſcit. 16

Veritas magis attenditur in cõſiſtorio principis quàm iudiciorum ritus ſeu ſolennitas. 182

Veritas vbi locum,nec fictio,habere non poteſt. 757

Vexatio incipit à citatione. 914

Vicarius perpetuus in eccleſia vbi non eſt rector fungitur in omnibus officio vicerectoris. 257

Vicarij perpetui quare arctantur diſpoſitioni cap.licet.& c.ex eo. de elect.lib.vj. ibidem.

Vicecancellarius & ipſa cancellaria quãdo primum fuerunt in eſſe. 2

Viceecancellarius olim quibus nominibus appellabatur. 3

Viceecancellarius qui olim erat ſimplex doctor quando primum fuit creatus Cardinalis. 6

Vicecãcellarius anteq̃ fuiſſet creatus cardinalis vna cũ notarijs aſsiſtebat in camera Papæ,ac cum illis de portionibus cotidianis palatij vnam

Ver

vnam

vnam menſam faciebat. ibid.
Vicecãcellarij in mẽſa nullus cuiuſcunq; dignitatis eſſet,poterat comedere ſine licentia Papæ. ibid.
Vicecancellario etiã nõ cardinali, notarijs, auditori contradictarũ, & correctoribus in capella Papæ poſt presbyteros locus deſtinatus erat. ibidem.
Vicecãcellarius poſtquàm fuit creatus cardinalis nõ habuit cõmunẽ mẽſam,nec locũ cum prædictis officialibus,ſed omnes honorũ gradus ſibi ſolus aſſumpſit. 7
Vicecancellarij,cameratij, & maioris pœnitentiarij cura , & adminiſtratio,quæ ſit. 15
Vicecancellarius quo pacto ſignat prouiſiones gratioſas. 309
Vicecancellarius,ſeu alius inferior à Papa,an poſsit clauſulas derogatorias obſtantiarũ concedere. 310
Vicecãcellarius de iure,an poſsit vti clauſula non obſtan. ibid.
Vicecancellarius , an poſsit ſignare ſupplicationes cõſiſtoriales de iuſtitia. 312
Vicecãcellarius , an ſuper omnibus cauſis poſsit ſignare commiſsiones iuſtitiæ. 315
Vicecancellarius antiquis temporibus ſignaturam ordinariam iuſtitiæ habebat. 316
Victus,quòd condẽnetur victori in expenſis niſi habuerit iuſtã cauſam litigandi quomodo procedat. 492
Viginti dies in reſignationibus infirmorũ, à die præſtiti conſenſus computari debent. 203
Vinculo vno ſublato ex duobus aliud non tollitur. 265.& 411
Violentia in beneficialibus odioſior eſt,quàm in profanis. 719
Vita hominum ad quot annos protendi poteſt. 161
Vltima tollere priora , quõ procedat. 411
Vnciæ auri,& argenti valor. 936
Vniones per Papam ex certa ſciẽtia factæ cũ præiudicio ordinarij,an comprehendantur ſub regula de iure quæſit.non tol. 64
Vnio ad vitam, an extinguat titulum. 701
Voluntas ex actu nullo , ita declaratur ſicut ex valido. 985
Voti appellatione de quo voto intelligamus. 729
Vſucapio contra quos ſit introducta. 489
Vſucapio tẽporalis quid requirat. 859
Vt dictio,an propriè cauſam finalẽ denotet. 422.& 426
Vulnerat⁹ ſi moritur poſt octo dies ſiue menſes,an præſumetur mortuus ex eodem vulnere. 174
Vulnerãs,vt puniatur mitior interpretatio in dubio facienda eſt. 175
XErxes,& Crœſus Perſarũ reges tot linguarum genera perdiderũt,quot populos ſub ſuis ditionibus tenebant,& idem de Mithridate Ponti rege. 264

FINIS.



*R. P. D.*

# LVDOVICI GOMES

*HISPANI, EPISCOPI* SARNEN. SACRI PALATII *Apoſtolici Auditoris, vtriuſque Signaturæ Referendarij, ac ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Regentis, ſuper Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ iudiciales, quæ in Libro Rotæ inſcriptæ ſunt, Commentaria.*

## *Titulus, ſiue Rubrica Regularum.*

## REGVLAE, ORDINATIONES, ET CONSTITVTIONES CANCELLARIAE APOSTOLICAE.

ANTEQVAM *particularem, & indiuiduam cuiuslibet Regulæ interpretationem attingamus, operæpretiũ erit, quædam in uniuerſum, & per trãſitum, de intellectu, ſignificationesq; tituli præfari. Nam ueriores redduntur ſermones noſtri, cùm uniuerſalibus priùs cognitis, ad particularia deſcendimus, ut dicit Philoſophus primo Phyſicorum, quem Iuriſconſulti multis locis ſunt imitati, ut in l. j. ff. de iuſtit. & iur. & in l. j. ff. ſi cert. peta. & in §. his itaque. inſtit. de iuſtit. & iur. & alibi ſæpe. quẽ ordinem, ut nos plenius imitemur, totũ iſtum titulum, ſiue rub. in ſex quæſtiones diſtribuendum putauimus: quarum ſumma hæc erit.*

## QVAESTIO PRIMA.

Regulæ Cancellariæ & ipſa Cãcellaria quãdo originẽ habuerunt.

CIRCA primam quæſtioné illud ſatis compertum eſt, Regulas Cancellariæ à Ioan. vigeſimoſecundo initium & originem habuiſſe. Nam in vetuſto quodam membrano codice (quem vulgares quinternũ Cancellariæ Apoſtolicæ vocant (primus omnium in ordine ponitur Ioan. XXII. Regularum author, nec ante ipſum alius ſummorum Pontificum inuenitur, qui hoc prius tẽtauerit. Et licet Cancellaria Apoſtolica, & Vicecancellarij officium (vnde Regulæ iſtæ denominationé acceperunt) longè ante Io. XXII. præceſsiſſe videãtur: nihilominus Regulæ iſtæ non fuerunt eo tempore ſaltem in ſcriptis, ſed longo interuallo cõditæ. Nam Cancellariæ negotia tunc, non Regulis, ſed viuæ vocis mandato & ſtylo regebantur: verum quia ſine aliquo certo ordine, ſed euentualiter, & quodammodo fortuitò procedebant, ſtabilitaté non habuerunt: quo factum eſt, vt non ſolum Regulæ, ſed ferè omnia Rom. Curiæ officia per quandam conſequẽtiam ſucceſsiuis temporibus etiam mutationem, & magnã ſui ſtatus viciſsitudinem receperunt. De quibus omnibus non ab re erit loco præambuli pauca quędam commemorare.

Regularũ Cancellariæ quis primus fuerit author.

Cancellaria Apoſtolica & vicecancella. longe fuerunt ante Io. xxij.

### *De Cancellariæ & Vicecancellarij origine.*

ANTE omnia igitur illud conſtat temporibus Lucij Papæ III. qui per ducentos annos, & vltra, Ioannem præceſsit, vt Hiſtorici referunt, Cancellariam fuiſſe in eſſe productam, vt patet in c. ad hæc. de reſcrip. qui eſt tex. Lucij III. Et eodem modo temporibus Inno. III. qui poſt Lucium, licet ante Ioannem per plures annos in Põtificatu ſedit, non tantum de Cancellaria, ſed etiã de deputatis ad eam fit mentio, in c. dura. in prin. de crim. fal. & in c. porrecta. de confir. vtil. vel inutil. Nondum tamen illis temporibus Vicecancellarij dignitas, qui Regularũ miniſter & cuſtos eſt, quod ego legerim, inuẽta fuit. Sed Cancellariæ officium per præſidentem, & quoſdam alios tunc regebatur. De quo præſidente poſtea meminit deciſio Rotæ DLXV. in antiquis incip. vtrũ capitulum. col. j. Succeſſu tamen temporis Vicecancellarius creatus fuit vir purus, & ſingularis induſtriæ doctor, ſine aliqua alia dignitate. ¶ Sunt tamen qui dicant vicecancellariũ longè ante ipſa tempora fuiſſe inſtitutum, illumq; aliquando Scriniarium, interdum Pontificum literis Apoſtolicis, quàm etiam nonnullorum iurium teſtimonio comprobare nituntur. In primis literæ Stephani Papæ II. (qui fuit circa annum à Natiuitate Chriſti DCCLII.) adducuntur quæ habent hæc verba: Scriptum per manus Benedicti Scriniarij Sanctæ Romanæ eccleſiæ in mẽſe Iulio, Indictione quinta, in Sacratiſsima Sede Beati Petri Apoſt. tertio anno Pontificatus &c. Aliæ literę Paſchalis primi etiã habent hæc verba: Scriptum per manus Theodori Scriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ &c. Ex quibus quidem literis apparet Vicecancellarium Scriniarium appellatum, quod etiam ex text. in capitulo ad audientiam. de præſcrip. comprobare nituntur, vbi de Scriniario fit mentio. ¶ Sed in hoc diligenter eſt aduertendum non eſſe verum literas prædictas, nec text. in dicto capitulo ad audientiam. de Scriniario loquentes, debere de Vicecancellario intelligi. ſed de Notarijs, quos hodie Protonotarios appellamus, qui omnium officialiũ Curiæ antiquiores ſunt. & gloſſ. in dicto capitulo ad audientiam, communiter approbata, Scriniarium pro Notario exponit.

Vicecancellarius & ipſa Cãcellaria quando primũ fuerunt in eſſe.



Viceccancella. olim quib' nominib. appellabatur.

### *De ordine & officio Protonotariorum.*

VNDE, vt habeatur perfecta notitia antiquitatis temporũ iniuria diſpertitæ: eſt notandũ, quòd initia Orientis eccleſiæ ſub Clemẽte I. vt Damaſus author eſt, creati fuere Notarij ſeptem ad res geſtas martyrum diligenter cõſcribendas, quibus ſeptem Vrbis Regiones, quæ parochię dicebantur, diſtributæ fuere, vt Platina, & alij meminerunt. Et quia Antherus Papa, eius nominis primus, ſtatuerat, res martyrum geſtas à Notarijs conſcriptas, Scrinijs eccleſiæ recondi, fortaſsis ab eo tempore Scriniarij ſunt appellati, prout gloſ. illos appellat in dicto cap. ad audientiam. de præſcrip. & alibi ſæpe. verum, quia tempore Iulij Papæ I. non ita martyria Chriſtianorum frequentabantur, quia creuerat in immenſum iam decus Eccleſiæ propter Conſtãtini magni conuerſionem: ideo dicti Notarij nihil fortè habẽtes, quod iam de martyribus ſcriberent, ex mãdato Iulij I. omnia, & quæcunq; alia ad Eccleſiam pertinentia ſcribere cœperunt (vt

Notarij ſeptẽ initio orientis eccleſię ad res geſtas martyrum conſcrib. creati fuere.

Damaſus in vita Iulij refert) vbi de Scrinio ſcripturarum Notariorum etiã meminit. inde veriſimile eſt prædictis Notarijs, vt dixi, ab Scrinijs reconditarum ſcripturarum Scriniarios appellatos: quodq;, vt creditur, inter illa ad Eccleſiam pertinẽtia, quæ Iulius adnotare eos voluit, Apoſtolicas quoque literas ſcribere cœperunt, quod ex antiquis literis Apoſtolicis Sergij Papæ IIII. manifeſtum redditur, in illis verbis, videlicet: Spiritum per manus Benedicti Notarij, Regionarij, & Scriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ &c. quæ quidem verba duo indicant, primum illius Bullæ Scriptorem vnum fuiſſe ex illis ſeptem Notarijs à Clemente primo conſtitutis, ex eo, quia appellatur Regionarius, quia illis Notarijs, vt dixi, ſeptem regiones vrbis diuiſæ fuerant, vt Damaſus & Platina referunt in vita Clementis. Secundum quia appellatur Scriniarius, quia ſcribere ſolebant res dignas Scrinio, vel quæ clerici in Scrinio recondere debebant, vt dicit Damaſus in vita Iulij. Conſtat igitur ex præmiſsis Scriniarium non eſſe Vicecancellarium, vt illi male opinabantur. quod etiam probatur ex alijs antiquis Martini II. Apoſtolicis literis, vbi Notarius illarum bullarum Scriniarius appellatur in hæc verba: Scriptum per manus Hadriani Scriniarij S.R.E. Et ita debent intelligi Stephani, & Paſchalis ſummorum Pontificum Bullæ ſuperius in contrarium allegatæ, quæ non de Vicecancellario, vt dictum eſt, ſed de Notarijs intelligi debent, cum quibus aliæ literæ Benedicti ſeptimi concordant, dum in eis dicitur: Scriptum per manus Ioannis Scriniarij S.Rom. Eccle. Et hoc idem multis alijs antiquis literis Apoſtolicis probari poſſet, quas ſtudioſus adoleſcens Antonius Galæſius curioſiſsimè collegit. ¶ Creuit deinde, auctis diuitijs, iſtorum Notariorum honor, vt ad differentiam aliorum Notariorum vrbis Protonotarij appellarentur, quaſi primi inter alios Notarios, vt dicit Ioan. de Platea in l. ij. C. de primice. lib. xij. vbi Alciatus, & quidam alij Moder. hanc Protonotariorum dignitatem multum extollunt, & eos latè ſequitur doctus Modernus Taurinen. Ioan. Franciſcus Purpuratus in l. j. colum. xxxj. nume. 301. cum ſeq. ff. de offi. eius. nec immeritò. Sunt enim ſedis Apoſtolicæ & principis Notarij, propter quod denominationem & dignitatem ac-

Protonot. dignitas & huius nominis interpretatio.

cepe



ceperunt, vt dicit Alexan. in conſi. lxxxvij. inci. viſis codicillis. in ij. col. in ij. vol. & ante ipſum Areti. in l. laudabilẽ. C. de aduo. di. iud. πρώτος enim Græcè, Latinè primus dicitur: ſicut protomartyr, primus martyr, vt dicit gl. in §. illud. in auth. de tabellio. Hinc protocollum dicimus primam ſcripturam. inde protomedicus, protoplautus, protogonus, & quingenta alia vocabula deducũtur. Sicut etiam inter eoſdem Notarios antiquior, ſeu decanus, olim protoſcriniarius, vt Leo VIII. dictus fuit, vel primicerius appellabatur, tantaq; fuit illius exiſtimatio, quòd ſicuti hodie decano Rotæ magnus in Capella Papæ honor tribuitur propter miniſterium mitræ, ita & primicerio inter alios Protonotarios in ſignum maioris prærogatiuæ commiſſa erat datandi facultas, vt apparet in Bullis Martini II. vbi dicitur: Data per manus Stephani primicerij defenſoris ſummę ſedis Apoſtolicæ anno Pontificatus D. Martini II. Et in Bullis Stephani VII. dicitur: Data per manus Stephani primicerij anno II. Domini Stephani. Quæ quidem datandi facultas, neſcio qua de cauſa poſtea Bibliothecario Sedis Apoſtolicæ conceſſa fuit, vt bullæ antiquæ Benedicti VII. & Sergij IIII. teſtantur: quem Bibliothecarium quidam, vt dixi, pro Vicecancellario acceperunt, cum Bibliothecarij officium olim, ſicut hodie in Palatio Apoſtolico aliud præ ſe ferat. Nam qui Bibliothecæ Lateranæ præfectus erat, Bibliothecarius dicebatur, de quo Laterano Bibliothecario Platina meminit in vita Ioan. XIII. Sed quia locus iſte non poſtulat circa iſta officia euagari, de quibus latius ſcribam in tract. de official. curiæ. inſerto cum illo de poteſtate, & ſtylo ſacræ pœnitentiariæ. ideo omitto. Et interim circa dignitatem protonotariorum videnda ſunt, quæ ſcribit Ioan. de Platea in l. fin. in iij. col. C. de decurio. lib. x. & gloſſ. pragmaticæ in titul. de cauſis. §. quicquid. in gloſſ. Protonotarios. Et quæ dicunt Moder. & nouiſsimi rep. in rep. cap. Raynutius. in verbo adiectæ impuberi, &c. fol. clvij. col. iiij. de teſta. vbi notabiliter loquuntur, & reaſſumit Bartholomæus Caſſaneus in tract. Gloriæ mundi. in iiij. parte. in xxix. conſideratione. vbi latiſsimè ſcribit de omnibus officialibus curiæ Romanæ. Et Cardi. Iacoba. in tract. concilij. fol. lxxj. in j. & ij. col. Et de protonotarijs facit etiam mentionem Ioan. de

Primicerius olim qui dicebatur.

Datandi facultas olim quibus commiſſa fuit.

Bibliothecarius quis dicatur.

terra rubea in tractat.primogenituræ. fol.cvij.col.iiij. Et Petrus Belluga in Speculo principũ.rub.vj.num.10.qui ad hoc plura iura allegat, & vnum notabile priuilegium eorum ponit Bonifacius de Vitalinis Rotæ Auditor in cle.j. in xj.col.nume.151. & ſequen.de hære.de quibus etiam meminerunt Modern. Vercellen.in proœm. Digeſtorum.fol. xj. & in l.ij. ff.de origine iuris. & Volaterranus lib.xxxix. Philologiæ, titul.de magiſtratibus. de quibus aliquid dicam infrà in regula de nõ iudicando, niſi ſecundum literas expeditas.q.ſi.

¶Redeundo igitur ad Vicecancellarium, concludo, illum antiquis temporibus non Scriniarium, Bibliothecarium, aut primicerium, ſed ſuo nomine Vicecancellarium, appellatum. Non erat tamen hoc officium in tam excelſo honoris gradu poſitum ſicut hodie, quia Vicecancellarius, vt dixi, non habebat dignitatem. ¶Adeò, quòd adhuc tempore Nicolai Papæ III. Lugdunenſis, quòd concilij Vicecancellarius Cardinalis non erat, ſed priuatus homo: quin vnà cum protonotarijs Papæ in camera ad exequendum mandata eius, ſicut Cardinales in conſiſtorio, & diuinis officijs aſsiſtebat. Quod fuit obſeruatum vſque ad tempora Bonifa.octaui, quo tempore etiam ille Vicecancellarius, de quo idem Bonifa.meminit in proœmio ſexti decretalium incip.ſacroſanctæ. non erat Cardinalis, ſed poſtea ab eodem Bonifa.diaconus Cardinalis creatus fuit, vt Ioan. And.ibidem in gloſſ.author eſt. Illud etiam non eſt omittendum, quòd antequàm Vicecancellarius crearetur Cardinalis, vna & eadem erat ipſius, & notariorum menſa ſemel in die de portionibus palatij ſuſtentari ſolita, ad quam nullus, quantæcunque fuiſſet præeminentiæ, conditionis & ſtatus, comedere audebat ſine ſpeciali licentia Papæ. Et quod eſt magis mirandum, nullus ex officialibus ita communiter viuentibus medicinam ſumere, aut ſanguinem minuere poterat abſque ſpeciali licentia Vicecancellarij, faciliter obtinenda, vt in prædicto membrano libro peruetuſto latius enarratur. Et hoc idem in Cardinalibus infirmis obſeruatum fuiſſe antiquis temporibus refert Hoſtien. Nam illi non poterant ſanguinem minuere ſine ſpeciali licentia Papæ, vt tradit Hoſtien: qui in hoc

Vicecancel. qui olim erat ſimplex doctor, quando primum fuit Cardi.

Vicecancel. antequã fuiſſet creat? Cardi. vnà cũ notarijs aſsiſtebat in camera Papæ.

Officiales ſoliti ad mẽſam Vicecancellarij comedere.



hoc habetur corruptus in ſumma de pœnitent.& re.§. cui confitendũ.verſi.cui Cardinales.& in c.eccleſia veſtra.el.ij. de electiõ. ¶Quis autem tunc Vicecancellarij, Notariorum, Auditoris contradictarũ, & Correctoris viuendi modus fuerit, cuius etiã quãtitatis vel menſuræ fuerint portiones panis, vini, carnium, & ordei, quas ſingulis diebus ex palatio apoſtolico capiebant. Quid etiam Papa circa ſtrenam, & alia cum eiſdem die Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruare ſolebat: quid præterea quando curia extra Vrbem proficiſcebatur, prædictis officialibus conferebat ſeu largiretur, in dicto membranæ libro latius deſcribuntur. Quæ licet cognitione iocunda & digna videantur, propter notitiam vetuſtatis, ac etiam, vt facile percipi poſsit ex quàm tenuiſsimis principijs hæc Vicecancellarij dignitas, & ſacrum Cancellariæ officiũ in immenſum creuerint. Nihilominus tamen, quia videretur nimis prolixum, & fortaſsis extra propoſitũ noſtrũ illa hîc recenſere, quæ fortè tres bonas papyri paginas occuparent, omitto. ¶Non tamen ſilẽtio præteribo vnum ſatis notandũ quòd licet Vicecancellarij officium tam anguſtis tunc includeretur limitibus, & Vicecancellarius Cardinalis non eſſet: maior tamen illi poſt Cardinales honor, quàm reliquis alijs curiæ prælatis impendebatur. Deſignatus enim erat Vicecancellario, Notarijs, Auditori contradictarum, & Correctoribus, poſt presbyteros Cardinales in capella Papæ ſedẽdi locus, alijque honorũ gradus tribuebãtur illis de quibus ibi latius narratur. Et hæ quidem officialium prædictorum prærogatiuæ, quouſque ex Cardinalibus Vicecancellarium fieri placuit, promiſcuæ erant, ac longo vſu ſeruatæ. Sed poſtquã Vicecãcellarius Cardinalis effectus fuit, ſumma totius poteſtatis & honorũ in vnũ delata, illã mutuam obſeruationem aboleuit. Adeò, quòd illa Vicecãcellarij ac Notariorũ communis ac familiaris menſa, cum portionibus quas ex palatio apoſtolico recipient; locus etiam capellæ poſt presbyteros cardinales in diſſuetudinem abiere. Inde euenit, quòd Auditor contradictarum, qui poſt Cardinales & Vicecancellarium, cæteroſque curiæ prælatos, vt præmiſſum eſt, præcedere ſolebat, poſt huiuſmodi Vicecãcellarij in Cardinalẽ promotionẽ ab omnibus præ-

Auditor contradictarum.

Vicecancell. poſtquã fuit creatus Card. nõ habuit mẽſam cõmunẽ.

cedebatur. Vt nō ab re Bonifacius de Vitalinis, olim Rotæ Auditor, in cle.ne Romani. §. ſanè. de electio. dixerit, Auditorem contradictarum quondā cæteris Auditoribus dignitate maiorem, & loco digniorem, ſuo tempore poteſtatem localem, ab alijs Auditoribus ſeparatam, ſatis abiectam, ac minus honorificam, & honeſtam habuiſſe. Nec mirandum horum officialium dignitates, aut honores tempore diminutos fuiſſe, cum & alij ſimiles curiæ Romanæ miniſtri eadem temporum viciſsitudine, & fortunæ turbine ſint depreſsi: adeò, vt hoc tempore vix primæua eorum inſtitutionis veſtigia appareant.

## *Rotæ immutatio.*

**Rotæ auditorium.**

NAM ſatis aparet Rotæ Auditorium non idem, nec in eo ſtatu antiquis tēporibus fuiſſe quomodo eſt. Erāt enim ſine numero certo Auditores ad audiendum & referendum tantum deputati, vt dicit Specul. in tit. de legato. §. iam nunc dicendum. verſic. Item non obſtat ſi obijcis. Poſtea verò auctis ſedis apoſtolicæ negotijs, conceſſa fuit Auditoribus diffiniēdi facultas, vt patet ex his quę tradit Spec. in tit. de Auditore. Sicq; vario modo obſeruatum fuit vſq; ad tempora Sixti IIII. qui omnium primus numerum Auditorum ad duodecim reſtrinxit, erant enim adhuc tempore Sixti numero Quatuordecim, qui nominibus ſuis proprijs in bulla Sixti ſuper hoc confecta numerātur, ſub Dat. Pridie Idus Maij M.cccclxxij. anno eius primo, & tempore Thomæ Faſtoli erant xxj. Auditores vt vidi adnotatum per R.D. Iacobum Simonettā, & hoc innuit deciſio, licet corruptè, in cauſa quinta dub. xv. eiuſdem Faſtoli. Nec mirū, quia erat duplex Auditorum locus, videlicet primi gradus, & ſecundi gradus, vt colligitur ex xlij. dubio eiudē Faſtoli, & ex ſubſcriptione conſilij Oldra. cclxvj. ſicut etiam tempore antiquo canonici in eccleſia dicebantur clerici primi gradus, ſed alij ſimpliciter beneficiati dicebantur clerici ſecundi gradus, vt notat Innocen. in cap. ſedes. de reſcrip. & in cap. fin. in ij. col. de præbend. Et iſti gradus Auditorum, vt opinor, videbantur introducti reſpectu primæ & ſecundæ inſtantiæ. itaque Auditores primi gradus erant, qui cognoſcebant ſimpliciter de negotio principali, de quo ſi appel-

**Rotæ auditor vſque ad tēpora Sixti quarti.**

**Auditorū Rotæ genera.**

lari,



lari cōtigerat, cauſa appellationis committebatur Auditoribus ſecundi gradus. Quod videtur colligi ex dictis Oldra. in conſil. ccciiij. in prin. Et ad effectū iſtorum graduum bene conſonat, quòd tunc Auditores eſſent xxj. vel plures, aut minus, quia non erat certus numerus firmatus vſq; ad tempora Sixti, ſicut etiā neq; ante Sixtum Auditores recipiebātur, nec examinabātur corā Vicecācellario, quia hoc Sixtus omnium primus per prædictā bullam introduxit, vt hodie practicatur: & illa bulla adhuc in ſcrinijs Rotæ ſeruatur. Sed Camerarius de mandato Papæ olim Auditores per dationem capæ, rocheti, & birreti recipiebat eos in matricula, poſtea ſcribi faciēs, prout refert Egidius deci. dcxj. incip. licet capella. & Camerarius tūc erat iudex Auditorum, & non alius, & ille ſolus Auditores excōmunicare poterat, vt ſunt de hoc penes me plures Regulæ Cancellariæ antiquæ tam Gregorij, quàm Benedicti xiij. quæ omnia poſtea fuerunt per Inno. & Sixtū immutata. Et quod eſt magis mirandum, Rota à tēpore Sixti vſq; ad noſtra tempora, in quibus feliciter ſedet Paulus Papa III. varias etiam mutationes recepit. Nam tēpore Sixti non informabant verbo, ſed datis per Auditorē dubijs, aduocati de iure in ſcriptis reſpondebant, ſequuti conſil. Clemētis IIII. de quo loquitur Specul. tit. de requiſ. conſil. col. fin. Sed illa obſeruatio parū durauit, quia tēpore Alex. vj. cupiditate aliquorū aduocatorum interrupta fuit. Sedebant tamen tunc Auditores in palatio ter in hebdomada. Nūc verò hæc omnia ſunt immutata. Nam Clemēs vij. voluit bis tātū Auditores in hebdomada ſedere, cauſantibus bellorū turbinibus, & Luterani dogmatis incēdijs, quibus Alemanię maior pars, & Anglię cum pluribus alijs ab obediētia ſedis apoſtolicæ defecerunt. Sic etiam & nunc tēpore Pauli III. informandi modus omnino immutatus extitit. Nam cū prius procuratores omnes, & aduocati maximis partium impenſis, & Auditorū moleſtijs voce informarent, neſcio quo pacto, mutuo, & vnanimi aduocatorum & procuratorum conſenſu, petitum fuit à Rota non amplius vocaliter, ſed in ſcriptis informari. Quod Papæ primum, Rotæ, & denique toti curiæ placuit. Sicque redemptum eſt tempus, quod quotidie iuriliter, & cum diſpendio omnium amittebatur.

Auditores ante Sixtū nec recip. nec exami. corā Vicecancel.

Auditorū iudex, Camerarius.

Rotę mutationes.

Auditores Sixti non informabant verbo.

## *Sacræ pœnitentiariæ officij uariatio.*

APPARET igitur ex prædictis quanta fuerit ſtatus pri-
mi Rotæ variatio, quāta ſtyli antiqui viciſsitudo, quæ
magis etiā cernitur in officio ſacræ pœnitētiariæ, cuius im
meritò ſum regens. Illud etiam pœnitentiariæ officium in
eccleſia primitiua cōmuniter à pluribus immaculatæ vitæ
& ſcientiæ eruditione ſimplicibus confeſſoribus cum ma-
gna authoritate, ac ſummo honore regebatur, vt Caſsiodo
rus, Socrates, & Sozomenus in hiſtoria Eccleſiaſtica teſtan-
tur. Et ita pœnitentiarij in eccleſia venerabiles & conſpicui
erāt: vt reprehēdi à Benedicto xij. meruerint Auinione an-
no Pontificatus eius quarto, quare pileum, vt protonotarij
equitando non portarent: & inde euenit, quòd pœnitētia-
riorum ſenior, quem hodie decanū, ſeu Priorem appellant,
mitrā Papæ, quam hodie dicamus Rotæ, & publicè roche-
tum, ſicut alij curiæ Romanæ prælati geſtare ſolebāt, vt in
quodam peruetuſto membrano libro pœnitentiariæ apo-
ſtolicæ apud ſanctum Petrum ſcriptum inuenimus. Ad tan
tumque honoris culmen hæc pœnitentiariorum cura deue
nit, vt non dedignarentur olim quindecim Cardinales il-
lud munus ſubire, vt Papa Benedictus XII. refert ſe in quo-
dam antiquo libro habuiſſe ſcriptum. Et hoc idem Eraſ-
mus affirmat libro ſecundo reſponſionis ad Albertū Pium
Carporum principē. fol. xlj. Et hoc eſt fortaſsis, quod Da-
maſus innuit in vita Marcelli, dum dicit Marcellum Pa-
pam quindecim in vrbe Cardinales conſtituiſſe propter ba
ptiſmum & pœnitentiam multorū, & idem dicit Aluarus
Pelagius antiquiſsimus Cardinalis libro ſecundo, de plan-
ctu Eccleſiæ. articul. xvj. Et ita debet corrigi dictum Archi.
qui idem ſentit in cap. vbi periculum. columna j. de elect.
libro vj. Ex quibus liquidè apparet tunc Cardinales pœni-
tentiariorum curam geſsiſſe, à qua, creſcentibus poſtea Ec-
cleſiæ facultatibus, fuerunt exempti, vt idem Benedictus Pa
pa refert. Si quid etiam grauis negotij Pontificibus agen-
dum occurrebat, id facile pœnitentiarijs idoneis cōmitte-
batur, vt de compilatione decretaliū Gregorium nonum
feciſſe in earūdem procemio legimus. ¶ Poſtquàm verò
cura ſacri officij pœnitentiariæ vni Cardinali demanda-

**Pœnitentiarij maioris officium.**

**Pœnitētiariorū S. Petri prior mitrā Papæ & rochetū publicè tenere ſolitus erat.**

**Pœnitētiariorū cura ad tātum honoris culmen deuenit, vt &c.**

**Pœnitētiariæ ſacræ officiū antiquis tēporib. Cardinales exercuerunt.**

**Pœnitētiarijs olim grauia negotia committebantur.**

ta



ta fuit, totus ille communis pœnitentiariorum honos, to-
ta denique confeſſorum ſubordinatio, & reciproca cura
perire, ac ſimul cum officio ad vnū tantum Cardinalē, quē
Maiorem pœnitentiarium appellarunt, deuenit. Sic enim
variat fortuna vices.

**Pœnitētiario maiori effecto Card. omnes illi pœnitentiariorū honores ceſſarunt.**

## *Epiſcoporum dignitatis diminutio.*

SED hoc parum videri debet, quando etiam Epiſcopo-
rum dignitas, quæ maior omnibus alijs in Eccleſia pri-
mitiua fuit & à iure diuino exordium habuit, eadem tem-
porum viciſsitudo depreſsit. Nam (vt in veteribus authori
bus legimus) Epiſcopi vſque ad tempora Clementis quin-
ti, & Io. XXII. in Eccleſia Dei, ita in excelſo honoris & exiſti
matiōis faſtigio poſiti fuerūt, vt dignitate deprimi, ac gra
du minui arbitrarētur, ſi ex Epiſcopis ad Cardinalatus of-
ficium aſſumerentur. Nec immeritò. Illis enim ſolis data e-
rat etiam loci prærogatiua anterior, vnde adhuc poſt Ni-
colaum ſecundum Epiſcopi immediatè poſt Papam ſubſcri
bebant, deinde presbyteri, poſtea diaconi Cardinales, cum
ex multis, tum ex quibuſdam Vrbani Secundi literis Apo-
ſtolicis Dat. Salerni. XIIII. Calēd. Octobris. xv. Indictione,
Anno Dominicæ incarnationis M. XCII. Pontificatus ſui
anno quinto clarius apparet: in quibus immediatè poſt
Papam, & ante Cardinales ſubſcripti ſunt Aſculanus, Ra-
poſlanus, Troianus, & multi alij Epiſcopi. Durauerat au-
tem ſub hoc tenore felicitatis illa Epiſcoporum dignitas,
vſque ad Bonifacij octaui tempora, vt refert Ioan. And. in
cap. cum aliquibus. in nouella de reſcrip. libro vj. & in cap.
cum Apoſtolus. de cēlib. licet ibi habeatur diminutus. Quo
tempore refert Ioan. And. multos prætermiſſos fuiſſe Car-
dinalari, quia Epiſcopi erant, ne ſic dignitate minueren-
tur. Quod poſtea neſcio quo pacto fuit immutatum, fortè
quia in palatio Apoſtolico fuerat tūc bis pronuntiatū non
notari in tali promotione deſcenſum, vt dicit Io. Frāciſcus
Paui. in extrauag. ad onus. vel quia iam plenior poteſtas in
eligēdis ſummis Pōtificibus Cardinalibus attributa fuerit:
cum antea non ſolis Cardinalib. concederetur, vt patet in
cap. in nomine. XXIII. diſtin. & in ſexcentis alijs locis. vtcun
que ſit, Ioan. And. in d. cap. hanc cōſuetudinem in tantum

**Epiſcoporum dignitas.**

**Epiſcopis olī data erat ſubſcribendi prærogatiua anterior.**

**Epiſcopi quo tempore cœperunt creari Cardinales.**

**Cardin. ſolis olim poteſtas eligēdi ſummos pontific. non concedebatur.**

dila

dilatatam commendat, videlicet, quòd quandoque de ſolis
Epiſcopis tunc fiet vna Cardinalium ordinatio ſeu promo
tio. Et miratur Bonifacium ſexti libri Decretalium condi-
torem reuocatorias gratiarum, & alia permulta inueniſſe,
neſciuiſſe tamen iſta inuenire: & Ioan. Andr. ſequitur idem
Ioan. Fran. Pauinus auditor Rotæ in tractat. viſitationis. in
q. ij. primæ part. & reaſſumunt Moder. Bononienſes in tra-
ctat. legati.

¶ Itaque ex prædictis apparet variam fuiſſe prædictorũ of-
ficiorum mutationem, quam nunquam, vt opinor, melio-
ri ſtatu conſtitutam legimus, quàm modo. Nam, vt ad Vi-
cecancellarium reuertamur, non ſine magna ratione ordi-
natum fuit, hoc officium tantum Cardinalibus tribui de-
bere. Quia Vicecancellarius propter ſceptrũ iuſtitiæ quod
tenet, ſupremum inter omnes debuit tenere principatum,
ſicut & ipſa iuſtitia, quæ cæteras alias virtutes excellit, ſe-
cundum Philoſophum ſecundo Ethic. & text. in authen. vt
omnes obed. prin. prouin. in prin. De qua quidem Vicecan
cellarij excellentia latiſsimè tradunt Moder. Taurinen. vi-
delicet, Io. Franc. Purpuratus in l. j. ff. de offic. eius &c. Con
ueniens igitur fuit, non vt antea, ſimplicibus & priuatis vi
ris, ſed perſonis magna & illuſtri dignitate præditis (cuiuſ-
modi ſunt Cardinales) hoc officium commendare, vt ſic
& perſonæ huiuſmodi, & dignitatis acceſsione, ſplendo-
re, & nominis celebritatem caperet. Et quamuis Camera-
riatus officium longè antea Cardinalibus fuerat commiſ-
ſum, vt apparet in cap. ad audientiam. de præſcript. & per
conſequens videretur huic officio Vicecancellarij præfe-
rendum. Tamen quia, vt dixi, Vicecancellarius propter
adminiſtrationem iuſtitiæ, quam gerit, cæteris omnibus
præfertur, vt notant doct. in clem. ij. de elect. ideò conue-
niens fuit illi maiorem tribuere dignitatis prærogatiuam,
ſicut videmus in Referendarijs, qui Protonotarijs illis an-
tiquioribus præferuntur, propter rationem quam ſcribo in
regula de non iudicando, niſi ſecundum literas expeditas.

**Iuſti. inter cæteras virtutes obtinet principatum.**

**Camerariatus officium antiquius eſt vice cancellario.**

¶ Sed poſtquàm huc digreſsi ſumus, operæpretiũ erit præ-
ſcrutari, quamobrem hic cardinalis Cancellariæ Apoſtoli-
cæ præfectus, Vicecancellarius potius quàm Cancellarius
appelletur.

**Cancellariæ præfectus quare potius vicecancel. quàm Cancel. appelletur.**

¶ So



¶ SOLVTIO. Laurentius, Cardinalis Zabarella, & alij in
d. clem. ne Romani. de elect. dicunt hoc factum fuiſſe, quia
antiquis temporibus ille Cardinalis certauerat de paritate
cum Papa, & ob eam cauſam ordinatum fuit, quòd per di-
minutionem de cætero Vicecancellarius appellaretur. Ita
dicũt præfati, cum quibus alij vbiq; doctores, more ouium
primam ſequentium, præcipitati ſunt. Sed quàm iſta, Deus
immortalis, frigida ſint, & à vero aliena, qui vel parum hi-
ſtoriam Eccleſiaſticã caluerit, ſatis dignoſcere poteſt. Nam
quòd cardinalis Cancellariæ contenderit vnquam de pari-
tate cum Papa, vel appellatus fuerit vnquam Cancellarius,
& poſtea ordinatum, quòd Vicecancellarius appellaretur,
nullibi legimus, ſed ſunt quædam ſomnia. Et ideò ego ar-
bitror aliunde hoc nomen Vicecãcellarij proceſsiſſe. Nam
conſtat ſummum Pontificem ſolum in Eccleſia Dei appella
ri, ſicut Moyſes, Cancellarium Dei, cum quo vnum, & idem
conſiſtorium facit. Ita in indiuiduo dicunt Moder. Galli
repet. cap. Raynutius. in verbo vxorem nomine Adelaſiam.
num. 497. de teſtam. Et idem dicunt alij Moder. in tractat.
ſiue Catalogo gloriæ mundi. in quarta parte in xiij. conſide
ratione. Si igitur Papa eſt Cancellarius, non videbatur con
ueniens alium etiam Cancellarium Papæ ſimilem nomina-
re, ſed potius Vicecancellarium, qui eius vices gereret: ſicut
rex in regno ſuo non facit Regem, ſed Viceregem. Et hoc
etiam alia ratione ſuadetur, quia, vt ſuperius dictũ eſt, Can-
cellaria apoſtolica prior fuit, quàm Vicecãcellarij promo-
tio: & Cancellaria repræſentat ſedem Apoſtolicam, quæ
habetur pro Cancellario. Hinc eſt, quòd quando auditor
remittit cauſam ad Cancellariam, dicitur eam remittere ad
conſiſtorium Papæ, quod habetur pro Cancellario: non au
tem remittitur ad Vicecancellarium, vt eſt deciſio Rotæ no
tabilis in tit. de reſcript. deciſ. xiij. in not. incip. Item ſi cau-
ſa committatur &c. in fin. verbis, quæ ſecundum numerum
extenſum eſt cccl xij. Et eodem modo dicimus, quòd in cu-
ria Romana, nulla particularis perſona eſt fiſcus, ſed ipſa-
met ſedes Apoſtolica, vt dicit Bart. in l. item veniunt. §. ait
Senatus. ff. de pet. hæred. Et ideò, qui hodie gerit in curia
officium fiſci, non appellatur fiſcus, ſed vel aduocatus, vel
procurator fiſci. Sic Vicecancellarius non dicitur Cancel-
larius,

Summus Pontifex ſolum in eccleſia Dei appellatur.

Reges in regnis ſuis non faciunt reges, ſed viceregeſ.

Auditor quãdo remittit cauſam ad cãcellariã, quare &c.

Fiſcus in Curia Roma. eſt ipſamet ſedes apoſtolica.

larius, quia ipſe Papa,& ſedes apoſtolica dicuntur Cancellarij,& ſunt ipſa Cancellaria. Quæ ratio non militat in regno Franciæ,vbi ipſe Rex non eſt Cancellarius,ſed hoc officium ab initio vni commiſerunt,quem Cancellarium appellari voluerant. Sed Papa illam dignitatem nulli commiſit,ſed Vicecancellarium creando,viſus fuit Cancellarij nomen apud ſe retinuiſſe. Hæc mihi magis conſona vero videntur,quàm ea,quæ præfati doctores dixerunt in d.clem. ne Romani.

Io. 22. multa ſaluberrima inuenit.

¶Redeamus igitur vnde digreſsi ſumus. Et dicamus,quòd licet ante tempora Ioan. xxii. Vicecancellarius, ſcriptores,& correctores literarum iam cõſtituti fuiſſent, nihilominus Regulæ Cancellariæ nondum cõpoſitæ fuerant: ſed primus omnium Ioan. xxii. tanquàm bonus domus ſuæ Paterfamiliâs eas introduxit. Nec ſolum regulas,ſed etiam vt rem anguſtam domi iuuaret,beneficiorum etiam electiuorum

Reſeruationũ &c. quis primus fuerit inuentor.

reſeruationes ac taxas,quibus æſtimarentur, inuenit. Collegium quoque ſcriptorum Apoſtolicorum,antea ſine ordine vagans,numero diſtinxit,vt de iſtis Guliel. Hiſpanus in pragmatica Frãciæ, ac Polydorus lib. viij. de Inuentoribus rerum. cap. ij. meminerũt. Quinimò beneficiorum annatas,ex quibus tam magnos prouentus ſibi & Eccleſiæ comparauit in Concilio Viennenſi ſub contentione dimiſſas, vt refert Ioan. Andr. licet mendoſè, in cap. inter cætera. col. fin. de offic. ordin. in vſum reuocauit. Adeò,vt

Io. dimiſsio.

moriens vigeſies quinquies cẽtum millia nummûm aureorum Eccleſiæ dimiſit,vt refert frater Ptolomæus de Luca in Hiſtoria eccleſiaſtica Pontificum,in vita Io. Et hoc idem dicit,tacito authore, D. Petrus Andr. Gammarus Rotæ auditor in ſcholijs quibuſdam impreſsis ad extrauagãtem Iulij II. Quam quidem annatarum inuentionem magnum toto orbi ſcandalum generauit. Nec mirum,quia Io. xxii. adeò cupidi & audaciſsimi animi fuit,vt non ſolum hoc vno malo eccleſiaſticos viros grauare,ſed quod magis mirandum

Conſtitutio.

fuit,non eſt veritus conſtitutionem facere, qua & regnum Germaniæ à regno Franciæ diuideret, & Italiam ab Imperio ſegregaret, vt Albericus author eſt. Inter hæc tamen, Rotam nouis & ſaluberrimis ſtatutis ornauit: quæ hodie apud nos etiã ſeruantur,& quotannis initio audientiarum publi-



cè leguntur. Et in ſumma, ille primus adminiſtrationem iuſtitiæ,cuius Vicecancellarius caput eſt,quæ in regulis,& Rotæ ordinationibus conſiſtit,inuenit. Quæ quidem officia ſucceſſores Pontifices in dies magis propagarunt. Nam,quòd ad regulas attinet, Ioan. xxii. in ſuis regulis hoc tãtum egit, Abbreuiatores inſtruere,videlicet quomodo literas in Cancellaria,iuxta ſupplicationũ varias ſignaturas,deberent expedire: quas ſummi Põtifices deinde magis auxerunt,vſq; ad tempora Nicolai Papæ v. qui omniũ Pontificum primus prædeceſſorum vtiliores regulas colligens,ac plures alias iudiciales addens,eas omnes in eo ſtatu,in quo nunc reperiuntur,deduxit. Quem ſucceſſores vſque in hodiernũ diem,paucis immutatis vel additis, pro ſe quiſque ſunt ſequuti. Totius huius harmoniæ laus Ioanni tribuitur. Fuit enim inter cæteros mortales nõ ſolum eruditus,ſed impensè curioſus. Nam,vt ex recẽtioribus ſolus author eſt Franciſcus Petrarcha libro ij. rerum memorab. tract. iij. cap. iiij. Ioan. xxii. fuit adeò rerum omnium curioſus,vt repertoria,ſeu indices ſibi ordine alphabeti cõficeret,quibus facile res omnes in promptu, & ad manus haberet.

Io. 22. diligentia.

Sic itaque Eccleſiæ Dei magnum præſtitit adiumentum,& authoritatis prærogatiuã. Nam, vt ea omnia, quæ Hiſtorici in eius vita referũt,omittam, quando aliud de ſe dignũ Ioannes nõ præſtitiſſet: illud tamẽ erit omnibus ſeculis memorandũ,quòd primus omniũ Cancellariã,& Vicecancellarij dignitatem,ac Rotæ tribunal illuſtrauit, quæ ſunt duo in Vrbe luminaria,& collegia præſtantiora. Nam tres ſunt gradus dignitatũ principaliũ in Vrbe poſt Papã.

Vicecancella. Camerarij, & maioris pœnitentiarij cura & adminiſtratio quæ ſit.

Prima eſt Vicecancellarij,qui adminiſtrationẽ iuſtitiæ,Regularum Apoſtolicarũ,ac conſtitutionẽ,tutelam,& cuſtodiam tenet: circa cuius poteſtatem ſpeciales Regulæ Cancellariæ conditæ fuerunt. Et multi ex doct. noſtris de illo notabiles tract. ſcripſerunt. Secunda dignitas eſt Camerariatus,qui præeſt ærario,ac Eccleſiæ patrimonio, eius redditus, & prouentus procurans, vt dicitur in cap. ad audientiam. de præſcript. cuius authoritas olim maior fuit, vt ex regulis antiquorum Pontificum apparet: de quibus mẽtionem feci ſuperius,de Auditoribus Rotæ loquens. Tertia dignitas eſt maioris Pœnitentiarij,qui præponitur curæ fori pœni

pœnitentiæ, de qua latiſsimum tractatum compoſui. Primam ad lucem reduxit Ioan. Secundam Eugenius auxit. Tertiam Benedictus XII. in lucem produxit. Eugenius & Sixtus locupletiorem reddiderunt. de quibus omnibus tractatur per Cardinalem, & alios in clem. ne Romani. de elect. Et de omnibus iſtis ego latius dixi in tract. de poteſtate, & ſtylo officij ſacræ pœnitentiariæ, vbi de officialibus curiæ mentionẽ facio. Nam ſufficit ex prædictis oſtendiſſe, Regulas, de quibus loquimur, certam originem & initium habuiſſe.

QVAESTIO SECVNDA.

CIRCA ſecundam quæſtionem, videlicet, Nunquid Regulæ iſtæ vniuerſaliter ligent omnes etiã extra curiã?

¶MVLTO plura dici poſſent, quàm hîc ſcribã, ex eo, quia iſta materia varios habet ſinus, & plures continet receſſus. Et ideò doct. varijs in locis varia ſcripſerunt. Quamobrem quæſtionem iſtam ad partes diſputabo, ad effectum, vt contrariæ opiniones melius diſtinguantur, iuxta conſiliũ Modeſtini in l. numerum. §. mixta. ff. de mune. & hono. Quod vnum (ſi Baldo credimus) ingenium Bartoli illuſtrauit: per contraria ſcilicet, & oppoſitiones procedẽdo. Nam tritum eſt ſermone prouerbium, Veritatem diſputatione diſcuſſam magis ſplendeſcere, vt dicit text. in c. grauem. xxxv. quæſt. ix. meminit Iaſ. in l. qui accuſare. C. de edendo. Aliàs enim veritatem ſine diſputatione perquirẽtes, ſimiles ſunt neſcientibus quò ire debeant, vt Ariſto. dicit iij. Metaphyſ.

*Bartoli ing. illuſtrauit per contraria.*
*Veritas ſplendeſcens.*

¶Pro parte igitur negatiua, videlicet, quòd regulæ non ligent vniuerſaliter omnes: adduci poteſt primo. Quia regulæ ſunt ſtatuta quædam, ſiue ordinationes particulares concernentes certum locum, vt patet ex earum titulo; vocantur enim Regulæ Cancellariæ. Ex quo quidem verbo Cancellariæ, tanquàm ex ſigno quodam locali, datur clarè intelligi Regulas iſtas non facere ius vniuerſale, ſed particulare illius loci: quia concernunt ea, quæ in dicto loco tractãtur. Vnde ſicut equus cognoſcitur ſigno, vt dicit Paris de Puteo in tract. Syndic. verſ. probatio. Et Moder. Bonon. in §. teſtes. el, j. in viij. col. inſtit, de teſta. Et auis cognoſcitur ex cantu, & lyra ex ſono ſecundum Bald. in l. comparationes. col. fin. C. de fid. inſtr. ita lex an ſit vniuerſalis, vel particu-



particularis, cognoſcitur ex loco: accidentia enim multum conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Bald. in l. fin. C. de exec. rei iudi. Cum igitur illa adiectio verbi Cancellariæ, denotet certũ & particularem locum, vbi illæ Regulæ practicentur, dicendum erit, regulas facere ius particulare, & non vniuerſale. Quia qualitas adiecta diſpoſitioni, qualificat illam ſecundum qualitatem eius, vt eſt text. in puncto in §. ſed ius quidem ciuile. inſtitu. de iu. natu. facit c. ſtatutum. de electio. libro vj. Quando igitur lex eſt localis, vniuerſaliter extra locum nõ ligat. c. j. & ij. de cõſti. lib. vj. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud.

*Accid. multũ conferunt ad cognoſcendũ quodquid eſt.*
*Qualitas ad quid opponitur.*

¶Secundo, quia de natura legis vniuerſalis eſt, quòd ſit perpetua & durabilis, vt dicit Archi. in c. donatum. j. quæſt. vij. Et Nicolaus Milis in ver. lex. §. ij. l. ædita. ibi, perpetui edicti. C. de æden. Sed Regulæ Cãcellariæ nõ ſunt huiuſmodi, ſed moriuntur cum authore ſuo, vt patet in prœmio Regularum, ibi, ſuo tempore duraturis, &c. Igitur non faciunt legem vniuerſalem. Nam ſi Papa voluiſſet Regulas ab omnibus obſeruari, hoc dixiſſet, prout dixit in c. j. de conſtitu. & in cap. omnis. de cenſi. ¶Suadetur iſta opinio, quia Regulæ ab initio introductæ fuerunt, vt officiales Cancellariæ per eas in literis expediendis inſtruerentur, vt patet ex Regulis Ioan. XXII. Benedicti, & aliorum: & licet à tempore Nicolai v. aliquid plus ad eas circa iudicia additũ fuerit, illud tamen reſpicit actum in curia gerendum. Cum igitur intentio Pontificum principaliter non fuit per dictas Regulas legem vniuerſalem condere, ſed normam dare negotijs in Cancellaria & curia gerendis, nos non debemus aliter interpretari. Quia actus agentium nõ operatur vltra eius intentionem. c. ſi ſacerdos. de offic. ordi. & vulg. l. non omnis. ff. ſi certum petatur.

*Legis vniuerſalis natura quæ ſit.*

¶Tertio, lex communis ex eo, quia vbiq; publicatur, ideo vniuerſaliter ligat, quia tunc non poteſt ignorantia allegari, vt patet in authen. vt factæ nouæ conſtitu. per totum. & in cap. j. de poſtu. præla. & cap. nouit. cum ibi notatis, de ſenten. excommuni. notat Bart. in l. omnes populi. in v. q. principali. ff. de iuſti. & iu. cum ſimilibus. Sed Regulæ Cancellariæ non publicantur niſi in curia. ergo ibi tantũ ligare debẽt. aliàs ſequeretur inconueniens: quòd vbi non fieret pu-

*Lex communis vbique publicatur.*
*Regulæ Cancel. an publicentur ſolũ in curia.*

blicatio, ligarent ignorantes. Quod eſt contrarium rationi, vt patet in c.ij. de conſtit. & c.ij. eo.tit.lib.vj. Et notatur in dicta authen. faciunt ea, quæ tradit Card. conſi.xcix.in fi.

¶ Confirmatur iſta opi. quia ad eſſentiam legis vniuerſalis plura requiruntur, quæ traduntur in l. humanum. C. de legibus. Et Moder. in rub. de conſtit. Et reaſſumunt nouiſsimi repetentes in l.ij. per illum text. ff. de orig. iur. Quæ quidem in conſtituendis Regulis Cancellariæ non ſeruantur. Ergo non videntur facere ius generale.

¶ Quarto pro iſta opinione adducitur, quia videmus ſententiã latam contra legẽ communẽ, etiam nõ deductã, nec in iudicio allegatã, eſſe ipſo iure nullam, vt in l. cum prolatis. ff. de re iudi. & in cap. cum inter. eo. titu. Et tamen ſententiam contra regulam Cancellariæ etiam allegatam, non tamen productam, valet & tenet, vt latè probat Fely. in cap.j. de re iudi. & ita hodie ſeruat Rota. Ex quo datur intelligi manifeſtè Regulas iſtas multum à iure communi differre, & per conſequens vinculum legis communis habere non debent. Quinimò vinculum particulare earũ eſt adeò debile, quod videtur longe minus, quàm ſtatutorum ſingularium locorum vel perſonarum. Nam ſtatuta particularia quamprimũ ſunt publicata, & in vno volumine redacta, ligãt ſuos ſubditos, vt tradũt omnes in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & in cap.j. de conſti. lib.vj. Sed non ſic in Regulis. Nam earum poteſtas adeò arcta videtur, & certis veluti cancellis ac metis reſtricta, vt licet Regulæ publicentur, & in vno volumine redigantur, non tamen per hoc vinculum, aliquod iniunt, aut fidem aliquam faciũt, nec poſſunt allegari ſicut libri Digeſtorũ & Statutorum, niſi prius de gratia ſpeciali, & cũ certa forma, & ceremonia impetrentur, vt allegari & produci poſsint: in quibus impetrãdis, illud primum quæritur, an regula ſit de dandis, vel non, in quo quidem ſæpe fit diſputatio, tanquã ſit pro aris agendum: de quo habetur inferius in Regula xxvj. quæ omnia quantum abhorreant, & penitus aliena ſint à natura legis vniuerſalis & cõmunis, nemo non facile intelligit.

Regularũ vinculum minus eſt, quàm ſtatutorum particularium.

Regulæ Cancel. non allegãtur ſicut leges Digeſt.

¶ Quinto facit, quia ad effectum, vt lex vniuerſaliter liget, oportet principem expreſſe hoc mandare, vt lex vniuerſaliter obſeruetur, vt notatur in l. nec Dorotheum. C. de decurio.

Lex vniuerſaliter ligans.



curio. lib.x. facit tex. in cap.j. de conſti. Sed de iſta voluntate Papæ quo ad Regulas non apparet. Igitur dicẽdum eſt, eas vniuerſaliter non ligare.

Lex debet locis & perſonis cõuenire.

¶ Sextò pro iſta parte adduci poteſt, quia ad inualidum actum, & imponendum vinculum, ſufficit legem communem aliquid prohibere. Sed in Regulis Cancellariæ nõ ſufficit, vt in eis aliquid prohibeatur: ſed requiritur, vt dixi, earum impetratio, allegatio, & in actis productio & regiſtratio, vt vinculum producant, vt notat Fely. in d. cap.j. & probatur in d. regul. xxvj. Sed hæc regularum impetratio habitantibus extra curiam, præſertim in diœceſibus remotis dura nimis, & quodãmodo impoſsibilis videretur. Ergo dicendum eſt, illas non arctare extra curiã litigantes. Quia lex ad hoc vt vinculum inducat, debet eſſe poſsibilis & rationabilis, locis, perſoniſq; conueniens. vulg. c. erit autem. iiij. diſtinct. nullibi enim cauetur, quòd litigantes extra curiam coram ordinarijs pro iure vniuerſali impetrando teneãtur ad curiam ire. Cum igitur hoc particulariter in iſtis regulis Cancellariæ procedat, eſt concludendum eas particulariter, non vniuerſaliter extra curiam ligare.

¶ Præterea, & ſeptimo hoc apertè probatur, quia videmus ignorantiam iuris communis, ſeu vniuerſalis neminem excuſare. l. error. C. de iur. & fact. ignorant. cap. ignorantia. de regu. iur. libro ſexto. Et tamen ignorantia regularum excuſat omnes, ſicut ignorantia extrauagantium, vt tradit Abb. & alij in cap. paſtoralis. de fide inſtrumẽtorum. Bald. in cap. ex cauſis. de re iudi. Apparet ergo regulas non facere ius generale. Et iſtam opinionem, videlicet, quòd regulæ Cancellariæ non inducant ius generale per totum orbem, ſed ius tantum particulare, tenuerunt plerique doctores celebres, in primis Pet. de Ancha. in conſil. ccxcvij. incip. efficacibus. in princ. Et Cardinalis Zabarella in cõſi. xcix. incip. dico quòd acceptatio. Sentit Roma. in conſil. cclx. in ij. colum. & Barthol. Belenzinus in tracta. de chari. ſubſi. quæſt. cxvij. in fin. & in cap. ex parte. de feud. tenet Iaſ. in l.j. in v. colum. ff. ſi cert. pet. & Decius ibidem in vltima lectura Senis condita. Et idem Decius in capit. ij. in ſecunda lectura, de conſtitu. & plures alij, quos breuitatis cauſa non refero.

Regularum ignorãtia nunquid excuſet.

¶In contrariũ verò pro parte affirmatiua, videlicet, quòd regulæ iſtæ faciant ius generale, etiam extra curiam faciunt rationes & authoritates quæ ſequuntur.

Subiecta talia eſſe debent, qualia ſua prędicata.

¶In primis illud in iure clarũ eſt, talia debere eſſe ſubiecta, qualia ſua prædicata, vel eorum effectus demonſtrant. l. fundum inſtructum. ff. de fun. inſtr. cum vulg. Sed ſi ſubiecta regularum materia, necnon & perſona ipſius conditoris inſpiciatur, proculdubio concludendum erit, regulas iſtas facere ius generale. Patet hoc, quia beneficia ſuper quibus regulæ diſponunt, generaliter per totum orbem poſsidẽtur. Ergo generaliter regulæ debent materiæ ſubiectæ adaptari, vt videlicet ligent ipſos beneficiorum poſſeſſores vbiq;, aliàs ridiculum eſſet dicere beneficia tantum vnius loci, puta vrbis Romæ ſub regulis comprehendi, quæ permodica ſunt, & pro maiori parte iuris patronatus.

Papa ordinarius.

¶Conſiderata etiam perſona ipſius Papæ regularũ conditoris qui habet iuriſdictionẽ vniuerſalem, & eſt ordinarius ordinariorũ totius mundi, vt dicit gl. in c. felicis. §. fi. de pœnis. lib. vj. & c. per principalem. ix. q. iij. & cui omnia beneficia mundi ſunt obediẽtialia & manualia, vt dicit Bald. in l. reſcripta. in ij. & iij. col. C. de preci. imper. offe. Erit dicendũ etiam regulas iſtas vniuerſaliter ius facere, quia cauſatũ ſapit naturam ſuæ cauſæ. l. eius. ff. de oper. lib. & potentia cauſæ influit in cauſatũ. l. Publius. §. j. ff. de cõdi. & demon. & l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. Ex perſona enim cõditoris metimur legem eſſe generalem vel ſpecialem. cap. fi. de conſtitu. libro vj. Et quod dicimus de parte, reſpectu patris, eſt dicendum in toto reſpectu totius. Nam ſicut Epiſcopus in ſua diœceſi conſtitutionem ſimpliciter faciens, intelligitur eam facere particularem, attenta iuriſdictione ſua, quæ eſt particularis, vt in cap. ij. de conſtitu. lib. vj. & l. fin. ff. de iur. om. iud. Eodem modo conſtitutio Papæ in beneficialibus erit generalis, quia ipſe habet iuriſdictionem generalem. Propter quam rationem fuit aliàs in Rota, & etiam in ſignatura tempore Leonis Papæ x. deciſus notabilis caſus, de quo meminit D. Guliel. Caſsiadorus quondam Rotæ auditor diligentiſsimus in quadam deciſione incip. Dubitaui tempore feriarum, &c. Dubitatur enim nunc tempus, an Auditor in curia Romana vigore commiſsionis deputatus

Cauſatũ ſapit naturam cauſæ ſuæ.

Legẽ vniuerſ. vel particul. ex perſona cõditoris metimur.

cum



cum iſta clauſula ſimpliciter, & cum poteſtate inhibendi poſſet inhibere extra curiam. Quidam dicebant, quòd non, quia per illam clauſulam non dabatur poteſtas inhibendi extra curiam. Et ideo ex quo commiſsiones ſunt extricti iuris, illa clauſula debebat intelligi de inhibitione in curia per deciſionem primam. de procur. in nouis. Tamen contrarium tenuit ſignatura per dicta Fely. in quibuſdam notis Cancellariæ, quæ hodie habentur per manus plurium. Quem pro contraria opin. allegauerat Alexand. Et inter cætera, iſta opinio principaliter fundata fuit in ratione ſuperius dicta. Quia Papa cauſam cõmittens, erat vniuerſalis princeps habens iuriſdictionem ſpiritualem generaliter per totum orbem. cap. cuncta per mundum. ix. quæſt. iij. vnde conſiderata poteſtate committentis, quæ eſt vniformis, tam ad curiam quàm extra illa, clauſula cum poteſtate inhibendi ſimpliciter, & in dubio prolata, debebat conformari & regulari ſecundum poteſtatem eius, vt videlicet liget generaliter tam in curia quàm extra. argu. l. ſi pluribus. de leg. ij. & l. Iulianus. de leg. iij. Pro qua deciſione allegat ibi D. Guliel. plures rationes quæ videri poſſunt. Ita hîc videtur dicendum, quòd ſicut poteſtas Papæ vniuerſalis eſt, ita & regulæ iſtæ ab eo ſimpliciter conditæ, debent vniuerſaliter omnes ligare, niſi ſpecialiter aliud ſtatuatur.

¶Secundò pro iſta parte facit, quia iſtæ regulæ appellantur conſtitutiones, vt patet in iſto titulo. Et tamen conſtitutio dicitur lex generalis, vt tradunt docto. in rubrica de conſtitu. maximè Fely. & Moder. & eſt textus in capit. conſtitutio. ſecunda diſtinctione. Et patet in rubric. ff. de conſtitu. princip. Item dicuntur etiam ordinationes. Et quælibet ordinatio Papæ habet vim legis generalis, vt dicit Domi. in cap. fi. §. fin. in ij. notabili. per illum textum. de hæret. libro vj.

Conſtitutio quid ſit.

Ordinatio Papę habet vim legis generalis.

¶Et licet dicãtur Regulæ Cancellariæ, & ſic reſpectu illius dictionis Cancellariæ, videantur eſſe locales. Tamẽ rectius cõſideranti illa adiectio nihil facit, quia ponitur ad demonſtrandũ, de quibus Regulis Papa loquatur. nã cum ſimplex regularũ appellatio ſit incerta, & plures regularũ ſpecies cõprehẽdat, vt tradũt doc. in c. regula. ij. diſt. & Moder. omnes

Adiectio ad ſubiectum ad quid exponitur.

poſt Dy.in rub.de reg.iur.oportuit de neceſsitate Papã ali-
quam adiectioné ponere,per quam intelligeremus de qui-
bus regulis loqueretur,vt in ſimili eſt text.valde not.in l.
inſulam.ff.de acq.rer.do.Sic etiam videmus Iuriſconſultos
per huiuſmodi adiectiones, leges diſtinxiſſe. Nam quaſ-
dam appellabant conſulares,alias tribunitias,alias Corne-
lias,&c.ad iudicandũ de quibus legibus loquerẽtur, vt pa-
tet in c.quædã.ij.diſt.Et tamẽ ridiculũ eſſet dicere leges il-
las propter illas adiectiones nõ eſſe perpetuas & generales.
¶ Dicuntur igitur iſtæ Regulæ Cancellariæ,quia in Can-
cellaria publicantur & regiſtrantur. Sicut ius prætoriũ di-
citur à prætorio,in quo magiſtratus ius dicebant,vt habe-
tur in §. prætorium. inſtit. de iur.natu.& in l.j.ff.de offi.
præto. Et tamen nemo dicet ius prætoriũ fuiſſe particulare
illius loci vbi magiſtratus ius dicebant,ſed potius ius gene
rale,vt in l.in honorarijs.ff.de actio.& obli. ¶ Vel dicun-
tur Regulæ Cancellariæ eo reſpectu,quia maior pars regu-
larum concernunt expeditionem literarum quæ in Cancel

**Res capiunt denomina. ab eo quod frequentius fit.**

laria expediũtur. Et ſic capiũt denominationẽ ab eo, quod
frequentius fit,arg. gl.in cle.j.in verbo præſidentes. de re-
ſcrip.& in l. vnica.in verbo ſpõſam. C.de rap.virg. Et licet
aliæ regulæ ſint quæ modũ expeditionibus non ponãt,pro-
ut ſunt omnes regulæ cõtentioſæ quæ in iudicijs verſantur:
nihilominus,quia illæ etiam regulæ iudiciales in Cancella
ria regiſtrantur,& per Vicecancellarium conceduntur,reci
piunt nomen ab illo loco,ſicut pleraq; alia iura communia
& generalia acceperunt nomen,vel ab authoribus ſuis,vel
à locis,vt patet in d.cap.quædam.prout etiam de leg.Falci-
dia,de Macedoniano,& Velleiano in quingentis locis iu-
ris conſtat:propter quorum denominationem non deſinũt
illæ leges conſtitutiones generales & vniuerſales appella-

**Regulę Cãcellarię quare ſic nominentur.**

ri.Sic ergo licet iſtæ Regulæ Cancellariæ appellentur, non
tamẽ hæc denominatio ſeu adiectio aliquam ſpecialitatẽ le
gis arguit.Sæpe enim lex denominatur à loco vel perſonis
à quibus magis frequentatur,vt in l.ij.ff.de orig.iu.Sicut &

**Fabij,Piſones & Lentuli denominati ab vſu leguminum.**

apud veteres Romanos,Fabij, Piſones,& Lẽtuli dicti,quia
hoc leguminũ genere,fabis,piſis,ac lentibus,illi viri fre-
quentius vtebantur:inde propter illã frequentiam cogno-
men illud ſunt ſortiti,vt author eſt Plin.lib.xviij. naturalis
hiſto



hiſtoriæ.c.iij.Ex quibus plures enumerat Alexãder Parthe
nopeus lib.j.dierũ genialiũ.c.ix. Hæc enim vel ſimilia co-
gnomina propter frequentiam alicuius facti impoſita,neq;
rei,neq; legis naturã,vel eius vinculũ immutant. Et per iſta
primum argumentum contrariæ partis reſolui videtur.

Regula idem eſt quod ius.

¶ Tertio pro iſta parte facit,quia regula idẽ eſt quod ius,
& de illa argumentatur ſicut de iure,vt eſt text.in c. canon.
iij.diſtin.Et notat Ioan.Franciſcus Pauinus,Rotæ Auditor
in tract.de offi.& poteſt.capi.ſede vacan.in prima q.princi
pali.col.fi.vbi plura ſcribit de regula.Idem not. Bald.in c.
quod ſicut. de electio.& in l.ſi quis ſeruo.col.fi.verſi.nec mi
reris.C.de fur.& Archiep.Flo.in prima parte ſummæ.tit.xj.
cap.ij.§.j.& tit.xvij.cap.j.§.xj.

Opinio communis.

Rotæ authoritas quàm ſit illuſtris.

Rotæ author. quare cõmuni opi. præferatur.

¶ Quarto,pro iſta parte non deſunt viri graues qui hanc
opinionem tuentur,quorũ numerus & dignitas cõmunem
opinionem facere videntur. Nam in primis iſtam opinio-
nem tenet Rota,cuius authoritas in tam illuſtri & excelſo
loco poſita eſt,vt ab ea recedere nefas quodammodo videa
tur,quæ ſententiarũ grauitate,& authoritatis põdere cæte
ros doctores licet numero plures ſuperat, & eius opinio
propter eius authoritatem cõmunis reputatur, ſecundum
Imol.& And.Sicul.in c.olim.el.j.col.xj.de lit.conteſt.Nam
communis opinio non ex numero doct.ſed ex pondere au-
thoritatis fit,vt dicit Alexan.in conſil.ccij.col.fi.lib.vij. &
ob eam cauſam dicta,ſiue vota conformia dominorũ Rotæ
cæteris præferuntur,vt voluerunt Moder.Hiſpani in para-
phraſi ad l.iura ſanguinis.ff.de regul.iur.& Moder. Aſten.
in tract.nuptiali.fol.cxxiiij.poſt Alexan. quem ibi allegãt.
Et non ſolũ opi. Rotæ propter eius authoritatẽ,ſed etiam
propter numerum doctorum in ea militantium communis
dici poteſt. Sunt enim Auditores Rotæ duodecim qui non
ſolent fortuitu,& à caſu vota ſua proferre,ſed cauſa ſæpius
procuratorum & aduocatorum informationibus trutina-
ta,ac proprijs ſtudijs diſcuſſa:eorum igitur opinio melior,
tum propter eorum authoritatem,quæ ſola,vt dixi, com-
munem opin.facit,quàm etiam propter numerum perſo-
narum:tum quia eorum vota habentur pro ſententia, ma-
gis vera & firma præſumuntur,quàm dicta aliorum docto-
rum pro libito ſcribentium. arg.cap. prudentiam. Et quæ

ibi notat Abb.de offic.deleg. Nam alij doctores non itaſi.
mul idem negotium diſcutiunt & examinant, ſed particu.
lariter pro ſe quiſque,& id vel pretio alliciti conſulendo,
vel cauſa inſtruendi iuuenes,& eorum ingenia acuendi, in
ſcholis legendo opiniones ſuas proferunt. Nam qui conſu
lit,propriam videtur vtilitatem proſequi,quæ facit homi.
nes aliquando à vero deuiare,& interdum contraria con.
ſilia dare,vt dicit Iaſon in l.ſi ex toto.§. fin.colum.fin. ff.
de legatis primo. Qui verò legit,ſolet multa ingenij & glo
riæ cauſa proferre, quæ vera non ſunt,vt de Barbatia di.
cit Fely.in cap.cæterũ.in vj.col.de reſcrip. Præſertim quia
doctores facientes communes opiniones faciunt eas per
adhæſionem variorum doctorum,varijs & ſucceſsiuis tem
poribus factam, non communicato conſilio,nec adhibi.
ta cõmuni diſcuſsione: & ideo faciũt ſicut aues,quæ, quan
do vna volat, aliæ omnes ſequuntur,vt ad literam dicit
Decius in conſil. ccccxciiij. incip.quod ſupra, &c.col.fina.
Quæ ratio ceſſat in Auditoribus Rotæ per ea quæ dicta
ſunt. Et quia Auditores Rotæ à communiter accidentibus
eliguntur viri vndecunque doctiſsimi qui in Rota quoti-
die magis deputantur, veluti aurum in fornace,vt dicunt
Moder.repe.in rep.l. centurio. fol.ij.ff.de vulga.& pupil.
Adeò,quòd licet doctor ſemel examinatus non debeat am
plius examinari, tamen ſi aſſumatur ad ſuprema officia,
prout Auditor Rotæ,debet iterũ examinari. Ita formaliter
dicit Bald.in cap.ſcriptum.col.ij.de electio.vbi dicit ita de
facto ſeruari Romæ in auditoribus Sacri Palatij. Quam
quidem authoritatem,& legum peritiam præcellenté, non
aliunde prouenisse arbitramur, quàm ex multiplici viro-
rum prudentum, ſæpe de cauſis diſputantium, concurſu,
quorũ mutuæ & frequentes diſputationes,& inter agẽdum
actiones,eminentem in Auditoribus producũt ſcientiam,
& rerum omniũ experientiam pariũt.propter quam Rota
non immeritò huberrimus fons canoniſtarum appellatur.
ſecundum Fely.in cap.quoniam.§.porrò.col.iiij.vt lit.non
conteſt. Inde non ab re Egidius in deci. xxxvij.dicit, quòd
inter loca eccleſiaſtica nullus eſt toto orbe Rota præſtan-
tior,vbi melius ac celerius cauſæ deciduntur propter peri-
tiam dominorũ Rotæ. Et quia ibi eſt diſertiſsimus modus
cauſas

**Rota huber. fõs canoniſta rũ appellat.**

**Rotæ iudiciũ.**



cauſas audiẽdi, cõſulendi,& decidendi,facit deciſio cccxx.
in no. Et ob eam meritò conſtitutũ fuit in c.ſi.de fo.comp.
quòd Curia Ro.diceretur mater aliarũ curiarũ eccleſiaſtica
rum. Et dicit Cardi.in clemen.quanuis.in princ.de apella.
quòd ſtylum iudicandi Romanæ Curiæ ſeruare tenentur
inferiores eccleſiæ,cum ſecundũ Moder. Aſten.præponitur
nobis tanquam ſpeculũ ad imitãdum. Sequitur And.Sicul.
in c.ex literis.colum.xix.ver.iiij.probat.de conſti. Plura ad
hoc,quæ aliàs ex varia lectione collegi,in laudem & meri-
tum honorem huius Sacri Auditorij Rotæ poſſem adduce
re: ſed vt ſtudeam breuitati, tum etiam ne ſuſpectus videar,
cum ſim ex eodem ordine indignus Auditor,& omniũ in-
doctior,omittã. Quanuis ex hoc nemo ſuccenſere debeat,
ſi tantum laudes ab alijs doctorib. hincinde ſcriptas retule
rim. Nam qui ſcripta aliorum refert,culpãdus non eſt,quaſi
ipſe dicat,vt dicit gl.in l.Gallus.§.idem credendum.in ver-
bo pronepos.ff.de lib.& poſth.refert Decius in c.ad hæc.
in princ.de reſcrip.& in c.iurauit.in j.col.de probationib.

Stylũ Curiæ Ro.omnes infer. Eccleſiæ ſequi tenẽtur.

Relator dictorum alterius an reprehendi debeat, ſicut ſi ipſe diceret.

¶Redeũdo igitur,vnde ſum digreſſus,dico iſtã opinioné,
videlicet,quòd Regulæ Cancellariæ ligent omnes etiã ex-
tra curiam,tenuiſſe Rotam in pluribus cauſis,quas inferius
locis ſuis in commentarijs cuiuſque Regulæ adnotabo. Et
vltra Rotam locis inferius adnotandis, iſtam opinionem
etiam tenuit Ioan.Franciſcus Pauinus doctor magnæ ſcien
tiæ & experientiæ, & quõdam Auditor Rotæ in præludijs
extrauag. Et Fely.etiam Auditor Rotæ in cap.ij.de reſcrip.
Et ante ipſos Nicolaus Milis etiã Auditor in ſuo Reperto
rio in verbo lex.§.ij. Et Ludouicus de Interamne ex eodem
ordine, in quodam ſuo conſilio reddito in cauſa Meſſã-
nen. parochialis. Decius in l.j.col.fin.ff.ſi cert.pet. Quem
ibi Moder.Taurinen.in xj.colum.& quidam alij ſequũtur.
Et ſecundum iſtam opinionem fuit iudicatum in concilio,
ſiue parlamẽto Tholoſano,vt patet in eius deciſione cccc-
xliiij.incip.Item fuit quæſitum,an Regulæ Cãcellariæ,&c.
Et hoc idẽ tenet gloſſator,infrà in Regula ix. Et quidam
Moder.Nicolaus Boërius in tract.leg.q.j. Et Nicolaus E-
uerardus in tract.de locis legalibus.fol.xj.in ij. colum.cum
quibus etiam cõcordat ille inſignis gloſſator concilij Ba-
ſilien.in titulo de reſeruationibus.in fin.in verbo regulas.

Et eandem opinionem ſequitur Andr.Sicul. in conſil.lviij. in ij.colum.lib.j.qui ad hoc allegat Pet.de Ancha.ſibi contrarium. Et ſecundum iſtam opinionem conſuluit Stephanus Bertrandi doctor Modernus,& practicus in conſil.cc.xcij.viſis copijs.in iij.colum.libro iij.nouiter impreſſo.Et hoc idem latè probat Barthol.Caſſaneus doctor copioſus in conſil.x.viſo proceſſu.in v.colum.vbi dicit, quòd Regulæ Cancellariæ ligant per totam Franciam,adducens pro iſta opinione Pet.de Ancha.in cõſil.ccxcv.pro clariori euidentia.vbi idem Pet. arguit de Regulis Cancellariæ ſicut de lege. Et ita etiã arguit Fely.in c.j.de re iud.& in c.quod ſuper his.in iij.col.verſic.ſecunda cõcluſio. de fide inſtrum. vbi æquiparat Regulas Cancellariæ legibus, vel canonibus pœnalibus,dum quærit,an ſub illis comprehendantur Cardinales.Et idem facit Decius in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.in viij.col.de conſti.Et ante ipſos Ioan.And.in Regula nemo poteſt.de reg.iur.in nouel.Et cum iſta opinione etiã tranſit Ioan.Franciſ.de ſancto Nazario,aliàs nuncupatus de Ripa in ij.lib.interpretationũ.ſuper cap.ij.de reſcrip.Et plures alij,quos breuitatis cauſa non refero.Ex quorũ numero ſatis apertè colligitur,iſtam eſſe magis communem opinionem. ¶Non obſtant quæ in contrarium pro parte negatiua adducta fuerunt. Primum,quòd iſtæ regulæ concernunt ius ſpeciale,ex quo denotant certum locum appellantur Cancellariæ. Quia ad hoc reſponſum fuit in primo argumento partis affirmatiuæ. Quibus addo,quòd iſta ratio non concludit in principe habente iuriſdictionem,qui licet faciat actum cõcernentẽ certum locum,vel perſonam, nihilominus ille actus non propterea faciet legẽ particularẽ,ſed vniuerſalẽ.vt in l.ſi.C.de legib.vbi apparet ſententiã principis in certa cauſa latã vniuerſale ius facere,& omnes ligare.Et idẽ facit epiſtola principis directa certę perſonæ. Nã habebit vim legis vniuerſalis,vt in l.j.ver.per epiſtolã. ff.de cõſt.princ.cum concordan.vt ſcribit Io.de Platea in l. neq;.C.de decurio.lib.x.Ex quibus apparet,illud argumẽtum nõ procedere in actibus principis,ſed inferiorũ,vt declarat Iaſ.in l.j.in ij.col.num.24.ff.de ferijs.¶Non obſtat, quòd Regulæ non ſunt perpetuæ,quia hoc nõ facit quominus tẽpore quo durant,dicantur vniuerſaliter ligare.Nam non

*Arguitur de regulis Cancellariæ ſicut de lege.*

*Sententia & Epiſtola principis facit legem.*

*Lex debet eſſe vniuerſalis & perpetua.*



nõ reperitur inter requiſita legis,quòd lex debeat eſſe perpetua,ſed poteſt eſſe temporalis, & nihilominus generaliter ligabit. Quia hoc poſitum eſt in voluntate Principis, vt in terminis iſtarum regularum tenet expreſſe Geminia. in conſil.xciij.incip.Clemens vii.Aliàs videtur primo &c. Nihil enim refert ad vniuerſalitatem legis,quòd lex ſit tẽporalis,quia in hoc voluntas condentis attenditur,vt notatur in cap.nobis.de ſenten.excommunica.& in clement. prima,de vita & honeſta.cleric. Sicut videmus in extrauagan.ad regimen.Benedicti,quæ licet fuerit temporalis, vt patet in ea, tamen attenta iuriſdictione Papæ vniuerſaliter ligat. Nec dictum Archid.in dicto cap.donatum.facit, quia illud reſpicit frequentiam. Nam à communiter accidentibus,lex ſolet eſſe perpetua: tamen ſi contingat fieri ad tempus,nihilominus vinculũ generale conſtituet, cum hoc pendeat,vt dixi,ex voluntate principis.Et ad hoc plura iura adducit Domi.in dicto conſil. xciij.quæ omitto. ¶Nec obſtat,quòd regulæ non publicantur,niſi Romæ.Ergo extra eam poſſunt probabiliter ignorari. Quia reſpondetur, quòd ſola publicatio facta Romæ in Cãcellaria Apoſtolica ſufficit,quo ad hoc,vt ligent extra curiam,vt tenet Ioann. Monac.in Regula in generali.de regul.iur.lib.vj.Et Ioan. And.ſuper Data Sexti. Nam Romæ etiam publicantur omnes aliæ conſtitutiones perpetuæ,& ligant per totum orbem,& ſunt in vſu. Et ideo Paulus de Elezar.in proœmio cle.dicit,ſufficere quamlibet conſtitutionem Papæ publicari Romæ,quæ eſt caput omnium eccleſiarum & orbis.Nec requiritur, quòd in ſingulis locis fiat publicatio. Et hoc idem in terminis noſtris, videlicet quòd ſufficit Regulas iſtas Cancellariæ publicari in curia Romana,quo ad hoc, vt vniuerſaliter ligent, concluſit in contingentia caſus, concilium, ſiue parlamentum Tholoſanum in deciſione ſua ccccxliiij.in ſecundo dubio. Et rationem iſtius opinionis reddit Imol.in dicto proœmio , quia ideo ſufficit publicatio in curia,cum Papa habeat pedes plumbeos, & eſt quaſi immobilis, dans cuncta moueri. Ideo eius ſtatuta non ſunt ſingulorum auribus inculcãda. cap. primo. de poſtulat.prælato . Sed Imperator habet pedes plumeos, quia non ſtat firmus,ſed diſcurrit huc atq; illuc per prouincias. Ideo

*Publicatio legis,vel regularũ facta tantũ Romæ an liget extra vrbem.*

*Papa pedes plumbeos habere dicitur.*

Ideò dicta authen.vt factæ no.conſti.procedit in impera-
tore,& non in Papa. Et ita tenet Henricus Bohic in cap.ij.
de conſtit. ¶Præterea quia dicta authen.procedit in no-
ua conſtitutione,quæ nõ poteſt ilico per famam innotuiſ-
ſe,vt patet ex rubrica eiuſdẽ authenticæ. Sed Regulæ Can-
cellariæ propter earum vetuſtatem à tempore Ioan. xxii.
primi earum conditoris adeò toto orbe notiſsimæ effectæ
ſunt,vt nihil notius. Nam penè innumerabiles cauſæ per
totum orbem reperiuntur vigore iſtarum Regularum iam
deciſæ. Et ſecundum eas arctatur,& regitur poteſtas lega-
torum exiſtentium extra curiam. Per eaſdem etiam, vires,
robur,& limitationes capiũt expectatiuæ & reſeruationes
extra curiam. Limitatur etiam ordinariorum poteſtas,vt
quotidie experimur. Igitur ſine aliqua publicatione debe-
rent ligare,vt dicebat Hugo, quem refert Paulus in dicto
proœmio. Præſertim cum quaſi omnes iudiciales Regulæ
habeant decretum irritans,quia ſunt de dandis, vt notatur
infrà in regula xxvj. Et Conſtitutio, quæ habet decretum
irritans ſtatim ligat ignorãtes,vt tradũt doct. Anto,Imol.
& Moder.in cap.ij.de conſtit. Et ideò multis de cauſis iſtæ
Regulæ deberent ſine aliqua publicatione cunctos ligare,
Verùm,quia morte Pontificis Regulæ extinguũtur, viſum
fuit,vt per nouum Pontificem publicẽtur,per quem iterum
ad inſtar Phœnicis reuiuiſcunt, & velut Aquila renouan-
tur: quæ quidem publicatio, non ad illum effectum fit,vt
innoteſcant,cum ferè eædem Regulæ ſunt, quæ approban-
tur,ſed vt per huiuſmodi publicationem dignoſcatur vo-
luntas approbatoria ipſius noui Pontificis. Qui ſi eas tem-
pore aſſumptionis ſuæ ad apoſtolatus apicem non appro-
baret,mortuæ manerent. Fuit igitur iſto caſu neceſſaria pu-
blicatio. Et quòd publicationis tẽpus in Regulis non tan-
tum attendatur, ſed voluntas Papæ iam vſu comprobata,
apparet manifeſte. Quia licet Regulæ iſtæ hodie publicen-
tur,& legantur in Cancellaria: tamen Papa decernit, & ſta
tuit,eas extunc in craſtinum aſſumptionis ſuæ ligare. Et ſic
ante tempus publicationis. Vnde ſi vacaret aliquod benefi-
cium poſt aſſumptionem Papæ,& ante publicationem Re-
gularum,tale beneficium nõ caderet ſub expectatiuis præ-
deceſſoris,cum iam per regulas illæ expectatiuæ cenſeren-

tur

**Conſtit. habẽs decret. nõ requirit publicationem.**

**Regulæ Cancel. p̄ ſucceſſ. pontificum renoua tur.**

**Regulæ Cancel. licet publicẽtur, ligãt tamen à tẽpore aſſumptionis Papæ.**



tur reuocatæ. Et ideo acceptari non poſſet tale beneficium,
vt refert gloſſator hîc in proœmio regularum,dicẽs, iſtum
caſum tempore ſuo cõtigiſſe in Rota. Adde,quòd eundem
caſum decidit Geminia.in conſil.xcij.in ij.col.qui notabi-
liter loquitur.facit Petr.de Ancha.in clem.j.de conc.præb.
Et ita in eodem caſu,ſecundum opinionem gloſ.& Gemi-
nia.concluſit Rota triplicatis votis in vna Romana cano-
nicatus ſanctæ Mariæ maioris coram me de menſe Iunio.
M. D. xxxviii. Nam in dicta cauſa Valerianus obtinue-
rat à Clemẽte expectatiuam,per quam fuerat creatus in ca-
nonicum ſanctæ Mariæ minoris anno M. D. xxx. Cuius
vigore ſequenti anno fuit receptus in canonicum. Deinde
vocauit canonicatus in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris
xiiij. Octobris M. D.xxxiiij.per duas horas poſt ſolis or-
tum. Et ſic eodẽ die,quo D.noſter Paulus Papa iii.ad apo
ſtolatus apicem aſſumptus fuerat, qui fecerat regulas ſuas
inter alias reuocatorias expectatiuarum, & creationum in
canonicum,etiam ſi per eas aliqui recepti fuerint in cano-
nicos. Quas quidem regulas legi,& publicari fecit in Can-
cellaria xv.die Octobr.M. D.xxxiiij. Quas voluit extunc
in craſtinum aſſumptionis ſuæ(quæ fuit xiiij.eiuſdem men
ſis) ſeruari debere cum decreto irritanti. Per quam regu-
lam Pauli cõſtat fuiſſe reuocatam creationem & receptio-
nem in canonicũ dicti Valeriani ex eo,quia poſtquàm ince
pit ligare regula initio ipſius diei xiiij. Octobris, accidit
inde ad duas horas vacatio canonicatus,qui ſecundũ præ-
miſſa acceptari non potuit. Et per conſequens valuit pro-
uiſio D.N. Pauli facta Epiſcopo Ceſenaten. Pro quo pro-
nuntiauit,vt dixi,cauſa prius pluries propoſita & votata.
¶Non obſtat etiã dum dicebatur ſententiam latam cõtra
regulam valere, ſecus cõtra legem. Quia reſpondetur per
hoc nõ argui regulas generaliter nõ ligare. Quia videmus
etiam ſententiã latam cõtra extrauagantẽ conſtitutionem
valere,vt tradit Fely.in cap.j.de re iudic.& in d.c.paſtora-
lis. Et tamen nemo dicet extrauagantes non eſſe conſtitu-
tiones generales. Ratio igitur diuerſitatis inter legem &
regulas talis eſſe dignoſcitur. Quia Papa præter ordinem
aliarum legum communium voluit & conſtituit, regulas
non ligare,nec fidem facere,niſi illæ prius darẽtur per Vi-

cecan

Sententia lata contra extrauagantem, an valeat.

Regulæ nõ ligãt niſi per vicecãcellariũ.

cecancellarium,& dominos Abbreuiatores, vt patet infrà in regula xxvj.Sed hoc nõ reperitur de lege communi ſancitum. Vnde ſi non eſſet text.dictæ regulæ xxvj.idem dicendum eſſet de regulis quod de lege,vt videlicet ſententiæ latæ contra ipſas eſſent nullæ. Sed in regulis hoc factum fuit bona ratione. Quia ex quo propter mortem Pontificũ regulæ expirabant,& multoties ſucceſſor aliquam ex regulis prius æditis negligebat,vel conſultò omittebat,nonnunquàm æditas innouabat,ac immutabat,vt experientia docet. Ideò ne contingeret ſuper iſta diuerſitate dubitari,introductum fuit,regulas nullam fidem facere, niſi ex fonte Cancellariæ,& ex mandato Vicecancellarij, & ſic ſecũdum formam traditam in d.regula xxvj.concedantur, quòd in lege perpetua ſtatuere non oportuit,quia ſemper fixa & ſtabilis manet,nec per ſucceſsiones Pontificum variatur,cum morte condentium non expiret. Et idem in extrauagant. nota,quæ idem operatur quod lex,vt dicant Abb.& omnes in d.cap.paſtoralis.& in d.l.cum prolatis. Si verò ignota fuerit extrauag.eadem ſeruabitur in ea ſolennitas,quam in regulis diximus obſeruari, ſed diuerſa alia ratione. Nam cum tales extrauagantes ignotæ, inſertæ non reperiantur ſub aliquo certo volumine,ſed in incerto vagentur:& ſicut Veſpertiliones ſub vmbris quodammodo deliteſcant, neceſſarium fuit ad effectum vt innoteſcant,& ſine aliquo vitio appareant recurrere ad Cancellariam,vt lucem & certitudinem veritatis capiant,ne de eis in poſterum dubitetur. Et ita ſe ſtylus habet. Crederem tamen, quòd etiamſi in eius extractione non ſeruaretur prædicta ſolennitas,ſi tamen contrarius vſus eius non probetur, & allegantur in cauſis,quòd ſententia contra illam non valeret. Quia eſt lex vera,generalis,& perpetua,non recipiens mutationem morte conditoris. In regulis tamen militat alia ratio,vt dixi,quod contigit propter ſucceſsiones pontificũ varia ſententium. Adeò quòd propter hanc rationem dixit Fely.in cap.Rodulphus. in xv.col.de reſcrip. quòd ſtylus curiæ ſit volubilis,& mutatur ad mutationem Pontificum qui faciles ſunt in mutandis ſtatutis prædeceſſorum,vt patet ex varietate temporum circa ſtylum,vt refert Ioan. Andr.in cap. j.de elect.lib.vj.Et melius ac clarius hoc idem manifeſtum reddi-



redditur ex inſpectione antiquarum & modernarum regularum,inter quas multiplex eſt differentia,adeò vt quilibet Pontificum magis viſus fuerit nouis regulis conſtituendis intẽdere,quàm à prædeceſſoribus æditis approbãdis. Quæ omnia iuſtificantur per rationem.cap.non debet.de cõſan. & affin. Propter iſtam igitur varietatem fuit ordinatum, regulas iſtas ſub prædicta forma dari.Hinc eſt,quòd quamprimum per exactionem regulæ à Cancellaria ſumus clari, & certi de tenore regulæ,ſi ſemel apud acta producatur,illa productio ſine alia noua extractione à Cãcellaria facienda prodeſt,quo ad omnes alias cauſas coram quibuſcunque iudicibus decidendas, & faciunt ius generale. Nam tranſportato regiſtro cauſæ,vbi ſemel producta fuit regula, datur plena fides illi,& ſententia contra eam lata erit ipſo iure nulla. *Regu.cancel. ſemel productæ an faciant fidem in alijs cauſis ſine noua extractiõe.*

¶Eſt tamen circa hoc vlterius aduertendum,quòd iſtæ regulæ dantur dupliciter, aut in curia,& ſufficit quòd dentur per Vicecancellarium,vel regentem Cancellariæ cum ſubſcriptione duorum Abbreuiatorum. Si verò extra curiam dentur, requiritur ſupplicatio Papæ. Et tunc datur ſub plumbo. Et tali caſu extra curiam faciunt fidem, vt lex. Et qui vult eis vti in cauſis extra curiam mittat pro eis, aliàs ſecundũ ordinationẽ Papæ non ligant. Nec per hoc poteſt inferri non facere ius generale,quia ex prædictis apparet contrarium. Formam verò dationis regularum, & extractionis à Cancellaria,& qualiter dentur ad perpetuam rei memoriam,& quid ſi petantur regulæ prædeceſſorum,vel viuentis pontificis dari,ponit Hieronym. Paulus Vicecorrector eruditus,& ſummus practicus in eo libro qui vulgò intitulatur Prouinciale eccleſiarum,ſiue practica Cancellariæ.fol.xxvij.vbi videndum eſt.nam liber ille eſt approbatus à ſede apoſtolica, vt dicit Cardinal.in clem.ij §.irritũ. in iij.quæſt.de elect. Et ipſum Hieronymum Paulum ſummè laudat Ioan.Baptiſta de ſancto Seuerino in tracta.penſio.quæſt.xxx.colum.penul.Et per iſta patet ſolutio ad alia argumenta.Nam,vt ad ea vno verbo reſpondeam,ſi huiuſmodi regulæ in aliqua ſui ratione in curia non cõcludant: ratio tamen generalis earum & poteſtas condentis vniuerſalis non reſtringentis ſe ad certum locum, concludit vt *Regulæ Cancellariæ dupliciter dantur.*

dican

dicantur cõſtitutiones generales. ¶Vt tamen magis prædicta omnia ſuſtineri valeant, poſſent fœdere diſtinctionis iſtæ opiniones concordari, vt videlicet prima opinio procedat in regulis quæ non ſunt de dandis. Illæ enim ex quo reſpiciunt expeditionem literarum curiæ in Cancellaria faciendam, & per conſequens reſtringatur ad certum & particularem effectum, & locum, tales dicuntur conſtitutiones ſpeciales, & non ligant extra curiam. Aut verò loquimur in regulis quæ ſunt de dandis, prout ſunt ferè omnes iudiciales quæ habent decretum irritans, & in illis procedat ſecunda opinio. Et iſtam diſtinctionem videtur ſentire & tenere Io.Franc.Pauinus in præludijs extrauag.Io.xxii. & Fely.in cap.ex parte.el.j.de reſcrip. Et alij plures ex prædictis doct. Non tamen inficior plures regulas iudiciales reperiri in hoc volumine quæ non procedunt coram ordinarijs extra curiam propter aliquam particularem rationem, de quibus ibidem ſuo loco dicemus. Et hæc in vniuerſum, & quodammodo in genere circa iſtam quæſtionem dicta ſufficiant.

Regulę iud. ferè ſunt de dãdis.

QVAESTIO TERTIA.

CIRCA tertiam principalem quæſtionem, Nunquid regulæ iſtæ Cancellariæ ligent ipſum Papam earum conditorem?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio conſiderata, ſubiecta materia aliquarum regularum videtur impertinens, cum regulæ iſtæ pro maiori parte modum impetrandi beneficia, ac poſſeſſores eorum concernant, quæ in Papa verificari non poſſunt: Cum neque ipſe impetret illa, neque habeat, à quo beneficia impetrare poſsit, cum ipſe idem ſit dominus, & beneficiorum effector, non habens ſuperiorem ſupra ſe, vt tradunt latè Moder.in cap.j.de conſtit. Neque etiam beneficia, ſuper quibus regulæ loquuntur, poſsidẽtur ab eo. Itaque attento iſto motiuo, quæſtio iſta redderetur fruſtratoria. Poſſet tamen iſta quæſtio quadrare in illis regulis quæ concernunt animæ periculum, de quibus ibidem ſuo loco particularius tractabo. Neque ex eo, quòd doctores iſtam quæſtionem formant in lege communi, de qua ſolet pluribus locis iuris dubitari, nunquid liget ipſum conditorem. Poteſt eodem modo hic adaptari, cum lex cõmunis varios tractus,



tractus, receſſus, ac ſinus habeat, ſub quibus Papa facile includi poſſet. Non ſic in regulis quæ vniformem materiã tractant, videlicet, beneficiorum. Itaq; tanquam de re nõ pertinente, non curabo hîc papyrum denigrare. Quia hãc quæſtionem in ſpecie latiſsimè tangã in regula, De infirmis reſignantibus, vbi eſt proprius locus.

QVAESTIO QVARTA.

VIDENDVM eſt, nunquid ſub diſpoſitione iſtarum regularum generaliter vel indefinitè loquentium comprehendantur Cardinales?

¶SOLVTIO. Quia quæſtio iſta ſpecialiter ſuper aliquibus regulis diſcutietur, & plura quæ hîc dicentur, communia erũt ijs, quæ ibi ſigillatim ſcribam. Ideo particularibus argumentis ad illas regulas pertinentibus omiſsis, motiua aliqua ab illis diuerſa in hoc genere ponam, quibus cognitis facile dignoſci poterit quando Cardinales ſub diſpoſitionibus generalibus, tam regularum quàm iuris communis comprehendi debeant, & quando non.

¶In primis igitur dicendum videtur Cardinales ſub generali diſpoſitione legis, vel conſtitutionum non comprehendi hac ratione. Quia perſona quæ inter alias ſupereminentem qualitatem habet, niſi ſpecialiter nominetur, non videtur ſub generali conſtitutione comprehendi. Hoc dicit in ſpecie Io.And.in c.j.de ſchiſma.lib.vj. vbi tenet, quòd licet ſub diſpoſitione generali comprehendantur epiſcopi, non tamen comprehẽduntur Cardinales. Quia maior ratio eſt in Cardinali, quàm in epiſcopo propter maiorẽ eius qualitatem. Vnde facile credimus ortũ ſtylum Cancellariæ qui habet, quòd quando Cardinalis impetrat, non debet narratiua reſcripti formari per viam ſua nobis, vel ſignificauit, vel conqueſtus eſt nobis, vt fit in alijs omnibus impetrantibus. Sed debet reſcriptum habere ſpecialem formam diſtinctam ab alijs, videlicet, expoſuit nobis dil.fil.noſter tit. Sanctæ Praxedis &c. vt per hoc denotetur ſingularitas perſonæ. Et quod dictum eſt de Cardinalibus, idem de Regibus, & eadem ratione dicendum eſt, quia contra Reges de ſtylo Cancellariæ literæ contentioſæ non dantur. Nec etiam in his quæ illis deſtinantur per Papam ponitur verbum mandamus quatenus, &c. ſicut in alijs ponitur, vt dicit Specul.

Diſp. quæ cõprehendit epiſcopum, non includit Cardinales.

Cardin. impetrans.

Literæ cõtentioſæ.

Papa in lit. directis regibus nõ vtitur verbo Mãdamus, ſed exhortamur.

in tit.de reſcrip.præſenta.§.ratione formæ.verſi.itē contra
Reges.facit tex.in cle.j.de teſti.ibi,Reges & principes in Do
mino exhortamur &c.Et inde euenit, quòd in derogatio-
ne iuriſpatro.laicorum Reges,nec duces eadem ratione nō
comprehenduntur, niſi ſpecialiter nominentur, vt eſt cau-
tum regula Cancellariæ ordine XL. Et hoc idem caueri de
iure cōmuni firmat Fely.in tracta.quando lit.apoſtoli.noc.
pat.in vj.col.verſi.ampliatur vi.j.facit text.in c.fin.de offic.
deleg.lib.vj.& c.ne aliqui.de priuil.eo.lib. Et in extrauag.
execrabilis.§.j.cum cōcor.vt dixi in regula de infir.reſig.q.
ij.Et iſta omnia in ratione fundātur,quia ex quo huiuſmo-
di perſonæ diſtinguuntur à plebe, ſeu vulgo tāquam ante-
ſignani,honeſtū eſt ne iure ordinario regulentur, qui præ-
rogatiua quadam ſingulari cæteris præferuntur.

¶Et in eadem ratione fundatur illud,quod dicitur manda
tum cōceſſum ad beneficia nō capere dignitatē, vel benefi-
cium ſimile qualificatū,vt eſt tex.in c.fi.de præbend.Sic etiā
tex.in cle.j.de regula.qui loquitur de monachis,& alijs ha-
bentibus adminiſtrationē,non comprehēdit Abbatē, quia
ibi nō nominatur,vt tenet ibi Card.poſt Matthæum in vj.
oppo.Ex quibus omnibus conflatum putamus cōmune il-
lud dictū,legem generaliter loquentē, nunquam cōprehen
dere caſus ſpecialiter priuilegiatos, vt dixit gl.in authen.
de hære.quæ ab inteſt.in princ.& reaſſumit Iaſ.in l.poſtquā
liti.col.fin.C.de pact.ſequitur Decius conſi.v. & ante ipſos
Gemi.cōſi.xxx.cum ſimil.vt per Fely.in c.j.vij.col.verſi.ſe-
cunda diſpoſitio. de reſcrip.de quo latius dixi in cōmenta-
rijs.c.ſtatutum.num.47.de reſcrip.lib.vj. Et ideo non abre
de ſtylo & vſu curiæ,quando ſummi Pontifices volunt Car
dinales tacitè ſub diſpoſitione generali comprehendere,ſo
lent eos ſaltem per clauſulas illas generales,cuiuſcunq; ſta-
tus,præeminētiæ,gradus,vel dignitatis exiſtant,includere.
Nam dicta clauſula de ſui natura includit perſonas, quæ
aliàs nō comprehēderentur. Quamuis etiam illi ſint reges,
ſerui,monachi,vel Iudæi,vt dicit Archi.in cap.quamuis.de
offi.ord.li.vj.Et nouiſsimè quo ad regem Scotiæ,quòd ſub
illa clauſula cuiuſcunque ſtatus,&c.comprehēdatur, tenuit
Rota in vna Brechinen.vicariæ coram R.D.Io.Paulo Ptolo
mæo die.ix.& xj.Decemb.M.D.XXXVIII.

Clauſula cuiuſcunque ſtatus, &c. comprehendit reges & alios, niſi excipiatur.

*

¶Quan



¶Quātum vero ad Cardinales,de quibus hîc agitur,quòd
ſub generali & vniuerſali diſpoſitione regularum includan
tur,quādo eſt appoſita illa clauſula cuiuſcunque ſtatus, &c.
tenuit etiam Rota in vna alia Ferrarien. Archipresbytera- *
tus,vt dicam in fine ſequētis quæſtionis:vbi verò non appo
netur dicta clauſula,vel illi nominatim in cōſtitutione ex-
preſsi non fuerint,non videtur Papa eos velle comprehen-
dere tanquam cæteris excellentiores,per ea quæ nouiſsimè
cumulat Franci.de Ripa in.l.j.col.viij.nume.59.ff.de vulg.
& pupil.vbi illud, quod dictum fuit de regibus multiplici-
ter limitat. Et in hoc multū defertur perſonis huiuſmodi,
præſertim regibus,vt ſcribit Præpoſ.Card.Alex.in c.ſi epi-
ſcopus.col.fi.xviij.diſ.& Corſet.in tract.de poteſtate regia.
Cum igitur Cardinales inter eccleſiaſticos viros, poſt Pa-
pam,locum primum teneant,vt tradit Fely.in rubri.de ma-
iori.& obe.in v.col.adeò quòd fratres principis appellen-
tur,ſecundum Io.And.in c.j.de ſchiſma.lib.vj.& in c.quàm
periculoſum.de ſenten.excom.eo.lib.Et ſicut Papa vnicus
eccleſię ſponſus dicitur,ita Cardinales filij primi gradus ap
pellantur,vt dicit Io.And.& Imol.in c.felicis.de pœnis.lib.
vj. Meritò igitur propter talem excellentem dignitatē ſub
generalibus conſtitutionibus præſertim odioſis (cuiuſmo
di ſunt regulæ iſtæ Cancellariæ) comprehendi non debēt.
Quam opinionē multis rationib.probat Abb.Pan.in cle.
j.de exceſ.prela.in prin.Nam ſi de Ducibus,Marchionibus,
& alijs illuſtri nobilitate pollentibus in regula XL.& alijs
pleriſque magna habetur ratio, quid de Cardinalibus di-
cendum erit?qui non ſolum illuſtres,ſed, vt illi magis ſubli
mentur, in diademate principis ſcripti dicuntur: & adeò
ſunt Papa chariores,quòd vnū corpus cum Papa facere exi-
ſtimentur: qua de cauſa pars corporis Papæ appellantur in
d.cle.felicis.& alibi eius collaterales inſcribuntur, de qui-
bus latius ſcribit And.Sicul.in cōſi.j.col.xiiij.lib.j. & in ſuo
tract.Cardi.facit bonus text.in cap.Conſtantinus.xcj.diſt.
Quamobrem illis patritiatus dignitas cōceſſa fuit, vt refe-
rūt præfati doc.Sunt enim Patritij,principis patres, vt not.
in authent.conſtit.quæ de digni. Nam nullus ad talem di-
gnitatē aſcendit,niſi prius eius fides & induſtria in alijs di-
gnitatibus fuerit approbata, vt inquit Io.de Plat.in l.ne-

Papa vnicus eccleſiæ ſponſus dicitur.

Card. filij primi gradus appellantur.

Card. in diademate pricipis ſcripti, & vnū corpus cū Papa facere dicūtur.

Cardinales Patritij appellātur.

mini.C.de cõſuli.lib.xij.Et latius Moderni in l.j.ff.de offi.
eius.Nõ immeritò igitur dicendũ erit,generalibus cõſtitu-
tionibus eos minime cõprehendi.Imò fortiusvoluerũt Mo
der.in tract.de poteſta.leg.in iiij.& v.cõcluſionibus. quòd
licet diſpoſitio c.de multa.de præben.ſit multum neceſſaria
eccleſiæ,nihilominus Cardinales propter eorũ ſupremam
dignitatem non comprehenduntur ſub illius diſpoſitione:
quamuis diſpoſitio illa, vt dixi,ſit alioquin honeſta & ſan-
ctiſsima,ac eccleſijs fauorabilis. Illa enim qualitas excellen
tis dignitatis,qua cæteris præſtant, adeò ſubiectum altera-
re videtur , vt ſub ſimplicibus & generalibus diſpoſitioni-
bus non cõprehendantur,vt videmus propter eandé ratio-
nem qualitatis factũ fuiſſe in c.ſtatutũ.iunct.c.licet canon.
de elect.lib.vj. vbi ſub diſpoſitione loquéte de parochiali,
non cõprehenditur parochialis collegiata,propter illã di-
gniorem qualitatem:ſic ſub regulis de clericis loquentibus
Cardinales cõprehendi non debét. Et hac ratione Io.And.
in c.j.de ſchiſma.lib.vj.dicit,ſub reuocatoria,de qua in c.ſi.
de conceſſ.præb.lib.vj. Cardinales nõ includi. Nam inanis
eſſet tantæ dignitatis prærogatiua:nullus illis tributus ho
nor videretur,ſi cum cæteris,veluti cũ turba ſub regulis ge-
neralibus comprehenderétur. Conueniens igitur eſt dicere
eos non comprehédi. Quam opinionem tenuit etiã Rom.
in conſi.ccccxcviij.in caſu,quo quæritur.vbi per plures ra-

Clauſula generalis, videlicet, & omnes alios &c.

tiones probat clauſulam generalé,& omnes alios,&c.Car-
dinales non cõprehendere. Sequitur Fely.in c.cum in iure
peritus.in iij.col.de offi.deleg.& Barth.Belézinus inſignis
auditor Rotæ in c.quod ſuper his.de fi.inſtru.Et plura etiã
arguméta & motiua pro iſta parte cumulat Pet.de Ancha.
in conſi.ccxcv.& ccxcvij. quæ breuitatis cauſa non refero.
Cum quibus videntur tranſire Moder.in c.eccleſia ſanctæ
Mariæ.in viij.col.de conſtitu. Et ante ipſos Fely.in cap.in

Cardinales dicuntur patres ſpirituales,& columnæ eccleſiæ.

eos.in fi.de hæreti.His accedit,quia Cardinales dicũtur pa-
tres ſpirituales & columnæ eccleſiæ, in cle.ſi quis ſuadente.
de pœnis.Vnde ſicut Auguſta, quæ reputatur pars corporis
Auguſti non cõprehenditur in generali diſpoſitione, vt pa
tet in.l.pen.C. de do.inter virũ & vxo.Ita neq; Cardinales
qui ſunt etiam pars corporis Papæ, vt in d.cle.felicis.com-
prehendi debent.Præterea Auguſta ex eo,quia aſsiſtit prin
cipi



cipi in conſulendo & regendo orbem,gaudet illius ſpecia-
li priuilegio,vt in l.bene à Zenone.C. de quadri.præſcrip.

Cardinales dicuntur Papæ conſiliarij.

Ita etiam Cardinales qui aſsiſtunt lateri Papæ, & ſunt eius
conſiliarij,vt in cap.fundamentum.§.decet.de elect.lib.vj.
& in cap.per venerabilem.§.rationibus.qui fil. ſint leg.de-
bét pari priuilegio gaudere.Et per iſta duo motiua, & alia
quæ non refero,iſtam opinioné in terminis regularũ Can-
cellariæ tenet And.Sicul.in c.in noſtra.in ij.col.de reſcrip.
¶Iſtis tamé nõ obſtãtibus cõtraria opinio videtur firmior

Diſpoſitio generalis.

& verior.Pro qua primo facit, quia generalis diſpoſitio le-
gis non ſolum cauſas,ſed etiam perſonas priuilegiatas com
prehendit,vt notat Bald.per illum text.in l.in fraudem.in
fi.de teſta.mili.cum concor.vt ſcribit Decius in conſil.v.&
in l.j.num.9.ff. de reg.iur.& in cap.qua fronte.in ij.col.de
appella.Præterea quia lex generaliter dicit,quòd canonum
ſtatuta ab omnibus obſeruentur,vt in c.j.de conſtit.Et ab
iſta generalitate non reperiuntur excepti Cardinales , igi-
tur dicam eos comprehendi.
¶Nec obſtat prærogatiua dignitatis eorum. Quia licet
illa multum attendatur in honoribus deferendis, non ta-
men talis dignitatis præeminentia liberat à vinculis legis,
quæ vſqueadeò omnes viuentes aſtringunt , quòd etiã ipſa

Auguſta gaudet priuilegio Auguſti.

Auguſta quæ alioquin irradiatur radijs Auguſti , & habet
priuilegia quæ habet ipſe princeps , vt in l. fiſcus.§.fina.ff.
de iur.fiſci.Et vna,& eadem perſona, & caro cum principe

Aug.& conſiliarij omnes ſub generali legum vinculo comprehẽduntur.

reputatur,ſub generali legum vinculo comprehenditur,vt
eſt text.notabilis in l.princeps.ff.de leg.Et per hoc reſpon-
detur ad motiua Andr.Sicul.in d.c.in noſtra.vt procedant
quando Auguſta ſpecialiter excipitur in.l. prout. in d.l.
penul.& in l.bene à Zenone.
¶Suadetur hoc,quia Cardinales nihil aliud ſunt,quàm cõ
ſiliarij ipſius Papæ, vt in cap.fundamenta.§.decet.de elect.
libro vj.& in cap.parochia.xvj.q.j.cum concord.vt ſcribit
And.Sicul.in tract.Cardinal.in j.q. Qui in arduis , præſer-
tim in legibus faciendis conſilio iuuant Papam.Nam in hu
iuſmodi grauibus negotijs ſolent conſiliarij interuenire,
vt in.l.humanũ.C.de legi.Et tamé nemo dicet conſiliarios
non ſubijci legibus,cum ab illis non excipiantur niſi ſolus
princeps,vt in d.l.princeps. Omnes igitur alij legibus ſub-

ſunt. Quinimo ipſe idem princeps, licet ſolutus ſit legibus, non tamen à ratione naturali ipſius legis immunis videtur vt latiſsime ſcripſi in regula de infirmis reſignantibus.q.j.& ij.& tradit late And.Sicul.in cõſil. j.in j.volumine. Quare concludendum eſt, quòd cum regulæ iſtæ generaliter loquantur, & non excipiant Cardinales, ſub eis videntur includi. Sed vt opiniones ad concordiam reducantur, iudicio meo diſtinguendi erunt plures caſus.

**Dignitas nulla liberatur à vinculo legis. Diſpoſitio enumerans caſus.**

¶Primus eſt, quando cõſtitutio prohibet aliquid quod de ſe eſt malum, & inducit peccatũ. Et iſto caſu Cardinales & omnes cuiuſcunq; alterius dignitatis proculdubio cõprehenduntur. Hinc eſt quòd ſub diſpoſitione c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. Cardinales includuntur, vt dicit Ioan.Mona. loco inferius allegato, & Fely.in c.quod ſuper his.in iiij.col.verſic.iij.quia ſequeretur.de fid.inſtrumen.

**Diſpoſitio animã cõcernẽs.**

¶Et ita dicimus, quòd c. omnis vtriuſq; ſexus.de pœni.& re.licet de Cardinalibus non loquatur, eos tamen comprehendit per ea quæ dicit Abb.in c.omnes.de ma.& obe.& in c.nouit.in iij.col.de iudi. Et in ſumma vbicunque lex cõcernit vtilitatem animæ, non ſolum Cardinales, ſed etiam omnes principes ſub ea cõprehenduntur, vt Præpo.dicit in c. non licet.in princ.x.diſt. Et in ſpecie hoc tradit per viã regulæ Ioan.Mo.in extrauag.Bonifacij viij.quæ eſt prima in ordine, ſub tit.de ſentent.excom.in extrauagantibus communibus gloſſatis per eundẽ in verbo clericos.vbi hoc per bonas rationes probat, quæ videantur ibi. Nam in iſtis quæ ſunt de genere malorum, tanto grauius quis punitur, quanto maior eſt qui peccat.vt in c.cum quidam.de iur.iur. Pro quo facit illud dictum Iuuenalis Satyra viij. Omne animi vitium tanto cõſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur. De quo dicto meminit gl.in verbo tanquàm.in c.ij.§.fi.de tranſl.epiſ.& pro eo eſt text.in l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.

**Peccatũ tanto maius eſt, quãto &c.**

¶Secũdus eſt caſus quãdo cõſtitutio non prohibet aliquid quod eſt per ſe malũ, ſed quia prohibitũ: etſi talis conſtitutio ſit pœnalis & odioſa, continens odiũ rationale, tali caſu Cardinales includũtur, vt notat in ſimili Bald.in l.quicunque.C.de ſer.fugi. Quod eſt verum, niſi per talẽ conſtitutionem pœnalem, ſi eos includeret, tollerentur eorum priuilegia

gia



gia. Quia tali caſu non comprehẽduntur, niſi in ſpecie fieret de illis mentio per rationes quas ſcribit Iaſ.in l. poſtquàm liti.col.fin. C.de pact.arg.l.decurionibus.in princi. C.de ſilentia.lib.xij. Et ante ipſum hoc dicit And. Sicul.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.numero 7.de conſt.& in c.j.numero 77.de reſcript. Et tenet expreſsè Gundiſal. Rotæ auditor in tract.Card.q.xij.in fin. Sed quando eorum priuilegia non læderentur, procedit quod dictum eſt.

¶Ex quo infertur, quòd diſpoſitio c.de multa.de præb.licet in Cardinalibus non loquatur, eos tamen comprehendit, vt tenet Abb.in cap.eccleſia.el.ij.in ij.notabili.de elect. Licet poſtea Ioan.xxij.qui certis de cauſis fauit multũ Cardinalibus, vt in alia regula ſcripſimus, eos in extrauag.execrabilis, exceperit. Per quod datur intelligi, quòd aliàs illi comprehendebantur. Et ita etiam Rota in vna Valentina * Archidiaconatus de Xatiua coram me pendente voluit, de menſe Nouemb.M.D.xxxj.ſub indulto conferendi beneficia omnibus menſibus conceſſo Archiepiſcopo Valentino, tunc Cardinali Leodien.nuncupato, comprehendi perſonas Cardinaliũ habentium beneficia in dicta diœceſi. Nam tũc in facto accidit, quòd Cardinalis de Vich, qui obtinebat Archidiaconatum prædictũ de Xatiua diœceſis Valentinæ mortuus fuerat in quodã loco parum diſtanti ab vrbe, voluerunt domini mei prouiſionẽ dicti Archiepiſcopi Cardinalis Leodiẽ. de dicto Archidiaconatu valere, & non illam Papæ, licet in indulto dicti Archiepiſcopi nulla de Cardinalibus fuerat facta mentio. Et ita ego pronuntiaui, & ſententia mea poſtea per duas alias ſententias fuit confirmata. Mouebatur Rota inter cætera illa ratione, quia in generalibus diſpoſitionibus non incontinentibus odium irrationale Cardinales comprehenduntur, niſi nominatim excipiantur. Sic videmus, quòd ſub diſpoſitione clem.auditor.de reſcrip. Cardinalis comprehenditur, licet nulla ibi de illis fiat mentio, vt tenet ibi inter alios Bonifacius quondam Rotæ auditor col.ij.vnde ea ratione qua dicimus Cardinales comprehendi ſub prædictis diſpoſitionibus, eadem ratione eſt dicendũ ſub Regulis Cancellariæ comprehendi debere. Quod tenuit Fely.in c.ad aures.in vij.col.ver.viij.concluſio.de reſcrip. Referens D.Franciſcum Paui.quon-

**Indulta Card. præhẽdunt etiã beneficia Card. morientium.**

dam auditorem Rotæ celeberrimũ dicere in commẽto ex-
trauag. ad onus. Rotam tempore ſuo bis iudicaſſe regulas
Cancellariæ Cardinales comprehendere. Et iſtam opinio-
nem pluribus locis firmat Oldra. in conſil. ccxj. ad propoſi-
tum. Et in cõſil. cccxxj. & alijs de quibus per Fely. in d. loco.
Et hoc idem latè probat Barth. de Belenzi. quondam etiam
auditor Rotæ, & Fely. præceptor triennalis (vt ipſe dicit in
c. ij. in. xiiij. col. de reſcript.) in tract. de chari. ſubſi. q. lxvj.
Et eandem opinionem defendit idem Fely. in c. quod ſuper
* his. de fid. inſtru. Et ita etiam hodie, qui eſt dies iij. Iunij M.
D. xxxviij. idem concluſit Rota coram R. D. Ioan. Paulo in
vna Caurien. Canonicatus & præbẽ. dum voluit, quòd pri-
uilegium conceſſum clero Hiſpaniæ per Leonem x. de re-
uocandis omnibus regreſsibus ſine cõſenſu conceſsis, com-
prehendit etiam Cardinales habentes ſimiles regreſſus ſine
conſenſu, etiam ſi habuerunt eos ex cauſa onerosa, licet hoc
de cauſa onerosa ſuper eodẽ priuilegio iam prius iudicaue
* rat Rota in vna Calaguritan. Archidiaconatus in fauorem
D. Io. de Anguiano per tres ſententias, quarũ ego primam
tuli. Secũdam D. Marcellus. Tertiam D. Io. Paulus. rationes
illius deciſionis non referam, ne ſim longior, & quia etiam
non faciunt omnino ad materiam de qua hic loquimur.

Priuilegium conceſſum clero Hiſpaniæ, &c.

¶Redeundo igitur ad propoſitum, concludo quo ad iſtum
ſecundum caſum, quòd attento, quòd Cardinales ſunt de
populo, ſunt etiam ſubiecti Papæ vt principi, ſub cuius ter-
ritorio degunt: conueniens videtur, quòd eius legibus li-
gentur Quia lex omnes ſubditos, & omnes de populo li-
gat, vulg. l. cunctos populos. & cap. j. de cenſib.

Cõſtitutio cõtinens odium irrationale.

¶Tertius caſus eſt quando conſtitutio continet odium ir-
rationale, & exorbitans à regulis iuris communis, & tunc
eſt concludendum, ſub tali conſtitutione Cardinales non
comprehendi. Et iſto caſu militat illud quod dictum eſt de
prærogatiua dignitatis, & procedunt omnia motiua ſupe-
rius pro iſta parte ſcripta. Et ita vbiq; doct. ſentiunt. & fir-
mat expreſſe And. Sic. in d. c. in noſtra. in iij. col. de reſcrip.
vbi dicit, quòd Cardinales non cõprehenduntur ſub regu-
lis Cancellariæ odioſis. Et iſtã dicit eſſe firmam opinionem
ſicut firma petra. Et eam tenet etiã D. Gundiſaluus olim au
ditor Rotæ in ſuo tract. Card. & alibi ſæpe doct. Et iſte ca-
ſus



ſus potius innititur authoritati ſcribẽtium, quàm quòd ſit
lege, aut ineuitabili ratione ſuffultus. Quia ratio illa, quòd
lex generalis omnes pariter ligat, diuites & pauperes, par-
uos & magnos, militat etiam iſto caſu. Et quãuis diſpoſitio
contineat odiũ irrationabile & exorbitans, tamen talis lex
valet, & tenet, vt latè probat Decius in c. cum omnes. in v.
notabili. de cõſti. Et talis lex, licet ſit dura, eſt tamen ſeruan
da. c. in memoriam. xix. diſtin. & vulga. l. proſpexit. qui & à
quib. Sed quia ex vſu & interpretatione prudẽtiũ iam rece-
ptum eſt, Cardinales ſub tali diſpoſitione odioſa non com
prehendi, tranſeundum eſt cum iſta opin. ne plus nimis ſa-
pere videamur. Et ſic per iſtam rationẽ dicimus, quòd diſ-
poſitio extrauag. iniunctæ Bonifacij VIII. poſita in tit. de
electio. inter extrauagan. communes quæ diſponit neminẽ
admitti debere adminiſtrationem eccleſiarũ ſine literis ex-
peditis, nõ procedit in Cardinalibus, vt Barth. Belenzinus
in d. tract. de chari. ſubſi. q. lxvj. refert ita iudicaſſe tẽpore
ſuo Rotam. Ratio eſſe potuit, quia illa conſtitutio eſt exor-
bitans à regulis iuris communis. Quia ius commune vltra
ſupplicationem ſignatam non requirit alias literas, nec per
conſequẽs literarum expeditionẽ, vt eſt text. & gloſ. in clc.
dudum. §. nos enim. de ſepul. Et latè dicemus ſuper regula
xxv. vbi eſt proprius locus. Præſertim quia ipſi Cardinales
ſunt immunes à taxis officialium, vt quoddã ſuo latiſsimo
priuilegio, & capitulis antiquis conclaui continetur, & di-
cetur ſuper regula de valore. Eſſet igitur irrationabile,
quòd talis conſtitutio eos comprehenderet. Et per eandem
rationem dicunt regulã de valore, neq; etiam extrauagan-
tem execrabilis, Cardinales cõprehẽdere. Quia eſſet valde
odioſum illis & quodãmodo iniurioſum, ſi attentis ratio-
nibus dictæ extrauag. ſub ea cõprehenderentur, vt ibi pro-
batur. Et ſic etiam temporibus Abbatis Panor. ſeruatũ fue-
rat, quòd Epiſcopus promotus in Cardinalem non perde-
bat epiſcopatum, quia pleriq; conſuluerũt c. de multa. non
procedere in Cardinalibus, niſi Papa aliter diſponeret.
Et ita tunc factum fuerat cum Cardinali ſanctæ Crucis,
quo ad epiſcopatũ Bononien. & cum Cardinali ſancti Mar
celli, quo ad epiſcopatum Senen. vt refert Abb. in c. bonæ.
el. j. in iij. notabili. de poſtul. prælat.

Extrauagans diſpoſitio cõtinens odium irrationale.

Epiſcopꝰ promotus in Cardi. non perdit epiſcopatum.

¶ Quartus caſus & vltimus eſt, quando conſtitutio eſt fauorabilis & priuilegiata, & tali caſu Cardinales cōprehenduntur, licet de illis mētio non fiat. Quia ex quo plus cæteris in vinea Domini laborāt, & quotidie inſeruiunt, & aſſiſtunt eccleſię ſanctæ Dei, & Chriſti vicario agendo & cōſulēdo: dignū eſt etiā vt maioribus attollantur fauoribus, vt in cap. j. de offi. legati. lib. vj. & in l. ius ſenatorum. C. de dig. lib. xij. Sic etiā ſub regulis de annali & triēnali poſſeſſore, quæ fauent poſſeſſoribus, licet in eis de Cardinalibus mentio non fiat, Cardinales tamen comprehenduntur, & ſub alijs regulis fauorem concernentibus, ſuper quibus in diſcurſu materiæ particularius hoc diſcutiam, & clarius examinabo.

QVAESTIO QVINTA.

Derogatio generalis.

CIRCA quintum dubiū, videlicet, an in generali & vulgari derogatione conſtitutionum, & ordinationū Apoſtolicarum comprehendantur regulæ Cancellariæ?

¶ SOLVTIO. Si titulū ſeu rubricā regularū attēdimus (quę regulas iſtas cōſtitutiones vocat) certè dicendū erit eas ſub tali derogatione includi eadē ratione, qua dicimus ſub dicta clauſula ius cōmune comprehendi. Quod etiā conſtitutio appellatur, vt patet in c. cōſtitutio. ij. diſt. & in rubri. de conſti. Nec in hoc poteſt ratio diuerſitatis aſsignari, iuxta text. in cap. j. de cōſti. lib. vj. Tamen contrariam opi. ſeruat ſtylus Cancellariæ, & Rom. cur. qui hoc caſu pro lege habetur, & illi ſtādum eſt, iuxta text. in c. quàm graui. de cri. fal. cum vulg. De quibus latè Fely. in cap. ij. de reſcrip. in verbo ſtylus. qui quidem ſtylus à Rota receptus diſponit ſub clauſula generali non obſtātibus cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, huiuſmodi regularum cōſtitutiones non comprehendi, nec illis cenſeri derogatum, niſi de illis ſpecialiter mentio fiat. Et ita in terminis concluſit Rota coram Reuerendis patribus dominis Nicolao Aragonia in vna Zamorē. Theſaurariæ de mēſe Nouemb. M. D. xxxiij. & in alia Romana pecuniaria coram D. Ioan. Paulo deciſa xx. Nouemb. D. M. xxxvj. In quibus domini cōcluſerūt per illa verba non obſtante regula de acceptandis, & quibuſcunque alijs diſpoſitionibus, non cenſeri derogatum regulæ de valore exprimendo. Et in illa Romana voluerunt, per clau-

Stylus Rotæ & Cancellariæ.

*



ſulam non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis in commiſsione appoſita, non cenſeri derogatum regulæ xxxv. de non appellando ante diffinitiuam. Et ſecundum iſtam deciſionem iudicatum fuit in fauorem Franciſci Flores contra Andr. de Nouaria.

¶ Et iſtam opinionem, videlicet, per generalem derogationem non cenſeri derogatum regulis Cancellariæ, niſi in indiuiduo illis derogetur, tenent expreſsè Moderni in tract. de benefic. in iij. parte. q. xlvj. in iiij. col. fol. paruo. Et licet iſta opinio in ſtylo conſiſtat, nihilominus, vt ex prædictis & infrà dicendis apparebit, aliquod fomentum iuris in ſe continet. Nam ſatis notum eſt, regulas Cancellariæ continere clauſulam derogatoriam voluntatis ſequētis actus, vt dicit Petr. de Ancha. in conſil. ccxcvij. in prin. Quo caſu non ſufficit generalis, ſed requiritur ſpecialis derogatio, vt notat Bart. in l. ſi quis. in prin. ff. de leg. iij. & doct. in cap. cum inſtan. de cenſi. & tradit Domi. in conſil. xxxix. col. ij. & Andr. Sicul. in cap. cum tibi. numero 17. de teſtam. Ratio redditur ſecundū Bart. in d. l. ſi quis. in prin. in iij. col. Quia clauſula derogatoria habet vim cuiuſdam proteſtationis præambulæ, & talis proteſtatio declarat in ſequēti actu voluntatē deeſſe, niſi expreſſa reuocatio fiat, vt in l. at ſi quis. §. plerique. ff. de relig. & ſump. fun. cum ſimilibus.

Clauſ. derogatoria habet vim cuiuſdā proteſtationis præambulæ.

¶ Et iſta ratione dicimus, quòd licet per ſimplicem clauſulam non obſtan. tollatur conſtitutio apoſtolica, nō tamen tollitur conſtitutio conciliaris, quia habet clauſulam derogatoriam. cap. ex parte. de capel. monacho. & tradunt communiter doct. in cap. nonnulli. de reſcript. Sic etiam in generali derogatione conſtitutionum, & ordinationum apoſtolicarum, etiam priuilegiorum, non cenſetur derogatum priuilegijs iure communi inſertis, niſi ſpecialiter dicatur, vt notat gl. in authen. qua in prouincia. in verbo illi. in fin. & ibi Bart. & cæteri. C. vbi de cri. agi opor. cum alijs cōcor. vt ſcribit Fely. in c. j. de reſcrip. & in cap. nonnulli. in xj. col. eodem titulo. ¶ Quod etiam alia ratione ſuadetur, quia tales actus continentes clauſulam derogatoriam, ſunt qualificati. Sed clarum eſt, quòd in hoc iſtæ regulæ videntur habere ſimilem qualitatem. Vnde ſicut de dictis qualitatibus debet fieri expreſſa mentio, eadem ratione & de regulis. Et ideò

Derogatio generalis.

ideò dixit Ioan. Andr. in cap. ei cui. de præben. lib. vj. quòd per clauſulas non obſtan. nunquam cenſetur derogatum ſtatutis habentibus certam qualitatem, niſi ſpecialiter fiat mentio. Qualitas enim in actu conſiſtens facit eundẽ mutare in diuerſam ſpeciem, vt in l. quæſitum. §. illud. de lega. iij. & l. ſi cui lana. de leg. ij. Ex quo ſequitur, quòd licet Regulæ Cancellariæ ſint conſtitutiones vniuerſaliter ligantes ſicut ius commune: nihilominus propter diuerſas qualitates, per quas à iure communi differunt, diuerſam videntur habere naturam. Et ideò in derogatione generali conſtitutionum iſtæ conſtitutiones non venient: ſicut appellatione beneficij non comprehenditur dignitas, nec beneficium curatum, vt in cap. fin. de prebẹn. Et ibi declarat Abb. non quia dignitas, vel curatum non dicantur beneficia eccleſiaſtica, ſed quia ſunt qualificata, ideò non comprehenduntur, vt patet in cap. ſtatutum. de elect. lib. vj. Et ita etiam videmus, quòd in legato lanæ non veniet lana tincta. Nec in donatione marmoris veniet qualificatum, videlicet, figuræ ex marmore factæ, vt d. l. ſi cui. & d. §. illud. Quòd autem iſtæ regulæ habeant diuerſam naturam à conſtitutionibus iuris communis, vltra quòd de ſe eſt manifeſtum, hoc vlterius probatur. Quia conſtitutiones iuris communis ſtatim facta publicatione ligant, vt traditur in cap. ij. & fin. de conſtit. Item ſunt perpetuæ. Sed iſtæ conſtitutiones Cancellariæ ſunt temporales. Et licet etiam à tempore publicationis ligent, vt lex communis, vt dicit Gemi. conſil. xcij. nihilominus non ſtatim ligant, niſi ſeruata prius ſolennitate poſita inferius in regula xxvj. neque illa ſola ſufficit, niſi regulæ ſic obtẽtæ, & cum illa ſolennitate datæ, in actis poſtea producatur, vel niſi Papa hoc velit, vt dixi ſuperius in ij. q. Item quia iſtæ regulæ ſunt ſpeciales ratione derogationis. Quia licet per prædictã clauſulam non obſtan. &c. cenſeatur derogatum iuri cõmuni. Hoc eſt verum, niſi ius commune habeat clauſulam derogatoriam, vt ſuperius dixi. Et tradunt Moder. in cap. j. de conſtit. lib. vj. Quam quidẽ clauſulam continent regulæ iſtæ. Et licet alio reſpectu regulæ, conſtitutiones generales appellentur, iſto tamen caſu poſſunt dici ſpeciales ratione derogationis. Et ita ſaluatur & iuſtificatur, quod dicit Bart. in §. & ſic quodque. C. de nouo

**Qualitas in actu cõſiſtens.**

**Beneficij appellatione nõ comprehenditur dignitas.**

**Cõſtitutiones iuris communis.**

codi.



codi. faci. dicens, quòd ius non clauſum in corpore iuris non eſt generale. Nam debet intelligi ratione reuocationis, videlicet, quia ita requirit ſpecialem mentionem ſicut ius particulare, iuxta cap. j. de conſtit. lib. vj. Secus autẽ reſpectu vinculi, quia ligat omnes quando innoteſcit. Ratio eſt, quia ex quo non eſt clauſum, poteſt ignorari, & ideò requiritur derogatio ſicut de iure particulari. Hinc videmus, quòd licet ſententia principis faciat ius generale, vt eſt dictum ſuperius in prima quæſtione, tamen valet ſententia contra illud ius, quia poteſt probabiliter ignorari, & ideò cenſetur quo ad hoc particulare, vt dicit Card. in c. paſtoralis. de fid. inſtrum. Et in ſumma, quot ſunt qualitates in conſtitutione ſeu actu differenti à iure communi, vt ſunt iſtæ regulæ, tot inducuntur obſtacula. Et quot ſunt obſtacula, tot debẽt eſſe derogationes & expreſsiones. cap. ex tuarum. de autho. & vſu pallij. & tradit Bald. in l. ſi non lex elieſcentia. ff. de hær. inſtit. Et hoc eſt quod voluit ſentire Cald. in conſi. j. tit. de reſcrip. dum voluit, quòd per clauſulam non obſtantibus conſuetudinibus & ſtatutis, &c. non tolluntur obſtacula temporalia cuiuſmodi ſunt iſtæ regulæ, quæ temporale impedimentum afferunt. Sed illa tantum quæ inducerent extinctionem gratiæ, hoc eſt impedimenta quæ ſtatim annullant, vt ſunt illa quæ reſultant ex alijs ſtatutis, vel à iure communi, quæ ſtatim abſque aliqua productione impediunt & annullant. Sed regulæ Cancellariæ non annullant, nec ſtatim impediunt actum faciẽdum, ſed ita demum ſi inſtituta lite regulæ impetrentur & producantur, vt ſæpius dictum eſt. Interim tamen actus factus contra regulas valet & tenet. Clauſula igitur non obſtantibus, capit illa quæ obſtant ſtatim tempore factæ gratiæ abſque facto hominis, nõ ea quæ ex poſt, & ex interuallo poſſunt impedire. Quia illa accidentaliter eueniunt, & ex facto poſtea faciendo retrotractiuo. arg. tex. notabilis in l. j. ff. de in lit. iur. Et notat Iaſ. in §. quadrupli. in iij. notabili. inſtit. de actio. Et hoc videmus in extrauag. quæ licet ſint conſtitutiones generales, & vbique ligent, tamen ad effectum, vt illis derogetur per clauſulas generales non obſtantibus conſtitutionibus, &c. ſortiuntur naturam conſtitutionum ſpecialium, vt videlicet, non intelligatur derogatum eis, niſi de illis fiat

**Sentẽtia principis.**

**Qualitates q̃ ſunt in conſtitutione, tot inducũtur obſtacula.**

**Impedimenta quæ ſint.**

**Extrauagantibus vt derogetur, oportet ꝙ &c.**

men

mentio,ſaltem per hæc verba non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis etiam extrauagantibus,ſicut de conſtitutione ſpeciali requirit text.in cap.j.de conſtit.lib.vj.vel ſecundum modum quem ponit antiquus ille abbreuiator Hiſpanus in libro ſtyli Cancellariæ in capite de clauſulis generalibus non obſtantibus.

Clauſula non obſtant. quæ nõ cẽſetur derogare.

¶Et hoc vlterius ſuadetur, quia per illam clauſulam non obſtan.conſtitutionibus,&c.non cenſetur in dubio derogatum,niſi conſtitutionibus ordinarijs, non autem extraordinarijs cuiuſmodi ſunt extrauagãtes & Regulæ Cancellariæ. Nam clauſula generalis ad extraordinaria non refertur,vt eſt tex.ad literam in l.ſeio.§.medico.ff.de an.legat. Quem in notabili caſu,ad propoſitum huius dicti, inducit Oldra.conſil.cxxix.& Andr.Sicul.in conſil.xviij.in j.col.& conſil.xxj.col.vj.& conſ.xxvj.in ix.col.lib.ij.cum concor.vt ſcribit Decius in cap.inter cætera.de appella.Et aliquid dicam in Regula de triennali.

Clauſula generalis.

Papa difficilius præſum.&c.

¶Iuſtificatur iſta opinio ex alio,quia Papa difficilius præſumitur habere notitiam talis iuris extrauagantis,quàm iuris ordinarij, vt notatur in cap.paſtoralis.de fid.inſtr.Hinc dicimus,quòd licet non admittatur poſitio iuris cõmunis ex eo,quia ius commune ordinarium præſumitur certũ,vt tradit Bart.in l.ornamentorum.ff.de aur.& arg.legat. Tamen quando tale eſt ius,in quo veriſimiliter poteſt cadere ignorantia,vt eſt ius conſtitutionis extrauagantis,tali caſu bene admittitur poſitio talis iuris,vt dicit Bartol.in d.l. ornamentorum.cum alijs concor.vt ſcribunt Franc.Curtius ſenior in tractat.poſitionum.in xiij.breuiloquio.& Ioannes Sadoletus in l.ij.colum.xiij.ff.de confeſ.

Ius commune ordinariũ præſumit certum.

¶Et pro iſta opinione,videlicet,quòd requiratur mentio extrauagantis,tenuit Nicolaus Milis in verbo priuilegium cõtra ius cõmune,poſt Ant.de Butrio in c.j.de cõſtit.lib.vj.

¶Et prædicta omnia quæ dicta ſunt de extrauag.militãt à fortiori in iſtis regulis attentis ſtylo & rationibus prædictis. Et licet extrauagãtes aliquæ ſint notoriæ,ſicut etiam & pleræque regulæ iſtius voluminis,tamen reſpectu derogationis illa notorietas nihil facit,cum per hoc non deſinat eſſe ius extraordinarium,& à corpore iuris communis extrauagans. Quo caſu, vt dictum eſt, derogatio clauſulæ non

Extrauagantium notorietas.



non obſtantibus conſtitutionibus, capit tantùm ius commune ordinarium,non autem extraordinarium.Præſertim cum extrauag.& regulæ debẽt prius impetrari & dari iuxta formam traditam in dicta regula xxvj. Quod inductum fuit, vt ſciamus extrauag.& regulæ,quæ dantur,an ſint in vſu,vel non. Pro quibus faciunt ea,quæ longo diſcurſu ſcribit Fely.in cap.j.in v.col.de re iudic.

¶Et iſta de plano procedent,quando derogatio fit per viã reſcripti. Secus verò ſi facta ſit per viam legis. Quia tali caſu per illam generalem clauſulam non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis,cenſeretur derogatum iſtis regulis Cancellariæ non facta mẽtione de illis. Hoc probatur in ſimili per notabile dictum Domin.in c. cum nõ deceat.de elect.lib.vj.vbi dicit,quòd licet per clauſulam non obſtantibus tollatur actus, & non iuramentum in eo contentum,niſi fiat mentio ſpecialis de illo , vt ibi eſt gloſ.Si tamen illa derogatio fieret per viam legis,tali caſu per ſimplicem derogationem derogatur iuramento,nulla facta de illa mentione. Et ita limitat gl.ibi,& ſequitur Fely.in c.cõſtitutus.in iiij.col.verſi.limita ſecũdo de reſcript.

Regulis Cancellariæ, quo caſu cenſetur derogatũ &c.

Iuramẽto quãdo derogatur per ſimplicẽ derogationẽ.

QVAESTIO SEXTA.

VLTIMA quæſtio principalis eſt,vtrum per iſtam clauſulam non obſtantibus Regulis Cancellariæ,poſitam in literis apoſtolicis,cenſeatur derogatum regulis iudicialibus notorijs , vt eſt de annali, triennali,de ſubrogãdis,& ſimilibus?

¶SOLVTIO. Quidam voluerũt per dictã clauſulã eſſe derogatũ illis duntaxat regulis,per quas poſsint impetrantes impediri ne literæ expediãtur. Ita tenebat Card. Anconit. in diſputatione iſtius pũcti,facta corã Papa Clemente VII. ſuper quadã bulla in qua D. Berengarius Saganta,vt procurator interuenerat,vt ipſe mihi retulit. Tamen aduertẽdum eſt,quia illud dictum non videtur ex omni parte verum,ex eo,quia nõ video quare potius per illam clauſulam non obſtantibus regulis tollantur regulæ cõcernentes expeditionem,quàm aliæ iudiciales quæ obſtare poſſunt literis expeditis. Nam cum ſit derogatio generalis,omnes regulas debet comprehendere. Imò magis videtur illa clauſula comprehendere regulas iudiciales, quàm cõcernentes expe

expeditionem ex eo,quia regulæ concernentes expeditio-
nem non obſtant literis iam expeditis, quæ iam euaſerunt
manus officialium,ſed impediunt tantum expediẽdas. Sed
literis expeditis obſtant regulæ iudiciales,quia ſunt de dan-
dis: regulæ verò expeditionem concernentes non dantur,
quia neque faciunt fidem extra Cancellariã,cum dent nor-
mam ſolis officialibus Cancellariæ literarum expeditori-
bus,vt dicit expreſsè Ioan.Franc.Pauinus Rotæ auditor in
præludijs extrauag.Io.xxii. & experientia quotidiana do
cemur. Et ſic apparet, quòd illud dictũ domini Anconita-
ni nõ eſt ſolidũ,tamen eius opinio poſſet procedere quãdo
literę reperiũtur in procinctu expeditionis,& eſſent adhuc
in manibus officialium. Nam ſi hoc caſu obſtaret expedi-
tioni faciendæ aliqua regula de concernentibus modũ ex-
pediendi,tali caſu poſſet dici prædictam clauſulam nõ ob-
ſtantibus regulis in ſupplicatione poſitam,tollere impedi
mentum illius regulæ impeditiuæ expeditionis. Et iſto ca-
ſu poſſet procedere dictum Cardinalis. Sed literis iam ex-
peditis non eſt verum illud dictum.

¶Et ideò,vt veritas habeatur iſtius articuli, poteſt dici,
quòd de iure loquendo per illam clauſulam non obſtanti-
bus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac re-
gulis Cancellariæ,&c.cenſetur derogatum regulis omni-
bus perimentibus gratiam ipſo iure à principio non inter-
ueniente facto perſonæ, & ſic de impediẽtibus natiuitatem,
vel originem gratiæ,ſiue illæ regulæ iudiciales,ſiue extra-
iudiciales ſint: ſed vbi gratia per regulas à principio tota-
liter non perimeretur,ſed differretur propter aliquod fa-
ctum requiſitum,& ſic per aliquem futurum actum ſuſpen-
deretur,tales regulæ per dictam clauſulam non cenſerẽtur
ſublatæ. Ita eſt notabilis doctrina Gemi.in cap.ſi propter.
in vj.col.de reſcrip.lib.vj.poſt gloſ.ibi in verbo impediri,
quam ſequitur Fely.in cap.nonnulli.in xij.col.verſic.not.
tertio.& col.xxx.verſi.xj.concluſio.eod.tit. Et hoc etiam
tenet Cald.in conſil.j.tit.de reſcrip.& idem Domi.in cap.
j.in v.notabili de reſtit.ſpolia.lib.vj.vt declarabo inferius
per exempla, & dicam aliquid in regula De non tollendo
ius quæſitum.

¶Et iſta procedunt,niſi in literis expreſsè dicatur de re-





gulis dilatiuis per illã clauſulam nõ obſtantib.regulis per
quas noſtra gratia impediri vel differri poſſet,quæ in mul-
tis reſeruationibus apponi ſolet, vt dicit ibi Fely.Ratio
prædictorum eſt, quia per regulas dilatiuas gratia, ſeu di- Gratia facta per regulas dilatiuas,nõ tollitur.
ſpoſitio facta non tollitur,licet differatur:& dilatio modi-
ci temporis non affert præiudicium, vt dicit tex.in l.ſi debi
tori.ff.de iudic.& in.l.quotiens.C. de preci impe.offe. Et
hoc modicum præiudicium à iure conſiderari non ſolet. Præiudicium modicum à iure conſiderari non ſolet.
iuxta gloſſ.præiudicium.in cap.cum olim.de conſuet.& l.
ſcio.ff.de in integ.reſt. Non ſic eſt in regulis peremptiuis,
quæ ſi non cenſerentur ſublatæ per dictam clauſulam, indu
cerẽt magnum præiudicium ex peremptione gratiæ. Et ita *
hodie ix.Martij. M.D.XXXVII. poſt plures informationes
& poſitiones cauſæ concluſerunt Domini in vna Hiſpalen.
Canonicatus coram R.P.D.Marcello Creſcentio epiſcopo
Marſican.vbi plus voluerunt Domini, duobus exceptis,
iſtam deciſionẽ procedere,etiã ſi in gratia,vbi erat deroga-
tum quibuſcunq; regulis,eſſet appoſita clauſula ſuſpenſiua
quarumcunq; gratiarum,quia illa clauſula concernit tantũ
gratias,non literas:& ideo per eam non cenſetur derogatũ
regulis ſuſpenſiuis,maximè requirentibus factum perſonæ.

¶Et pro clariori intelligentia iſtius materiæ eſt aduerten
dum,quòd regulæ ſuſpenſatæ conſiderantur dupliciter. Nã Regularũ ſuſpenſiuarũ cõſideratio.
quædam ſunt regulæ quæ gratiam ſuſpendunt per aliquod
tempus,vt ſunt regulæ ſuſpenſiuæ gratiarum expectatiua-
rum vſq; ad fulminationem proceſſuum,& aliæ ſimiles di-
latiuæ.quædam ſunt dilatiuæ propter aliquod factum per-
ſonæ requiſitum,& in effectu perimunt poſtea gratiam fa-
cto illo non ſequuto, prout eſt in regula de non acceptan-
do niſi literis expeditis, de qua agebatur in dicta cauſa Hi-
ſpalen. Et huiuſmodi regulis ſecũdum ſtylum curiæ per ge-
nerales clauſulas etiam non obſtantibus regulis non cenſe
tur derogatum, niſi de illis fiat expreſſa & indiuidua men-
tio per ea quæ ſuperius dicta fuerunt. In hoc tamẽ eſt diſcri
men,quia primæ regulæ dilatiuæ ſuſpendunt ex mente Pa-
pæ gratiam in euentũ temporis vel conditionis:& interim
gratia nil operatur,niſi adueniente tempore vel conditio-
ne,vt dixi in tractatu expectatiuarum,ſed in alijs regulis ſu
ſpenſiuis requirentibus factum perſonæ gratia ſtatim non

ſuſpenditur,ſed ſtatim operatur ſuum effectum,licet regu-
læ requirant aliquod factum perſonæ ad illius perfectio-
nem, & tales regulæ non ideo dicuntur ſuſpenſiuæ,quia ſu-
ſpendant gratiam prout primæ,ſed quia ſuſpendunt perem
ptionem & annullationem eius, in euentum alicuius facti
præſtandi per gratiatum.quòd ſi omittit in pœnam negli-
gentiæ ſiue malitiæ,regula annullat gratiam ex eo, quia in
poteſtate gratiati fuit tollere impedimentum regulæ, vt in
regulis de annali publicandis reſig.& ſimilibus quæ requi-
runt factum perſonę,& de regulis dilatiuis patet exemplum
in regula Clemētis reſeruatiua octo menſium:quæ licet nō
ſit dilatiua & peremptiua,ſicut regulæ de annali, & aliæ ſu-
perius dictæ:tamen,quia eſt dilatiua reſpectu temporis,vo-
luit Rota de illa debere fieri ſpecialem mentionem. Et ita
* concluſit Rota hodie xvij.Iunij.M.D.XXXVIII.in vna To-
letana parochialis S.Ioannis de Ocanya coram R.D.Marco
Antonio,vbi voluerunt Domini indultum conceſſum Ar-
chiepiſcopo Toletano de conferendis beneficijs non dero-
gare regulæ Clementis reſeruatiuæ octo menſium, licet in
indulto eſſent appoſita illa verba, non obſtantibus regulis
æditis & ædendis,niſi dicamus deciſionem iſtam procedere,
quando in regulis ſunt clauſulæ adeò prægnātes, quòd per
eas videretur quodāmodo derogari prædictæ clauſulæ nō
obſtantibus regulis, &c. Aliàs contrarium videtur dicendū
in regula Moderna quæ potius videtur peremptiua, quàm
dilatiua,licet regula antiqua non perimat. Tamē quicquid
ſit de iure,contrarium de ſtylo Cancellariæ ſeruatur,videli
cet, quòd per prædictam clauſulam nunquam cenſeantur
ſublatæ regulæ notabiles & notoriæ, maximè iudiciales.
non facta expreſſa mentione in indiuiduo de regulis,ſiue il
læ regulæ concernant factum perſonæ,ſiue non,ſiue ſint di-
latiuæ,ſiue peremptiuæ, vt patet in regulis de idiomate,&
de non tollendo iure quæſito, & alijs quæ non pendent ex
facto vel diligentia perſonæ: ſicut regula de publicandis.
Nam de ſimilibus regulis etiam ſi in eis non caueatur, ex-
preſſe requiritur mentio. Et iſte ſtylus fundatur in illa ra-
tione, de qua latè dixi in proxima præcedenti q. videlicet,
Quia regulæ Cancellariæ habent clauſulam derogatoriam
quæ requirit ſpecificam mentionem.Hinc videmus de ſtylo
hodier

Regulis de annali publi.reſig.quòd ſecū dum hodiernum ſtylū derogetur.



hodierno,quòd quando Papa intendit derogare prædictis
regulis ſemper in principio literarum, videlicet poſt exor-
dium,eas inſeri mandat,tenorem earum narrās per hæc ver
ba,videlicet,hinc eſt, quòd nos qui dudum inter alia volu-
mus,&c. Et poſtea in non obſtan.ponit hæc verba non ob-
ſtan.voluntate priori,& ordinationibus præmiſsis ac con-
ſtitutionibus, &c.& ita practicatur, vt docuit egregius ille
doct.practicus, ac literarum apoſtolicarum Vicecorrector
Hierony.Pau.in illo antiquo lib.nominato Stylus Cancel-
lariæ.fol.cxv.vbi exemplum ponit in regu.de idiomate. Et
quamuis fortè de ſtricto iure ſufficeret generalis clauſula
non obſtan.regulis,per ea quæ dicta fuerunt, & per ea quæ
dicit Bald.in l.humanum.C. de legib.& Bart.in extrauag.
ad reprimendam.in verbo non obſtan.Tamen,vt dictū eſt,
ex ſtylo palatij & Cancellariæ receptum eſt, nunquā cenſe-
ri derogatum regulis Cācellariæ per huiuſmodi clauſulas,
niſi ſpecialiter tenor regulæ de verbo ad verbū in princi-
pio literarum narretur. Et ita in vna Gerunden.canonica- *
tus & præbendæ coram R.D.Raynaldo Petrutio dixerunt
domini de menſe Iulio.M.D.XXXIX.Nam voluerunt, quòd
poteſtas conceſſa nuntio de derogando regulis æditis &
ædendis non comprehēderet regulam de infir.reſig.ex quo
illa eſt ſpeciali nota digna,vt latius aduocati dixerūt,& ita
ſpecialiter ſtylus ſignaturæ Alex.Papæ VI.introduxit,vt pa
tet in vulga.notulis quæ hincinde per plurium manus iam
circunferuntur,& ita ſeruatur:qui quidem ſtylus poſſet vl-
tra præmiſſa confirmari ex his quæ ſcribit Bald.in l.iij.§.
quæſitum.in iij.col.ff.ſi quis cautio.vbi voluit,quòd per hu
iuſmodi clauſulas non obſtan.quibuſcunque ſtatutis, non
derogetur ſtatutis habentibus quandam ſpecialem obſerua
tionem, prout videntur habere prædictæ regulæ Cancel.fa
cit text.in l.ita pudor.C.de adulte. Et prædictis conferunt
ea, quæ congerit Fely.in d.c.nonnulli.in xxix.& xxx.col.
de reſcrip. Et iſta quæ dicta ſunt,magis de ſtylo & vſu ſuſti-
neri poſſent,quàm de iure.

Clauſula non obſtant.regulis de iure, an &c.

Clauſula non obſtā.quibuſcunque ſtatutis,an &c.

¶ Tamē eo ſuppoſito pro vero limitarē,ſtylum huiuſmodi
non procedere, vbi in ſupplicatione ſeu gratia poneretur
clauſula generalis quorū tenores habeātur pro expreſsis.
Nā tali caſu regulę prædictæ cōprehēderentur,& illis dero

* gatum cenſeretur. Ita pridie. I. Iul. M.D.XXXVIII. tenuit in ſimilibus verbis Rota in vna Caurien. canonicatus & præbend. coram R.D. Ioan. Paulo Ptolomæo, dum in ea domini voluerunt per clauſulam nõ obſtan. regulis æditis & ædendis, non cenſeri derogatum regulis reuocatiuis regreſſus ſine ſpeciali expreſsione. Quod tamen dixerunt habere locum, niſi in ſupplicatione regreſſus, poſt illam clauſulam non obſtan. regulis æditis & ædendis, fuiſſent illa verba appoſita, videlicet, latiſsimè extendẽdis, prout ibi in quadam ſupplicatione vltimo reformatiua appoſita fuerunt. Nam tali caſu cenſeretur derogatum regulis, licet de illis mentio non fieret. Et ita etiam conſulti retulerunt abbreuiatores

Reg. de verbo ad verbũ, an poſsint in bulla inſeri per illa verba latiſſimè extend.

qui dixerunt, per illa verba latiſsimè extendẽdis, poſſe regulas de verbo ad verbũ in bulla inſeri, ſicut fieri poteſt de clauſula, quorum tenores, iuxta vulgatum conſilium ij. Anton. de But. Quem in multis cauſis ſemper tenuit & approbauit Rota, præſertim in vna Caurien. de qua meminit D. Guliel.

* in collecta: deciſio. ſuper regul. de triennali. Et in alia Tullen. Scholaſtriæ, coram me. xvij. Iunij. M.D.XXXVI. Et illud conſil. Anton. ſequitur, & latè defendit Fely. in cap. accedentes. de præſcrip. & in d. cap. nonnulli. in vij. col. & alibi ſæpe

Clauſula quorum tenores, &c. an deroget regulis Cãcellariæ.

docto. Et in ſpecie, quòd ſub dicta clauſula, quorum tenores, &c. cenſeatur derogatum regulis Cancellariæ, ac ſi de verbo ad verbum fuiſſent expreſſæ. Tenuerunt nouiſſimè domini mei auditores in vna cauſa Ferrarien. archipresby-

* teratus. IX. Iunij. M.D.XXXV. in qua ita iudicauit R.P.D. Paulus Capiſuccus epiſcopus Neocaſtren. Quam ego poſtea confirmaui. Nam in d. cauſa agebatur de dicto archipresbyteratu vacante per obitũ cuiuſdam Dionei de Marano ſcriptoris apoſtolici extra Rom. curiã defuncti, quẽ archipreſbyteratum Io. Cardi. de Saluiatis epiſcopus Ferrarien. tam vigore ſuæ ordinariæ collationis, quàm indulti, cõtulit fratri ſuo germano, videlicet, Bernardo de Saluiatis priori vrbis. Papa verò cõtulit Iulio de Grandis ſub prætextu, quòd dictus Dioneus tãquam ſcriptor eſſet familiaris continuus commenſalis, vigore regulæ nouiter æditæ per ipſum Papam Paulum III. in qua reſeruantur beneficia omnium auditorum, referendariorum, & aliorum officialium capientium panem ex palatio, vel faciẽtium guardiam, & ſcripto-

rum



rum apoſtolicorum, &c. in qua regula Papa vult prædictos officiales eſſe veros familiares, & continuos commenſales, non per fictionem. Et quòd omnes regulæ tam æditę, quàm ædendæ, loquentes de veris familiaribus, habeant locum in iſtis, etiam quo ad iſtum effectum, vt Papa liberè de beneficijs per obitum prædictorum, tam in curia, quàm extra curiam vacantibus, pertinentibus ad collationem, vel aliam quamlibet diſpoſitionem collatorum quorumcunque poſſit diſponere, irritũ faciẽs &c. nõ obſtan. cõſtitutionibus & regulis Cancellariæ, priuilegijs, & indultis, tam ordinarijs collatoribus, quàm quibuſcunque alijs perſonis cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtãt: conceſsis & concedendis, cum quibuſcunque clauſulis derogatorijs &c. quorum tenores haberi voluit pro expreſsis, &c. Nam ſub iſta generalitate verborum, quorum tenores, &c. poſita in dicta regula Pauli, voluit Rota cenſeri derogatum regulæ Cancellariæ æditæ in fauorem Cardinalium, quæ diſponit Cardinales non cõprehendi ſub regulis Cancellariæ poſt primam æditionem in poſterum ædendis, niſi illæ ipſorum fauorem concernant, vel ipſæ conſtitutiones ædendæ de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum conſilio conditæ fuerint. Nam fuit concluſum coram me non ſolum per illas clauſulas generales, cenſeri derogatum regulæ prædictæ, cum clauſulis derogatorijs contentis in ea, ac ſi de verbo ad verbum fuiſſent in. d. reg. Pauli expreſſæ, ſed etiam voluerũt domini cenſeri omnino derogatum indultis Cardinalium, nulla de eis ſpeciali mentione facta. Et ita ego de iſto menſe Nouemb. M.D.XXXVII. ſententiã domini Pauli confirmaui. Et idem in ſimili clauſula tenet Andr. Sicul. in cle. j. nu. 26. de re iud. vt latius per eũ.

Familiares cõmenſales Papæ qui dicantur.

Cardi. ſub regulis Cancel. non cõprehenduntur.

¶ Iſta tamen limitatio recipit reſtrictionẽ vt procedat, niſi regula quæ per dictam clauſulam quorum tenores &c. cenſetur derogata, requirat ſpecialem & indiuiduam mentionem. Nam tali caſu non cenſeretur ſublata per dictam clauſulam quorũ tenores, niſi in ſpecie de illa regula fieret mentio, vt verba aliquid operentur. Ita in terminis dicit Fely. in cap. nõnulli. in ix. col. verſi. tertia declaratio &c. de reſcrip. vbi exemplum ponit in tribus regulis Cancel. quæ habent prædicta verba, vt ibi latius per eum.

## DE IVRE QVAESITO NON TOLLENDO, REGVLA.

*ITEM ne per uarias, quæ pro commiſ-
ſionibus habendis in cauſis fiunt ſugge-
ſtiones, iuſtitia poſtponatur, idem Do-
minus noſter decreuit, & declarauit ſu
intentionis fore, quòd deinceps per quamcunque ſignatu-
ram, ſeu conceßionem, pro commißionibus huiuſmodi
per ſanctitatem ſuam, uel de eius mandato factam, nu
ſibi ius quæſitum quomodolibet tollatur.*

### PRAEFATIO.

**Regulę origo.**

**Regula an habeat locum in prīcipio in omnibus gratijs beneficiorum.**

ISTA regula varias habuit temporum mutationes. Na
Bened.XIII. eius primus author, eam primum genera
liter ædidit, vt videlicet locum haberet in quibuſcunq
gratijs beneficiorum vacantium. Quam quidem Benedi
regu.nullus Rom.Pontificum vſq; ad Nicol.v. qui fueru
nu.viij.approbarunt. Et quod eſt magis mirandū, nullā al
regulam fecerāt de iure quæſito non tollendo. Nicol.ver
v.nulla etiā facta mentione de reg.Benedicti, iſtā reſtrin
& immutauit, volens eam tantū habere locū in conceſsio
nibus factis pro cōmiſsionibus habendis in cauſis. Et hui
reg.Nic.tenorem imitati fuerunt ſucceſſores Pontifices vſ
ad tēpora Alex.Papæ VI. qui primus omniū addidit ad reg
lam iſtā verba, videlicet, ſeu mandatis declarationis, & gra
tijs, etiā motu proprio &c. poſt illa verba pro cōmiſsioni
bus habendis quę erant in regu.Nico. Et ſic illa regu.Nic
quæ fundabatur in ſuggeſtionibus, ampliata fuit per Ale
ad quamcunque gratiam, ſeu mandatum, etiam motu pro
prio lite pendente obtentum. Quam quidem Alexand.am
pliationem, ſiue additionem poſteriores Pontifices vſq
ad Hadri.VI. ſequuti ſunt. Hadri.verò VI. hoc immutaui
Nam dum prædeceſſores voluerunt regulam in gratijs ta
tum lite pendente impetratis, locum habere, propter il
la verba regulæ pro commiſsionibus habendis in cauſi
Hadri.regulam extendit, & voluit habere locum etiam i
gratijs ante litē motam emanatis. Quam additionem ide
Hadri



Hadri feciſſe quidam autumāt, quia intellexerat Rotā vſq;
ad illud tempus firma interpretatione tenuiſſe regulam tan
tum in conceſsionibus emanatis lite pendente locum ſibi
vendicare, propter prædicta verba regulæ pro commiſsio-
nibus habendis in cauſis &c. vt de iſta Hadri.intentione au
thor eſt Melchior Baldazinus, tunc inſignis ſacri conſiſto-
rij aduocatus, qui fuit vnus ex aſsiſtentibus compoſitioni
regularum, & hoc ſcriptum reliquit in quibuſdam notulis
regularum Hadri.manu eius ſcriptis. Et ſic per huiuſmodi
prouiſionē Hadriani factū eſt, quòd illud quod prius in in-
terpretatione prudentū, & obſeruatione Rotæ conſiſtebat,
hoc idem per regulam ſuam, quæ legis vicem obtinet, mani
feſtum fieret: ſed Clemens VII. Hadriani ſucceſſor nihil ma
gis abhorrēs, quàm Hadriani veſtigia ſequi, hoc additamē-
tum Hadriani non approbauit, ſed regulas ſuorum præde-
ceſſorum Alex.Iulij, & Leonis eſt imitatus. Paulus verò III.
nunc feliciter imperans, Hadrian.in omnibus eſt ſequutus.
Itaque ex iſtis omnibus apparet quanta fuerit iſtius regulæ
varietas, quanta volūtatis diſſenſio. Quamobrē ne ſub in-
certo vagemus, reg.Inno.quæ media inter vtrunq; tempus
fuit, & quæ reperitur in quinternis Rotæ ſcripta, & ſecun-
dum quam fuit pluries iudicatum, interpretādam aſſumam,
addendo poſtea verba modernarum regu.prout res ipſa po
ſtulabit. Rem ipſam igitur aggrediamur.

### QVAESTIO PRIMA.

IGITVR quæro pro intelligentia totius regulæ, & eorum
quæ inferius in alijs quæſtionibus dicentur, quid opere-
tur, vel comprehendat iſta clauſula communiter in literis
apoſtolicis apponi ſolita, videlicet, Dūmodo tempore da-
tæ præſentium non ſit alteri in beneficio ius quæſitum.

Clauſula illa, Dūmodo &c.

¶SOLVTIO. Quidam dixerunt iſtius clauſulæ expreſsio-
nem, quæ ſecundum ſtylum Cācellariæ in beneficijs non re-
ſeruatis maximè litigioſis ſemper ponitur, nihil operari ex
eo, quia in literis ſemper talis clauſula ſubintelligitur de iu
re, licet non exprimatur, vt tradit Fely.in c.capitulum, col.
xvij.verſic.de duobus.de reſcrip.facit text.in c.ex tuarum.
de auth. & vſu pallij.cap.ex parte.el.tertio. Et ibi not. Abb.
in ij.notabili.de deci.cum vulga. Et ideo expreſsio eorum
quæ tacitè inſunt, nihil operatur.l. conditiones.ff.de cōdi.

Expreſsio eorum quæ tacite inſūt, an aliquid operetur.

& demon. Et hoc procedit etiã ſi gratia motu proprio con
ceſſa fuiſſet, quia etiam in ea ſubintelligitur prædicta clau-

Clauſ. quatenus non tollatur ius quæſitum.

ſula quatenus non tollatur ius quæſitum, vt dicit Deci. Ro-
tæ in antiquis. ccccxiv. incip. nota licet proprius motus. Et
ob eam cauſam ſi Papa in ſuis literis tolleret collationẽ al-
teri factã, in dubio intelligetur de collatione inualida, non
autem de valida, ne tollatur ius quæſitum, vt dicit Compo-
ſtella. in c. cauſam. de reſcrip. cum ſexcentis concor. vt ſcri-
bit Iaſo in l. fi. in iiij. col. ff. de conſt. princ. Et Decius in con
ſil. cxcj. vbi multipliciter hoc dictum declarat.

Princeps ĩ dubio non præſumatur. &c.

¶Et hoc, quòd princeps in dubio non præſumatur velle
tollere ius quęſitum, procedit etiam ſi ille de cuius iure agi-
tur, eſſet infidelis vel Iudæus, vt dicit Abb. in cap. quæ in ec-
cleſiarum. de conſti. poſt Inno. in cap. quod ſuper his. de vo

Papa vbi ius tollit.

to. Hinc euenit, quòd ſi aliquo caſu contingeret Papam ius
tollere, præſumitur hoc per circumuentionem & importu-
nitatem potius, quàm per volũtatem feciſſe, vt latè probat
Felyn. in cap. cum olim. in iij. & iiij. col. de re iudic. Adeò,

Reſcripti verba quo pacto ſint intelligẽda.

quòd tali caſu verba reſcripti impropriãda ſunt, quàm pro-
priè intelligendo alteri præiudicent, vt tradit Roman. con
ſil. cccxxxiiij. circa primum. Decius conſi. xj. col. v. Iaſo in l.
ex facto. in iiij. notabili. ff. de vulga. & pupil. Imò potius
debent interpretari quòd nihil operentur, quàm quòd in-
debitè quis damnum patiatur, vt notat Iaſ. poſt gloſſ. Bar-
tolum & alios in l. fin. §. in computatione. col. fin. C. de iu-
re deliber.

¶Et hoc procedit etiam ſi reſcriptum emanaret in fauo-
rem piæ cauſæ, vt probat Iaſo in l. fin. col. vj. ff. de conſti.
prin. poſt Alex. in l. pactum quod dotali. col. ij. C. de pact.
Nam licet viduis & pupillis, ac alijs pijs cauſis multum de-
beamus, non tamen adeò, vt alijs præiudicium inferamus,
vt dicit text. in cap. ex tenore. de fo. compe. & in c. nuper. de
donat. inter virum & vxo. Cum igitur iſta clauſula in lite-
ris Papæ ſubintelligatur, ergo ſi exprimitur per eũdem mo-
dum, quo ineſt, nihil operabitur, iuxta communes conclu-
ſiones, quas ponit Abb. in cap. ſignificaſti. in gloſſ. ij. de ele-
ctio. poſt legiſtas in l. hæc verba. de leg. primo.

¶Alij verò dixerunt totum oppoſitum, videlicet iſtã clau-
ſulam tacitè ſubintellectam, non eſſe penitus inutilem, ſed
minus



minus operari, quàm ſi in literis exprimeretur, vt dixit Ro-
man. conſil. clxxvj. col. pen. vbi voluit, quòd Papa in dubio
non cenſeatur velle tollere ius quæſitũ principaliter conſe
quens, ſecus autem ſi ſecundariò, vel in conſequentiam cõ-

Papã in dubio non velle tollere ius quęſitũ, quomodo intelligi debeat.

petat. vbi verò talem clauſulam exprimeret, videretur tol-
lere omne ius quomodolibet competens, ſiue principaliter,
ſiue in conſequentiam. Vides ergo quòd expreſsio eorum
quæ inſunt, multum operatur. facit quod dicit Fely. in cap.
ſuper literis. in viij. col. verſ. v. regul. de reſcrip. Ex pręd ictis
igitur apparet, quęſtionem eſſe dubiam. Quicquid tamẽ ſit,
prima opinio contra Roma. videtur verior per ea quæ di-
cta fuerunt ſuperius, imò fortius dico, quòd talis clauſula
expręſſa non ſolum plus non operatur, vt voluit Roma. ſed
expreſsio eius facit, quòd minus operetur, quàm ſi expreſſa
non fuiſſet. Quod in ſpecie ita demonſtrari poteſt. Nam vt
dictum eſt, reſcriptum Papæ etiam motu proprio, & ex cer-
ta ſcientia conceſſum in dubio non cenſeretur alteri præiu
dicium inferre non ſolum magnum, ſed neq; modicũ, neq;
in re, nec ad rem, vt dicit gloſſ. in verbo præiudicium. in c.
cum olim. de cõſue. Quam poſt Domi. ibi multum commẽ-
dat Fely. in d. c. cauſam. in ix. col. & in c. ſuper eo. in ij. col. de
offi. deleg. & Iaſ. in l. quotiens. C. de preci. impe. offe. & in
auth. quas actiones. in iiij. col. C. de ſac. ſanc. eccleſ. tradit
Claudius Aquen. in l. j. col. xv. ff. de conſt. prin. cum ſexcen-
tis concor. per Decium congeſtis in conſi. ccccvij. col. fin. &
conſil. dcvj. col. fi. & adeò hoc eſt verum, quòd in omnibus
prædictis caſibus, quando reſcriptum videretur præiudi-
ciale, poſſet probari Papã non fuiſſe bene informatũ, vt ibi
probat Decius. Quicquid dixerit Corneus in cõſi. lxxxiij.
col. penul. lib. iiij. Nam iura allegata per eum loquuntur,
quando apparet de clara mente principis volentis ius quæſi
tum tollere, non autem quando ſumus in dubio, vt in ſpecie
declarat Decius in d. c. quæ in eccleſiarũ. in x. col. verſi. quar
tus caſus &c. Et omnia iſta procedunt in dubio ex tacita &
ſubintellecta clauſula. Et tamen ſi talis clauſula exprimatur
in literis, illa ſolum præſeruat ius quæſitum in re, non au-
tem ad rem, vt dicit expreſſe Calde. in conſil. viij. in fin. tit.
de reſcript. & Rom. in conſil. cclvj. Et tenet etiam Domi. &
alij in c. fi. in prin. & §. fi. de conceſ. præb. lib. vj. Ecce ergo

quòd plus nocet expreſſa iſtius clauſula, quàm ſi tacita & ſubintellecta fuiſſet.

¶Habemus igitur ex prædictis vnum caſum notabilem ad limitationem eorũ quæ dicit Abb. in d. c. ſignificaſti. Et docto. in d. l. hæc verba. quòd non ſolũ expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, vt ipſi dicũt: ſed illa expreſsio facit quòd magis reſtringatur diſpoſitio, & minus operetur, quàm ſi facta non fuiſſet, vt patet ex ſuperius dictis.

**Clauſulã, Dũmo &c. preſeruare ius in re, & nõ ad rem.**

¶Illud tamen quod dictum eſt, clauſulam prædictã, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, præſeruare ius in re, & nõ ad rem, debet intelligi, quãdo Papa expreſſe ſcribit cum intentione præiudicandi. Tunc enim, quia non apparet de quantitate præiudicij, interpretantur verba de minori præiudicio, & ſic de iure ad rem. Secus autem in dubio, quia tũc intelligeretur nolle præiudicare, nec in vno iure, nec in alio, vt ſuperius dictum eſt. Vbi tamen cõſtaret Papã velle etiam in iure quæſito in re præiudicare, hoc poſſet facere, præſertim in beneficialibus in quibus habet abſolutã poteſtatem. vulg. c. ij. de præben. lib. vj. vt notat expreſſe Calde. in conſil. xij. tit. de reſcrip. Et Alex. in conſil. cj. in v. col. lib. j. Nam in beneficialibus tanta eſt Papæ poteſtas, quòd poſſet epiſcopum pro libito voluntatis de ſuo epiſcopatu ad alium transferre. Quia omnia beneficia mundi ſunt manualia, & obedientialia reſpectu Papalis poteſtatis, vt dicit Bald. in l. reſcripta. col. ij. & ſequen. C. de precib. imper. offe. Et ide poterit gratiam reuocare poſt ius alteri quæſitum, ſi non recepit aliquid pro illa, vt dicit idem Bald. in l. qui ſe patris. columna penul. C. vnde libe. ſequitur Soci. in conſil. clvj. pro fundamento. in ij. col. & conſil. clxiiij. viſa bulla in vij. col.

**Papæ in beneficialibus, quãta poteſtas.**

**Papa quando intendit alicui tollere ius quæſitum.**

¶Illud tamen quod dictũ eſt de iure ad rem, videlicet, quòd mens Papæ volentis ius tollere, debet in tali iure interpretari, vt minus præiudicet. Imitatur ſecundum dominos Rotæ intelligi debere non de omni iure ad rem, prout prædicta intelliguntur per iura communia, ſed tãtum de iure ad rem competenti ex acceptione expectantis, ſecus verò de iure ad rem competẽti ex electione & præſentatione. Quia tale ius bene præſumitur præſeruatum. Ita dicit Deci. xvj. in titulo de præ bend. in nouis rationem ponit illa deciſio

Quia



Quia in primo caſu, licet præiudicetur expectanti, non per hoc ex toto gratia ſua perimitur, cum poſsit poſtea aliud vacans beneficium acceptare, cum hoc pendeat à voluntate ſua. Secus verò eſt in iure competenti ex electione, vel præſentatione: quòd ſi amittatur eius acquiſitio, erit difficilis, cum pendeat à voluntate alterius. Nam ſperare aliam electionem vel præſentationem, non depẽdet à voluntate electi, vel præſentati, ſed eligentium vel præſentantiũ, qui poſſunt de facili mutata voluntate alios eligere vel præſentare. faciles enim ſunt homines ad diſſentiendum, vt in l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. ¶Et hæc deciſio procedit magis ex quodam ſtylo palatij, ſciente Papa, & tacitè approbante, quàm de iure, vt dicit Egid. deciſi. clxvij.

**Homines ſũt faciles ad diſſentiendum.**

¶Quæ omnia de plano procedunt loquendo de iſta clauſula quatenus tollatur ius quæſitum, appoſita in reſcriptis, ſecus tamen quo ad iſtam regulam, in qua tale ius ex acceptatione expectantis quæſitum comprehenditur, & eſt conſiderabile: quia ſi illud lite pendente tollitur, erit locus iſti regulæ, quia ſicut in alio iure quæſito non præſumitur Papam velle mutare ſtatum rei litigioſæ, niſi expreſsè hoc appareat, ita neque in iſto iure ex acceptatione procedens, vt expreſſè dicit Egid. in cõſil. xxiiij. in vij. dubio. Imò propter tale ius acquiſitũ vigore acceptationis impeditur ſubrogatio lite pendente, quia in gratia ſubrogationis apponi ſolet clauſula quatenus non tollatur ius quæſitum, quæ clauſula verificabitur in iure acceptionis, quia tali caſu hoc ius eſt conſiderabile, vt notanter concludit idem Egidius in conſil. xxxv. col. fin. Nec obſtat prædicta deciſio xvj. cum alijs ſuperius allegatis, quia non loquuntur quãdo tollitur ius lite pendente, prout loquitur iſta regula, quod eſt menti tenendum. Regula igitur iſta hoc caſu manebit firma.

**Subrogatio ꝓpter ius acquiſitũ vigore &c.**

¶ Et quod dictum eſt de acceptatione quæ in reſcriptis non præſeruatur vigore prædictæ clauſulæ, idem dicendum eſt de oppoſitione circa beneficia patrimonialia quæ fit à filijs patrimonialibus in Palentin. Callaguritan. & alijs locis Hiſpaniæ. Nam per illam ſolam oppoſitionem non tribuitur ius in re, neq; ius ad rem, niſi ſuper hoc fuiſſet aliqua conſtitutio ſynodalis, vel conſuetudo hoc diſponens, vel ſi dicere volumus, vigore illius oppoſitionis

quo

quouiſmodo competere ius ad rem, illud eſſet ſimile illi
* cõpetenti ex acceptatione. Et ſic ratio conſiderata in dicta
deciſione xvj. militat in d. iure opponendi, vt iudicauit Ro
ta in vna coram D. Hugone de Spina de anno M. D. xii.
vt meminit D. Guliel. in recollectis deciſionũ. Et hoc ius
opponendi habet locum etiam, quando non ſolum ex con
ſtitutionibus ſynodalibus competeret filijs patrimoniali.
bus, ſed etiam quando ex ordinatione teſtatoris tantum vo
lentis proximiorem de ſuo genere ad beneficium præſenta
ri. Nam tali caſu per oppoſitionem proximioris acquiri.
tur illi ius conſiderabile, adeò quòd virtute dictæ clauſulæ
quatenus non tollatur ius quæſitũ, videtur præſeruari. Vt
* nouiſsimè concluſit Rota in vna Oxomen. capellaniæ de
Seron coram R. D. Raynaldo Petrutio de menſe Iunio M.

**Opponẽdi ius quando habet locum.**

D. xxxix. Quæ de plano procedũt quando ius opponen.
di competit vigore alicuius conſtitutionis vel ordinatio.
nis. Secus verò vbi nulla eſſet conſtitutio, ſed ſimplex vſus
ſe opponendi: nam talis oppoſitio non dat ius. Ratio aſsi.
gnari poteſt, quia ſi priuetur hoc caſu opponens ſua oppo.
ſitione, non videtur per hoc damnum ſentire, ex quo non

**Damnũ quid ſit.**

eſt acquiſitũ ius in aliqua cõſtitutione. Quia propriè dam.
num eſt diminutio patrimonij, vt in l. damnũ. cum ſequen.
ff. de dam. infect. Quæ diminutio conſideratur etiam reſpe
ctu lucri, quando illud acquiſitum eſſet radicatum, & tali
etiam caſu illud ius amittere, eſt damnũ ſentire, vt eſt gloſ.
in l. non amplius. §. fin. de leg. j. cum concor. vt ſcribit Iaſ.
in l. ex facto. in iij. col. ff. de vulg. & pupil. Sed quando lu.
crum adhuc radicatum non fuiſſet, illud admittere, nõ eſſet
damnum ſentire. Vnde ius adeundi facile tollitur, quia nõ
eſt ius radicatum, vt probat Lauren. Calcaneus in conſi. vij.
col. penul. Quæ omnia militant in acceptatione, & iure op
ponendi filijs patrimonialibus competẽti, de quibus etiam
aliquid dicam in illa quæſtione de iure conditionali. Et
quia illud damnũ, quod ex priuatione acceptationis vel op
poſitionis reſultat, ex quo dependet ex lucro nondum radi
cato, & habet reſpectum ad illud, reputatur lucrum, & non
damnum, iuxta gloſ. notabilem in l. ſi duo. ff. de acquir. hæ-
red. & tradit Socinus in l. cum quæritur. ff. de re. dub. Iſta ta
men, vt dixi, non procedunt in præſentatione, quæ propter

ratio



rationem iam dictam tribuit ius ad rem cõſiderabile. Hoc
tamen limitatur aliquibus modis.

¶ Primo non haberet locum, quando præſentatio adhuc
per præſentatum acceptata non fuiſſet. Quia tali caſu non
diceretur præſentatus habere ius ad rem, nec in re. ideo nõ
præſeruaretur vigore dictæ clauſulæ, nec dicta clauſula in-
telligeretur de tali iure, iuxta ea quæ dicit Abb. in cap. cum
Bertoldus. de re iud. in iij. col. & ante ipſum Calde. conſil.
xvij. tit. de iure patron. cum cõcor. vt ſcribit Roch. Curtius
in tract. iur. patro. in verbo ius. in iiij. q. Et reaſſumũt qui-
dam alij Moder. in nouo tract. iur. patro. fol. cccij. vbi ſu-
per hoc latius ſcribunt. Requiritur ergo in primis accepta-
tio præſentati, per quam acceptationem contrahũtur ſpon
ſalia de futuro, vt dicit Calde. in conſil. ix. tit. de iure patro.
Quem ita declarant Moder. de ſancto Nazario (aliàs nun-
cupati de Ripa) in rubric. de iudic. in xv. col. numero 71.
Quod verum putarem ego, quando præſentatio eſt facta ſu
periori. Tunc enim contrahuntur ſponſalia, etiam ſi ſupe-
rior præſentationem non admittat, quia concurrit conſen
ſus patroni & præſentati. Aliàs ſi non facta ſit ſuperiori, li-
cet præſentatus cõſentiat, nõ dicitur præſentatio, ſed quæ-
dam nominatio, vt dicit Cal. in c. capitulum. xxxiiij. quæſt.
de reſcript. & inferius dicetur, & tenent Moder. vbi ſuprà.
Ergo in omnibus iſtis caſibus requiritur præſentationem
factam fuiſſe ordinario, quo ad acquirendum ius ad rem, vt
dicit etiam Bald. in Margarita ſua, in verbo patronus. Ad-
miſsio ergo ſuperioris ſolum requiritur, quo ad acquiren-
dum ius in re, quod reſultat ex inſtitutione, per quam inſti-
tutionem ſponſalia de futuro, quæ per ſolam præſentatio-
nem factam ordinario fuerunt contracta, reſoluuntur, ſeu
tranſeunt in matrimonium de præſenti. Nam proditum eſt
in iure, quòd ex ſolo contractu nondum executo, nõ acqui
ritur ius in re, vt tradit Iaſ. in l. ſi quis maior. C. de tranſact.
in iij. col. verſic. limito iſtam l. &c. Requiritur ergo, quòd
præſentatio ſit facta ſuperiori, quo ad acquirendum ius ad
rem, etiam ſi ſuperior non admittat, ſed quo ad quærẽdum
ius in re, requiritur admiſsio. Et iſta ſunt maximi momẽti,
quo ad vnum effectum, quia licet patroni nominent, & eli-
gant præſentandũ, & tradãt inſtrumẽtum nominato, valet

tamen

**Præſentatus quando dicit habere ius ad rem, vel in re.**

**Præſentatus quãdo perdit nomẽ præſentationis, & dicitur nominatio.**

*Præſentatio Papæ quando valeat.*

tamen prouiſio Papæ antequàm ſit facta præſentatio ſuperiori,etiam ſi habent prædictam clauſulam quatenus non tollatur ius quæſitum. Quia nõ tollitur iſto caſu per illam aliquod ius,nec in re,neq; ad rem.Quia,vt dixi, ius ad rem per acceptationem nominati,& præſentationem factam ſuperiori,quæritur:Ius verò in re,per inſtitutionem. Et neutrum horum præceſsit prouiſionem Papæ. Ideo valet eius prouiſio,vt notabiliter declarãt in terminis Moder.de ſylua in tract.beneficiorum.in iij.parte.q.xj.col.antepenulti. Et idem de acceptatione videtur hoc caſu dicendum.

*Preſentatio facta à patrono clerico.*

¶Secundo limitatur dicta cõcluſio procedere quãdo præſentatio fuerit facta à patrono clerico, ſecus ſi à laico.In reperio iſtam concluſionem in terminis limitare Io.Crottum de monte Ferrato.in c. quod autem.de iure patron.in iij.notabili.Rationem differentiæ ponens,quam dicit nouam,videlicet,quia præſentatus à clerico, quando eſt idoneus,habet ius fixum,& irreuocabile,ex quo clericus patronus variare non poteſt. Nam talis præſentatio habet vim electionis ſecundum Ioan.Andr.Imol.& Abb.in cap.cum autem.de iurepat. Sed electo ante confirmationem ius eſt acquiſitum in beneficio, vt dicit Domi.per illum text.in c. quàm ſit.§.j.de elect.lib.vj.Ergo pari modo acquiritur ius præſentato. Hinc eſt,quòd talis præſentatus quando eſt idoneus,poteſt cogere ordinarium vt illum inſtituat.Iſta enim fieri non poſſunt abſque iure fixo in perſonam præſentati. Propterea tale ius cenſetur præſeruatum per dictam clauſulam. Secus verò eſt in eo,qui à laico eſt præſentatus:quia ex quo laicus variare poteſt,nihil acquiritur præſentato.Et iſtam opinionem Io.Crotti ſequuti ſunt quidam Moder. Auinionen.in rubric.de iud.

¶Sed aduerte,quòd licet iſtam differentiam Ioan.Crottus putet eſſe nouam,eam tamen prius poſuit Gofre.in ſumma iur.patron.Nec tamen eſt vera,quia contra eam tenet Abb. Fely.& alij in d.cap.cum Bertoldus.Qui pariter loquuntur de præſentatione laici & clerici, & in vtraque concludunt non tribuere ius in re,ſed ad rem, vt latius ipſi declarant. Nec propterea,quòd laicus variare poteſt, immutat ius ad rem acquiſitum præſentato,niſi cum effectu variaret præſentando ſecundum Epiſcopo qui illum inſtituiſſet. Tali

*Præſentatio laici.*

caſu



caſu præſentatio primi nihil tribuit. Sed laico patrono nõ variante ius in re acquiritur præſentato. Nec potentia variandi aliquid de iure diminuit,nec aliquo modo conſideratur,per ea quæ dicit Innoc.in cap.paſtoralis.de cau.poſſ. Et ita in ſimili caſu reſpondet Fely.in c.cauſam.in xvj.col. verſic.caue.de reſcrip.Nec obſtat,quòd præſentatio clerici habet vim electionis,quia dupliciter reſpondetur. Primo illud eſſe verũ ſolum circa illud,ne poſsit patronus variare, ſicut eligentes poſt factam electionem.Non autem talis præſentatio habet vim electionis circa alia. Et ita in terminis ad primum dictum Innoc.& Abb.in d.c.cum autem. reſpondent Moder.in nouo tract.iur. patron.fol. ccciij.in ij.col. Vel ſecundo reſpondetur,quòd licet verum ſit,præſentatum à clerico æquiparari electo, non tamen per hoc dicitur habere ius in re,quia electus ante confirmationem non dicitur niſi habere ius ad rem, vt latè probat Fely.in cap.cum Bertoldus.& tenet Hoſtien.in cap.paſtoralis. de iurepat. Et licet iſta puté eſſe iuridica,tamen opinio Crotti multum videtur colorata,de quo nullus mentionem facit.

*Variandi potentia an aliquid diminuat.*

*Præſen.clerici habet vim electionis.*

*Elect᷑ ante cõfirmationem.*

¶Et per prædicta fuit hoc menſe Nouemb. M. D. xxxvij. coram R. D. Raynaldo Petrutio poſt plures informationes,deciſa in Rota iſta difficultas in cauſa ſancti Andreæ, nunquid prouiſio nuntij poſt præſentationem patroni laici nondum Epiſcopo præſentatam valeret.Et certè prima facie videbatur dicendum quòd non. Quia nuntius nõ poteſt tollere alicui ius quæſitum,nec in re,neque ad rem,vt in terminis conſuluit Stephanus Bertrandi in conſil.xij.num. 10.in tertio volumine. Tamen quia repertum fuit in prædicto caſu nuntium habuiſſe facultatem derogandi iuripatr. etiam laicorum fuit concluſum prouiſionem nuntij valere ante præſentationem,per ea quæ dicta ſunt ſuperius. *

*Prouiſio nũtij nunquid poſt præſent. &c.*

¶Et iſta omnia procedunt de quodam ſtylo, ſecundum quem dicta clauſula de non tollendo iure quæſito, præſeruat non ſolum omne ius in re,ſed etiam ad rem, excepto iure reſultante ex acceptatione,vt dicit Rota in dicta deciſione xvj.Sed reſpectu iſtius regulæ,vt aliquid operetur,videtur tale ius ad rem per acceptationem eſſe conſiderabile, vt ſuperius dictum eſt.Nam tale ius puto per iſtam regulã conſeruari,niſi Papa expreſsè illi derogauerit:vnde ſi lite pendente

dente

dente ſuper acceptatione mea emanaret prouiſio aduerſa-
rij tollens meam acceptationem, poſſem me tueri iſta regu
la, niſi illi expreſsè derogaretur. Et pariformiter crederem
in caſu in quo Papa motu proprio & ex certa ſcientia tolle
ret ius quæſitum alteri. Nam intelligeretur per hoc dero-
gare diſpoſitioni iuris communis, non autem iſti regulæ,
vt aliquid operetur eius æditio. pro qua opinione optimè
facit dictum Bart. in l. iij. §. ſi rem. ff. de legat. iij. vbi dicit,
quòd ſi per ſtatutum diſponitur, quòd victus victori con-
demnetur in expenſis, licet illud idem fuerit diſpoſitum à
iure communi: tamen vt ſtatutum non ſit fruſtratorium,
& aliquid operetur, intelligetur etiã in caſu in quo victus
haberet iuſtam cauſam litigandi, quæ iuſta cauſa aliàs victũ
excuſaret de iure communi. ita concludit ibi Bart. quẽ com
muniter doct. ſequũtur, vt latius dixi in c. j. num. 218. de con
ſtit. lib. vj. Ita in propoſito noſtro dicendum videtur. Nam
licet illa clauſula, quatenus non tollatur ius quæſitum, de
iure communi non comprehendat acceptationem. Regula
tamen iſta, vt aliquid plus operetur, comprehendet tale ius
ex acceptatione acquiſitum. Nam plus operatur quæ ſpecia
li diſponuntur, quàm quæ generali cõſtitutione ſunt dicta.
vt dixit text. in cap. quanquam. xxiij. diſtinct. & in c. ſi ad-
uerſus. de hæretic. Et eodem modo, ſi Papa motu proprio
aliquam gratiam alicui concederet, per quem videretur tol
li ius quæſitum, nihilominus obſtaret iſta regula dictæ gra
tiæ, vt aliquid operetur, niſi nominatim & ſpecialiter illi
derogatũ fuerit in gratia. Nam iſta vel ſimiles regulæ nun
quam cẽſentur per clauſulas generales ſublatæ. Ex eo, quia
regulæ videntur habere clauſulam derogatoriam volunta
tis, vt latius dixi ſuperius in proœmio regularum, quæſt. v.
& vj. Et ita ſtylus curiæ introduxit. Ex quibus ſequitur,
quòd non obſtante certa ſcientia Papæ tollentis ius quæſi-
tum, poſsit excipi de iſta regula, quod eſt notandum.

Statutũ diſponens ꝙ victus victori &c.

Regul. Cãcel. an cõtineant in ſe clauſulã derogatoriam voluntatis.

¶ Item poſſet etiam illud ius ad rem procedens ex accepta
tione in alio eſſe proficuum, videlicet, eo caſu quo Papa in
gratia ſua ex certa ſcientia tolleret mihi ius quæſitum, ſi
quod competit ad tale beneficium. Nam tali caſu, vt illa ver
ba ſic indiſtinctè & generaliter prolata, minus præiudicẽt,
debent intelligi de iure minus efficaci, quod eſt illud ac-
quiſitum

Vniones p Papam ex certa ſcientia factæ cum præiud. ordinarij.



quiſitum per acceptationem tantum, & aliud quodcunque
ius alio modo competens cenſeretur præſeruatum, & mane
ret illæſum, per ea quæ dicit Cardi. in cap. mãdatum. in vij.
nota. de reſcrip. Vbi dixit, quòd ſi Papa concedit aliquã gra
tiam alicui, hoc expreſſo, quod vult illi præiudicare, debet
intelligi de minimo præiudicio, non autem de magno &
conſiderabili. Ita etiam tenet gloſ. fi. in l. ſed cum ab hære-
de. ff. ad Trebelli. Sequitur Iaſ. in l. quotiens. in ij. col. C. de
preci. impe. offe. Et quo ad iſtum effectum ius illud ad rem
eſt conſiderabile. Eſt bene verum, quòd quando illa clauſu-
la & cum præiudicio iuris quæſiti, &c. non poſsit verifica-
ri niſi in magno præiudicio tali caſu, ne gratia eſſet fruſtra
toria, cenſebitur præiudicatum in magno. Ita notabiliter
declarat Barthol. Veronen. in trac. de ſeruitu. ruſti. prædio.
tit. de aquæductu. fol. lxxiiij. ſecundum paruam impreſsio-
nem. verſi. quarto dubitari etiam poteſt &c. allegat Ioan. de
Imo. in c. quintauallis de iureiur. & in c. cum contingat. eo.
tit. inducendo, vt ibi per eum, quod eſt notandum.

Papa concedens alicui aliquam gratiã.

¶ Putarem tamen iſto caſu requiri cauſam in conceſsione
Papæ, quãdo agitur de magno & enormi præiudicio, vt di-
cit Abb. in cap. fi. in iiij. col. verſi. ego ſuſtentando. de conſti
tu. Quia aliàs aliena largiri ſine culpa poſsidẽtis eſſet quæ-
dam ſpecies tyrannidis, per quam contaminaretur princi-
pis liberalitas & magnanimitas, vt dicit Bald. in tit. de pa.
conſtan. col. xxj. argumento tex. in l. ſi pignore. ff. de furtis.
Et ideo dicebat Inno. in cap. niſi. de renun. quòd quãdo Pa
pa confert vni beneficium, & deinde ei aufert, tenetur illi
prouidere de bono contracambio, & tradit Iaſ. in l. quo-
tiẽs. in iiij. col. C. de rei vend. Nec obſtat Papam habere ple-
nitudinẽ poteſtatis in beneficialibus, vulg. c. ij. de præbend.
lib. vj. Quia illud eſt verum ſecundum And. Sicul. in tract.
Card. in iiij. q. ſecũdæ partis. in ij. col. quo ad collationẽ be-
neficiorum, non autem quo ad priuationem faciendam ſine
cauſa, licet ad hoc aliter etiam reſpondent Moder. in tract.
beneficiorum. in prima q. ſecũdæ partis. col. v. quos videas.

Princeps aliena largiens.

Papa auferẽs beneficium.

Papæ in benefic. poteſtas.

¶ Et per prædicta redditur dubitabile vnum dictum Alex.
in conſi. ccxv. incip. nec arguendi. col. viij. verſi. denuò con
ſidero. libro ſecundo. quem ſequitur Decius in cap. cum di-
lecta. col. ij. de confir. vti. vel inuti. qui voluit, quòd quando

*Princeps excipiẽs caſum.* princeps excepit vnum caſum in quo non vult alteri tollere ius quæſitum, ex tali exceptione declaratur mentem principis eſſe velle in alijs præiudicari, quod eſt valde notabile.

¶ Sed ego dubito, an illud dictum ſit verum, quia argumentum à contrario ſenſu non colligitur, quando ex hoc alteri aufertur ius, vel ſequitur aliud abſurdum, vt dicunt Moder. in.l.j.ff.de offic.eius. Et inconueniens ſeu abſurdum hoc caſu ſatis apparet ex prædictis. Magna tamen eſt authoritas Alexandri, pro quo faciunt ea quæ dicam in fi.iſtius q.& quæ in ſimili ſcribit Fely.in c.ſuper literis.verſicu.ſimiliter dicit &c.in vj.& vij.col.de reſcrip.poſt Rotam deci.l.de reſcrip.in antiquis.dum loquitur de clauſula cãcellata in ſupplicationibus quæ infert alia videri conceſſa, quæ multum faciunt ad propoſitum.

¶ Sed quia ſæpe dictum eſt per prædictam clauſulam quatenus non tollatur ius quæſitum, tolli ius ad rem, non in re: operæpretium erit, quoſdam nũc caſus enarrare, in quibus facile conſtare poſsit, quibus modis dicatur quis in beneficialibus acquirere ius ad rem, qui erunt valde neceſſarij ad totalem diſcuſsionem iſtius regulæ, & aliarum quarumcunque de iure ad rem loquentium. Ex qua quidem caſuum enumeratione facile quis intelliget, quòd ius præſeruabitur per dictam clauſulam de non tollendo iure quæſito. Et incipiam ab illis de quibus eſt dictum ſuperius, vt ſic habeantur omnes caſus ad manus quaſi per modum ſummæ.

*Ius ad rem acquiri in beneficialibus.*

¶ Primus igitur modus per quem acquiritur nobis ius ad rem eſt per electionem, vt eſt dictũ ſuperius, per ea quæ notat Abb.in d.cap.cum Bertoldus. & dicta deci.xvj.in no.titu.de præben.cum ſimilibus. Et iſtud ius ad rem acquiſitum per electionem eſt conſiderabile quo ad iſtam regulam, & quo ad hoc, vt de illo in impetrationibus fiat mentio, vt tradit Fely.in cap.in noſtra.in xxviij.corr.de reſcrip.& per ea quæ ſuperius dicta fuerũt. Sed quo ad effectum aliarum regularum non videtur conſiderabile. Nam quo ad regulam tertiam quæ reſeruat omnia beneficia familiarium Papæ & Cardinalium, in quibus ſeu ad quæ ius eis competit &c. Et etiam ad regulam xxx.de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium, quæ loquuntur de iure acquiſito, ius iſtud nõ videtur in cõſideratione. Nam ſub illis verbis

*Ius ad rẽ per electionem.*



verbis poſitis in dictis regulis, videlicet, ſeu ad quæ ius eis competit &c. non comprehenditur ius ad rem competens familiaribus per electionem. Quia per ſolam electionem etiam ſi electus moriatur in curia, non dicitur reſeruatum beneficium quoad effectum dictarum regularum, ſecũdum Rotam in penulti.deci.in no.& tenet Philippus Franc.in c. quàm ſit.§.j.in princip.de elect.in vj.rationem ibi vide, & per collectarium in cap.eccleſia.col.ij.verſi.ſed nunquid ſit celebrata.de ſortileg.& in c.cum in cunctis.verſi.ſed quid. de electio. Et hoc clarum eſt, quòd per mortem electi in curia non dicitur vacare ibi beneficium. Quia durat illa prima vacatio, propter quam ille fuerat electus, vt dicit Ioan. Fran.Pauinus Rotæ auditor in tract.de offic.& pot.cap.ſede vac.in vlti.præludio.verſi.quarto per priuationem.circa fi. Eſt & alia ratio, quare ius ad rem acquiſitum per electionem non cadat ſub reſeruatione dictarum regularum, quia dictæ regulæ inducentes reſeruationem conſiderant dari vacationem per obitum familiarium, quæ non poteſt verificari in ſolo iure ſine poſſeſsione. Ita quòd non ſolum requiritur, quòd familiares ius in beneficio, ſed etiam illius poſſeſsionem, ex qua reſultat vacatio iuris & facti, aliàs nõ ſufficeret, vt dicit expreſſe Egidius in conſil.cxxxvj.incip. vacauit prioratus.in tertio volumine Palatino non impreſſo, & referunt quidam Moder.in tract.reſerua. Nam Egid. ponderat verbum obtinet, quod idem refert ſeu ſignificat, quòd perfectæ & totaliter tenere, vt ibi per eum. Et etiam quia iura inducentia vacationem requirunt poſſeſsionem. cap.commiſſa.& cap.licet.de elect.lib.vj. Super quo latius ibi ſe extendit. Tamen aduertendum eſt, quòd licet iſta ſint colorata, nihilominus confunduntur per prædictas regulas quæ ſeruant ius competens familiaribus, vt ibi expreſſe apparet. Nec eſt verum in vacatione requiri poſſeſsionem, quia illud procedit quo ad priuationem de qua loquitur d. cap.commiſſa.& c.licet.ſecus quo ad prouiſionem, vt patet per Deciſion. Rotæ DCCCLXXXII. incip. Nota quòd vbi gratia.in antiquis. *

*Beneficiũ nõ dicitur reſeruatum per ſolam electionẽ.*

*Iura ind. vacationem requirunt poſſeſſ.*

¶ Secundus modus iuris ad rem inducitur per præſentationem, vt ſuperius eſt dictum, & tenet deciſi. CCCXXVIII. in antiquis.& in nouis CCXII. cũ ſimilibus. Et huiuſmodi ius

*Ius ad rem.*

ſiue fuerit acquiſitum per præſentationem clerici ſiue laici, eſt conſiderabile quo ad effectum iſtius regulæ:quo ad effectum vero aliarum regularum de iure loquẽtium, putarem faciendam eſſe differẽtiam inter ius ad rem ex præſentatione clerici vel laici. Nam ius competens ex præſentatione laici,non eſt ita radicatum, nec firmum in perſona præſentati propter variationem quam laicus facere poteſt,ſicut eſt illud ius proueniens per præſentationem clerici,per ea quæ tradit Fely.in tract.quãdo literæ apoſtolicæ noc.patr.in vj. ampliatione.Et And.Sicu.in c.dilectus.in penul.colum.de offic.leg.Diſtinguẽdo tamẽ,vt ibi per eos.An verò quo ad acquiſitionem huius iuris requiratur acceptatio ipſius præſentati. Et quòd præſentatio facta fuerit cum effectu, dixi ſuperius in diſcurſu iſtius quæſtionis:non repeto.

Ius ad rẽ per accept. vigore gratiæ expecta.quomodo acquir.

¶ Tertius modus iuris ad rem acquiritur per acceptationẽ vigore gratiæ expectatiuæ,vt eſt iam dictum, & tenet Card.in clemen.auditor.& in cle.ſequenti.& vtrobique in ij. notab.de reſcrip.Et iſtud non eſt conſiderabile,quo ad dictam clauſulam,quatenus non tollatur ius quæſitum. Comprehenditur tamen ſub iſta regula, & ſub regulis reſeruationum,propter rationem quam ponit Rota in no.ccxlv.licet de more.Et Egid.in d.deciſi.clxvij. Nam ex quo acceptanti ſublata prima acceptatione remanet ſaluum ius acceptandi ad alia beneficia vacatura, non cenſetur illi præiudicari ſi tale ius ſub reſeruatione includitur.Quæ ratio ceſſat in iure ad rem acquiſito per electionem vel præſentationẽ, vt dicitur in dictis deciſionibus:quæ licet loquantur in collatione Papæ, idem tamẽ dicendum eſt in reſeruatione poſt acceptationẽ inducta, quæ collationi æquiparatur, ſecundum Domi.in cap.ſi à ſede.in ij.col.verſi.ego crederem.de de præbend.in vj.Et licet expectans in hoc multum grauetur quando perdit acceptationem, ex quo in ſecunda acceptatione de beneficio alio vacaturo, oportet eum probare plura,videlicet,impedimentum prouiſionis apoſtolicæ,vel reſeruationis contingentis in prima acceptatione, per quæ ſublata fuit eius acceptatio, & quòd per eum non ſteterit, quominus habuerit effectum ſua prima acceptatio, vt conſiderat notabiliter Domi.in conſil.ciij.incip.pro reſponſione &c.in primo dubio.& traditur per eundem, & alios in c.

Expectãs perdẽs primã acceptationẽ in ſecunda, quæ probare debeat.



in cap.cum in multis.de reſcript.libro vj. Tamen illud inconueniens, quod venit ex poſt, non eſt conſiderabile, ſed ſolum conſideratur, an præiudicium quod infertur expectanti ex reuocatione ſuæ acceptationis ſit irreparabile de præſenti.arg.l.j.ff.de in lit.iur.vnde meritò nulla de illo habetur conſideratio quo ad dictam clauſulam ſolitam communiter in literis apponi. Sed quantum ad iſtam regulam puto tale ius acceptationis eſſe conſiderabile,quia lite pendente non debet illud ius tolli, ſicut nec ius per præſentationem, quia tali caſu ceſſant rationes illarum deciſionum quæ non loquũtur lite pendente: & quia extincta illa acceptatione, ſuper qua iam eſt lis diutius fortè duratura, non poterit expectans aliam acceptationem facere:vel quia iam reuocatæ fuerunt expectatiuæ, vel indulta Cardinalibus conceſſa. Et ideo propter iſtas graues impenſas quæ in huiuſmodi litibus in curia ſuſtinendis emergunt, eſt concludendum ius per acceptationem acquiſitum videri præſeruatum, quantum ad exceptionem iſtius regulæ, pro qua ratione faciunt ea quæ ſcribit Card.in clemen.j.in ix.q.de ſequeſt.poſſ.& fruct.Et quòd huiuſmodi ius quo ad effectum iſtius regulæ debeat conſiderari,videtur tenere Egi.in conſil.xxxiiij.col.penult.verſic.ſecunda conſideratio.quod eſt bene notandum.

Ius per acceptationem acquiſitum.

¶ Quarto modo acquiritur ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima præbenda factum recepto ſiue creato in canonicum authoritate apoſtolica.Nam per talem receptionem acquiritur ius ad præbendam primo vacaturam.c. ſi poſtquam.de præb.lib.vj. Et tale ius bene eſt cõſiderabile quo ad regulam iſtam,& quo ad clauſulam quatenus nõ tollatur ius quæſitum,vt dicit Fely.in d.cap.in noſtra.Et idem poſt Imol.c.fi.de conſti.col.ij.verſi.ſed Imol.hic &c.per dictum Inno.in c.ſtatuimus.de maio.& obedien.Et ea quæ dicit Egid.in d.c.conſilio xxxiiij.declarando tamen, vt inferius dicam q.x.Nam collatio Papæ etiam motu proprio nõ valet, non facta mentione de dicto iure, vt dicunt omnes in d.cap.ſi poſtquàm.Et huiuſmodi ius erit etiam conſiderabile, quo ad alios effectus,de quibus per extrauag.Pauli II. incip.ad Romanum pontifi.titul.de præbend.Tamen quo ad effectum regularum reuocatoriarum expectatiuarum,

Ius ad rẽ per mandatum de prouidendo, &c.

talis creatio & receptio non ſunt in conſideratione, quia eadem facilitate tolluntur, quia expectatiuæ reuocantur; licet in iſtis ſit facta receptio. Vt tenuit Rota in vna Romana canonicatus ſanctæ Mariæ maioris coram me de menſe Iunio. M. D. xxxviij. vt dixi ſuperius in procemio regularum. q. ij. nu. 14. & in tract. expectatiuarum. in prima forma. numero 38. Et iſta procedũt quando vigore mandati de prouidendo proceſſum fuit ad receptionem. Secus verò ſi vigore illius nihil fuiſſet actũ. Nam tali caſu vigore illius mandati nullum eſſet ius quæſitum, nec in re, neque ad rem, per ea quæ Egid. dicit in deciſ. dclxvij. incip. Auditor deputatus. Quia non ſolum mandatum de prouidendo, ſed neque alius titulus habilis de futuro non cauſat ius in re, vt tradit idem Egid. deci. dlxiiij. de quo videndum latius infrà quæſtione quarta.

**Mandatum de non prouidendo.**

Ius ad rẽ per collationem.

¶Quinto modo acquiritur ius ad rem per collationem nondũ acceptatã, vt habetur in c. ſi tibi abſenti. de præbẽd. lib. vj. Et iſtud ius eſt conſiderabile quo ad omnes regulas & impetrationes, vt Fely. tradit in c. in noſtra. Et Domi. in d. c. ſi tibi abſenti. col. fin. vbi notabilem caſum ponit.

Ius ad rẽ per reſeruationẽ factam.

¶Sexto modo inducitur ius ad rem per reſeruationem factam pro familiari de certo beneficio. Et iſtud ius eſt conſiderabile etiam quo ad regulam noſtram. Adeò, quòd ſi Papa alteri conferat non derogando expreſſe tali reſeruationi, collatio eſſet nulla, neque tali caſu ſufficeret derogatio per generalem clauſulam quacunque reſeruatione generali non obſtante, vt dicit Egid. in conſil. xxxiij. verſi. v. concluſio. & in conſil. xxxiiij. incip. ſuppoſito ſtatuto. verſi. ad primum dubium. Et hoc clarius tenet Gemi. in cõſi. xij. incip. vtrum ille. in fin. Quod procedit quando Papa confert alteri, ſed ſi cõferret illimet familiari, pro quo reſeruationẽ cõceſsit, nõ requireretur realis mẽtio reſeruatiõis, vt dicit Federic. in tractat. permut. in iiij. q. Et ius huiuſmodi etiã erit cõſiderabile quo ad alias regulas de iure quæſito loquẽtes.

Ius ad rẽ per conſuetudinẽ optandi præbendam.

¶Septimus modus acquirendi ius ad rem inducitur per conſuetudinem optandi præbendam, iuxta c. ſi. de conſue. lib. vj. Et iſtud etiam eſt conſiderabile quo ad iſtam regulam. Sed quo ad effectum regulæ triceſimæ, & quo ad alios effectus eſt magis dubitandum. Super quo tamen multum

inſi



inſiſtit D. Gaſpar de Peruſ. in tract. reſeruatio. in ij. q. & doctores præſertim Moder. in d. c. fin.

Ius ad rem ob non ſolutionẽ penſionis.

¶Octauo modo poteſt acquiri ius ad rem, id eſt ad beneficiũ ob non ſolutionẽ penſionis propter clauſulas appoſitas in literis ex hodierno ſtylo de conſenſu penſionarij, & Papæ. Et iſtud ius licet non fuerit conſideratum à iure, eſt tamen inductũ ab homine. Et priuatio iuris & hominis iſto caſu æquiparantur, per ea quæ Fely. tradit in c. in noſtra. in ſecundo corr. de reſcrip. Tamen quo ad effectum iſtius regulæ non poteſt tale ius adaptari, cum competat cõtra viuentem. Et regula non habet locum in prouiſione beneficiorum viuentium, de quo latius dixi in tractat. ſignaturæ. poſito in regula de non iudic. ſecundum formam ſuppli. quæſtione fin.

Ius ad beneficium per priuationẽ iuris.

¶Nonus modus erit per priuationem iuris per quam acquiritur ius ab beneficium, adeò, quòd voluit Domi. in conſil. cv. incip. ad ſupplicationem. in ij. col. verſi. quo ad ſecundum. quòd beneficiatus lite pẽdente ſuper priuatione non poſsit permutare cum alio. Iſtud etiam ius non habetur in conſideratione quo ad iſtã regulam, quia beneficiũ non vacat antè, quàm ille priuetur. Et propterea poſſet dici, quòd agenti non competit aliquod ius, per ea quæ longo ſermone ſcribit D. Gundiſal. de Villadiego quondam ſacri palatij Apoſtolici cauſarũ auditor in tract. leg. xiiij. q. primæ partis. col. xiiij. verſic. ſed quæro. cum ſeque. & facit deciſio antepenult. in nouis incip. Titius &c. de quibus omnibus dixi latius in regula de annali. q. xlj. Et ideo hic nõ repetam.

Ius ad rẽ per regreſſum & acceſſũ, quid importet.

¶Decimus & vltimus caſus per quem nobis acquiritur ius ad rem eſt per regreſſum & acceſſum, de quo dixi in regula xxx. Et iſtud ius eſt conſiderabile quo ad omnes regulas & diſpoſitiones de iure quæſito loquentes, niſi eſſet regreſſus vel acceſſus ob non ſolutionem penſionis, de quo dixi ſuprà in viij. caſu. & etiã in regula de annali. & infrà in tract. ſignaturæ.

Clauſula quatenus non tollatur ius quæſitum &c.

¶Poſtremo pro complemento omnium prædictorum eſt aduertendum, quòd magna eſt differentia inter prædictam clauſulam quatenus non tollatur ius quæſitum &c. poſitam in gratia, vel reſcripto, & inter illam ſine præiudicio &c. Nam prima facit gratiam euentualem, ſecunda verò non,

vt notatur in c.examinata.de confir.vti.vel inutil. Nam ſi tollitur ius quæſitum,prima clauſula reddit gratiam nullam,vt dictum eſt ſuperius.Secunda verò clauſula comprehendit omne extrinſecum præiudicium, non autem contentum,ſiue expreſſum in gratia in qua Papa præiudicare videtur : & talis clauſula ſine præiudicio reddit gratiam omnino * puram de præſenti. Vt hodie xiiij. Ianuarij. M.D. xxxviij.concluſerunt Domini in vna Parmen.Vallium coram R. P. D. Nicolao epiſcopo Boſanen.in fauorem D.de Corrigia interpretando ſimilia verba priuilegij Federici Imperatoris conceſsi dictis dominis,vbi erant dicta verba abſq; præiudicio aliorum &c. Nam fuerunt intellecta illa verba de alio preiudicio,quàm expreſſo.pro quo ego alleg. conſi. Oldr.qui hoc dicit ad literam in cõſi. cccxxx.in finalibus verbis.allegari tamen ſolet Bar.in l.cum propter.ff.de leg.præſt.& in l.de minore.col.iij. verſic.ſed iuxta.& col. v.verſi.ſed quid.ff.de mino. Imol.in l.ſi quando.ff. de leg.j. Alex.in l.j.col.iiij.ff.ſi.cer.pet.Deci.conſi.xj.nu.14 & conſil.cclxxxiij.col.ij.Quibus conferunt,quæ refert Alex.poſt Alb.& gloſſ.in l.non erit.§. dato.ff.de iureiur.vbi dicunt, quòd ſi teſtis dicat aliquid eſſe factum in præſentia Titij & Gaij,& poſtea interrogatus dicat,quòd illud non fuit factum in præſentia alicuius, intelligitur præter expreſſos, videlicet Titium & Gaium. Et ad hoc facit text.in c.fin.de rapto.cum ſimilibus.& hoc procedit de plano in materia beneficiali vel profana,ſed in materia ſucceſsionis & legitimationis,iſta clauſula ſine præiudicio quid operetur,variæ ſunt opiniones,ſuper quo latè ſcribit Præpoſ.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legit. Et Nicola. de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſta.col.lxvj. Et Soci.cõſi.ccxij.col.ij.dixi latius in conſilio meo in cauſa legitimationis cuiuſdam Sancti, incipiẽ.viſis,& pro tenui &c. Super qua quidem clauſula in legitimationibus apponi ſolita,habeo manu ſcripta quadraginta ferè conſilia doctiſsimorum virorum Italiæ,quæ tanquam aliena ab hoc inſtituto non referam.

QVAESTIO SECVNDA.

QVÆRO, an regula iſta procedat indiſtinctè in quibuſcunque commiſsionibus vel conceſsionibus, tam in iudicio quàm extra.Et nunquid diſpoſitio iuris



ris communis procedat etiam indiſtinctè,tam in impetrationibus lite pendente,quàm antea factis.

¶SOLVTIO. Incipiendo ab vltimo dubio dicendum eſt, quòd iura communia indiſtinctè volunt,gratias quaslibet intelligi debere ſine præiudicio tertij,ſiue impetratæ fuerint lite pẽdente,ſiue ante litẽ,vt patet in c.ex parte.& c.ſuper eo.de offi.deleg.& c.quamuis.de reſcrip.lib.vj. Et hoc etiam in priuilegijs procedit, quæ extraiudicialiter conceduntur, iuxta rationem tex.in cap.cum noſtris.de conceſſ. præbend.& c.dudum.cum gloſſ.de decimis.Sed quia inter actus iudiciales & extraiudiciales,quibus ius cõmune non plenè occurrerat,eſt longa differentia.Propterea ædita fuit iſta regula caſus iudiciales ab extraiudicialibus diſtinguẽs, quæ qualiter procedat ſtatim dicemus.

Iuris communis diſpoſitio nemini cauſãs præiudicium, an &c.

¶Quantum verò ad primum dubium circa diſpoſitionem iſtius regulæ eſt diſtinguendum,quòd aut cõſideramus antiquas regulas,& illæ omnes ſolum reſtringũt ſe ad gratias quæ impetrantur pro commiſsionibus habendis in cauſis &c. Et ſic in impetrationibus factis lite pendente. Et ita Rota vſque ad tempora Hadriani Papæ VI.interpretata eſt regulam iſtam. Nam hoc verbum cauſis hic poſitum,pro litibus exponitur.Quia cauſa dicitur quando lis pendet,vt notatur in l.cauſas.C.de trãſact. Vnde ſi extra cauſam gratia, priuilegium, ſeu breue concederetur, & illud tolleret ius quæſitum contra illud,non militaret prouiſio iſtius regulę, nec de ea excipi poſſet,quia regula reſpicit tãtum gratias lite pendente conceſſas. Talis tamen gratia ſubijceretur diſpoſitioni iuris cõmunis,quæ qualis ſit,dicemus inferius in ſua quæſtione. * Et ita determinauit Rota in vna Vormacien.capellaniæ coram R. P. D. Simoneta,vt retulit D. Melchior Baldazinus aduocatus,& hoc adnotauit Bo. me. D. Dominicus de Iacobatijs tunc primarius auditor in ſuis regulis. Et iterum bis,me præſente,idem caſus contigit coram eodem D. Simoneta in vna Camarinen.ducatus cõtra Ioannem de Borgia,& in alia Bononien.bonorum coram R.P.D. Paulo Capiſucco. iiij.Martij. M.D.xxxij. Quæ diu fuit ventilata inter Bentiuolios ex vna,& Guizilerios,quia ad talẽ caſum extraiudicialẽ non adaptãtur verba regulæ. Et per conſequẽs nec diſpoſitio. Et iſtam opinionem non

Cauſa, verbũ quid dicatur.

ſolum modernis temporibus,ſed etiam antiquis tenuit Rota.Nam reperio tempore Sixti Papæ IIII.hoc idem dubium ſæpe ventilatũ fuiſſe,videlicet in vna cauſa Cameracẽ.præben.& in alia Eduen.Abbatiæ.Nam tunc tẽporis ita ſeruabat Palatiũ,ſicut modo ſeruat,videlicet,vt regula locũ tantum habeat in conceſsionibus lite pendente impetratis,vt refert Aloiſius Tuſcanus,vir illa ætate apprimè eruditus,& aduocatus conſiſtorialis,in volumine primo ſuorum conſiliorum.fol.clxvij.& cxcviij.qui ponderabant procœmium iſtius regulæ,quod loquitur in cauſis,& ſic in actibus iudicialibus,non in extraiudicialibus.

**Regula cõprehendens gratias extra iudicium impetr.**

¶Sed non ab re quæri poteſt.Quare antiqui omnes Pontifices noluerunt ſub iſta regula comprehendere gratias extra iudiciũ impetratas. ratio poteſt colligi ex dictis Rom. in conſi.cclxix. incip.circa primũ.col.fi.in quinto dubio. dum alleg.l.lucius.ff. de euictio.& c.ex multiplici.de decimis.quod cõſiliũ Roma.ſequitur Decius in conſil.cxcj.incip.in cauſa quæ agitatur.in.ij. col. videas ibi per eos. Et iſta ſub dubio procedunt,conſiderando regulas antiquorum Pontificum.

¶Sed ſi conſideramus regulam Hadriani Papæ VI.& nouiſsimam S.D.noſtri Pauli Papæ III. qui hanc regulam ad omnes gratias,& ad omnia tẽpora,tam ante iudiciũ quàm in iudicio ampliarunt,tunc durantibus dictis regulis,nullam habebit difficultatem quæſtio.Hoc ideo dico,quia illa additio Hadriani nõ placuit Clementi VII.eius ſucceſſori, prout neque aliæ eiuſdem Hadriani ad regulas additiones, ſed ille ſecutus fuerat in regula ſua antiquorum patrũ ſemitã. Et ita etiã poterit hæc additio ſucceſſoribus diſplicere.

¶Tamen ſi rectè omnia conſiderentur,illa Hadriani additio approbata per S.D.noſtrum nõ videtur à recto iuris tramite deuiare. Nam in primis pro ea facit æquitas per quæ dictat nemini inferendum eſſe præiudicium.cap.ſuper eo. cum ſexcentis cõcor.ibi adnotatis per Moder.de offic.deleg.Quæ quidem æquitatis ratio certè ita militat in gratijs impetratis ante vel poſt litẽ,ſicut in impetratis lite pẽdẽte. Ergo pariformis debet eſſe diſpoſitio, etiam ſi maior ratio eſſet in vno caſu,quàm in alio,vt dicit Bal.in l.in fraudem, ff.de teſt.mili.per tex.notabilem in l.j.§.quòd autem.ff.de vſu

**Aequitas nemini inferens præiudicium.**



vſu aleæ,& ale. Et tenẽdo iſtam opinionẽ ad verbũ cauſis, hîc poſitũ,reſpõderi poteſt quòd poteſt etiã extraiudicialiter capi. De quo latè diſputant Moderni in rubri.de iudic. dũ interpretãtur tex.in c.forus.de verb.ſig.vel poſſet illud verbũ generaliter de cauſis motis & mouẽdis intelligi. Itaque ſi aliquis impetraret declarationẽ vel mandatũ, non ſolum lite pendẽte,ſed etiam ſpe futuræ litis,& ſic ante litem, & illud tolleret ius quæſitum,tali caſu regula adaptari poterat. Nam verba debent deſeruire rationi,& æquitati etiam cõiecturatæ.vt tradit Abb.in c.fi.in v.col.de iur.iur. Maximè quãdo generalitas verborũ hoc patitur. Aliàs ſi pro cauſis tantum motis verba,prout iacent in regula,ita ſtrictè capiantur,poſſent plures fraudes componi.Nam aliquis procuraret ante litem de facili habere gratiam vel mandatũ ad ad effectum,ne regula obſtaret,& poſtea mouere litem ſecurè. Et per iſtum modum ſeu cautelam regulã euitare,& circumuenire eius mẽtem,quod eſt abſurdum,& contra text. in c.fi.de reg.iur.lib.vj. Et iſto modo intelligendo hæc interpretatio habebit cõcurſum iuris communis,à quo regulæ & ſtatuta interpretationem capere debent.cap.cum dilectus,de conſuetu.& c.cauſam.de reſcript.& traditur in l.ij. C.de noxa.Nam de iure cõmuni expeditum eſt nemini debere ius quæſitum tolli.c.quãuis de reſcript. lib.vj.& vulg. l.ij.§.merito.cum ſequenti.ff.ne quid in loco publico.c.ex tuarum.de auth.& vſu pal.Quæ quidem ratio æquè militat non ſolum ante & poſt litem,ſed etiam lite pendente.Ergo debet ita regula generaliter intelligi. Pro qua opinio.faciunt ea quæ ſcribit Fely.in c.ſuper literis.in viij.col.de reſcrip.vbi voluit regulam iſtam ex rationibus iuris communis compoſitam fuiſſe.Et tamen nemini dubium eſt diſpoſitionem iuris communis ita prohibere præiudicium inferri lite pendente ſicut ante litem. Nam lex generaliter prohibet,& talis præſumitur intentio principis qualis legis,vt dicunt doctores in lege ex facto.de vulgari & pupillari ſubſtitut.Ad quæ bene conferunt,quæ ſcribit Socinus in conſilio ſeptimo poſito inter conſilia Alberti Bruni Aſten.Et ſic per iſta iuſtificatur additio, ſiue extenſio modernæ regulæ.

**Verba rationi & æquitati deſeruire debẽt.**

**Ius quæſitum nemini eſſe tollendum.**

¶Sed aduertendũ eſt,quòd licet hæc additio modernæ regulæ

gulæ modo præmiſſo iuſtificata æquitatem cõtinere videtur: non propterea antiquæ regulæ ſua ratione iuridica carebat: quia licet illa regula tantum locum haberet in gratijs lite pendente impetratis, non tamen per hoc ſublata videbatur via infringendi gratiam præiudicialem ante litem conceſſam, aut per viam noui mandati, vel commiſsionis vel remedio iuris communis, ſicut ſiebat ante regulam conditam. Voluerunt ergo antiqui Pontifices, & non abſq; ratione per regulam ſuam magis prouidere actibus iudicialibus quàm extraiudicialibus, quos ſub diſpoſitione iuris communis reliquerunt. Nam præiudicium, quod lite pendente collitiganti infertur, eſt magis damnoſum, & quodammodo ſpeciem iniuſtæ tyrannidis & proditionis continens. Ratio eſt, quia poſtquam iudice coram cauſa pẽdet, iuſtum eſt quòd lis æquo Marte procedat, & quilibet ſuo iure veluti proprijs armis vincat, vel ſuccũbat: vbi enim partes æquum iudicem veluti rerum ſuarum mediatorem delegerunt, nihil magis inæquale & alienum à iuſtitia videtur, quàm ab illo inſtituto recedere procurando quaſi quadam violentia per exorbitantes principis conceſsiones ius tolli, quod ex eo iniquius videtur. Quia litis impenſæ & labores ſunt ferè innumerabiles & graues, quod nõ militat extra iudicium. Meritò igitur antiqui ſummi Pontifices his iudicialibus caſibus, vbi maius præiudicium vertitur, ſubuenerunt regulam conſtituendo & ſubueniendo illi, qui poſt exactos plures, & fortè diuturnæ litis per ſaxa labores, patrimonium litigando conſumpſit: iniquum enim videretur quando quis poſt tot incommoda ſperat ius ſibi reddi, illud ſine cauſæ cognitione tollatur: imò eſt præſumptio contra illum qui lite pendente gratiam impetrari, vt aduerſario ius tollat, quòd non foueat bonum ius: quia ſi bonum ius haberet, iudicem officio ſuo fungi permitteret, & non per mendicata ſuffragia fauorẽ principis aucuparet ad effectum, vt aduerſarium collitigantẽ fortè optimum ius ſouentem, & coram iudice proſequentem de repentè obtruncet. Iſtæ quidem rationes, quæ hic quadrant non militant ante litem, quia nõ ita veriſimiliter grauatur pars. Et ideò * non abs re per iſtas & alias rationes olim Rota iſtam interpretationem tenuit, videlicet, vt regula in gratijs lite pendente

Cauſa corã iudice pẽdente, iuſtũ eſt quòd lis Marte ſuo procedat.

dente



dente impetratis duntaxat procederet, vt refert domi. Guilielmus Caſsiodorus tempore ſuo in vna Baionen. decimarum coram domino Ioanne Antonio de Triuultijs, & in alia Placentin. nullitatis locationis coram domino Paulo Capiſucco de anno M. D. xx. ita fuiſſe per Dominos auditores concluſum. ad quæ facit conſil. Rom. ccclxix. in v. dubio, vt ſuperius dixi.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO quid ſi per gratiam impetratam lite pendente, non tollitur parti ius quæſitum principaliter, ſed ſecundario, & in conſequentiam, & quaſi per occaſionem, nunquid habeat locum iſta regula?

Ius vbi tollit alicui ſecũdario.

¶SOLVTIO. Colligitur ex dictis Abba. Panor. in conſil. lxxxv. incip. illud in ſumma. columna fi. vbi vult, quòd iura prohibẽtia non auferri ius quæſitũ, debẽt intelligi, quando principaliter & certitudinaliter tollitur. Secus verò ſi occaſionatiuè & ita Abb. ſequitur, & eum latius declarat Franciſcus Curtius iunior in cõſil. j. in vij. col. num. 21. Et iſtam opinionem firmat Fely. in cap. quæ in Eccleſiarum. in xvj. col. verſi. ſecunda declaratio. de conſtit. Allegat hoc ibi tenere Domin. qui exemplum ponit in Papa cogẽte aliquos ad compromittẽdum: quod facere poteſt, vt in cap. cum inter r. de elect. Nam ſi ex hoc ſequitur, quòd arbiter aliquam partem lædat, certè abſurdum eſſet dicere regulam habere locum. quia Papa non mandauit principaliter fieri cõpromiſſum vt aliquem læderet. Et licet occaſionaliter euenerit, quòd arbiter electus alterum leſerit, illud non debet attendi, ex quo Papa certitudinaliter non fecit. Quia poterat eſſe, quòd arbiter non læderet. Ita ibi Fely. & idem repetit in rubrica de treug. & pace. in ij. col. verſic. ſi diceres. Et pro iſta parte facit text. in l. verum. l. ij. ff. de furt. ad idẽ gl. fin. in cap. quamuis. de pact. lib. vj. quæ conſiderat præiudicium principale attendi debere, non ſecundarium & occaſionatum. Ad idem eſt bonus text. in l. conditionum. la ſecunda. in fin. ff. de condi. & demon. vbi dicitur, quòd nõ videtur quis diſpoſitioni teſtatoris ſatisfeciſſe, quando non adimplet ſuam voluntatem ex propoſito, ſed facto, vel caſu: & ſic per occaſionem, quem text. in notabili quæſtione ponderat Rochus Curtius in tract. iur. patron. in verſic. & dota

Iura prohibẽtia nõ auferri ius quæſitum.

Papa aliquem cogens ad cõpromittendũ.

Teſtatoris voluntas.

dota

dotauit.quæſtione quinta. Et ſolet ad hoc idẽ allegari text. notabilis in l.cum ex oratione.§.fin.ff.de excuſa.tuto.vbi probatur,quòd non attenditur damnum ſeu præiudicium,

**Præiudicium, quod quis ſentit.**

quod quis ſentit in conſequentiam fauoris,quia illud reparatur ſecundariũ,ex quo principaliter fauor fuerat in conſideratione,de quo text.plura dixi in cap.j.num.18.de iudi.lib.vj. Et eodem modo dicit Ioan.de Imol.in repet.c.cum contingat. in xxiij.col. de iureiur. De illo qui iurauit in præiudicium reipub. Nam dicit ibi,quòd ſi principaliter

**Iuramentũ in prꝗiudiciũ reipublic.an valeat.**

hoc iurauit,non valet iuramentum,ſi tamen iurauit principaliter in præiudicium alterius,ſed occaſionaliter & ſecundario iuramentum tendit in præiudiciũ reipub.dicit,quòd tale iuramentum valet per ea quæ ibi deducit. Et facit l.j.ff. de auth.tut. Et ſecundum iſtam opinionem videtur intro-

**Stylus ſacræ pœnitentiariæ.**

ductus quidã ſtylus ſacræ pœnitentiariæ ab antiquo vſq; in hodiernum diem,videlicet,quòd quãdo petitur abſolutio à membri mutilatione,ſemper in literis apponitur illa clauſula: Si nondum ſatisfecit parti læſæ,ſatisfaciat competenter,vel cum illa concordet. Ratio eſt, quia ſacra pœnitentiaria non intendit per ſuam abſolutionem inferre præiudicium illi mutilato viuenti de cuius præiudicio principaliter agitur. Secus verò quando non principaliter, ſed ſe-

**Præiudiciũ ſecundarium.**

cundario præiudicatur. Quia de tali præiudicio pœnitentiaria non curat,vt patet in abſolutione ab homicidio vbi non ponitur prædicta clauſula,quia ille, de cuius præiudicio principaliter agitur,eſt mortuus. Alij verò qui ex illius morte poſſent præiudicium ſentire,veniunt mediatè & ſecundario,non autem principaliter,& ideò illorum præiudicium non conſideratur per ſuperius dicta. Pro quibus faciunt ea quæ tradit Soci.in conſil.ccxxvj.col.penul.verſic. ad idem facit.in ſecundo volumine.& in cõſil.xxxvij.in iij.col.lib.iij.cum concordan.de quibus per Modernos in l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet. Et illam gloſ.fin.in dict.cap. quamuis.ad iſtud propoſitum allegat Fely.in cap.cum m. in xvj.col.de conſtit.& in c.humilis.in ſecunda col.de maior.& obe.& in cap.exhibita.in princ.de iudic.& in c.cum ſit generale.in vj.col.& in cap.ſi diligẽti.in antepenul.col. de fo.competen.& in cap.quamuis.col.penult.de re iudic. & in c.j.in prin.& in c.illa.in ij.col.de accuſa.& alibi ſæpe.

¶Eſt



¶Eſt tamen aduertendum, quia contrarium videtur tenere Ludo.Roman.in conſil.clxxvj.incip. iſtæ ſunt.in penultim.col. Vbi tenet,quòd iſta regula procedit non ſolum quando principaliter ius quæſitum tollitur,ſed etiam quando occaſionaliter. Et hoc idem tenet Decius in l.pecuniã. in ij.col.verſi.ſecundo limitatur.ff.ſi cer.pet.vbi dicit,quòd quando agitur de præiudicio tertij,non ſolum conſideratur quod principaliter fit,ſed etiam quando in conſequentiam & ſecundario quis præiudicatur,per ea quæ ibi adducit. Ratio eſſe poteſt,quia ſi aliter diceremus,nũquam regula haberet locũ,& illius æditio eſſet fruſtratoria. Cùm ſemper Papa in gratijs ſuis principaliter mouetur ad faciẽdum fauorẽ gratiato. Et illa eſt principalis intẽtio ſua,vnde prꝗiudiciũ inde reſultãs ſemper eſſet ſecundariũ & nõ principale,iuxta tex.in l.cum ex oratione.§.fi.ff.de excu.tuto. Et ſic ſi illud præiudiciũ non attenderetur,regula iſta ſeruiret de vẽto,pro qua opinione videtur etiã deciſio Egidij lxxiiij.

**Papa in gratijs ſuis principaliter mouetur ad faciẽdum fauorem gratiato.**

¶Quid dicendum? Certè mihi prima opinio videtur magis firma, & verior legitimè intellecta. Quia negari non poteſt,quòd quando Papa per gratiam ſuam non intendit tertio tollere ius quæſitum,ſed principaliter alicui fauere: ſi poſtea occaſionaliter tertio præiudicium eueniat,nõ debet illud conſiderari ad effectum iſtius regulæ per iura ſuperius allegata,vltra quæ facit ad hoc tex.notabilis in l.fluminum.§.fin.cum l.ſequẽti.ff.de dam.infect. Et idem probat tex.in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen. Quæ duo iura ad hoc propoſitum allegat Egid. in deciſ.dcclij. in ij. colum.incip.ſuppoſito &c. Et de illis etiam meminit Iaſ.in repet.l.quo minus.in iiij.col.ff.de flum. Accedant ea quæ Iaſ.ſcribit in l.decem.col.xj.numero 40.& ſequen.de verb. oblig. Et quæ Bald.tradit in l.j.§.huius ſtudij.in iij.col.ff. de iuſt.& iur.qui dicit,quòd ſtatutum factum cõtra turbantes intelligitur principaliter,non ſecundario, vel occaſionaliter,ſequitur Alexand.in conſi.cxiij.in fine.in ij.volum. & in conſil.j.in iij.volum.& reaſſumit idem Iaſon in conſil. lxxxvj.in iij.colum.volum.iij.

**Præiud.occaſionaliter proueniẽs tertio, an ſit conſiderabile.**

**Statutũ factũ contra turbãtes.**

¶Et tenendo iſtam partem,non obſtat conſil.Rom.quia ſi diligenter conſideretur,potius concludit contrarium. Et dictum Decij in d.l.pecuniam.ibi reprobatur per Iaſ. & Moder.

Moder. Et contrarium tenet idem Decius in l.vnica.in ij.
col. numero 21.C.de manda.prin.poſt Angelum in conſil.
clxxxij.incip.mandatum. Nec deciſio Egidij lxxiiij.facit,
quia ibi interuenit præiudicium principaliter, quod meri-
tò attendi debet. Sed hîc loquimur de præiudicio occaſio-
naliter contingenti in quo longa eſt differentia per ſupe-
* rius dicta. Et per iſta voluit Rota in vna Parmen.ſpolij &
bonorum coram Reuerend.Patre domino Petro Vortio
Epiſcopo Aquen.die XII.Iunij. M.D.xxxviij.quòd Papa,

**Papa poteſt propter incurſum periurij tollere ius quæſitum.**

& ſacra pœnitentiaria poterant tollere ius quæſitum alicui
propter incurſum periurij, vigore l.ſi quis maior.C.de trãſ-
actionib.quia illud ius non eſt principalis negotij, ſed eſt
ius occaſionatum, & ſecundario obueniens per ſuperius di-
cta. Ad quod bene faciũt dicta Compoſtella.in cap.cum in
cunctis.col.iiij.de elect.dum reſpondit ad cap.qui diuerſi-
tatem.de conceſsione præbend.vt ibi per eum. Et hoc plu-
rimum iuris fomentum habet. Quia de iure clarũ eſt, quòd

**Cauſa immediata.**

in quibuſcunque hominum actionibus cauſa immediata,
non autẽ mediata, id eſt ſecundaria, & per occaſionem in-
ducta attenditur, vt ibi dicit Compoſtell.& tradit Fely.in
cap.ſolitæ.de maioritate & obedientia.cum concordan.vt
ſcribit Decius in cap.fin.in prin.de confir.vtil.vel inutil.&
in rubric.C.qui admit.col.iij. Et hinc dicitur, quòd cauſa
naturalis non accidentalis debet conſiderari, vt in l.qui ha-
bet.ff.de tutel.

¶Vt tamen omnis ſcrupulus tollatur, & opiniones fœde-
dere diſtinctionis concordentur, ita ego diſtinguendũ ar-
bitror, videlicet, quòd aut tempore gratiæ per Papam lite
pendente conceſſæ imminebat illud præiudicium ſecunda-
rium & occaſionatum. Et tali caſu putarem locum eſſe re-
gulæ, niſi appareret expreſsè Papam etiam illo caſu voluiſ-
ſe præiudicare. Aut verò tempore datæ gratiæ nullum im-
minet præiudiciũ, ſed poſtea cõtigit occaſionaliter, & tunc
regula iſta non procedit. Quia nec mens, nec verba princi-
pis emanarunt ad aliquem præiudicandum, ſed principali-
ter ad beneficiandum. Et ita procedũt prædicta iura, & ita
expreſsè ſentit Egidius in dicta deciſio. dcclij. Et pro iſta
diſtinctione eſt text. valde notabilis in capitulo de occiden-
dis.& in cap.cum homo.xxiij.quæſt.v.faciunt ea quæ dicit
Abb.



**Quòd monachis ſit prohi. legibus ſtudere, quomodo procedat.**

Abb.in c.non magno.col.iij.ne cle.vel mo.quòd licet mo-
nachi ſint prohibiti legibus ſtudere, illud procedit princi-
paliter, ſecus autem ſi prius addiſcunt ius canonicum, & ad
illius iuris intelligentiam poſtea legibus ſtudeant, quia ex
quo hoc prouenit ſecundario, & per occaſionem prohibi-
tio non extenditur ad iſtum caſum. Et pro iſta parte plures
deciſiones cumulat Io.Rogerius de la Mota in rep.capitu-
li primi, in primo notabili.de cauſ.poſſeſ.& proprietatis.

## QVAESTIO QVARTA.

**Papa non intendẽs alicui tollere ius q̃ſitum.**

QVAERO, an per hoc quod dicit Papa non velle alicui
per quamcunque ſignaturam tollere ius quæſitum, in-
telligatur etiam de iure quæſito ſub conditione,
vel ad tempus?

¶SOLVTIO. Iſtud dubium habet duas partes. prima de
iure quæſito cõditionali, ſecunda de iure quæſito ad tẽpus.
¶Circa primum, Rom.hanc quæſtionem in terminis deci-
dit in conſil.cclvj.approbo ſententias.vbi concludit, quòd
quando Papa facit mentionem de iure quæſito, debet intel-
ligi de iure quæſito purè & ſimpliciter, non autem de condi-
tionali, quia illud ius per dictam clauſulam præſeruatum
non cenſetur. Pro qua opinione allegat text.in l.ſi ita ſcri-
pſiſſet.de lega.ij.cum alijs, vt ibi per eum. Et ita etiam Fely.
hîc in quibuſdam ſuis apoſtillis intelligit iſtam regulam
ſequutus Roma.in dicto conſilio. Et cum Romano tranſit
etiam idem Fely.in cap.ſuper literis.in ix.col.de reſcriptis.
Et ratio iſtius opinionis fundari poteſt in vno dicto, quod
in notabili caſu ponit Rota deciſio.xxv.de reſcript.in no.
Et Egidius in deciſio.dccxlix. in fi.relata per Fely.in cap.

**Dependentia à futuro euentu.**

in noſtra.in vij.corr.de reſcrip.vbi dicit, quòd quando ali-
qua dependent à futuro euentu, quæ poſſunt ſe habere ad
eſſe & non eſſe, non debent conſiderari, quia non habent
ſpem in aliquo vero de præſenti per plura iura quæ ibi alle-

**Ius conditionale.**

gantur. Cum igitur ius conditionale non habeat aliquam
ſubſiſtentiam de præſenti, ſed dependet à futuro euentu, qui
poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, vt in l.cedere diem.ff.de

**Diſpoſitio nõ habet locum, vbi, &c.**

verbo.ſigni.meritò ſub diſpoſitione iſtius regulæ compre-
hendi non debet. Nam ex quo regula loquitur de iure quæ-

**Regula de iure quæſito.**

ſito, præſupponit habitum iuris, iuxta notata in l.decem.ff.
de verb.obliga.& ideo niſi verificetur præſuppoſitum, non

habet locum diſpoſitio,vt tradit Felyn.in cap.nonnulli.in xxxj.col.de reſcri.cum concor.vt ſcribit Ioan.Firmanus in tract.de epiſcopo.in xxij.quæſt.primæ partis.ij.lib.& dixi aliquid ſuperius in proœ.quæſt.prima.verſic.quarto modo acquiritur,&c.

¶Addo vlterius pro iſta parte bene facere,quæ dicit deciſio Rotæ xx.in tita.de præb.in no.incip.Item ſuppoſito.in iij.col.verſic.ij.principaliter &c.quæ aliàs ſecundũ numerũ eſt deciſio cccxxj.quæ vult, quòd illa clauſula quotidie apponi ſolita in reſcriptis principum,videlicet, cum alterius præiudicio. debet intelligi de præiudicio, quod imminet de præſenti, ſecus autẽ de præiudicio de futuro,quod nõ eſt de præſenti.Quia illud non dicitur propriè præiudiciũ,ita dicit ibi deciſio.Ad idẽ facit pro iſta opinione quæ dicunt Raph.& Alex.in l.ſi pater.col.v.C.de inſti & ſub.quòd iura loquentia de filio inſtituto non habent locũ in conditionaliter inſtituto,pari modo nec iura loquentia de ſoluẽdo tributo,vel gabella ex contractibus,locum habebunt in contractibus cõditionatis,vt dicit Soci.in l.j.in iij.colum.ff.de vulg.& pup.faciunt etiam quæ in ſimili dicit Pet.de Anch.in conſi.clviij.incipiente,ex narratis.col.fi.Vbi cõcludit diſpoſitionem c.j.de reſcrip.lib.vj.quod diſponit ſimpliciter reſcriptũ impetratum ab excõmunicato,eſſe ipſo iure nullum,nõ habere locum in excommunicato ſub conditione, per rationes ibi allegatas per eum ad quæ bene conferunt quæ in alia ſimili quæſtione cumulat Areti.in l.in ſubſtitutione.col.v.de vulg.& pupil.Et iſtam opinionem ſequitur etiã Alber.Brunus in cõſi.j.in vij.col.vbi meminit etiam de illo cõſi.Rom.Ratio prædictorum eſt,quia iura loquentia de non tollendo iure queſito intelliguntur de iure claro & liquido,non autẽ de dubio, vt eſt cõditionale, iuxta tex.in l.quemadmodũ.§.idẽ Labeo.ff.ad leg.Aqui.& tradit Paul.de Caſt.in l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta. Etiam in vna Nouarien corã R.P.D.Simonetta refert ſe obtinuiſſe Melchior de Baldazinis quondã ſacri cõſiſtorij aduocatus, vt inuenio adnotatum per eundẽ. Et ideo in l.pretia rerũ ff.ad legem Falci.dicitur ius adeundi non eſſe in bonis noſtris,quia pendet à futuro euentu, quo fit,vt facile huiuſmodi ius à principe tollatur:nec in eo eſſet locus iſti regulæ,vt latius

Clauſ.cum alterius præiudicio non valens.

Iura loquẽtia de filio inſtituto,&c.

Reſcriptũ impetratũ ab excõmunicato.

Iura loquẽtia de non tollendo iure quæſito.



latius conſuluit Io.Campegius in conſi.ij.poſito inter conſilia Alberti Bruni.

¶Sed iſtis non obſtantibus cõtraria opinio poteſt ex pluribus alijs dictis & rationibus ſuaderi. In primis, quia illud eſt ſatis notum,quòd quando ius conditionale competit ex ſpe probabili,tale ius eſt conſiderabile, & comprehenditur ſub clauſula quatenus non tollatur ius quæſitum.vt notabiliter probat Areti.in conſi.clxvj.incip.magnifici, & excelſi domini &c.col.fi.Hinc eſt,quòd de ſtylo Cancellariæ in literis debet de iure conditionali fieri mentio,vt dicit quædam deciſio Egidij DCCXXXIX. quæ allegatur in illo vulgato libro practicæ Cancellariæ.fol.xlvj.verſi.requiritur in impetratione.Et pro iſto ſtylo eſt dictum Io.Andr.in regula ignorantia.de regul.iuris.in Mercu.qui voluit,quòd in impetratione beneficij tenetur quis facere mentionẽ de gratia expectatiua,quæ ante vocationem eſt gratia cõditionalis, vt dicit Egid.deciſio.cclviij.Hinc eſt,quòd tale ius perdere,eſt damnum ſentire,vt in.l.inde Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad legem Aquiliam.Et qui habet illud ius in ſpe,dici poteſt habere ius quæſitum,vt probatur in.l.ſpem.C.de donat.vnde ſicut ius quæſitum tertio ex facto contrahentium, re ipſa non poteſt ipſi tertio per contrahentes auferri: ita neque ius quæſitum tertio ſpe,vt eſt caſus quẽ ibi in fine notat Bal.in l.ſi conſtante. C.de donatione ante nuptias.& ſequitur Decius in conſi.cvij.Inde eſt,quòd ſicut noua conſtitutio non trahitur ad ius quæſitum de præterito re ipſa, ita non trahitur ad ius conditionale,quod dicitur quæſitũ ſpe, vt notabiliter dicit Pet.de Anch.in cap.j.quæſtione.xiiij.de conſtitu.poſt Iacobum de Butrica.quem ibi allegat.Et iſta in notabili quæſtione adducit Aretinus in conſi.vij.procedendum eſt &c.in penultima & fin.col.& reaſſumit Fely.in tract.quando literæ Apoſtolicæ no.pa.in octaua columna. verſic.limitatur quinto.cum alijs concor.vt ſcribit Iaſo in l.finali.ff.de pactis.

Ius conditionale.

Beneficiũ impetrans.

Cõſtitutio noua non trahitur &c.

¶Addo poſtremo pro iſta opinione dictum Paul.de Caſtr. quem ibi ſequitur Alexand.in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cũ ſtipulamur.ff.de verb.oblig.vbi poſt Ioan.And.dicit Paul.de Caſtr.quòd ſi teſtator grauat hæredem ſoluere debita Titij,tenetur etiam ſoluere debita conditionalia, & in diem,

Teſtator grauans heredem ad &c.

arg.l.ſi ſeruitus.ff.de ſer.vrb.præd.Ratioñe ponit ibi Alex. quia illa verba ſunt prolata in vltimis voluntatibus, quibus beneficia eccleſiaſtica æquiparantur, prout de vno ad aliud arguit gl.in verbo in vltimis voluntatibus.in c.j.de cõceſſ. præb.lib.vj.& eſt text.qui iſta duo æquiparat in cap.authoritate.eodem titu.Sequitur Rom.cõſilio cccxlviij.in fi.præſertim, quia cum tollere ius quęſitum ſit odioſum, debet intelligi de omni iure etiam conditionali.pro quo faciunt ea quæ poſt Cuma.dicit Iaſ.in d.§.cum ſtipulamur. Iſta ſunt, quæ pro iſta parte affirmatiua dici poſſunt.

Beneficia æquiparantur vltimis volũtatibus.

¶Quid igitur dicendum? Certe licet materia videatur ſatis ſubtilis, quæ diſputando poſſet in immenſum trahi, tamen prima opinio videtur magis communis & approbata, vt apparet ex his, quæ poſt alios ſcripſi in §. Item ſi quis in fraudem.nume.33.inſtitu.de actio.quæ hîc cauſa breuitatis non refero, cum ibi videri poſsint. Pro quibus etiam faciũt ea quæ Bar.Alexand.& communiter doctores tradunt.in l.j.ff.ſi cer.pet.volentes, ſtatuta loquentia de debitore nõ habere locum in debitoribus conditionalibus.

Statuta loquẽtia de debitoribus, an habeant, &c.

¶Non obſtant quæ ſuperius dicta ſunt, videlicet, quòd beneficialia æquiparantur vltimis voluntatibus. Quia dico hoc non eſſe omnino expeditum & clarum ex eo, quia ſuper hoc gloſſ.fuerunt variæ. Nam gloſſ.in verbo ignoranti.in cap.gratia.de reſcript.libro vj.materiam beneficialem æquiparat contractibus. Et ita ibi de vno ad aliud arguit. Sicut etiam Rom.in conſilio ccclxix.in iiij. columna.verſi. cum igitur. penſiones ſuper beneficijs æquiparat contractibus. Et ideo omnibus ambagibus omiſsis, nec curando de quadam diſtinctione poſita per Nicolaum Euerardum in tracta.de locis legalibus. folio lxxxvj. poſſunt ſic iſtæ opiniones contrariæ diſtinguendo duos caſus concordari.

¶Primus eſt, quando ius conditionale, quod in ſpe conſiſtit, dependet in totum à futuro euentu, neque habet dependentiam aliquam ab actu de præterito, vel præſenti. Et tali caſu procedat opinio Rom.in d.conſil.cclvj. cum alijs pro eius opinione allegatis. Neque tali caſu regula iſta habet locum quæ loquitur de iure quæſito de præſenti, ſiue illud ſit ad rem, vel in re conſiderabile, vt eſt illud de quo po-

ſui



ſui exempla ſuperius in prima quæſtione. Et iſto caſu perdere ius quærendum, non eſt damnũ ſentire.c.penult.§.fin.de præbend.lib.vj.Hinc videmus, quòd nec prælatus, nec ſeruus in quæſitis poſſunt præiudicare eccleſiæ, ſeu domino. Secus eſt in quærẽdis, vt tradũt gl.& doct.in l.iubemus nullum.C. de ſac.ſanct.eccleſ. Et reaſſumit Iaſo in l.ſeruus.C. de pact. Et ita etiam eſt in iure merè conditionali, quod nihil ponit de præſenti, ſed ſolam & nudã ſpem de futuro cõtinet, vt in.§.ex cõditionali.Inſti.de verb.obli.Ideo tale ius perdere, nõ eſt damnũ ſentire, neq; in re, neq; ad rẽ.& ita in beneficialibus eſt tex.in c.ſi pro te.de reſcrip.lib.vj.Nec obſtat, quòd de tali iure debet fieri mẽtio in literis. Quia eſt verum, quando ex iure cõditionali reſultat aliquod ius in re, vel ad rem, & nõ eſt penitus caducũ. Et ita procedit dictum Domi.in conſi.cvij.incip.ſuper primo dubio.in fine. Et ad hoc bene faciũt iura, quæ allegat Rom. Cum igitur iſta regula loquatur de iure quæſito, & ius mere cõditionale non dicatur aliquo modo quæſitum, ſed quærendũ. Regula in illo non procedet, cum ſint iſta multum diuerſa, vt dicit Bart. in l.is poteſt.in iiij.col.ff.de acquir.hære. Et Moder.in l.mãcipata.C. qui admitti.quia hoc verbum quæſitum denotat perfectionem, vt videlicet ius ſit incorporatũ, & iam radicatum, vt dicit Egid.in conſil.xxxiiij.in ſeptimo dubio.col. antepenult. Et ſecundũ hoc poſſunt verificari, quæ dicit idẽ Egid.in deciſ.DCCXXXIX.col.fi.& Soc.in cõſi.lxxxvij.col. x.nu.27.lib.iij.cum vulg.alleg.per quoſdam Moder.conſulentes, videlicet Barth.Caſſanen.in conſil.lvij.col.fi.

Prælatus in quæſitis eccleſię præiud.nõ poteſt.

Ius in re, vel ad rem reſultãs ex iure cõditionali.

Quæſitum quid denotet.

¶Secundus caſus eſt quando ius conditionale habet aliquam ſpem, vel reſpectum de præterito vel præſenti, vt eſt in d.l.inde Neratius. & in caſibus in quibus conſuluit Areti.in dd.cõſilijs. Et tali caſu putarem regulam iſtam habere locum. Quia hoc ius conditionale propter firmam & probabilem ſpem de præſenti inducit quoddam ius ad rem, quo priuari videretur præiudiciale, vt dicit Bartol. in l. poſt emancipationem.§.j.ff.de liber.lega. Et probat text.in d.l.inde Neratius. cum alijs ſuperius allegatis. Et de tali iure quærendo poteſt intelligi gloſſ.& Baldus in l.ſi ad reſoluendum. C. de prædijs mili. Et iſtis ſimile eſt ius quod alicui quæritur in ſpe ex teſtamento alicuius an-

te mortem, iuxta gloſſ. not. in l. omnium. C. de teſtamen. quæ voluit, quòd per teſtamentum datur plenum ius quo ad acquiſitionem dominij plenius per mortem teſtatoris, pleniſsimum per additionem. Vnde meritò, quia tale ius eſt conſiderabile ſolet de eo fieri mentio in impetrationibus & gratijs. Et in eo militabit regula iſta. Et ita procedunt, quæ dicit Egidi. in deciſio. dccxxxij. incip. ſuppoſito &c. Qui per plura fundamenta defendit iſtã partem. Et ſecundum iſta dicta procedit, quod dicit Oldra. in conſil. cclxxxv. incip. alleg. in cauſa. col. penul. dum diſtinguendo duplicem ſpeciem conditionis, limitat text. in d. c. ſi pro te. vt ibi per eum. Et de illo latius mẽtionẽ feci in regula de publicandis reſignationibus. Et iſtam opinionem firmat etiam Egid. cõſil. xxxiiij. ſuper vij. dubio col. antepenul. vbi dicit, quòd nunquam Papa per ſuas literas cenſetur tollere ius ad rem lite pendente, niſi expreſsè hoc dicat. Vnde ſecundum eum inductũ eſt per ſtylũ curiæ, quòd illa clauſula quatenus non tollatur ius quæſitũ, ſolum excludat ius per acceptationẽ quæſitũ. Ergo in omni alio iure non excepto habebit locum. Et ſecũdum hoc iuſtificatur vna nouiſſima deciſio Rotæ facta heri xxvij. Nouembris. M.D. xxxviij. in cauſa Hiſpalen. præſtimonij coram R. D. Ioan. Paulo Ptolomæo, in qua domini voluerunt regulã de extẽdendis cõſenſibus, quæ ſimpliciter de reſignationibus loquitur, habere locum in renuntiationibus conditionatis, videlicet factis cum reſeruatione omnium fructuũ, & regreſſus, nec aliter, nec alio modo. Nam licet dicta renũtiatio ſub tali conditione facta fuerit, nihilominus fuit iudicatum ſub regula comprehendi. Et ita dominus Ioan. Paulus ex omniũ votis pronuntiauit in fauorem Roderici Petri de molina contra Gundiſaluũ Xuares. Et ratio fuit, quia tale ius cõditionale non erat abſolutè ius reſpiciens omnino tempus futurum, ſed habebat ſubſiſtentiam & reſpectum ad ius præſens, quo caſu in tali iure regula iſta locum habet, vt probatum eſt ſuperius. Eſt bene verũ quòd in illa regula de extendendis conſenſibus ponderabantur verba prægnantia & vniuerſalia, ibi, in quaſcunque ceſsiones & reſignationes &c. quæ de ſui natura caſum aliàs non cõprehẽſibile includũt, vt probat Dynus in rub. de regulis iur. lib. vj. & dixi in. §. omni

*Clauſula, quatenus non tollatur ius quæſitum.*

*

*Regula de extendẽdis conſenſibus.*

*Ceſsiones & reſignatiões.*



omnium. inſt. de actio. facit l. Iulianus. ff. de leg. iij. Tamen iudicio meo quando ius conditionale omnino dependeret à futuro euentu, & non reſpiceret actum præteritũ vel præſentem, illa generalitas nihil faceret obſtantibus iuribus ſuprà per Roma. in d. conſil. allegatis. Et tali caſu verba generalia reſtringuntur ſecundũ ſubiectam materiam, vt eſt tex. in c. cum in illis. in princi. de præbend. libro vj. qui loquitur de beneficijs quibuſcunque, & tamẽ illa verba non comprehendunt curata, vt latius tradit Decius in conſil. dxlj. incip. viſa donatione. in ij. colum. Ex quibus omnibus habes in hac materia notabilem, & non vulgarem reſolutionem, quæ deſeruiet ad multa in alijs locis dicenda. Et præſertim ad cauſam Imolẽ. caſtri Duciæ modo pendentẽ coram domino Marſicano, in qua domini tenebãt cõceſsionẽ Caſtri factã D. de maluetijs per Clementẽ eſſe cõditionalẽ: & propterea dubitabatur, nũquid per ſecundã conceſsionẽ per eundem Clementẽ factam Reuerendiſsimo Cardinali Cãpegio cẽſeretur præiudicari Maluetijs, ſuper quo multa aduocati ſcripſerũt, & longe plura domini conſiderarunt, quæ hic non ſcribã, ex quo cauſa adhuc pendet, ſuper quo põderanda ſunt verba Areti. in d. l. is poteſt. in quarta col.

¶ Circa ſecundum dubium iſtius quæſtionis, videlicet nunquid iſta regula habeat locum in iure quæſito ad tempus. Roma. in d. conſil. cclvj. concludit quòd non. pro qua opinione allegat text. in l. ſi pro patre. §. verſum. ff. de in rem ver. & l. qui concubinam. §. cum ita. el. ſecundo. ff. de leg. iij. vbi probatur, illud non dici in bonis noſtris, quod non durat, quia non dicitur perueniſſe, quod non ſtetit, vt ibi notat gloſ. Et iſtam opin. Rom. in ſpecie ſequitur Fely. in d. c. ſuper literis. in iij. col. de reſcrip. nihil addens. Et ad illas leges per Rom. allegatas plures concord. adducit Alber. in d. §. verſum. Et iſtam opinionem videtur tenere Domi. in c. ſi propter. in penult. notabili. de reſcrip. libro ſexto.

¶ Tamen aduertendum eſt circa intellectũ iſtius quæſtionis, videlicet quomodo intelligat Rom. ius non duraturũ. Nam ſi intelligit pro iure competenti ex gratia expectatiua, quæ poteſt reuocari, & diu non durat, vt experiẽtia docet, & innuunt eius verba, tunc dictum eius non habeo pro conſtanti, quia ex quo gratia expectatiuã non fuit conceſſa

*Regula habẽs locum in iure quæſito ad tẽpus.*

*Perueniſſe nõ dicitur, quod non ſtetit.*

*Ius cõpetens ex gratia expectatiua.*

*Gratia expectatiua.*

ad certum tempus,licet reuocari poſsit cenſetur perpetua, quia perpetuum dicitur illud quod ad tempus non conceditur,licet reuocari poſsit,vt eſt caſus in l.iuris peritos.ff. de excuſa.tuto. Hinc eſt quòd officialis qui ad nutum creatur,ex quo ad tempus non datur,perpetuus reputatur,vt eſt gloſ.ordinaria in clemen.ſecunda.in verbo per electioné. de reſcrip.Sequitur Oldr.in conſi.iiij.& Iaſ.in §.ſed iſte.in vj.col.inſti.de actio. Abb.in c.quãto.col.penul.de iur.iur. cum alijs concor.vt ſcribit Iaſ.in l.ſufficit.per illũ tex.ff.de condi.indeb.& ante ipſum Alexand.in conſil.ccxvj.incip. magiſter.col.fi.lib.vij.Et ideo dicit Domi.in c.fi.per gloſſ. ibi,in verbo perpetuas,quòd ſtatuta diſponétia circa actus perpetuos,includunt etiam actus qui poſſunt eſſe téporales & perpetui. Et iſta omnia à fortiori procedunt quando agitur de damno euitando. Nam ne aliquis damnum patiatur,illud quod eſt temporale,iudicatur perpetuum,& econtra,vt declarat Decius in c.ex literis.in fi.de conſti.facit ad hoc quod dicit Bart.in l.etiã.in fi.ff.de minori. Quæ omnia ſi conferantur ad caſum noſtrum non erit dubiũ reddi opinionem Rom.dubitabilem. Nec etiam ſaluari poteſt,ſi dictũ eius intelligatur in acceptatione,prout vidétur innuere verba eius. Quia etiam acceptatio non eſt actus temporalis quando efficaciter fit, ſed perpetuo durat,& per eam ius ad rem acquiritur,& licet ſub clauſula quatenus non tollatur ius quæſitum,tale ad rem de ſtricto iure non conſideretur. Secus tamen eſt quo ad iſtam regulã,vt dictum fuit in prima q. Quia intentio Papę non eſt velle alicui prę iudicare etiam in minimo præiudicio,vt eſt gloſ.in c.cum olim. de conſue.cum alijs cõcor.de quibus in d.j.q. Et ita omnia iura dicunt quibus in dubio Papa adhærere præſumitur,vt latè probat Iaſ.in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iur.& in l. ex facto. ff.de vulg.& pupil. Et licet Rota in deciſi.xvj.de præben.in no.tenuerit cõtrariũ,quo ad acceptationé,tamé,vt inquit Egid.in deciſi.clxvij.illud fuit introductũ potius ex quadã vſurpatione palatij,Papa ſciente,& tacitè approbãte,quàm de iure. Et idem facit Fely.in c.in noſtra.in xxviij.corr.de reſcrip.vt latè dixi in d.j.q. Itaq; dictum Rom.de iure non videretur bene adaptari ad ius quæſitum ex acceptatione, quod,vt dixi,non ſolum non eſt temporale,ſed perpetuum &

Officialis qui ad nutũ creatur.

Statuta diſpo. circa act⁹ perpetuos.

Damnum ne aliquis patiatur, perpetuũ iudicatur.

Acceptatio non eſt actus tẽporalis,&c.



& conſiderabile quo ad iſtã regulã. ¶ Verum quia text.allegati per Rom.continét rationé generalem,propterea cogitabam ſi dictũ Rom.quod cõmuniter tenetur,poſſet exẽplificari in cõmenda data ad ſex méſes dũtaxat. Nam ex quo tale ius eſt téporale,videtur nõ cõprehendi ſub iſta regula. Nam ſi Papa alteri prouidet infra illos ſex méſes de tali beneficio cõmendato alteri,non dicetur tollere ius quæſitũ, neq; eſſet locus huic regulæ. Cõmenda enim téporalis A. nõ dat ius in beneficio B.ſecus ſi perpetua eſſet,vt dicit expreſsè Domi.in c.nemo.in ij.col.de electio.lib.vj. Allegat deciſionem Rotæ,licet corruptè quæ eſt in antiquis.cxliiij. incip.nota,quòd vbi beneficium.quæ hoc idem expreſſe dicit. Et ſic dictũ Rom.in iſto exemplo quadrat optimè ex eo, quia Rota & Dom.in d.loco expreſſè faciũt differentiam, quo ad acquiſitioné iuris ex cõméda perpetua vel téporali.

¶ Obſtat tamen prædictis vnũ,quia negari non poteſt habenti beneficium ad ſex méſes commendatũ,præiudiciũ inferri,ſi illud ſibi infra illud tépus auferatur,quia etiã priuari ſola poſſeſsione eſt multũ præiudiciale. Et tale præiudicium eſt cõſiderabile,vt in c.licet epiſcopus.de præben.lib. vj. Et qua ratione dicimus inferri præiudiciũ conſiderabile cõmendatario perpetuo quãdo priuatur cõmenda perpetua,eadé dicemus præiudiciũ inferri téporali cõmendatario,ſi ſua téporalis cõmenda auferatur, quia argumétũ de parte ad totũ,etiam reſpectu téporis valet,vt in l.ſi cui.in prin.in verb.proinde.& ibi no.Bal.de leg.j. Et hoc locũ habet in materia fauorabili,vt videtur eſſe iſta,ne tollatur ius quæſitũ,vt declarat Iaſ.in d.l.ſi cui. Præſertim,quia de iure canonico quodlibet minimum præiudicium cõſideratur. c.de appellationibus. de app.& c.ſi proponéte.de reſcrip.

Præiudicium minimum.

¶ Tamen omnibus iſtis poteſt reſpõderi,quòd cõmédatarius téporalis non habet ius in re,neq; ad rem niſi ſpoliaretur. Igitur regula iſta quæ de tolléndo iure loquitur,non poteſt verificari in cõméda téporali. Quia,vt dixi,per eam non dicitur nobis ius quæſitum: quia illud dicitur nobis ius quæſitũ,quod perpetuo & irreuocabiliter quæritur,vt tradit Odofr.in l.j.in iij.col.in ij.notab. C.de vend.rer.fiſca.lib.x. Nec obſtat quòd de iure canonico de minimis curatur,quia illud eſt verũ quando in illis cõpetit nobis ius

Commendatari⁹ tẽporalis.

Ius quæſitum quod dicitur.

in re,vel ad rem,aliàs regulariter de minimis non curatur. vulg.l.ſcio.ff.de in integ.reſtit. Plura pro iſta parte adduci poſſent,quæ,ne incidamus in materiã brocardicã,omitto. Tenenda igitur erit opinio Rom.quæ contradictoré non habet. Aliter poteſt exemplificari quæſtio in eo cui ius differtur.nam tale præiudicium non debet attẽdi quo ad iſtam regulam,vt dicit Car.Iacobatius in tract.cõcilij.lib.x.fol. dcxxj.vbi meminit de Rom.in d.conſi.

## QVAESTIO QVINTA.

Ius quæſitum pro cõmiſsione impetranda.

QVAERO, an regulæ iſti ſit locus quando in cõmiſsione,vel gratia pro commiſsione impetranda derogatur poſſeſsioni tanto,vel quãdo apponitur in literis clauſula,dũmodo non tollatur ius quæſitum,an talis clauſula verificari poteſt quando tollitur ſola poſſeſsio?

Derogare poſſeſsioni.

¶SOLVTIO. Fely.hic in quibuſdã apoſtillis dicit regulæ non eſſe locũ.Quia derogare poſſeſsioni,non eſt derogare iuri quæſito.Et refert Rotã ita tenuiſſe:nihil tamé allegat. Sed pro iſta opinione facit tex.in c.bonę.el.ij.qué ibi notat Abb.in vij. notab.de poſt.præla.vbi põderat illũ tex.in verbis ius habeo.quæ verba ſecundum Abb.ibi propriè de iure proprietatis,nõ de iure poſſeſsiõis intelligũtur. faciũt etiã ad hoc quæ dicit Nicol.milis Rotæ auditor in verbo beneficialis cauſa dicitur.qui videtur iſta vt diuerſa ponere. Et quædã exẽpla ſuper hoc ponit Decius in c.j.in iij.col.ſuper gloſ.j.de cõfir.vti.vel inut.Præterea,quia quãdo loquimur de poſſeſsione,præſupponimus poſſeſſoré ius non habere, quo caſu ſine cauſæ cognitione talis poſſeſsio tolli poteſt, nec poteſt præiudiciũ prætẽdi,vt tradit Roma.in cõſi.dccxcix.col.ij.Præterea,quia videmus quòd ſubrogatus in litẽ vel in ius quomodolibet defuncto cõpetẽs,ſi in ſubrogatione nulla fiat mẽtio poſſeſsionis,non cẽſetur ſubrogat⁹ quo ad poſſeſsioné,vt dicit Egid.deci.ccclj.ergo poſſeſsio non eſt ius,quia ſi propriè appellatiõe iuris cõtineretur,in ſubrogatione iuris cõprehẽderetur.Cum igitur regula iſta loquatur de iure quæſito,nõ habebit locũ in poſſeſsiõe,quia nihil cõmune habet ius cum poſſeſsione.l.naturaliter.§.nihil.ff.de acquir.poſ.Et ideo expreſsio vnius arguit excluſioné alterius.arg.cap.nonne.de præſumpt.Et pro iſta opinione multum facit,quia cauſa poſſeſſorij videtur modici præiudi

Subrogat⁹ in litem.

Poſſeſsio non ꝓpriè appell. iuris continetur.

Modicum præiudicium.



preiudicij,& ideo de illa parum curatur,vt in l.vnica.C.de momenta.poſſeſſ. Quæ omnia in ratione conſiſtunt,quia licet aliquis poſſeſsione priuetur,quãdo poſtea conſtat illum habere bonum ius ſiue titulum,de facili eam cum fructibus perceptis recuperant,& ideò nihil amiſiſſe videtur. Non ſic eſt in titulo,quia illo ex defectu iuris deperdito nõ poteſt recuperari, & titulo amiſſo poſſeſsio nihil tribuit. igitur ſi ea quis priuetur,nihil iuris dicitur perdere,& propterea regula iſta de poſſeſsione mentionem non fecit. Et ob eam cauſam voluit Rota in vna Lucana decanatus coram me de menſe Decembr. M.D. xxxvij.quòd regulæ Innocen. VIII. & Hadriani VI. reuocantes ius patronatus laicorum,qui Eccleſias de bonis ſuis, ſaltem pro dimidio valoris earum non dotarunt,procederent, & haberent locum,etiã ſi laici in quaſi poſſeſsione iuris præſentãdi fuiſſent,quia illa quaſi poſſeſsio ſublato iure facilius tollitur, nec eſt in conſideratione. Et licet illa materia, quia exemplaris,& multis nobilibus Hiſpaniæ & Franciæ,qui ex præmiſsis cauſis obtinuerãt ius patro.valdè præiudicialis eſſet, Rota noluit quòd in ea pronuntiarem,ſed quòd cauſa concordaretur,prout etiam poſtea mandauerat S. D. N. Papa Paulus III. & ita factum fuit. Nihilominus Domini auditores bis vel ter predictã opin.firmarũt,cauſa prius plenius diſputata. Pro quibus facere vidẽtur quę dixi ſ.in proœm. q.v.dum dixi in cauſa Rom. canonicatus S.Mariæ maioris ſub reuocatiõe expectiuarũ & creationũ in canonicos, cõprehendi creationẽ,vigore cuius poſſeſsio capta fuerat.

Poſſeſsione ſi quis priuet. habens bonũ ius,&c.

* Regulæ Innocentij viij.& Hadriani vj.

¶Sed prædictis non obſtantibus contraria opinio videtur eſſe verior, videlicet quòd regula iſta de iure quæſito loquens habeat locũ quando poſſeſsio tollitur.pro qua opinione videtur eſſe text.notabilis in c.dilecto.de verb.ſigni. vbi apertè probatur quòd ex poſſeſsione ius acquiritur. Adeò,quòd ſicut non eſt intentionis Papæ alicui ius tollere,ita neque eidem poſſeſsionem auferre,vt ibi dicitur.Et hoc ratione approbatur,quia iſta regula loquitur de iure tollendo: ergo videtur poſſeſsio comprehendi, quia poſſeſsio acquiſita nihil aliud eſt quàm ius, vt in l.peregrè.ff. de acquir.poſſ.& in l.ſi quis à ſe fundum ibi,poſſeſsionis iura reparantur.C.ad l.Iuliam de vi.per quem text.voluit ibi Bald.

Ius alicui tollere.

Bald.poſt Innocen.in c.epiſcopi.de reb.eccl.non alien.per illa verba directa iudici,videlicet ſtudeas ad ius,& proprietatem eccleſiæ reuocare &c.includi poſſeſſorium, & ſic apparet manifeſtè in reſcriptis quæ ſunt ſtrictè interpretanda appellatione iuris poſſeſsionem includi,pro qua opinione plura iura adducit Specul.in titulo de probat.§.videndum. verſic.ſed pone ſtatutum &c. Et iſta interpretatio quæ benigna videtur,capienda eſt in iſta regula, vt aliqui minus præiudicetur quàm ſit poſsibile. Nam ſicut ius tolli nõ debet,ita neque poſſeſsio alicui eſt auferenda ſine cauſæ cognitione,vt notat Innocen.in cap.inter.de maior.& obed. Bald.in l.ſi deſerta.C.ſi propter publ.pen. Bartol.in l.fin. colum.vj.verſic.item extra gloſ.quæro.C.de edict.diui Hadrian.tol.& eſt tex.in cap.licet epiſcopus.de præbend.lib. vj.Nam ſi prædo antequàm poſſeſsione priuetur, etiam in notorijs citari debet,vt dicit Bal.in l.nam ita diuus.colum. ij.verſi.ſed nunquid quilibet poſſeſſor.ff.de adop.per l.meminerint.C.vnde vi.quid in bonæ fidei poſſeſſore dicendũ erit? dubium enim non eſt poſſeſsionẽ acquiſitam perdentes damnum ſentire.nimirum igitur dicere debemus per amiſsionem poſſeſsionis ius nobis quæſitũ tolli:quod fieri non poteſt ſine cauſæ cognitione,etiam,vt dixi,ſi poſſeſsio iniuſta fuiſſet,vt latiſsimè Andr.Sicul.in conſil.xiij.incip.à Ioue principium &c.in ij.& v.colum.lib.iij.vbi in notabili caſu conſuluit,de quo ibi per eum. Et ſecũdum quam aliàs in vna Malacitana de Antequera iudicauit Rota die iiij. Martij. M. D. xxxij.coram R. P. D. Ioan.Clerici. *

*Poſſeſsio in reſcriptis ſtrictè interpretãdis appellatiõe iuris venit.*

*Poſſeſsio nemini auferẽda ſine cauſæ cognitione.*

*Poſſeſsio antequàm quis priuetur, etiam ſi prædo &c.*

¶Præterea pro iſta parte facit,quia ſicut in dubio Papa nõ videtur derogare iuri alteri quæſito,ita neque poſſeſsioni. vt dicit Abb.in cap.j.in iij.col.verſicul.item cõtra hoc dictum &c.de reſcrip.Et idem tenet Petr.de Ancha.in repet. cap.ſi propter.de reſcrip.lib.vj.quem ſequitur Fely.in c.in noſtra.in xxxvj.corr.in iij.colum.eod.tit.Et eſt text.& ibi Abb.poſt Innoc.& alios in c.dudum.de decimis. Et bonus text.in cap.ij.eo.tit.lib.vj. Quæ iura ad hoc põderat Cald. conſil.xxix.tit.de præbend.& conſil.vltimo.de rebus eccle. non alien.qui conſuluit in caſu, de quo per Andr.Sicul.in d.conſil.xiij.licet ille de Cald.non faciat mentionẽ.Et hoc idem tenet Domin.per prædicta iura in cap.cum de beneficio.



neficio.in ij.colum.verſic.quid ſi non poteſt.de præbend. lib.vj. Et ſentit Ludoui.Rom.in ſingula. dxcvij.incipien. an priuilegium.Et ita de poſſeſsione quæſita ad ius quæſitum,arguit Abb.poſt Innoc.in c.dudum.in primo notabili.de priuil.verſic.ſed pro declaratione tex.&c.Et ita etiam vtrunque parificat Imol.in conſil.cxxj.in j.& ij.col.vbi generaliter concludit,quòd ſicut princeps non cenſetur in dubio tollere ius quæſitũ alicui,ita neq; poſſeſsionem. Quod etiam tenet Soci.in cõſil.xv.col.penul.in fi.lib.iij. Et latius in conſil.cxx.incip.memini me.in v.& vj.col.eod.volumi. cum pluribus concor.vt ſcribit Oldr.in conſil.cclxviij.incip.quæſtio eſt &c.vbi notabiliter loquitur.

¶Ex quibus omnibus reſultat iſta concluſio,quòd ſicut Papa non præſumitur velle alicui auferre ius quæſitũ, ita neq; poſſeſsionem. Itaque regula iſta loquens de vno, habebit locum in alio. Et prædicta faciunt quæ latè ſcribunt Ioan. Rogerius de la Mota in repet.c.j.in ij.notab.de cau.poſſ.& proprie.Et latius Anton.Corſettus quondam Rotæ auditor in c.ad noſtram.el.primo.de iur.iur.ponderãdo illum text.in verbo poſſeſsiones.Et faciũt ea quæ Fely.poſt Imo. ſcribunt in c.cauſam.in fin.de reſcrip.Et quòd in ſimili caſu poſſeſsionis decimarum,temporibus ſuis fuiſſe deciſum, refert D.Guliel.in tit.de priuil.deciſione j.reſpondens ad contraria,quæ tunc fiebant. Quæ omnia in ratione conſiſtunt,quia regula iſta loquitur de iure quæſito. Et tamẽ ſecundum communiter doct.in rub.& in l.j.ff.de acquirend. poſſ.poſſeſsio nihil aliud eſt quàm ius. Hinc eſt quòd idem iudicamus de bonæ fidei poſſeſſore,quod de domino.l.magis puto.§.j.ff.de reb.eccl.cum concor.vt ſcribunt Moder. in l.bona fides.ff.de reg.iur. Magna enim ſunt commoda poſſeſsionis in pluribus locis iuris diuulgata, vt tradit Fely.in cap.olim.in colum.penult.& fin.de reſcript. Inde videmus quòd in pari cauſa tituli poſſeſsio dat ius,vt cap.ſi à ſede.de præbend.lib.vj. Ex prædictis igitur apparet articulum eſſe diſputabilem.

*Papa ſicut nõ præſumit velle &c.*

*Poſſeſsionis cõmoda quæ ſint.*

*Poſſeſsio tituli in pari cauſa dat ius.*

¶Quid dicendum? Concludo quòd iſtud dubium,vt dixi, fuit propoſitum de menſe Iunio proximè præterito per R. D. Syluestrum in cauſa Toletana de la Stella pro parte D. Epiſcopi Solis. Et tunc propter calores,& difficultatẽ materiæ

teriæ nihil fuit cōcluſum. Sed hodie qui numeratur xxviij. Iunij.M. D.xxxviij.in eadē cauſa Toletana,quam propo- * ſuit R.P. D.Ioan.clerici epiſcopus Maceraten.omnes domi ni cōcluſerunt per priuationem poſſeſsionis tolli ius quæ ſitum. Et quòd verba regulæ poſſunt in poſſeſsione verifica ri per ea quæ ſuperius adducta fuere.

*Per priuationem tituli tollitur ius quæſitum.*

¶Non obſtant modo adducta in contrariū. Primo dictum Fely.aſſerentis contrarium tenuiſſe Rotam,quia reſpondetur illud procedere in momentanea poſſeſsione & inſtrumentali. Et ita contraria reſolui poſſunt. Secus verò eſt in poſſeſsione plena ſucceſsiua & effectuali. Quia talis poſſeſ ſio eſt maximi momenti,& illam perdere,eſt damnum ſentire per ea quæ dicta ſunt. ¶Vel ſecūdo poteſt dici,quòd contraria poſſunt habere locum in poſſeſsione incorporali. Sed iſta ij.opinio Rotæ procedit in corporali & virtuali poſſeſsione,ſecundū ea quæ ſcribit Lapus allegatione xvj.

*Poſſeſsio momentanea.*

¶Vel tertio dicamus quòd aut poſſeſsio eſt colorata,& tunc non cenſetur Papa in dubio illi præiudicare, etiam ſi ſcribat motu proprio.c.cum noſtris.de conceſ.præbend.& ibi notant docto.& ita procedat pars affirmatiua. Aut eſt poſſeſsio meri facti,& procedat deciſio Rotæ antiqua,cum alijs dictis. Pro qua diſtinctione eſt notabile conſil.Decij ccix.incipien.in caſu propoſito.colum.ij. Et ad hoc videtur bene facere dictum Fely.in cap.ad aures.in v.col.verſic. tertius caſus.& in c.in noſtra.in xxxvj.corr.in iij.colum.de reſcrip.& ea quæ tradit Cardinalis conſil.xcij.incipien.nobiles.aliàs incipien.fauendo pupillis &c.in j.& ij.col.vbi notabiliter loquitur. ¶Vel quarto modo poſſunt opiniones diſtingui,videlicet quòd aut loquimur de priuilegio generali,vel etiā de reuocatione vniuerſali. Et tali caſu procedit pars negatiua,quòd non requiritur mentio poſſeſsionis.Secus quando loquimur de ſpeciali impetratione, quia tunc requiritur ſpecialis mentio poſſeſsionis,aliàs nō cenſetur ſublata,& erit locus regulæ. Iſta diſtinctio colligitur ex dictis Lapi in allegat.lxxxiiij.in xij.col.verſic.ſed verum eſt dicere &c.ſecundum paruam impreſsionem. Et iſtam dicit communem opinionem Imol.in d.cap.cum noſtris.Nec obſtat deciſio dominorum facta in cauſa Lucana Decanatus,de qua ſuprà proximè mentionem feci. Quia illa deciſio ſi

*Poſſeſsio colorata.*

*Poſſeſsionis ſpecialis mentio.*



ſi bene conſideretur,facit pro hac parte,ex eo , quia illæ regulæ Innocen.& Hadriani,de quibus ibi agebatur,reuocarunt ius patronatus laicorum. Ergo à fortiori, & in neceſſariam conſequentiā cenſebatur poſſeſsio ſublata. Quia ſublato iure, quod eſt plus, videtur tolli quod eſt minus, imò quod eſt idem : quia vt ſuperius dictum eſt,ſub iſtis verbis iuris quæſiti comprehenditur poſſeſsio. Difficultas igitur noſtra eſt quando ſumus in dubio. Vel ſecundo reſpondetur,quòd deciſio illa dominorum non tam fuit in quaſi poſſeſsione,quàm in verbis prægnantibus illarum regularum fundata,quæ poſſeſsionem includere videbantur propter rationes ibi poſitas. Ex hoc tamen inferri non poteſt, quando de poſſeſsione in ſpecie,vel per verba æquipollentia non fuiſſet facta mentio. Quia tali caſu non cenſetur in dubio poſſeſsioni derogatū,ſicut non derogatur iuri quæſito.argumen.l.j.C.de appel.vbi dicitur quis præiudicari ſi omittatur ordo in poſſeſſorio,& ideo appellari poteſt.

*Iure ſublato, quod eſt plus, &c.*

¶Ex prædictis igitur apparet inter poſſeſsionem vel ius amittendum,quo ad effectum iſtius regulæ nullum eſſe diſcrimen. Tamen quantum ad effectū durationis eſt, ſecus, ex eo,quia facilius perditur poſſeſsio,quàm ius quod apparet:quia poſſeſsio beneficij ex negligētia x.annorum perditur,& habetur pro derelicta,vt tradit Abb.in cum veniſſent.de reſtit.ſpol.& in c.capitulum.de reſcrip. Et ita Rota intellexit dicta eiuſdem Abb.in c.contingit.in iij.col.verſicul.ij.ex dict.gl.de dolo & contum. Ius verò competens ſuper beneficio,vel alia re nunquam negligentia perditur, niſi in caſibus à iure expreſsis , vt formaliter dicit Bart.in l.ſolent.§.fin.colum.fin.ff.de offic.procon.quem ſequitur Iaſ.in l.j.colum.penult.C.de furt. Et latius Moder.in tract. præſcript.in j.parte iij.partis.princip.in q.x.in fi.per quam Bart.doctrinam Rota die iij.Iulij. M. D. xxxj.in vna Gebenen.pro R.Card. Anchonitano coram D. Camillo de Baglionibus tenuit iūs Cardinali cōpetens ſuper dicto beneficio temporis neglig ētia nō periſſe. Et idem tenuit hodie Rota xxiiij. Nouemb. M. D.xxxix.in vna Vrbeuetana archipreſbyteratus coram R. D.Ioan.Paulo. Dum voluit, quòd R. Cardinalis de Farneſio,nunc Papa,qui ad dictum archipreſbyteratum habuerat regreſſum per ceſſum , vel dimi *

*

dimiſsionem,vel deceſſum,vel quamuis aliam amiſsionem,
ſi fuit negligens in petendo dictum archipresbyteratũ per
aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis ipſius poſ-
ſeſſoris vacãtem,& ille archipresbyteratus deuenit ad alios
ratione noui tituli,nõ propterea R. Cardinalis viſus fuit
perdere ius ſuum,quia illud per negligentiam non perdi-
tur,niſi in caſibus expreſsis : quæ omnia ſunt notanda,quia
quotidie accidere poſſunt.

### QVAESTIO SEXTA.

Ius quęſitum.

QVAERO, quid ſi alicui ſit ius quæſitum ex ſola com-
miſsione,nunquid ſecundæ commiſsioni derogato-
riæ illius obſtet regula?

¶SOLVTIO. Fely.hic in ſuis apoſtillis dicit regulam non
obſtare. Quia Rota tenuit tempore ſuo regulam iſtam de
iure quæſito loquentem,intelligi de iure quæſito virtute iu
ris communis,non ſpecialis,nihil tamen ad hoc allegat.Ta
men pro iſta opinione facit text.in l.eius.§.ſi militia.ff.de
milit.teſtamen.qui ſolet ſæpe ad hoc allegari,quòd facilius
tollitur ius competens de iure ſpeciali,quàm de iure com- — Ius competẽs de iure ſpeciali.
muni. Sicut etiam videmus, quòd facilius tollitur reciſio
contractus, quæ fit de iure ſpeciali,quàm ſi veniat de iure
communi.gloſſ.in l.j.C.ſi aduer.ven. Et eodem modo faci-
lius tollitur hypotheca cõpetens ex priuilegio de iure ſpe-
ciali,quàm ſi competat de iure communi.l.aſsiduis.cum gl.
magna.C.qui potio.in pig.habe. Et quòd quando aufer-
tur ius quæſitum,intelligatur de iure acquiſito iure cõmu-
ni,non autem de extraordinario & ſpeciali, tenet Lanze-
lotus Decius frater alterius Decij,in l.ſi cõſtante,col.ix.ff.
ſolu.matr.& Moder.Brixien.in tract.Nobilitat.in iiij.par
te.num.41.& in ſeptima parte num.2. Et Moder.Taurin.
in magno tract.præſcript.in prin.folio decimooctauo.

¶Tamen in contrarium facit illud, quod tempore meo
* in caſu ſimili voluit Rota xxiij. Maij. M. D. xxxij.in cauſa
Palentin. Abbatiæ de Huſillos, pendente coram R.P.D.
Petro Vortio, nunc Aquen.epiſcopo. Nam fuit dubitatũ,
vtrum ex quo Papa Hadrianus mandauit caſſari in regi-
ſtro gratiam Antonij abſque eo,quod feciſſet mentionem
iſtius regulæ,cenſeretur ei derogatum. Et fuit concluſum
quòd nõ,quia requirebatur ſpecialis mẽtio,& tali mãdato
obſta



obſtabat regula.Et pro iſta opinione facit, quod dicit Egi.
deciſio.lxxiiij.vbi voluit, quòd ius quæſitũ nobis ex actu iu — Ius quæſitum nobis ex actu iudiciali.
diciali,etiam ſi fuerit factus in partibus,non debet nobis au
ferri per ſtylum curiæ,quia dicitur nobis tolli ius quęſitum.
Cum igitur commiſsio ſit actus iudicialis,vt probatur in c. — Commiſsio quid ſit.
quoniam.de probatio.ius nobis acquiſitũ per eam, tolli nõ
debet per aliam commiſsionem.

¶Sed pro concordia diſtinguẽdum eſt,quòd aut illud man — Mandatum facti ante litẽ de caſſando gratiam.
datum de caſſando gratiam fuit factũ lite pendente, & tunc
rectè procedit deciſio Dominorum Moderna, prout tunc
lis verè pendebat. Aut verò fuit factum ante litem,& tũc vi-
uente Hadriano obſtabat regula ſua quæ habebat locum
etiam in mandatis,& gratijs ante litem impetratis, vt ibi di
citur,aut poſt eius obitum fuit mota lis. Et tunc ex quo vi-
gebat alia regula,eſt contrarium dicendum. Niſi dicamus,
& verius,quòd ex quo illud mandatum fuit factum viuente
regula,licet lis poſt obitum Hadriani mota fuerit, quòd il-
la regula obſtet illi mandato, & ita iudicarunt Domini.
Quantum verò attinet ad dictũ Felyn.ex quo nihil allegat,
poteſt ſperni,imò contrarium teneri ex eo,quia nõ eſt abſo
lutè verum, quòd regula non obſtet iuri acquiſito iure ſpe-
ciali,quaſi illud non ſit in conſideratione.Quia imò ius ac-
quiſitum ex particulari iure dicitur fortius & firmius,& per
conſequens magis conſiderandum, quàm ius acquiſitum de
iure communi.Hoc probatur per l.fi.C.de inoffic.teſta.vbi
facilius ſubiacet querelæ teſtamentum factum à patrefamil.
doctore,qui de iure communi teſtari poteſt,quàm factum à
filiofamiliâs de quaſi caſtrenſi peculio ex priuilegio contra
regulam,quòd filiusfamil.non poteſt teſtari,de qua in l.qui
in poteſtate.ff.de teſta.

¶Confirmatur iſta opinio, quia videmus in generali dero
gatione iuriũ cenſeri derogatũ iuri cõmuni,non autẽ priui — Iuri cõmuni, non autẽ priuilegio, cẽſetur derogatum.
legio,& iuri ſpeciali.gl.in verbo cõſuetudine.in c.j.de ca-
pel.mo.lib.vj.l.iij.& ibi gl.C.de ſilent.lib.xj. quam ad hoc
pro ſing.notat Bal.in c.j.in fi.quo tẽpore mil.& in c.eccle.
in iij.col.de conſt.& in c.cũ ordinẽ.col.pen.de reſcri.Alex.
in l.ſi mihi & tibi.§.fi.in fi.de leg.j.& in cõſi.cxxiij.ſcripſit. — Statutũ comprehẽdẽs exẽptos à priuileg.
col.iiij.in iiij.volu.Fely.in c.j.col.vij.de reſcrip.Facit text.
in c.j.de cõſti.lib.vj.& ideo,licet ſtatutũ dicat, quòd omnes

teneantur ſoluere collectas, vel quòd nullus portet arma
non comprehendũtur exempti ex priuilegio. Paul.de Ca.
in conſi.clxxxvij.incip.notandum eſt.col.penult.lib.ij.

Reſtitutio in integrum.

¶Similiter ſi ſtatutum prohibet exceptionem, nõ tollitur
reſtitutio in integrum quæ venit de iure ſpeciali. Bald.in l.
in cauſæ.in princ.ff.de minori.& in conſil.ccxxxvj.ſtatuto.
lib.j.faciunt ea quæ volunt doctores, maximè Decius,fra
ter Philippi in l.iij.§.ſi is pro quo.in fi.ff.quod quiſq; iuris.
Ad contraria dicta fundata in d.§.militia.reſpondet Areti.
ſecundũ quòd refert Deci.in l.poſtquam liti.in fi.C.de pac.
¶Iſtis tamẽ non obſtan.omnibus rectè cõſideratis,& bene
diſcuſsis,prima opinio videtur firmior, quã tenet hic Fely.
ex mẽte Rotæ per illam rationẽ,videlicet quòd verba iſtius
regulæ de iure quæſito à iure cõmuni intelligãtur, & ſic iu-
re ordinario,quòd Papa non præſumitur tollere,ex quo eſt
ius fortius,& magis firmum,ſecus in extraordinario.arg.l.
Seio.§.medico.ff.de an.lega.propterea de tali iure ordina
rio intelligitur iſta regula.Sed ius proueniẽs ex cõmiſsio-
ne,& ſic iure ſpeciali eſt fragilius,& non radicatum,& ideo
facilius tolli poteſt per aliã commiſ‑ionẽ,vt dicitur in d.§.
militia miſſus.Et ideo iſta regula illud ius non cõprehẽdit.
Et ita in ſpecie eſt doctrina Flor.quam ibi poſt Card.refert
Io.de Ana.in c.ad petitionẽ.in iij.col.de accuſa.vbi ponit
caſum de illo miniſtro, qui vigore cõmiſsionis fuit promo
ſus de prouincialatu,qui fuit amotus ab eo per Papã vigore
ſecundę cõmiſsionis,nec dicitur propter hoc tolli ius quæ-
ſitum.Et ratio iſtius differẽtiæ aſsignatur per Decium anti
quum,Philippi fratrem in l.ij.§.j.in fi.ff.de iudic.Quia ille
qui tractat de conſeruãdo ſibi iure quæſito, de iure cõmuni
tractat de dãno euitando,vt dicit ibi gl.Sed qui nititur cõ-
ſeruare ius acquiſitũ de iure ſpeciali,tractat de lucro captan
do,quorũ non eſt par ratio,cum alteri iſtorum magis faueã
tur.l.fi.§.licentia.C.de iur.deli.cum ſimilibus.facilius igi-

Ius datũ per cõmiſsionem.

tur tolletur ius datum per commiſsionẽ,per alteram cõmiſ
ſionem,quàm ius acquiſitũ de iure cõmuni.Pro quo videtur
dictũ Cald.notabile in cõſi.xij.tit.de reſcrip.vbi dicit,quòd

Impedimenta inducta per actum iuris poſitiui.

impedimẽta inducta per actum iuris poſitiui, & omnes effe
ctus ex illo producti,poſſunt per Papã ſola cõtraria eius vo
luntate tolli. Et ad hoc facit gl.in c.fi.xvj.q.iiij.& in.c.ſi ſu-
per



per gratia.de offic.deleg.lib.vj.Et hoc in ratione conſiſtit,
quia ſi Papa tollit primũ ius acquiſitũ per commiſsionẽ,per
alterã commiſsionẽ,hoc facit ex ſua prærogatiua, vt tradit
Bal.in l.nuptias.ff.de ſenato.& in l.j.ff.de conſt.prin.Et ple
nius in l.qui fundos.C.de omni agro deſer.li.xj. Nam natu

Res per eaſdẽ cauſas diſſolui debent p quas oriuntur.

rale eſt,quòd res per eaſdẽ cauſas diſſoluãtur,per quas oriũ-
tur,vt dicit tex.in c.j.de reg.iur.Nam quãdo ius nobis quę-
ritur nõ ex actu iuriſgẽtiũ,ſed poſitiuo, facile princeps per
aliũ actum poſitiuũ illud tollit,vt tradit Abb.cõſil.lxxxiiij.

Cõmiſsio per principem.

col.ij.lib.j.incip.illud &c.Præſertim, quia cõmiſsio nõ con
ceditur per principẽ ad iſtũ effectum, vt per eam ius quæra-
tur,nec tollatur,ſed vt iuſtitia adminiſtretur. Quia reſcri-
ptum per quod mãdatur,quòd iuſtitia fiat, non eſt modus à
iure probatus per quẽ ius quæratur,nec tollatur.Nam ſi per
huiuſmodi cõmiſsiones ius alicui quæreretur,amitterẽt no
men reſcripti,& appellarẽt priuilegiũ,vt dicit gl.in ver.no
ſcatur.de cõſt.lib.vj. Hinc eſt quòd in iſtis cõmiſsionibus iu
ſtitiæ propter prædictã rationem nõ derogatur ſtatutis,ſe-
cus in ſupplicationib.gratioſis.arg.l.ij.C. de di.reſcri.& c.

Cõmiſsio non dat quòd de ſpolio cognoſcatur.

cauſam.de reſcrip.Et eadẽ ratione per cõmiſsionem nõ da-
tur, ꝙ ſimul de ſpolio & proprietate cognoſcatur & iudice
tur,quia obſtat diſpoſitio iuris.de qua in c.literis.de reſti.
ſpo.ibi,prius &c.declarãdo vt per gl.ij.in c.cum eccleſia.de
cau.poſſ.licet aliquãdo hoc per commmiſsionem cõceſſum
fuit ex fauore, vt dicit Egid.deciſ.ccccvj. Sic igitur in caſu
iſto dicendũ eſt, ꝙ Papa in dubio per dictã primam commiſ
ſionẽ non videtur ita ius firmum dare,quod ſit cõſiderabile
per regulã.Nam ſi aliquãdo accidẽtaliter accidit, ꝙ per cõ-
miſsionẽ ius quæratur,hoc vltra mentẽ concedẽtis,& vſum
patrisfamiliâs cõtigit,quod attẽdi nõ debet,& ideo reuoca
ri poteſt.arg.l.j.ff.de in li.iur. Et pro iſta opi.faciũt quę ſcri
bit Fely.in c.nõnulli.in viij.col.de reſcri.verſi.addatur pri-
mo.Et ita per tex.in d.§.militia miſſus. In ſimili caſu cõſu-
luit Alex.in cõſ.lxxxiiij.in cauſa &c.in iij.col.lib.iij.& cõſi.

Ius ex voluntate principis acquiſitum.

cj,opinio vlterius ſuadetur. Quia quãdo ex voluntate ſola
principis acquiritur ius, ipſe idẽ princeps poteſt illud ſola
cõtraria volũtate auferre,vt dicit Ang.in l.Antiochẽſium.
ff.de priuil.cre.& in l.Lucius.ff.de euict.facit etiã quod di-
cit Abb.in cõſi.lxxxiiij.incip.videtur primo.in vol.j.col.fi.

vbi tenet, quòd princeps poteſt tollere ius quæſitũ mediante iure ciuili, ſicut ſignat ſupplicationem contra ſententiam quæ trãſiuit in rem iudicatam, & fecerat ius partibus. Nam contra eam reſtituit in integrum. cap. cum ex literis. & cap. ditis. de reſti. in integ. vt ibi latè per eũ. Sic in propoſito est dicendum, quòd ex quo Papa litiganti cõcedit ius per viam commiſsionis, poteſt idem illud tollere, cum ſit fragile, & de iure ſpeciali, & anomalo, cum cõmiſsio non dicatur gratia, neq; propriè ſupplicatio, ſed iuſtitia mera, vt tradit Fely. in c. poſtulaſti. de reſcrip. & dixi in rub. eod. tit. lib. vj. Eſt bene verum, quòd aliter diſtinguit Rom. in conſil. ccclxiij. videlicet quòd in dubio Papa non cenſeatur per ſecundam commiſsionem iuri legitimè acquiſito vigore primæ commiſsionis derogare, niſi illud ius fuiſſet iniuſtè acquiſitum, quia de tali intelligitur, vt ibi. Tamen dictũ Rom. nõ procedit in ſimplici commiſsione, niſi cum ea aliud concurrat, vt ibi, ſecus ſi ſimplex cõmiſsio procedat, quia illa per ſecundam commiſsionem tolli poteſt: nec erit locus iſti regulæ, vt tenet expreſſe Oldr. in cõſil. clxvj. inci. Thema. vbi dicit, quòd ſicut primũ mandatum poteſt per ſecundũ reuocari, nec quis ex hoc grauari poteſt, ita & prima commiſsio per ſecundam, quia commiſsio nihil aliud eſt quàm mandatum iuriſdictionale, vnde valet argumentum de vno ad aliud, vt in l. & quia. de iuriſdict. om. iudi. vt ibi per eum.

*Papa conce- dẽs ius litigãdi per viam, &c.*

¶Non obſtat deciſio Rotæ nouiſsima, quia non aduerſatur prædictis. ex quo caſſatio Hadriani fuit ſecundum ius commune, meritò erat locus regulæ. Et ſic concordat deciſio nouiſsima Dominorum cum antiqua. Ad alia contraria reſponde, vt latè per Modernos repetentes in repet. l. Centurio. col. xxix. de vulg. & pup. Nec deciſio Egidij lxxxiiij. loquitur in commiſsionibus, ſed in alijs actibus iudicialiter productis per quos ius ordinariè nobis quæritur.

## QVAESTIO SEPTIMA.

*Mandata extinguentia litem.*

QVAERO, an iſta regula obſtet mandatis extinguentibus litẽ, quãdo ſunt ſignata per placet motu proprio.

¶SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum quòd non, quia princeps qui dedit iuriſdictionem dando iudicem, cuius cauſa lis introducta fuit, poteſt iuriſdictionẽ reuocare, vt dicit tex. in l. iudicium. ff. de iudicijs. Cum igitur princeps vtatur facultate ſibi à lege conceſſa, nemini dicitur iniuriam inferre. l. inferre. ff. de iniur. præſertim, quia nihil tam naturale eſt, quàm vt eadem res per eaſdẽ cauſas quibus oritur, diſſoluatur, vt dicit tex. in c. j. de reg. iur. princeps igitur, qui fuit cauſa: vt lis introduceretur dando iudicem, poteſt eundem remouendo, iudicium ſoluere, vt dicit text. in d. l. iudicium. Maximè, quia per iſtud mandatum litis extinctiuum reuertimur ad primæuum ſtatum qui fuit ante litem. ergo dicitur tale mandatũ fauorabile, iuxta not. per gloſ. in c. iij. in ver. numerandum. de præbend. lib. vj. facit ad hoc cõſil. Card. Zaba. lij. in ij. col. ac etiam quia finem litibus imponere fauorabile iudicatur, vt latius dixi in regula de annali. q. j. & ij. Et ita in terminis reperio in mandato regis Franciæ extinctiuo litis pendentis, in parlamento tenuiſſe Iaſ. in conſi. cxliiij. in ij. vol. Et hoc in indiuiduo caſu emergenti in Rota tenuerunt Fely. & Guliel. à Perretis, quem ipſe refert hic in quibuſdã apoſtillis. Et ita per dictam l. iudicium. ſimilem caſum decidit Paris de Puteo in tract. de duello. lib. ij. q. j. & ij. Et aliam deciſionem ponit Ioan. Bap. de ſancto Seuerino in l. diem functo. in iiij. q. ff. de aſſe. Et quòd per talem extinctionem litis nõ dicatur alicui inferri præiudicium, tenet expreſſe gl. in d. l. iudiciũ. & clarius in l. poſt litem. ff. de procura. Suadetur iſta opinio, quia idem iudicamus de actu extinctiuo, quod de inductiuo. auth. contrà ſi filij. C. de repu. in fi. & ibi Bart. cum concor. vt ſcribunt Moder. in l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. & in rep. tit. C. de proba. in lxxvij. col. per totum. & repetunt Moder. de Monte ferrato in cap. j. in iij. col. de conſti. libro vj. ſed ſic eſt, quòd per commiſsionem inductiuam litis, nemo poteſt præiudicium prætendere: ergo nec pariformiter per commiſsionem vel mandatum litis extinctiuum poteſt prætendi præiudicium, vt locus ſit huic regulæ.

*Princeps remouens iudicem.*

*Litibus finem iponere, &c.*

*Actus extinctiuus.*

¶Tamen prædictis non obſtantibus Rota concluſit contrarium in caſu emergenti contra Felyn. & Guliel. vt ipſe idem hic refert in dictis apoſtillis, & rationem deciſionis non aſsignat. Ratio tamen eſſe poteſt, quia princeps extinguendo litem, tollit facultatem agendi & experiendi de iure ſuo, & ſic ius actoris redditur inefficax, & per extinctionem litis acta annullantur, quæ quidem annullatio eſt pœ-

*Princeps extinguendo litẽ, tollit &c.*

*Acta per extinctionẽ litis annullantur.*

na,quæ infert præiudiciũ propter impenſas,quæ in inſtrué-
da lite fiunt,vt dicit expreſſè Fely.in cap.cæterum.in xj.co-
lum.verſi.prima reſtrictio.& ibi primo, quia licet ſimus cer
ti &c.Iunctis his quæ dixerat ibidem in v.colum.in vij.re-
ſtrictione.de reſcrip.faciunt ea quæ dixi ſuperius in j.quæſt.
verſic.tertius modus.

¶Sed pro prima opinione facit vna ratio efficax, quia ille
cuius lis petitur,extingui non poteſt,ex hoc pretendere ius
ſuũ eſſe læſum,quia fortè ſi lis ſuo marte curreret, ius aduer
ſarij poſſet melius iudicari,propter ea quæ dicit Egi.deciſ.
dclxij.Et ideo interim nihil certi iuris prætẽdi poteſt,cũ du

**Litis euentus dubius.**

bius ſit euẽtus litis,vt dicitur in.l.quod debetur.de peculio.
præſertim q̃a ius deductũ in iudicio per tale mãdatũ nõ tol
litur, ſed ipſa lis. Ergo ex hoc nõ poteſt dici ſibi præiudica
tũ fuiſſe,ſicut dictũ fuit ſuperius in iiij.q.de illo cui tollitur
ius cõditionale qui nõ iuuatur iſta regula, cũ ſit ius quæren
dũ conſiſtẽs in nuda ſpe.Ergo à fortiori in caſu noſtro,vbi
minus ius ex litigio litigãti quæritur:quinimo ſi tolleretur
ei ſentẽtia,quæ eſt canonizatoria iuris magis certa,nõ dici-
tur tolli ius quęſitũ,nec eſſet locus regulę ex eo,quia,vt cõi-

**Sententia an tribuat ius.**

ter dicitur in l.Iul.ff.de cõdi.inde.ſentẽtia non tribuit ius.

**Papa mandãs litẽ extingui, cauſam, &c.**

¶Vt igitur tota iſta materia clarior reddatur,& contraria
reſoluãtur,diſtinguendũ eſt ſic, quòd aut Papa mãdat extin
gui litem,ad ſe cauſam auocãdo ad effectum,vt ipſemet,vel
alius pro eo de illa cognoſcat,& tũc quia per hoc nõ impe-
ditur pars ius ſuũ proſequi corã Papa vel eius delegato,nec
per hoc inſtãtia,neq; acta cauſæ pereunt, ſed ſuffragãtur co
ram principe vel eius delegato,ſecundũ Paul.de Caſt.in d.l.
iudiciũ.& tunc nõ poteſt dici per huiuſmodi litis extinctio
nem præiudiciũ inferri,cũ tantũ mutatur iudex, & ita pro-
cedat tex.in d.l.iudiciũ.& quod ibi dicit gl.cum alijs ſupe-

**Papa litem extinguens.**

rius allegatis in prima parte negatiua.Aut verò Papa extin
guit litẽ cum inde ſecutis ſilentium imponẽdo. Et quia iſto
caſu annullãtur acta, & aufertur facultas parti experiẽdi de
iure ſuo,vt patet in regula de triennali.& ibi dixi. Ideo iſto
caſu poteſt dici tolli ius quæſitũ,& habere locũ iſtã regulã,
& ita procedat deciſio Rotæ,quam refert hic Fely.cum alijs
ſuperius in ſecunda parte affirmatiua allegatis. Et iſto mo-
do limitatur tex.in d.l.iudicium.& quæſtio iſta declaratur.





QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, an regula iſta procedat in commiſsionibus
motu proprio conceſsis.

¶SOLVTIO. Rota tempore Fely.tenuit quòd
non, ponderando verbum ſuggeſtiones hîc poſitũ,& quæ-
dam alia verba regulę.Fely.tamen & Guliel.tenebant con-
trarium propter eandem,vel parem rationem. Et ita etiam
ſentit Fely.in c.in noſtra.in xxvij.cor.de reſcript.

¶Tamen hodie ſuperflua eſt iſta diſputatio,cum per regu
las Moder.Pontificum hoc per ampliſsima verba declara-
tum ſit,videlicet regulam iſtum caſum cõprehendere. Nam
primus omnium hoc declarauit Alexand.Papa vi.vt refert
hic Felynus ad effectum.vt decideret prędictam dubitatio-
nem Rotæ. Et ita Alexandrum alij ſucceſſores pontifices vſ-
que ad iſta tempora imitarũt,vt apparet ex eorum regulis.
Ex quo infertur verũ dictum Aeneæ de Falconibus docto
ris Sabinen.hic in certa ſua apoſtilla aſſerentis hoc de mo-
tu proprio prius ad regulã Iulium ſecundum addidiſſe.vt-
cunque ſit, conſtat hodie ſublatam eſſe difficultatem,quæ
iudicio meo,etiã ſine illa additione facta per Alexand. vi.

**Papa de iure cõmuni etiã in gratia motu proprio facta, nunquam cenſetur tollere ius quæſitum.**

de iure ſublata videbatur. Nam Papa ex interpretatione iu
ris communis,etiam in gratia facta motu proprio nũquam
cenſetur tollere ius quæſitum: vt not. Hoſtien. Ant.de But.
& Abb.in c.cum cauſam.el.ij.de teſt. Et ita in ſpecie iſtam
regulam ad hoc ponderat Soci.& æquiparat cum diſpoſi-
tione iuris cõmunis in conſi.vij.in ij. col.poſito inter con-
ſilia Alber. Bruni. Quamobrem huiuſmodi gratijs motu
proprio factis ſemper obſtaret regula. Faciunt ad hoc ea
quæ tradit Iaſ.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.in ſecunda le-
ctura.ff.de leg.j. Dec.in conſil.ccxcij.col.j.& alibi ſæpe. Et
ita iſtam regulam intelligunt quidam Moder. Dalmatæ in
allegationibus nouiſsime impreſsis alleg.x.in princip.plu-
res cottas allegantes. Sed cum hæc difficultas hodie per
omnes modernas regulas ſit declarata,non curo amplius
papyrum denigrare.

QVAESTIO NONA.

**Papa lite pendente ſeruans beneficia, &c.**

QVAERO, quid ſi Papa lite pendente reſeruat benefi-
cia,quæ poſsidet Sempronius in fauorem tertij col-
litigantis,nunquid ſit locus regulæ?

¶Solvtio. Iſtud dubium tempore Calixti Quarti contigit in cauſa Toletana Archidiaconatus, & non habeo quid fuerit deciſum. Tamẽ tentãdo dicam quid mihi videtur, animo mutandi, ſi meliores rationes inuenero. Dico igitur regulam non cõprehendere iſtum caſum, ex eo, quia iſta regula procedit quando per gratiam aliquid aufertur alicui, & cõfertur alteri. Sed per huiuſmodi reſeruationem nihil Sempronio aufertur, qui poſt obitum, & ſic eo tempore, quo reſeruatio debet ſortiri effectum, nihil de huiuſmodi beneficijs diſponere poteſt: neque etiam ordinario collatori aliquid diminuitur, cum cõferre non poteſt dicta beneficia iam affecta litigioſa, iuxta clemen.j. vt lit. penden. Cum igitur per huiuſmodi reſeruationem nihil poſſeſſori, nihil etiam ordinario tollitur, nihil rurſus illi, in cuius fauorem fit, reſeruatio de præſenti cõfertur, quod ius firmum ſapiat. Igitur concludẽdum erit locum non eſſe regulæ, quæ loquitur de iure quæſito non tollendo.

Ordinari⁹ beneficia iam effecta litigioſa conficere non poteſt.

¶Eſt bene verum, quòd regulæ antiquæ Benedicti, Eugenij, & Nicolai ſummorum Pontificum iſtum caſum comprehendebant. Sed ex quo in Modernis fuerunt illa verba reſeruationis ſublata, conſtat Modernos Pontifices noluiſſe ſub regula caſum illum comprehendere, arg. eorum, quæ dicunt Domini in deciſione xlviij. tit. de reſcrip. in antiquis. refert Fely. in capitulo ſuper literis. in vij. colum. de reſcrip.

¶Niſi dicamus ſatis ſub interpretatione poſſe intelligi cõprehenſum, ex quo regulæ antiquę illum exprimebãt. Nam lex moderna generaliter loquens, debet interpretari, & intelligi ſecundum antiquam, etiam abolitam, iuxta doctrinam Bart. in l. fin. ff. de falſis. & in l. j. ff. de coniungen. cum eman. lib. & l. nam, & poſtetiores. ff. de legibus.

Lex moderna.

## QVAESTIO DECIMA.

Cõmiſsio tollẽs ſubreptionẽ gratię, &c.

Qvaero, nunquid cõmiſsio quæ tollit ſubreptionem gratiæ, de qua excipiebat aduerſarius, nullũ aliud ius habens quàm ius illius exceptionis, dicatur tollere ius quæſitum, vt ſit locus regulæ?

¶Solvtio. Quæſtio iſta accidit in Rota tempore Pauli ſecundi in cauſa Arelien. parochialis de Camploro. Et tũc plura ſatis leuia fuerunt allegata, quæ, ne verboſos cõmen-

tarios



tarios faciam, omitto. Solum igitur reducitur pũctus iſtius quæſtionis ad hoc, vtrum exceptio ſubreptionis competens aduerſario fuerit perẽporia gratiæ, an dilatoria? Nam ſi peremptoria, erit locus regulæ. Quia per illam cõmiſsionem ſublatiuam ſubreptionis tollitur ius quæſitum opponẽti, quod Papa videtur in dubio velle facere, vt notat Specul. in tit. de reſcrip. præſenta. §. ratione autem formæ. verſi. illud. cum concor. vt ſcribit Alexand. in conſi. cxxxvij. in cauſa & lite. in ij. colum. lib. ij. Aut erat exceptio dilatoria, quæ non perimebat gratiã. Et tali caſu videretur dicendum non eſſe locum regulæ, cum per hoc uullum videatur aduerſario ius quæſitum tolli, per ea quæ notantur in c. ſuper literis. de reſcrip. & in c. ex parte. de offi. deleg. & notat Ioan. And. in c. per venerabilem. in ij. gloſſ. qui fil. ſint legit. Hinc eſt, quòd ius reſultans ex exceptione dilatoria eſt tam modici momenti, quòd Rota ad exceptiones perẽptorias, non ad dilatorias probandas dat remiſſoriam, vt dicit Hoſtien. & omnes in c. j. & ibi Felyn. col. fin. de appell. Sic etiam minor ad peremptorias exceptiones reſtituitur, non autem ad dilatorias, quia in primis infertur damnum, in ſecundis verò non. ita dicit Bald. in l. peremptorias. col. iiij. C. ſent. reſcin. non poſ. & in l. ſcio. ff. de in integ. reſt. faciunt, quæ dixi in regula de publicãdis. q. xvij. Ex quibus infertur, quòd ſi aliquis exciperet de regula de valore, vel de triẽnali, quæ non dant titulum, ſed tantum ius excipiendi peremptoriè, ſi Papa lite pendente poſt prædictas exceptiones acquiſitas derogaret illis, diceretur tollere ius quæſitũ, quia auferret exceptiones peremptorias, ius aduerſarij totaliter perimentes, & excipienti ius dantes. Et ita in vna Veronen. fuit in Rota concluſum tempore Leonis x. (vt retulit D. Franciſc. de Firmo nunc procurator.) Et eodẽmodo dicendum eſſet ſecundum aliquos, quando exceptio peremptoria alicui competẽs non in totum tolleretur, ſed longius differretur, quia tali caſu etiã locus eſſet regulæ, pro qua opi. facit, quia ius acquiſitũ in lõgum tẽpus ſuſpendere idem eſt, quòd tollere. vt eſt text. not. in c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib. vj. vbi iſta æquiparãtur tollere alicui perpetuo ius, vel lõgius differre, pro quo facit dictũ Bal. in l. penul. ff. de excuſ. tut. Secus tamen videretur dicendũ quãdo exceptio, quæ tolli-

Exceptio ſubreptionis cõpetens aduerſario.

Remiſſoria an concedatᷓ pro probãdis exceptionib. dilatorijs.

Regula de valore non dans titulum, &c.

Suſpendi in longũ tempus quid ſit.

tur,eſſet dilatoria,quia ex quo cẽſetur modici pręiudicij,vt dixi,non deberet conſiderari,arg.l.ſcio.ff.de in integ.reſt.

¶Sed circa iſta quæ dicta ſunt conſiderãdum eſt diligẽter. Et reſoluẽda ſunt duo capita. Primum, nunquid verum ſit, quòd Papa differendo ius mihi cõpetens per exceptionem peremptoriam videatur inferre præiudicium conſiderabile.Secundum caput eſt,nunquid Papa æquè præiudicet alicui tollendo illi dilatoriam exceptionem competentem, ſicut peremptoriam.

Papa differendo ius mihi cõpetens &c.

¶Circa primũ plura dici poſſunt pro vtraq; parte.Primo pro parte negatiua,videlicet quòd Papa differendo ius excipiendi perẽptorie non videatur præiudiciũ conſiderabile inferre,eſt dictũ Bal.in l.Titius.in prin.ff.de excu.tu.vbi dicit,quòd tollere & ſuſpẽdere multũ differũt,per iura ibi allegata per eum. Et hoc idem videtur tenere Inno.in c.quæ in eccleſiarũ.de cõſt.qui voluit,quòd licet Papa non poſsit auferre alicui ius ſuũ,poteſt tamen dilationem ſuper eo concedere.Nam vt dicit tex.in l.ſi debitori.ff.de iudi.magnum damnum non eſt in mora modici temporis.per quem text. vt ibi dicunt Moder.Papa quotidie moratorias concedit.

Papa an ęque præiudicet alicui tollendo illi dilatoriã excep.&c.

Papa licet nõ poſsit auferre alicui ius ſuũ, &c.

Mora modici temporis dãnũ magnũ nõ continet.

¶In contrariũ verò faciũt ea quæ ſuperius dicta ſunt ex dictis Bal.in d.l.penul.ff.de excu.tut. Et text.in d.cap.ſi ſuper gratia.vbi parificãtur iſta tollere ius alicui,vel illud differre:pro qua opinione alia iura allegat F.ly.in c.in noſtra.in xxvij. correl.de reſcrip.vbi dicit,quòd in dubio Papa non intendit per ſuas literas præiudicare iuri alteri quæſito,ſiue illud faciat ius extinguendo,ſiue differẽdo. Et idẽ ſentit Fely.in c.ad petitionẽ.in ij.col.de accuſa. Et hoc expreſsè tenet Egid.deciſi. dccxxxix.in fi. Et quòd Papa ita cenſeatur præiudicium inferre differendo ius meum ſicut extinguendo,probat bene Gemi.in c.ei cui.in v.col.de præben.lib.vj. & in conſi.xj.col.penul. Et tenent Moder.in tract. beneficiorum.q.xj.tertię partis.verſic.decimaquarta qualitas &c. fol.ccxxxij.paruo volumine.

Ius tollere alicui,vel illud differre parificatur.

Papa ita cenſens præiudiciũ inferre differẽdo ius, ſicut extinguẽdo.

¶Quid dicendũ? Conſiderabã ſi iſtæ opiniones contrariæ poſſent ſub diſtinctione cõcordari,videlicet quòd aut Papa differt ius opponendi exceptionẽ meã peremptoriã ad modicum tẽpus,& tali caſu non eſſet locus regulæ,quia in dilatione modici tẽporis non infertur præiudiciũ conſiderabile,



& ita loquitur text.in d.l.ſi debitori.cum dicto Bald.in d.l.penult.& alijs pro iſta parte allegatis. Aut verò dilatio eſt longi tẽporis,& tali caſu procedit contra opi.videlicet quòd idem ſit differre,quòd auferre ius,vt patet ex exemplo dato per Fely.in c.conſtitutus.in v.col.verſic. conſiderata.de reſcrip.videlicet quando Papa differet obligationem alicuius iuratam ad longius tempus.Nam talis dilatio dicetur inferre præiudiciũ,licet obligationẽ,nec iuramentum tolleret.Et ad hoc plura iura allegat Fely.in quodam ſuo cõſil.incipien.faciem tuam illumina.in tertia col.quem habeo manu eius propria ſcriptũ.Et pro vtroq; mẽbro diſtinctionis videtur tex.in l.quotiẽs.C.de pre.imp.offer.Sed obſtat adhuc iſtis vnum,quia reſpectu præiudicij idem iudicatur de magno ſicut de paruo. Cum igitur regula iſta ſimpliciter de præiudicio loquatur, debet de omni præiudicio intelligi,prout etiam de iure communi intelligitur, vt patet per gloſſ.in verb.præiudicium.in cap.olim.de conſuet. Et ideo iſta declarãda erunt,vt dicam ſtatim in ij.cap.

Dilatio longi tẽporis in opponendo excep.

Papa differẽs obligationem &c.

¶Circa ſecundum caput videtur dicẽdum idem eſſe alicui tollere exceptionem peremptoriam vel dilatoriam,per ea quæ dicit Bart.in l.fi.in prin.ff.de his quæ in frau.cre.ſequitur Alexan.in conſi.cxv.col.fi.vol.v.vbi dicunt,quòd ſicut perdens exceptionem peremptoriã dicitur quis diminui patrimonio, ita & perdens dilatoriam,per l.omnes.§.fi.eod. tit.Et idem tenet Domi.in rep.c.poſtulaſti.in xxvj.col.de reſcrip.Quid dicendum? aduerte quòd pro veritate prædictorum diſcutienda,diſtinguendæ ſunt ſpecies dilatoriæ, vt declarat Bar.in d.l.fin.& Bald.in d.l.peremptorias. nam quædam ſunt modici,quædam magni præiudicij. Nec obſtat quod dictum eſt,omnes dilatorias exceptiones cenſeri modici præiudicij,& ideo à lege facile tolluntur:quia illud procedit quando agitur de dilatorijs exceptionibus tollendis per viam legis. Nam lex etiam poſſet tollere peremptorias, & tunc non eſſet locus iſti regulæ, quæ tantũ procedit quando per viam reſcripti mandati,vel priuilegij ius quæſitũ tollitur, non autẽ quando per viã legis, vt inferius dicetur,& declarant Moder.& nouiſsimi Mediolanen.in capitul.ex parte el.ij.in vij.notab.de offic.deleg. Nam in reſcripto vel priuilegio non ſolum cõſideratur magnum, ſed

Exceptiones dilatorię quid importent.

Præiudicium tam magnum quàm paruũ.

Præiudicium perpetuum.

ſed etiam minimum præiudicium. Et niſi Papa expreſsè derogaret regulæ, obſtaret in vtroque, vt dicunt Moder. in c. quæ in eccleſiarũ. col. xij. de cõſtit. Et hoc quod dixi de modico præiudicio, intelligerẽ quando perpetuũ eſſet præiudicium, quod conſiſtit in priuatione iuris modici, puta exceptionis dilatoriæ, vel rei paruæ. Nam ſi Papa illam auferret, & me perpetuò priuaret, lite pendente eſſet locus regulæ. Secus quando Papa illud ius ad modicum tempus differret: nam propter hoc non diceretur ius auferri, & ita procedit text. in d. l. quotiés. & ea quæ in proximo membro dixi. Si verò dilatio eſſet longi temporis, procederet text. in d. cap. ſi ſuper gratia. & in cap. ſi propter tua debita. de reſcript. lib. vj. cum alijs alleg. in proximo puncto. Et ſecundum iſta debent declarari ea quæ Rota dicit in deciſ. xxvij. in not. quòd ſi per lapſum termini ad articulandum admittantur articuli obiectiui, dicitur tolli ius quæſitũ cum aduerſarius ſit tutus exceptione temporis. Et idem habetur Deciſ. dcxlviij. in antiquis. & Deciſ. dcvij. Vide tamen circa hoc omnino infrà quæſtionem xvij. & quæ dicã quæſt. xx. Et per iſta etiam declarantur ea quæ dicit Fely. in d. cap. conſtitutus. in x. colum. verſic. generaliter autem. dum refert Calixtum III. diſtuliſſe iuramentum cuiuſdam obligati ſoluere ad certum tempus, vbi poſtea diſtinguit duos caſus, vt ibi per eum.

Ius quæſitum an dicatur tolli ſi &c.

QVAESTIO VNDECIMA.

Cõmiſsio auferens releuamen probationis.

QVAERO, nunquid commiſsio auferens alicui releuamen probationis dicatur auferre ius quæſitum, vt locus ſit iſti regulæ?

¶ SOLVTIO. Pro intelligentia quæſtionis exemplum poni poteſt in cauſa Salernitan. Abbatiæ, quæ fuit olim ventilata in Rota tẽpore Pij. Nam Papa motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis cuidam Gaſpari gratiam conceſsit, in qua plura narrauit. Aduerſarius videns illa narrata ſe aliter haberi, & ei magnũ præiudicium inferre, obtinuit à Papa commiſsionem, per quam Papa voluit illa narrata in gratia Gaſparis perinde haberi, ac ſi gratia illa fuiſſet ad inſtantiam & impetrationem Gaſparis, & nõ motu proprio facta. Ita quòd illa commiſsio onerabat Gaſparem ad probandum illa narrata, quæ ſtante motu proprio,



prio, & certa ſcientia non tenebatur probare, & ſic cõmiſſio auferebat Gaſpari releuamẽ probationis ex motu proprio reſultans, fuit dubitatum nunquid per hoc diceretur ei tolli ius quæſitum, vt eſſet locus regulæ.

¶ Multa fuerunt tunc inde dicta. Nam quidam dicebant non tolli ius quæſitum, & per conſequens non eſſe locum regulæ ex eo, quia regula loquitur quando tollitur ius, ſed probatio non eſt ius, iuxta text. in l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. vbi probatio & ius ponũtur vt diuerſa, & ſic ex vno ad aliud tanquàm ex diuerſis non ſit bona illatio. vulg. cap. in præſentia. de probat. Præterea præſumendum eſt Papam reuocando ſuum motum proprium non fuiſſe bene informatum, neque certam ſcientiam habuiſſe negotij narrati. Præſertim quia agitur de modico præiudicio, quia nõ tollitur Gaſpari probatio, ſed releuamen ab onere probandi quod eſt quid diuerſum, vt in l. eum qui. ff. de iureiur. & in l. j. in fin. ff. de inter. actio. & tradunt Moder. in rubr. de probat. Et Papa nihil aliud hîc facit, niſi quia Gaſparem reducit ad viam iuris quæ diſponit agentem probare debere, quod intendit vulg. l. qui accuſare. C. de eden. Ergo ex hoc non dicitur grauari, nec ius aliquod perdere, arg. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. & ita non videbatur regula hoc caſu locum habere.

Probatio an ſit ius.

Probatio & releuamen in quo differant ab onere probandi.

¶ In contrarium allegabatur reuocatio gratiæ motu proprio conceſſæ, quæ reuocatio ius diminuit, & grauat onere probãdi iam illo onere releuatũ. Nam illud grauamẽ onus dicitur ex quo dependet tota deciſio cauſæ, iuxta tradita per Bart. in l. ictus fuſtium. circa fin. ff. de his quæ no. infa. & ea quæ dicit Areti. in cap. dilecti. in iij. col. circa fin. de iudic. Et ita per iſta dicta cõcluſit Rota in vna Romana taleæ M. ccc. Duc. pendente de anno M. D. xxxviij. coram R. P. D. Petro Vortio epiſcopo Aquen. inter Gundiſaluum de Salazar, & Io. de Macerata phyſicum. Nam Gundiſaluus vigore inſtrumenti in forma Cameræ petebat dictã ſummam à dicto Ioan. quam pro redimendo ſe, & filios duos à manibus militum ei mutuauerat, & eam ſummam dictus Ioan. in dicto inſtrumento cõfitebatur ſe habuiſſe & recepiſſe, iurans omnia in eo contenta eſſe vera, & renũtians exceptioni non numeratæ pecuniæ &c. Petente igitur Gundiſaluo ſum *

ſummam, dictus Ioannes iam abſolutus à iuramento ad effectum agendi & excipiendi &c. exceptionem non numeratæ pecuniæ oppoſuit. Verum quia iurauerat omnia & ſingula eſſe vera, illa verba tantum operabantur, quòd ipſum Gundiſaluum releuabant ab onere probandi numeratã pecuniam, & transferebãt onus probandi in ipſum Ioan. excipientem, iuxta tradita per Alexand. & alios in l. nemo poteſt. de leg. j. & in l. fin. C. de non numer. pecun. Et ita Rota impoſuit dicto Ioanni onus probandi. Ioan. verò videns fortè non poſſe ita facile negatiuã probare, acceſsit ad Reuerendiſsimum Cardinalem Neapolitanum tunc vrbis legatum, & obtinuit commiſsionem, quòd præfigeretur terminus dicto Gundiſaluo ad probandum ſe numeraſſe pecuniam: Gundiſaluus excepit de iſta regula: Domini tenuerunt tolli Gundiſaluo ius quæſitum. verum quia Ioan. ſe iuuit alia commiſsione, fuit vtriq; terminus præfixus, & mandatum concordari, & ita cauſa manſit.

¶ Itaque ex prædictis apparet præſentem quæſtionem fuiſſe deciſam per rationes ſuperius allegatas, & alia plura dicta tunc per aduocatos vtriuſque partis congeſta, quæ breuitatis cauſa omitto.

¶ Breuiter hîc concludo, quòd ſi in dicta gratia motu proprio talia erant narrata, quæ aliàs probari debebant de iure communi, hoc caſu ſi Papa per ſuam commiſsionẽ prædictam gratiam ad ius commune reduxit, nulli facit iniuriã, quia fauorabilis eſt via per quam reuertimur ad ius cõmune, vt in cap. ab exordio xxxv. diſtin. vt notat gloſ. in cap. iij. de præben. lib. vj. & dicam inferius in alia quæſtione. An verò narrata in gratia motu proprio non erant contra ius commune, ſed præter, in quibus ius commune exactas probationes non requirebat, & tali caſu procedat contraria opinio.

## QVAESTIO DVODECIMA.

Cõmiſsio mãdans dari fidẽ cedulis.

QVAERO, nunquid commiſsio quæ mandat dari cedulis publicationum factis in audientia contradictarũ, & in cathedrali eccleſia, quæ non plenè probabant, quo ad effectum regulæ de publicandis, dicatur tollere ius quæſitum?

¶ SOLVTIO. In cauſa Cameracen. præbend. olim accidit iſte



iſte caſus in Rota, & non habeo quid fuerit reſolutum. Tamen tentando poteſt dici, quòd non tollat ius quæſitum, ex eo, quia commiſsio ſolum adiuuat, ſeu ſupplet probationem. Et hoc non eſt tollere ius quæſitum, quia ſtant ſimul, quòd aliquis habeat ius, & deficiat probatio. l. duo ſunt. ff. de teſtam. tutel. & tradit Innoc. in cap. quia plerique. de immun. eccl. Cum autem iſta regula loquatur de iure quæſito tollendo, in ſuppletione probationis locum non habebit, tanquàm res diuerſa. Quia per illam potius adiuuatur ius amiſſum per regulam de publicandis, quàm quòd alicui ius tollatur. Et ita pro iſta parte conſuluerunt plures excellentes viri illius temporis, quorum nomina, quia ſunt incogni ta modernis non habentibus eorum ſcripta, non refero.

Ius aliquẽ habere & deficere, ſtant ſimul.

¶ Quamuis poſsit tentari, quòd adiuuare probationẽ non ſufficientem ſit ius tollere, cum per probationum defectum reus ius iudiciorum acquirit, quod repræſentat victoriam, iuxta l. qui accuſare. C. de edend. Nam ſi illa publicatio eo modo facta erat inſufficiens, reus erat ſuffultus exceptione regulæ de non publicandis, quæ perimit gratiam, quod videtur per dictam commiſsionem ſuppletiuam publicationis tolli. quod fieri non conuenit, iuxta ea quæ diximus ſuperius quæſt. xj. Et licet probatio, & ius videantur differre, per ea quæ dicta ſunt, tamen quo ad effectum iudicij probatio idem eſt quod ius, vt patet in eius diffinitione tradita per Moder. in rubric. de probat. Et ita dicta l. duo ſunt in ſpecie. declarat notabiliter Bald. in l. hac conſultiſsima. in ſecunda colum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. Et ſequitur Petr. de Ancha. in cap. penult. col. fin. de cleric. percuſſo.

Reus per probationum defectum.

Probatio au fit ius.

¶ Tenendo tamen primam opinionẽ ad iſta poſſet reſponderi, quòd per exceptionem regulæ de publicandis, licet reſignatarius repellatur, non tamen propterea opponẽti adiudicatur beneficiũ virtute regulæ, ſed titulus aliunde quęri debet: & ille titulus eſt qui dat ius opponenti, non ipſa regulæ oppoſitio. Sicut dictum fuit per Dominos in vna Vrgelen. archidiaconatus coram R. P. D. Marcello epiſcopo Marſicano de hoc menſe Nouembri. M. D. xxxix. Nam voluerunt quòd licet vna pars contra ſuum aduerſariũ excipiat de pœna, cle. j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. non per hoc ius violantis ſequeſtrum acquiritur excipienti, niſi aliunde illud

Reſignatari⁹.

illud impetrauerit. Itaque ſi Papa ſuppleat diligentias publicationis factas per reſignatarium ad effectum, vt cenſeatur regulæ ſatisfeciſſe, non propterea tollit, nec lædit titulum opponentis, etſi occaſionaliter vel ſecundario ius illud per huiuſmodi ſuppletionem debilitaret, illud præiudicium ad effectum iſtius regulæ non eſt conſiderabile, prout latius concluſum fuit ſuperius in tertia quæſtione.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Papa declarãte in commiſſione mentis ſui prædeceſſoris fuiſſe gratiam.

QVAERO, an per commiſſionem, per quam Papa declarat mentis ſui prædeceſſoris fuiſſe gratiã nõ fuiſſe ſubreptitiam, per expreſſionem falſam familiaritatis tollatur ius quæſitum?

¶SOLVTIO. Paulus Pontanus olim inter aduocatos ſui temporis excellens, conſuluit regulam hoc caſu non habere locum. Quia per talem commiſſionem non tollitur ius quæſitum. Et ratio eſt, quia non omnis falſa expreſſio inducit ſubreptionem, ſed illa duntaxat quæ poteſt Papã mouere, vel non mouere ad facilius concedendum, vel denegandum, vt notat Ioan. Andr. in cap. dudũ. per illum text. de præbend. lib. vj. Et Ioan. de Imol. & Domi. in cap. ſi motu. eod. tit. gloſſ. in clem. ſi dignitatem. eod. tit. & D. Anto. in cap. ſuper literis. de reſcript. Pro qua opi. id facere videtur, quia qui declarat, nihil de nouo dat impetrãti, nec aduerſario aliquid tollit. vulg. l. hæredes palàm. §. ſed etſi notam. ff. de teſtam. & ideo in declaratorijs nõ poteſt præiudicium prætendi, vt tradit Egid. conſil. xix. Et ita in terminis tempore Sixti in ſimili caſu bis cõſuluit Ioan. Aloiſius Tuſcanus aduocatus, & poſtea ob eius excellentem doctrinam factus auditor Cameræ in conſil. ſuo incip. vtrum creatio acoliti. in vltimo dubio. lib. j. cõſiliorum ſuorum. fol. ccxv. & in alio conſil. incip. vtrum declaratio. poſito in ſecundo volumine ſuorum conſil. fol. cxxxiiij. vbi conſuluit in notabili caſu, videlicet, Quidam epiſcopus Faren. aliàs familiaris Sixti iuerat in Hiſpaniam cum Reuerendiſsimo Vicecancellario legato, & ibi mortuus fuit, per cuius obitum quidam Andreas primo loco, deinde quidã Hermanus impetrarunt beneficia dicti epiſcopi. Sed Hermanus tanquàm de familiari Papæ impetrauit. Cumque propter abſentiam dicti Epiſcopi, propter quam videbatur receſsiſſe à familiaritate,

Declarans nihil de nouo dat impetrãti.



liaritate, & continua commenſalitate in iudicio contenderetur, Papa declarauit Epiſcopum prædictũ ſemper in eiuſdem Papæ familiaritate manſiſſe, nec propter huiuſmodi profectionem, ſeu receſſum à curia, vnquam à ſua familiaritate, ac continua commenſalitate receſsiſſe &c. Itaq; attenta iſta Papæ declaratione Hermanus cẽſebatur prouiſus de beneficio familiaris, quæ quidem declaratoria ſi non emanaſſet, Andreas tanquam primus impetrans obtinuiſſet, & vinceret Hermanũ: videns igitur Andreas ſe per huiuſmodi declaratoriam ſuccumbere; excepit de regula iſta, ſuper qua cùm Rota dubitaret, datum fuit dictum dubiũ, in quo Pontanus vnius partis aduocatus, vt dixi, tenuit, regulæ nõ eſſe locum ex eo, quia per huiuſmodi Papæ declaratoriam non videbatur inferri prçiudicium conſiderabile. Nam qui declarat, quod in mente incluſum erat, facit, ac ille qui granum, quod ſub ariſtis latebat, excutit, & in apertum ducit, qui ob eam cauſam proculdubio nouam ſpeciem nõ videtur inducere, vt dicit Bald. in l. Lædita. in x. oppoſitio. C. de eden. cum concor. vt ibi ſcribit Decius in xj. col. nume. 48. cum ſeq. & in conſi. cxiiij. col. penul. facit tex. in l. adeò. §. cũ quis. ff. de acquir. rerum domi. & text. in clemen. exiui. verſ. horum autẽ. de verb. ſig. Hinc illud euenit, quod dicit Bald. in l. teſtamentum. C. de teſta. nihil eum principaliter diſponere qui tantum declarat, ſed quid in præteritum ſit oſtendere videtur. Pro quo dicto plura motiua tradit præfatus Io. Aloiſius Tuſcanus, quæ non curo referre, breuitati ſtudens, cum etiam non videantur magis, quàm prædicta vrgere. Et eundem caſum quem ſuprà diximus Pontano contigiſſe, contigit etiam tempore Nicolai Quinti, & Calixti, & Sixti, prout atteſtantur idem Paulus Pontanus, & Io. de Baroncellis aduocati illorum temporum cõſiſtoriales in iiij. volumine informationum tunc occurrẽtium in cauſa Toletana præſtimoniorum pro Io. Monte contra Ioan. Ferdinandi. Qui omnes in iſtam partem negatiuam, vt videlicet non haberet locum regula, inclinarunt.

Caſus notabilis ſuper familiaritate.

Declaratio ſola quid operetur.

¶Sed aduertendũ eſt diligenter, quia cõtra prædicta facit in terminis cõſi. Pet. de Anch. in cõſi. cccxcviij. incip. præmitto pro clariori. in vltimo dubio. vbi tenet, quòd Papa declarãdo aliquem ſuum familiarẽ fuiſſe, ſi per hoc tollitur gra-

Papa declarãte aliquẽ fuiſſe ſuũ famil. &c.

tia aduerſarij,declaratio nõ valet, quia tollit ius quæſitum. Et illud conſilium ſequitur Decius in ſermone concilij Piſani,in penult.col.

Declarationis diſtinctio.

¶ Et ideo pro reſolutione prædictorũ eſt diſtinguẽdum de modo declarationis. Quia aut Papa declarat illud quod in primo actu tacitè ſub verbis dubijs continebatur. Et tali caſu declaratio non tollit ius quæſitũ,quia qui declarat, nihil de nouo inducit,ſed granum ex ſpicis, vt dictum eſt, excutit. Nam proprium eſt declarationis illud,quod eſſet inefficax & obſcurum,propter difficultatem probationis aperire,vt in l.duo ſunt Titij.ff. de teſtamen.tute.& l.ſi cui.§.ſi quæratur.ff.de ſer.fug. Et ita tenet Oldra.conſi.clxvij.ante omnia &c.col.fi. Et idem Pet.de Anch.conſi.lxxxiiij. videndum eſt.col.j. Et in tali declaratione procedunt ea quæ latè tradit Andr.Sicul.in c.ſuper quæſtionũ.in prin.col.j.de offic.deleg. Et Iaſ.in l.nõ dubiũ.in vj.not.de leg. Et talis declaratio vocatur expoſitiua, quia natura verborũ hoc patitur,& hęc ſemper fieri poteſt,& in iſta regula locũ nõ habet.

Declaratio q̃ tollat ius quęſitum, quæ verò non.

¶ Aut Papa nõ declarat, interpretando verba, ſed ſupplendo illud quod non eſt,& quia iſta non eſt propria, nec vera declaratio,ſed potius quędã noua cõceſsio.l.qui liberis.§.teſtamentum.vbi gl.& Bart.ff.de ſecund.tabul.& in.l.j.vbi gl.& Bal.C.de codic.talis declaratio ſubijcitur iſti regulæ, quia dicitur inferre præiudicium. Et ita expreſſe diſtinguit Paul.de Caſt.in conſi.cccxxxviij.quia exceptiones.in fi.lib.j.& in d.l.hæredes.§.ſicut.col.ij.de teſtam.quod dicit bene notãdum pro declarationib.quas ſæpe ſummi Pontifices de beneficijs reſeruatis faciunt. Nam dicit eas non valere in præiudicium tertij. Quibus quidem Pauli de Caſt.verbis dixit Fely.ſæpius ſe in Rota vſum fuiſſe, dominis non diſſentientibus, vt ipſe refert in c.cum olim.in iiij.col.de re iudi. Et cum Paulo concordat Pet.de Anch.in d.cõſil.cccxcviij. Et ita in ſpecie iſtam diſtinctionem ſequitur Decius in l.j.in ij.col.C.de impub.& alijs ſubſti. Et ante ipſum Soci.in conſi.cclx.incip.in cauſa Naneten.in ix.col.vbi notab.loquitur. Et hoc idem ſequitur Decius in c.fi.in vj.col.de conſti. Et latius Moder.Taurinen.videlicet Io.Franciſcus Purpuratus vir profundæ doctrinæ,in l.j.in v.col.ff.ſi cert.pet. Et pro iſta parte conſuluit Gemi.in cõſi.cxxviij.in ſecundo dubio.

Declarationes factæ per Papam de beneficijs reſeruatis.



dubio.& ſequitur Fely.in c.ſi quando.in j.col.de reſcriptis.

¶ Hinc dicimus,quòd in tali declaratione inductiua de nouo requiritur partis citatio,quia per eam infertur præiudicium,vt probat latè Decius in cõſi.xiiij.col.fi.in vltimo volumine impreſſorũ. Pro quibus conferunt ea quæ Rom.tradit in conſi.ccxcviij. Et ideo tempore Sixti Papæ in vna cauſa parochialis de Tuſchijs Naneten.in qua tunc conſuluit And.de Caſarellis excellentiſsimus aduocatus conſiſtorialis,fuit concluſum tali declarationi obſtare iſtam regulam. Et credo,quòd fuit illa cauſa ſuper qua conſuluit Soci.in dicto conſil.cclx. Et ille fuit pulcher caſus, quem ob memoriã vetuſtatis referam. Fuerat enim conceſſa facultas Epiſcopo Naneten.de conferendo beneficia in certis menſibus, cum hac conditione, quòd dictam facultatem in eccleſia cathedrali die Dominica vel feſtiua,populo congregato ad diuina audienda,infra miſſarum ſolennia publicaret,cum decreto irritanti ſi ſecus &c. Accidit,quòd Epiſcopus non ſeruauit iſtam formam,ſed dictam gratiã in Synodo ſuo publicauit. Et deinde vigore dictæ facultatis conceſſit dictã parochialem vacantẽ cuidam Petro. Poſtea quidam Iacobus vigore gratiæ expectatiuę acceptauit dictam parochialem,& dictum Petrum ad iudicium traxit, & lite pendẽte gratiam ſi neutri impetrauit. Petrus obijciebat de facultate Epiſcopi quæ irritabat quaſcunq; acceptationes. Iacobus replicabat illud Epiſcopi indultum,ſeu facultatem nullum ius tribuere,ex quo Epiſcopus ſecundum formam datam non publicauerat illam: Petrus videns ſe percuti, obtinuit à Papa motu proprio vnam declaratoriam,per quam Papa declarabat, dictam publicationem facultatis factam in Synodo, & collationes in vim dictæ facultatis factas fuiſſe validas. Iacobus contra iſtã bullam declaratoriè oppoſuit de iſta regula. Petrus replicabat declarationem iſtam Pontificis nõ tollere ius quæſitum,quia qui declarat,nihil de nouo dat. Triplicabat Iacobus, imò illam declaratoriam multa de nouo inducere,ex quo Epiſcopus nullam habebat poteſtatẽ conferendi, non ſeruata forma data in facultate ſibi conceſſa, iuxta c.cum dilecta.cum vulg.de reſcript. Et ideo per ſuam collationẽ nullum ius tribuerat Petro, & declaratio Papæ non poterat retrotrahi in præiudicium medio tẽpore impe

Caſus notabilis ſuper decreto irritanti,ſi ſecus.

Declaratio qñ aliquid de nouo inducit.

Declaratio Papę an poſsit retrotrahi i præiud.&c.

trãtis,vt in cap.quamuis.de reſcrip.lib.vj.cum materia vulgatæ l.bonorum.rem ra.hab.Nec poſſet princeps facere,ꝙ publicatio quæ nõ eſt facta, ſit facta.arg.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.ſed bene poteſt extẽdere,ꝙ publicatio quę debebat fieri in eccleſia cathedrali cum prædicta forma,ꝙ fiat in Synodo,arg.eorũ quæ dicit Bart.in l.ſed ſciendũ.ff.de parrici.Et hoc eſt aliquid de nouo inducere. Talis ergo declaratio extenſiua,quia de nouo inducit,ſubijcitur regulæ,per ea quæ ſuperius dicta ſunt, quia intentionis Papæ non fuit velle tollere alteri ius quæſitum.Hæc ſunt quæ tunc in caſus cõtingentia dicebantur, quæ iuſtificãtur ex ſuperius dictis.

Princeps non poteſt facere quòd &c.

¶Nec obſtat,quod motu proprio ſit facta declaratio,quia motus proprius tollit ſubreptionẽ,non ius tertij, vt not.in cle.ſi ſummus Põtifex.Et tradit Decius vbi ſuprà poſt Alex.in cõſi.xj.ex his.col.pen.lib.vj.cũ alijs cõcord.vt ſcribit Iaſ.in l.fi.col.pen.ff.de pac.& in l.j.col.ij.C.de rei vẽdicatio.Et ita illis tẽporibus in contingẽtia iſtius caſus fuerat dictum, quod eſt menti tenendum ad declarationẽ iſtius regulæ.Ex quibus plures aliæ ſimiles quæſtiones diffiniri poſſent.

Motus ꝓprius tollit ſubreptionem.

## QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO,nunquid regula iſta obſtet gratiæ tertij non collitigantis lite pendente inter alios impetratæ, ſed per collitigantem in iudicio productæ?

Regula obſtãs gratiæ,&c.

¶SOLVTIO.Iſta quæſtio fuit heri xxij.Maij,& ſecunda Iunij.M.D.XXXVI.propoſita, & ventilata in Rota coram R.P.D.Marcello electo Marſicano,in cauſa Placentina parochialis de Verſocana. Et Domini fuerunt varij. Et vt difficultas,& quæſtio iſta facilius intelligatur, ſeries negotij ita ſe habet:Franciſcus de Miranda, & quidam Chriſtophorus Vrbina contendebant inuicem ſuper prædicta parochiali. Deinde D.Franciſcus Solis Epiſcopus Balneoregen.fuit citatus,& tractus ad eandem cauſam per D.Franciſcum Miranda.Itaq; dictus Miranda, & epiſcopus ex vna parte erãt collitigantes.Ex alia vero idem Mirãda,& dictus Chriſtorus. Pendente huiuſmodi lite Chriſtophorus impetrauit vnum Breue à Papa Clemẽte,in quo Papa annullabat quaſcunque alias prouiſiones ſuper dicta parochiali,alijs quàm Chriſtophoro factas,decernẽs irritum.&c.Poſtea Chriſtophorus obijt,& totum ius Chriſtophori per ſubrogationẽ deuenit

Caſus declaratorius.



deuenit in perſona dicti Franciſci Miranda. Itaq; lis remanebat ſolum inter dictũ Miranda,& Epiſcopum,habentem titulum anterioris datæ, & in poſſeſsionis dictæ parochialis exiſtentem.Et quia dictus Franciſcus Miranda ſpoliauerat epiſcopũ ſuſpenſo petitorio:egit Epiſcopus cõtra eum poſſeſſorio recuperandæ. Franciſcus produxit contra Epiſcopum prædictum Breue, quod impetrauerat dictus quondam Chriſtophorus dum viueret ad effectum,vt oſtenderet Epiſcopũ nullum habere titulum , neq; poſſeſsionem propter decretum irritans dicti Breuis, ſine quo titulo ſaltẽ colorato Epiſcopus poſſeſſorio reſtituendæ agere nõ poterat iuxta vulgatas deciſ.Epiſcopus verò contra Breue excepit de iſta regula,quia per illud tollebatur ſibi ius quæſitum:dubitatum fuit nunquid iſto caſu haberet locum regula.

¶Pro parte affirmatiua dicebatur, quòd ſic. Nam regula iſta innititur ęquitati,quæ iſto caſu militare videtur,maximè cõtra dictum Breue exorbitans,rigoroſum,& inſolitũ. Et licet regula loquatur in cauſis,verum eſt dicere,Epiſcopum fuiſſe cum præfatis in eadẽ cauſa,& ſuper eodẽ beneficio.Nam licet inter Epiſcopum & Chriſtophorum nõ eſſet lis, erat tamen eadem cauſa quæ ſufficit , cum alia ſit cauſa, aliud lis.vulg.c.forus.de verborum ſignificatione.

Cauſa aliud eſt,aliud verò lis.

¶Præterea,quia ius obueniens ex dicto Breui , tẽpore quo Franciſcus Miranda excipit de eo, iam erat cõſolidatum in perſona dicti Franciſci, & effectum fuit totaliter ſuũ,iuxta l.hæreditas.de acquir.hæred.Vnde qua ratione obſtaret regula, ſi Franciſcus impetraret Breue prædictum,eadem ratione quando ius procedens ex Breui eſt effectum ipſius opponentis.arg.cap.Abbate ſane.de re iudi.lib.vj.

¶Præterea , quia ſi dicimus, Regulam Epiſcopo iſto caſu non ſuffragari,ſequeretur hoc abſurdum,quòd multotiens intruſi in ſua ſe intruſione confouerent. Pone enim litem eſſe ſuper vno beneficio inter A.titulum habentẽ, & B.poſſeſſorem intruſum, C. tertius impetrat gratiam annullatiuam tituli A.facta mentione de lite.Certè ſi dicimus non poſſe A.dare de regula iſta, B.intruſus contra A.poterit abſolutoriam petere:cum reperiatur titulus ipſius A.extinctus per gratiam C.Quæ quàm ſint abſurda quilibet decernere poteſt. Et ideo dicendum videtur , quòd vbi gratia

tertij impetrata lite pendente, inter duos tollit titulum, vel aliàs præiudicat alteri litigãtiũ, ſi alter vtitur illo iure contra ſuum aduerſariũ collitigantem, proculdubio locus erit regulæ, per ea quæ dicit Oldra. cõſ. ccxcix. & ſequitur Fely. in c. in noſtra. in xv. corr. de reſcrip.

¶ Iſtis tamẽ rationibus non obſtantibus, maior pars Dominorũ concluſerunt contrarium, videlicet, non eſſe hoc caſu locum regulæ per iſtas rationes. Primo, quia iſta regula fuit ſemper interpretata, tãtum habere locum inter collitigantes, vt ſic inquantum fieri poſſet, interpretetur ſecundum ius commune, quòd noluit in medio litis ſacras iuſsiones impetrari poſſe, ne ius collitigãtis turbetur. Et hoc denotat illud verbum cauſis, poſitum hîc in regula quæ largo modo litem comprehendit, vt traditur in l. cauſas. C. de trãſactio. Cum igitur Chriſtophorus prædictum Breue impetraſſet, tempore quo non erat lis inter ipſum & Epiſcopum, meritò regulæ non erit locus. Iſta tamen non procederent tempore Hadriani VI. qui regulam generalem fecit, comprehendens omnia tempora, & idem fecit Sanctiſſ. Dominus noſter Paulus Papa III. Itaque deciſio prædicta locum habet tempore aliorum Pontificũ, quorũ regulæ tantum ad conceſsiones lite pẽdente obtentas reſtringuntur, vt latius dixi in præfatione iſtius regulæ. Et tenendo iſtum intellectum, prædicta facile reſoluuntur. Nec obſtat, quòd illud Breue infert præiudicium, quia hoc non facit, quòd ſit locus regulæ, quia caſus preiudicales extra iudicium regulæ non ſubijciuntur, ſed ſub diſpoſitione iuris communis relinquuntur: quæ qualis ſit, inferius dicetur in alia quæſtione. Poterit igitur hic Epiſcopus ſibi conſulere aduerſus illud Breue per aliquam commiſsionem reductoriam breuis ad ius cõmune, quæ denegari non ſolet, præſertim quando commiſsio petitur cum illa clauſula, cõſtito de bono iure: quod ſi non fecit, ſibi imputet.

Cauſis, illud verbum.

## QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, an per derogationem iſtius regulæ, vigore cuius iam alicui competebat ante derogationem regulæ exceptio, tollatur ſibi ius quæſitum?

¶ SOLVTIO. Quidam antiqui tenebãt quòd ſic, vt adnotauit ſummus ille vir Laurẽtius Puccius quondã Cardinalis Sanct



Sanctorum quatuor, in quibuſdam notabilibus expeditionum Curiæ, rationem tamen aliquam non ſcripſit. Et pro iſta opinione facit, quia poſtquam vigore alicuius legis acquiſitum eſt ius alicui, Princeps in præiudicium iuris vigore illius legis quæſiti non poteſt talem legẽ reuocare, quominus ad tuitionẽ dicti iuris quæſiti illa lex allegari poſſit. Ita tenent Imol. & D. Anto. in c. j. de conſti. per dictũ Innocen. in c. nouit. de iud. Quẽ ibi latè ſequitur Abb. in verſi. quarta ſolutio &c. Vbi infert, quòd leges prolatæ ab imperatoribus in fauorem eccleſiarum & clericorum, ex quo tranſierunt in priuilegiũ, non potuerunt per eoſdẽ in præiudicium prædictorum reuocari. Et ſequitur Fely. vtroque loco. Ita videbatur in propoſito dicẽdum, quòd Papa derogando huic regulæ, ſi per derogationẽ illius infertur præiudicium illi, cui iam prius competit ius excipiendi vigore regulæ, quòd nihilominus reuocatione non obſtante, poterit excipere de regula. Et pro iſta parte faciũt ea quæ Car. & Imol. tradunt in c. quia diligẽtia. de electionib. ſequitur Alexand. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in ix. col. verſi. ij. limitatur. ff. de lib. & poſthu.

Lex vigore cuius eſt ius acquiſitũ alicui, &c.

Leges prolatæ ab Imperatoribus.

¶ Sed iſtis non obſtantibus cõtrarium videtur concludendũ. Et in primis illud ſatis notiſsimũ eſt in iure, quòd princeps poteſt pro libito volũtatis tollere leges poſitiuas. c. j. de conſt. lib. vj. cum illis nõ ſubijciatur, ſed illę ſubſunt ipſi. vulg. c. propoſuit. de conceſſ. præben. & tradit Alexand. in conſi. ij. col. v. lib. j. & alibi ſæpe. Nam illius eſt deſtruere, cuius eſt cõdere. vulg. l. fi. C. de legi. Et ideo dicimus, quòd in principe eſt pro ratione volũtas, vt dicit Bal. in l. relegati. & ibi gloſſ. ff. de pœnis. Et hoc procedit etiam ſi per talem legem reuocatoriã tolleretur ius quæſitum alteri, non ſolum virtute legis reuocatæ, ſed ratione alicuius ſpecialis tituli: quod fortius eſt, vt tradit notabiliter Bart. in l. quotiens. ff. de pollici. & in l. Antiochenſiũ. ff. de priui. cred. & in proœ. Digeſtorum. Vnde licet princeps per reſcriptum ſuum auferens rem, vel beneficium alterius teneatur ad recompenſam, vt aliàs dixi, quia talia reſcripta ſeu conceſsiones intelliguntur ſine alterius præiudicio. Tamen vbi princeps non per viam reſcripti, ſed per viam legis generalis tolleret ius quæſitum, non tenetur ad aliquam recompenſam, vt nota-

Deſtruere illius eſt, cuius eſt condere.

Princeps per reſcriptũ ſuũ auferens rem, quando &c.

biliter concludit Alex.in conſi.cix.viſis ijs.col.antepenul. verſi.ad tertium argumentum lib.iij.& in conſi.clxxxix.incip.maturè,col.v.lib.ij.Sic igitur ſi Papa per viam legis derogat iſti regulæ,non eſt dubium per hoc non tollere ius quæſitum. Quia Papa poteſt tollere ius quæſitũ ex lege ſua, vt dicit Paul.de Caſt.conſi.ccxvj.incip.quomodo.ſequitur Felyn.in c.nouit.in viij.col.de iudi. Quinimò ſi per viam reſcripti ſcienter derogat regulæ,non poterit ille,cui ius tollitur,vti exceptione illius. Quia ſatis conſtat Papam in beneficialibus liberam habere poteſtatem,non ſolum derogandi regulam,ſed etiam ſine cauſa præiudicandi alicui,& auferendi ius quæſitum,vt notat Abb.poſt Ant. in cap.conſtitutus.col.ij.de relig.domi.cum ſexcentis concord.vt Moder.Mediolanen.ſcribunt in c.qui in eccleſiarum.in xj.col. verſi.ſecundus caſus eſt.de conſtit.

Papa poteſt tollere ius q̃ſitum ex lege ſua.

¶Non obſtant ea quæ in contrariũ ſunt adducta ſuperius. Quia procedunt illa,quãdo lex eſt pro aliquibus non ſubditis particulariter condita per viam priuilegij,non autem generaliter pro omnibus,vt loquuntur prædicti doct.in d. c.j.& dicto c.nouit. Tali enim caſu princeps reuocare legem non poteſt,& reuocando non tollit ius quæſitum ex illa lege. Secus tamẽ eſt,quãdo lex fuit generaliter ædita pro omnibus,prout eſt regula iſta,& non particulariter in priuilegium aliquarum perſonarum. Quia tali caſu reuocari poteſt,neque curatur de præiudicio,vt notanter diſtinguit Paul.de Caſt.in conſi.cclxxxvij.incip.primum dubium.lib. j.& tradit.Soci.conſi.clvj.col.ij.& Deci.conſi.ccxxix.circa fi.& Alexand.conſi.cj.col.v.lib.j.& Moder.prædicti,præſertim,quia quando derogatur regulæ,in fauorem certæ perſonę regula non tollitur,quominus alij eius exceptione vti poſsint. Nam ſæpe in Rota illi in declaratorijs vidi per ſummos Pontifices conceſsis,derogari,& plures caſus ponit Bo.Me.Laurentius Cardinalis Sanctorum quatuor in quodam ſuo libro adnotationum.fol.clxviij.In quibus derogatum fuit huic regulæ in fauorem certarum perſonarũ, quas hîc breuitatis cauſa non referam,& tradit Decius in l.ædita. nume. 48.& ſequen.C.de eden. Nec prædictis obſtat ſi dicatur locum eſſe iſti regulæ,etiam quando princeps ſcribit motu proprio,& ex certa ſcientia,vt ſuperius in alia quæſt

Regulæ quando derogatur in fauorem alicuius,&c.



quæſtione diximus: quia illud eſt verum,niſi derogetur regulæ,vt hîc. Nam per motum proprium vel certam ſcientiam non cenſetur derogatũ iſti regulæ,niſi ſpecialiter fiat derogatio,vt latè ſuperius in procemio regularum in v.& vj.q.diximus. Et ideo ſemper locus erit exceptioni contra omnem gratiam tollentem ius quæſitũ,etiam ſi fuerit motu proprio facta,niſi ſpecialiter regulæ derogetur. Et tali caſu ſublata regula tollit ius excipiendi quæſitum ex ea. Et ita in ſimili in vna Parmen.ſpolij bonorum coram R.P.D. * Pet.Vortio fuit in Rota concluſum die xij.Iunij.M.D.xxxviij. Nam in dicta cauſa dubitabatur nunquid abſolutio à iuramento, & à periurij reatu ad effectum agendi & excipiendi, parte tamen citata à ſacra Pœnitentiaria obtenta ſub prætextu,quòd ille qui iurauit fuit enormiſsimè læſus, ius parti aduerſę ſuſtulerit,vigore l.ſi quis maior.C.de trãſ. quæſitum aduerſus contrauenientem. Et concluſerũt Domini,quòd ſic,probata enormiſsima læſione. Quia conſtat Papam ex cauſa enormiſsimæ læſionis voluiſſe concedere abſolutionem.Vnde ſi probatur,quod illi aſſeritur,videtur tollere & derogare.l.ſi quis maior. Et hoc per quandã conſequentiam videtur tollere ius quæſitum ex ea. Et per hoc cauſatum non fuit,tam ex abſolutione,quæ tantum cõceſſit facultatem agẽdi,quàm ex probationibus enormiſsimæ læſionis,& contractus ſimulati poſtea facti,quæ fieri non poſſent,niſi conceſſa abſolutione,vt dicit Paul.de Caſt.notabiliter in cõſil.cclix.incip.circa primum.in ſecundo volumine.Et ita etiam in hoc puncto concluſit conſiliũ Neapolitanum in deciſ.cccxxij.col.pen.& fi. Sed iſta omnia nouiſsimè limitantur non habere locum, quando Papa per ſpecialem gratiã vni factam,tolleret ſtatuta,priuilegia,& conſuetudines eccleſiæ confirmatas,per quæ fuerat iam ius quæſitum:quia tali caſu locus eſſet iſti regulæ,vt poteſt poni exemplum in cauſa Burgen.penſionis nuper in Rota coram R.P.D.Aquen.deciſa.In qua eſt ſciendum,quòd eccleſia * Burgen.habet ſtatuta, conſuetudines,& priuilegia,quibus diſponitur omnes fructus cuiuſdã abbatiæ,& illi annexorum per vnum annum cum dimidio poſt quamcunq; vacationem ipſius abbatiæ ſint eo ipſo menſæ capitulari,ſiue fabricæ dictæ eccleſiæ applicati, cum ampliſsimis clauſulis.

Aſolutio à iuramento.

Accidit,quòd vacante dicta abbatia S.D.N.R. Cardinali de Grimaldis penſionem D. Duca.ſuper ea conſtituit,cum derogatione ſpeciali ſtatutorũ,conſuetudinũ,& priuilegiorum dictæ eccleſiæ.Itaq; vigore iſtarum literarũ penſionis, Cardinalis contra capitulũ dictæ eccleſiæ ad penſioné egit. Capitulum verò prætendit ad penſionem non teneri ex eo, quia vacante abbatia,eo ipſo ius in fructibus quæſitũ fuit, itaq; eccleſia grauari non poterat:Cardinalis replicabat dictis ſtatutis & priuilegijs,in bullis penſionis in ſpecie derogatum fuiſſe.Capitulũ triplicabat Papam non intellexiſſe: propterea velle tollere ius quæſitũ ex dictis ſtatutis & priuilegijs,& ita oppoſuerũt de iſta regula.fuit dubitatũ nũquid eſſet hoc caſu locus regulæ.Rota poſt varias aduocatorum informationes,hodie vij.Nouẽbris.M.D.xxxix.corã eodẽ D.Petro Epiſcopo Aquen.cõcluſit eſſe locũ regulæ:quia Papa,licet derogauerit dictis ſtatutis cũ ampliſsimis clauſulis, nõ per hoc viſus fuit derogaſſe huic regulæ,quæ indiuiduã mentioné requirit,vt dicã in alia quæſtione quæ locum habet quando tollitur ius quæſitum ex priuilegio vel ſtatuto.

### QVAESTIO DECIMASEXTA.

**Ius queſitũ an tollat per cõmiſſ.gratia alicuius.**

QVAERO, quid ſi per commiſsionem tollatur gratia alicuius,itaq; per illam commiſsionem reducimur ad ius commune,nunquid ſit locus iſti regulæ?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non,quia fauorabilis & non præiudicialis reputatur illa via, per quam reuertimur ad ius cõmune,vt dicit gloſſ. in verbo ad A.in c. ab exordio. xxxv.diſt.& gl.magna in c.iij.de præbend.lib. vj.quam ſequitur Alexan.in l.ſi conſtante.in ij.col.ff.ſolut. matrimonio.Rom.conſi.cccxviij. Moder.de Monteferrato in repet.l.nemo poteſt.col.x.ff.de leg.j. Et cõmiſsio iſta nihil aliud facit,quàm tollere impedimentum ad ius commune inductum per illam gratiam. Non igitur commiſsio eſt illa quæ tollit effectualiter gratiam,ſed ius cõmune miniſterio cõmiſsionis quæ tollit obſtaculũ,vt dicit expreſsè Domi.in cõſi.xij. Vt in ſimili Io.Mo.Arch.& Io.And.in c. cum aliquibus. de reſcrip.lib.vj. Exemplũ de homine ligato manibus ponunt. Nam ſi talis ab aliquo ſoluitur,& ſolutus ſcribat,non per hoc dicitur miniſterio diſſoluentis ſcribere,ſed ille idem ex ſe hoc facit:licet ſi diſſolutus non fuiſſet,



minimè ſcriberet. Ita eſt hîc dicendũ,quòd commiſsio quæ tollit obſtaculum,non eſt illa quæ tollit,ſed ius cõmune.pro qua opinione facit dictum Abb.in c.veniens.in vij. col.num. 22.verſic.concludendo prædicta.de reſcript. Vbi dicit,quòd licet prælatus per ſuum pactũ,vel renuntiationem eccleſiæ præiudicare non poſſet:hoc tamen non procedit quando per tale pactum ad ius commune reuerteretur.

**Prælatũ per ſuum pactũ eccleſiæ præiudicare nõ poſſe, quomodo procedat.**

Quod dictum cum ſexcẽtis alijs faciẽtibus ad propoſitum, refert,& ſequitur Iaſon in l.ſi vnus.§.pactus.in iij.col.ff.de pact.facit quod dicit Ant.de But.in c.conſtitutus. in prima col.de tranſact.cum concor.traditis per Fely.in c.cum acceſsiſſent.de conſt.& Deci.conſi.iij.in iij.col.Et ita reperio iſtam opinioné in terminis iſtius quæſtionis tenuiſſe Franciſcum Curtium iuniorem in conſil.j.in vij.col.nume. 22. verſic.quarta concluſio.quem ſequitur quidam doctus moder.videlicet Barthol.Caſſaneus in conſil.lxvj.col.penult. nouiter impreſſo,vt ibi latius per eos.Et ita etiam tempore Sixti accidit caſus bis in Rota in vna Eduen.Abbatiæ,& in alia Cameracen.præben.vt atteſtatur Ioã. Aloiſius. Tuſca. Mediolané.tunc aduocatus conſiſtorialis celebris in j.volum.cõſi.fol.clxvij.& cxcviij.Licet ibi non dicat,quid tunc fuerit reſolutum,& ideo libẽter videré quid ſuper hoc Rota ſentiret. Interim tamen tenenda eſſet illa deciſio Curtij & Caſſanei,quæ eſt in terminis,& in practica multum proderit,quia vt dicit Fely.in c.cum ordiné.col.iiij.de reſcrip. inuenire deciſionem in terminis multum prodeſt in practica:& eſt doctiſsimi doctoris:ſed per regulas generales reſpondere,eſt doctoris poſitiui & pauperis: prout ipſe idem dicit in cap.j.in iiij.colum.de præſcript.

**Deciſioné inuenire in terminis, multũ prodeſt.**

### QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

**Cõmiſsio per quam reijcitur confeſs.**

QVAERO, an commiſsio per quam reijcitur confeſsio minoris ætatis,& inhabilitatis in literis apoſtolicis in iudicio productis facta,tollat ius quæſitũ ad effectum iſtius regulæ?

¶SOLVTIO.Iſte caſus accidit tẽpore Sixti in Rota in cauſa Oſcen. Abbatiſſatus de Caſsinis inter quandam Catherinam electam & Beatricem, & prout tunc dicebatur, ita nunc dicendum videtur,videlicet illi commiſsioni obſtare regulam, iſtis rationibus. Primo, quia confeſsio facta in bullis,

bullis, eſt facta principi in precibus coram eo porrectis. Secundo, quia eſt etiam approbata in iudicio per productionem literarum. Tertio, quia geminata, quo caſu talis confeſſio nõ poterat ex prædictis cauſis ſine præiudicio illius, cui per eam ius quæritur, reuocari: iuxta notata in l. cum precum. C. de liber. cau. & in cap. fin. vbi Ioan. Andr. de iure iuran. lib. vj. tradit Iaſon. in l. cum tranſegiſſe. num. 10. C. de tranſact. & in l. conditioni. C. de inſtit. Et de geminata confeſſione habetur in l. ſcimus. C. de agri. & cenſi. cum cõcor. vt tradunt Moder. Papien. in l. ſi certis. C. de pactis. & de omnibus prædictis in cap. ex literis. de diuor. not. domi. Anto. in c. atteſtationes. de deſpon. impub. Et per eundem in cap. cum venerabilis. de excep. cum ſimilibus. Ex quibus infertur, quòd electio Catherinæ minoris, & inhabilis erat ipſo iure nulla: & intrabat ius Beatricis, ſi modo per prædictam commiſſionem Catherinæ tollitur prædicta confeſſio. Ex qua prædicta minoritas & inhabilitas probatur, tollitur ius Beatrici, & ſic erit locus iſti Regulæ. Et ita in terminis videtur conſil. Cald. xij. tit. de reſcript.

¶ Solum obſtat hîc vnum, quia videtur per remotionem prædictæ confeſſionis nihil auferri à Beatrice, cum minoritas Catherinæ, quæ inhabilitatem inducit, occultari non poterat. Ita quòd poteſt Beatrix per teſtes probare illud idẽ, quod per confeſſionem inducebatur. Quo caſu nõ videbatur principaliter præiudicari, cum nõ auferatur ab ea probatio. Et licet ei tollatur releuamen probationis, non per hoc tollitur probatio. Quia aliud eſt probatio, aliud releuamen ab onere pobandi. l. eum qui. ff. de iureiur. vt dixi ſuperius q. x. Et confeſſio ſecundum cõmunem opinionem, non eſt probatio, ſed releuamen probationis, vt latè probant Moder. poſt alios in rubr. de probat. numer. 4. Et hoc maxime procedit in caſu iſto, quia confeſſio prædicta fuerat per mulierem minorem annis facta, nec fuerat acceptata. Quo caſu facilius ex triplici capite fragilitatis, & non acceptationis poſſet reuocari. Tamen tenendo primã opinionem, ad iſta poteſt reſponderi, quòd magnum præiudicium fit Beatrici in hoc, quòd grauatur onere probandi. Quia cum dubius ſit litis euentus, cogitur, rem iam clariſſimam, & expeditam per confeſſionem Catherinæ in dubium



bium reuocare, maximè, quia iuſtè timere poteſt Beatrix ſubornationem teſtium. Quia qua ratione Catherina auſa eſt contra confeſſionem ſuam ita qualificatam venire: eadem ratione eſt præſumendum eam impedire poſſe, ne probari poſſit eius inhabilitas. Quia, vt dicit Bald. in cap. quia veriſimile. de præſump. propter dulcedinem rerum temporalium, ſtudium corrumpendi teſtes adhibetur. Et hoc dicendum videtur in caſu iſto, quia hic Catherina non venit per viam reſtitutionis aduerſus ſuam confeſſionem. Quo caſu licet per beneficium reſtitutionis videretur releuari à grauamine illato ſibi per ſuam confeſſionem, ſeruatis his, quæ dicit Egid. deciſ. dcxciij. cum ſequenti. grauaretur tamen in alio. Quia vltra læſionẽ, ſine qua nõ datur reſtitutio, teneretur plura alia copulatiuè probare ad eam reſtitutionem obtinendam. Quæ numerat Iaſ. poſt Alexand. in l. ſi is qui tẽporaliter. §. ſi minor. ff. de iureiur. In quibus forſaſſe probandis poſſet deficere, à quibus per huiuſmodi cõmiſſionem obtentã releuatur ab omnibus prædictis, & ſolum grauatur Beatrix. Ergo videtur in hoc præiudicari totaliter, & ſic erit locus huic regulæ.

*Reſtitutio vltra læſionem non datur.*

¶ Eſt bene verum, quòd ſi Catharina obtineret cõmiſſionem prædictam per viam reſtitutionis, prout de iure, quòd tali caſu non erit locus iſti regulæ, cum reſtitutio fieret ſecundum ius commune: de quo non poteſt aliquis præiudicium prætendere. Nam vtraque pars oneratur, & onus cum onere compenſatur. arg. l. viro. ff. ſolut. matrim. & dixi ſuperius in alia quæſtione, de reſtitutione loquẽs. Sed in omnem euentum dici poteſt, hoc caſu non eſſe locum regulæ, quia non tollitur ius principaliter, ſed ſecũdario, & in conſequentiam. Et tale ius non conſideraretur ad effectũ iſtius regulæ, vt diximus latè ſuperius. quæſt. iij. ſed adhuc dubito ſatis propter dictum conſil. Cald.

*Onus cũ onere cõpenſat.*

## QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

QVAERO, ponamus Papam per ſuam commiſſionem reieciſſe exceptionem mihi competentem contra aduerſarium meum, puta de pœna cõtenta, in capitulo eum qui. de præbend. lib. vj. vel de iniectione manus in clericum. Ex quibus quis incurrit pœnã, & priuationem ipſo iure, Nunquid per hoc dicatur mihi tolli ius quæſitũ?

*Papa per ſuã commiſſionẽ reijciente exceptionẽ, &c.*

¶ SOL

¶ SOLVTIO. Patet ex his quæ dicta fuerunt ſuperius in vndecima quæſtione. Sed tamen pars affirmatiua, videlicet, locum eſſe iſti regulæ ſuaderi poteſt per dicta Moder. in c. fin. de conſtit. Non tamen omitto quòd q. iſta accedit tempore Sixti IIII. in cauſa parochialis de Tuſchijs Nanneten. in qua quidam aduocati, tunc temporis, tenebant contrarium iſta ratione. Quia per hoc, quòd Papa aduerſario ius amiſſum reſtituit, & vnà cum exceptione competenti mihi reijcit, etiam manuum iniectionem, per hoc videtur ſecum diſpenſaſſe. Quia per narratiuam prædictorum Papa viſus fuit habere ſcientiam eorum, quæ à iure ſuper prædictis diſponuntur. cap. j. de conſtit. lib. vj. & l. omnium. C. de teſtam. Et per conſequens ſciuit aduerſarium fuiſſe ipſo iure priuatum, vt in d. cap. cum qui. Et à iudicio repellēdum. iuxta c. pia. de except. lib. vj. Ex hoc igitur, quòd exceptiones huiuſmodi reiecit, & voluit aduerſarium audiri in iure, videtur tacitè cum eodem diſpenſaſſe. iuxta l. quidam conſulebant. ff. de re iudicat. & quæ notantur in l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tutorum. cum ſimilibus. Inde propterea dixit gloſ. in cap. ſi aliquando. de ſentent. excōmunic. quòd per actum cum excommunicato celebratum Papa videtur eum abſoluere.

*Papa per actū cum excōmunicato celebratum videtur eum abſoluere.*

¶ Tamen iſtis non obſtantibus prima opinio videtur verior, videlicet, quòd locus ſit iſti regulæ. Pro qua eſt aduertendum in primis, quòd commiſsio præfata ad petitionem aduerſarij conceſſa principaliter fuit ad iuriſdictionem tribuendam, cum concedantur per viam iuſtitiæ. Non autem eſt actus per quem ſoleat tribui principaliter diſpenſatio, quæ innititur gratiæ. Per hoc igitur quòd ad narrationem meam Papa concedat reſcriptum, ſiue commiſsionem, non cenſetur mecum diſpēſare, vt eſt textus notabilis in l. libertus. la ſecunda. quem ibi notat Angel. ff. de in ius vocand. Nam ad hoc, vt Papa per actum quem facit, videatur diſpenſationem inducere, ſex neceſſaria requiruntur. Primo, quòd princeps ſciat factum, & ex illo iuris diſpoſitionem. Secundo, quòd pariter ſciat eſſe opus in illo facto diſpenſatione. Tertio, quòd Papa ex certa ſcientia affirmatiuum actum faciat, & quòd illū exprimat. Quarto, quòd de cauſa diſpenſationis motiua cognoſcat. Quinto, quòd ex eius actu tertius

*Papa diſpenſationem inducens.*



tius non lædatur. Ita concludunt Innocen. & Ioan. Andr. in cap. veniens. de filijs presbytero. & plures alij relati per Moder. in d. l. quidam. Sexto, quòd iſta in cōmiſsione facta lite pendente Papa huic regulæ deroget, aliàs prædicta nō ſufficerent, vt eſt dictum ſuperius iu vj. quæſt. procemij, & hîc quæſtione decimaquinta: quæ omnia in dicta commiſſione defecerunt, & per conſequens dicendum illam nō ſuſtuliſſe ius quæſitum. Nam licet ille, qui in prædictas pœnas inciderat, in ſua commiſsione de prædictis incidenter mentionem fecerit, tamen non plenè & principaliter narrat factum ſuper eo diſpenſari petens, nec in ea diſpenſatur, itaq; apparet ius impetrātis ſaluum remanſiſſe. Et præſuppoſito, quòd Papa ſciuerit factum, illa ſcientia non inducit abſolutionem excommunicationis incurſæ propter iniectionem, quia requiritur quòd expreſsè fiat, vt eſt textus in clemen. ſi ſummus. de ſenten. excommunicat. Nec obſtat gloſſ. in dict. cap. ſi aliquando. quia illa gloſſ. intelligitur quando apparebat Papam ad effectum illius actus abſoluere velle. Aliàs in dubio abſoluere non videtur, vt dicit domi. Anton. in d. cap. veniens. & in d. cap. ſi aliquando. per text. in dicta clem. ſi ſummus. Et hoc idem tenet Paul. in clemen. eos. de cōſanguinit. & affinit. Quinimò præſuppoſito, quòd ſola ſcientia ſufficeret, requiritur etiam, quòd illa ſit expreſsè ſcripta, vt dicit Imol. in d. l. quidam. per gloſſ. in cap. ſtatutū. in verbo literarum. de reſcript. lib. vj. Quam ad hoc pro ſingulari notant Moder. Bononien. in repet. rubric. C. de probat. in ſeptima columna, cum multis concor. vt ſcribit Socin. in conſil. lix. circa finem. Nam licet Papa diſpenſet cum clerico digno priuatione, non per hoc intelligitur tollere ius alteri quæſitum, vt dicit Ioan. Andr. in cap. dudū. primo. in fin. de elect. quem cum alijs concordan. ſequitur Fely. in c. cauſam. in ix. colum. verſic. interpretatio priuilegij. de reſcript. Et ſola expreſsio etiam cum clauſula nō obſtantibus, & clauſula ſupplentes. non ſufficeret ad inducendam habilitatem perſonæ cum præiudicio tertij ſecundū magis communem opinionem, quam refert Alexand. in d. l. quidam. in iij. colum. Imò quando omnia prædicta concurrent, quæ in caſu noſtro interuenerunt etiam cum expreſſa derogatione iuris quæſiti, eſſet dubitandum nunquid Papa dando immu

*Scientia ſola ſufficiens.*

*Papa diſpenſans cum clerico digno priuatione &c.*

Papa dans immunitatem delinquenti, an poſsit &c.

immunitatem delinquenti videatur expreſsè tollere mihi ius quæſitum, auferendo exceptionem peremptoriam mihi competentem, quod nō examino hîc, cum ſint præter propoſitam quæſtionem. Sed hoc plenius attigit Abb. in diſputatione ſua prima poſt doct. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. & tangit expreſsè Alexand. in conſil. cxxxvj. in ij. colum. lib. ij. & eſt text. & ibi notant omnes Moder. in cap. ex parte. el. ij. de offic. deleg. & dixi in alia quæſtione. Sufficit enim quo ad præſentem quæſtionem in prædicta cōmiſſione expreſsè non fuiſſe derogatum iſti regulæ, neq; in ea exprimi ea quæ ſuperius dicta ſunt neceſſaria ad talem effectum fuiſſe. Concludendum eſt igitur per eam ius quæſitum mihi ſublatum reſultans exceptione mea, d. cap. eum qui. & c. ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. quarta non eſſe. Pro quibus faciunt ea quæ diſtinguendo ſcribit Deci. in c. quoniam. de conſtit. colum. vj. verſic. prima eſt, quòd ſi conſtituo. &c. & dixi latius in alia quæſtione.

QVAESTIO DECIMANONA.

Papa, lite pendente fauore reipub. ſi concedat reſcriptum &c.

QVAERO, ponamus Papam lite pendente, fauore reipublicæ conceſsiſſe reſcriptum, vel commiſsionem in præiudicium collitigantis, cum clauſula generali non obſtante, nunquid erit locus iſti regulæ?

¶SOLVTIO. Pro ſolutione iſtius quæſtionis plura poſſunt dici: tamen reſecando ſuperflua, concludendum eſt locum non eſſe regulæ, pro qua opinione eſt dictum Bart. in extrauagan. ad reprimēdam. in verſic. non obſtan. in j. col. Et ratio iſtius deciſionis eſt, quia fauore reipublicæ recedimus à regulis iuris, vt dicit Rom. in conſi. xxxj. Adeò quòd poteſt auferri ius alicui, vt tradit Angel. in cōſil. ccclj. incip. generoſus. in j. colum. cum multis cōcor. Quos præter iſta copioſè more ſuo cumulat Fely. in cap. nonnulli. in vij. fallentia. colum. xxij. cum duabus ſequen. de reſcript. Hinc eſt, quòd licet in pœnalibus non habeat locum extenſio, illud tamen fallit, niſi ratione reipublicæ. Ita pulchrè conſuluit Andr. Sicul. in conſilio xlviij. incip. præclare. in j. colum. ij. volum. Et ad propoſitum faciunt ea quæ longo diſcurſu ſcribit Iaſ. in l. Barbarius. in vj. colum. ff. de offic. præto. Vbi tredecim dicta cumulat ſuper hoc. Per quæ Rota de anno M. D. xxxij. die vij. Aprilis in vna Bononien. bonorum de Guizilerijs, coram Domino Paulo Capiſucco, tenuit iſtam opinionem & limitationem ad iſtam regulam. Tamen ego ſuper hoc dubitabam, quia licet Papa propter bonum publicum poſſet ius quæſitum tollere, & cenſeatur per hoc derogaſſe iuri cōmuni, cuius ſcientiam præſumitur habere. Tamen ſecus eſt in iſtis regulis, quibus de ſtylo curiæ derogatū illis non cenſetur, etiam per clauſulas generales, niſi de illis ſpecialiter fiat mentio, vt ſæpius dictū fuit, vt latius ſcripſi in vj. quæſtione procœmij, ita quòd regula iſta ſemper obſtabit, niſi dicamus iſto caſu cenſeri in dubio derogatum illi, quod non audeo firmare: cum nullibi hoc probetur, præſertim quia illa cauſa Bononien. erat profana, in qua ius quæſitum non fundatur ſicut in beneficialibus. nam in profanis acquiritur verū ius & dominium, quod eſt de iure naturali, vt tradit Alexan. in l. cum hæredes. ff. de acquirend. poſſeſſ. non ſic eſt in beneficialibus, in quibus nemo eſt dominus, neque etiam ipſe Papa, vt in cap. ij. de pecul. cle. & in cap. ij. de dona. & in cap. non liceat Papæ. xij. quæſt. j. Et ob eam cauſam in profanis Papa proteſtatur ſe nō velle alicui præiudicare, vt patet in cap. nouit. de iudic. & in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legiti. Et tradit Anto. Alex. in terminis iſtius regulæ loquens, in conſil. cxlvij. in tertia col. & ante ipſum Socin. conſi. xxxij. col. penult. libro primo. Hinc eſt, quòd ſi laico Papa mādaret, quòd dimitteret ius ſuū, & alteri cederet, non teneretur obedire, vt dicit Innoc. in c. quia pleriq;. de immu. eccle. ſequitur Gemi. in repet. c. poſtulaſti. de reſcrip. Sed in beneficialibus aliud eſt dicēdum, in quibus procedit iſta regula propter pleniſsimam Papæ iuriſdictionem, vt dicitur in c. ij. de præbend. lib. vj. & in cle. prima. vt lite penden. tradit Socin. conſil. clvj. in ij. colum. & conſil. clxiiij. in antepenultima colum.

Reipub. fauore recedimus à regulis iuris.



QVAESTIO VIGESIMA.

Cōmiſsio tollens narratiuam bullæ.

QVAERO, nunquid commiſsio quæ tollit narratiuam bullæ, dicatur tollere ius quæſitum?

¶SOLVTIO. Olim in Rota fuit datum hoc dubium in cauſa Redonen. capellæ corā Graſsis, & fuit dictū, quòd ſic, ex eo, quia per bullam verificatam in ſua narratiua acquiritur ius in re, iuxta notata in c. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. vj. & in cap. fin. de conceſſ. præbend. eodem libro.

Sed ius acquiſitum per bullam non debet tolli per commiſſionem, cum ſit ius multis vigilijs & impenſis procuratum. Commiſſio autem non conceditur niſi ad effectũ, vt ius & iuſtitia miniſtretur, non vt ius tollatur, & ideo ſi contrariũ ſit, erit locus regulæ.

Cõmiſſio ad quid concedatur.

¶Et ſecundum iſtam reſolutionem poſſent plures ſimiles quæſtiones decidi, quæ fuerunt etiam olim tẽpore Sixti ventilatæ in Rota, quas propter penuriã temporis non examino, cũ vnico verbo reſolui poſſent, vt dicamus in iſtis omnibus caſibus ſequentibus tolli ius quæſitum, & locum eſſe regulæ. Primo, quando commiſſio mandat non ſtari aſſertis per Papam in ſuis literis, niſi quatenus oſtendatur ſupplicatio. Secundo, quando cõmiſſio mandat, quòd ad probandum ea, quæ per inſtrumentum probari deberent, detur fides ſolum teſtibus. Tertio, quando per gratiam perinde valere validatur diſpenſatio, & ſuppletur expreſſio, & ea quæ ſunt tacita in prima. Quarto per commiſſionem, per quam Papa mãdat nouas prærogatiuas proficere ad beneficia acceptata, etiam tollitur ius quæſitum. Quinto, per commiſſionem reiectiuam alterius commiſſionis, per quam mandabatur dari fides probationi aliàs inualidæ. Sexto, quando commiſſio abſoluit à neceſſitate probandi illum qui impetrauerat beneficium, vt reſeruatum. Septimo, quando commiſſio ſupplet tempus elapſum, vel tollit impedimentum. Octauo, quando commiſſio mandat dari fidem libris Secretariorum. Nono, quando mandat validare collationem ordinarij non ritè factam. Decimo, quando Papa declarat beneficium non eſſe comprehẽſum ſub gratia. Huiuſmodi ſimiles ſexcentæ ſunt quæſtiones ad regulam iſtam pertinentes. Quæ facilè ex deductis in præcedentibus & ſequentibus quæſtionibus decidi poterunt.

Commiſſionũ variæ queſtiones.

Cõmiſſio mãdãs caſſari ſupplicationẽ de regiſtro.

* ¶Non tamen omitto, quòd anno M.D.XXX. de menſe Februario corã R.P.D. Petro Vortio Epiſcopo Aquen. in vna Palen. Abbatiæ pro D. Patriarcha de Hieruſalem cõtigit ſimilis quæſtio ſuperioribus. Fuit igitur dubitatum, nũquid ſi commiſſio mandat caſſari ſupplicationẽ de regiſtro antequam peruenerit ad manus impetrãtis dicatur locum eſſe huic regulæ, tãquam dicatur tolli ius quæſitum? Et Domini cõcluſerunt quòd non, Quia antequã ſupplicatio perueniat ad manus partis, poteſt caſſari & reformari per Datarium, & alios officiales, vt experientia docemur, tanto fortius per Papam. Nam nõ dicitur adhuc parti ius quæſitum, donec ſupplicatio ſit relaxata, & producatur in mundum. arg. l. contractus. C. de fi. inſtrumen. Si tamen Papa antequã exeat manus officialium, mandet ceſſari, locus non erit regulæ, & ita iudicatum fuit.



QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

QVAERO, quia ſæpe Papa in literis ſuis vtitur illa clauſula, non obſtante collatione alteri facta, prout fecit in vna Hiſpalen. inter Dominum Epiſcopũ Solis, & Franciſcum de Miranda, nunquid dicta clauſula tollat ius quæſitum ex collatione valida?

Clauſula, non obſtante collatione alteri facta, nunquid &c.

¶SOLVTIO. Compoſtella. Io. And. Abb. & Moder. in cap. cauſam. de reſcrip. dicunt illa verba ius quæſitum non tollere, quia intelligi debẽt de collatione inualida. Et hoc idem Alex. pluribus locis ſequitur, cumulatis per Moder. Papien. in l. fi. ff. de conſti. prin. & reaſſumit Decius in conſil. ccxcij. in ij. col. & vltra ipſos hoc idem Alex. tenet in conſi. xxxiiij. col. penult. & conſi. cviij. col. ij. in vj. vol. nouiter impreſſo. ¶Sed in cõtrarium facit deciſ. Moder. Dominorum meorum facta in vna cauſa Polloniæ coram D. Camillo de Balionibus de menſe Octob. M.D.XX. In qua voluerunt gratiã reſeruationis beneficiorum cum ſuſpenſione quarumcunq; gratiarum, exceptis nominationibus regijs, intelligi debere de nominationibus validis, nõ de inualidis & reuocatis. Quam Dominorum deciſ. latiſſimè ſcribit D. Guliel. Caſſiodorus Epiſcopus Algaren. in ſuis collectaneis deciſionũ. fol. cliiij. Et pro ea facit tex. in c. dudum ij. de elect. & in c. ſi gratioſe. de reſcrip. lib. vj. & c. non poteſt. de præbend. eod. lib. Quibus iuribus probatur diſpenſationem cum retẽtione beneficiorum obtentorum cõceſſam, intelligi de retentione valida & canonica, non de inualida. Quia proditum eſt verba generaliter prolata intelligi debere de actu valido, nõ de inualido. vulg. l. iiij. §. condemnatũ. de re iudi. l. j. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exi. & in c. qualiter. de pact. & in c. veniens. de cleri. non reſiden. per quæ iura ſimul cũ alijs rationibus & dictis Decius in c. j. in v. & vj. col. impugnat Compoſtellanũ, ac etiam Fely. de eius dicto

* Gratia reſeruationis beneficiorum.

Diſpenſatio cum retentione beneficiorum conceſſa. Mẽtio de actu inualido non eſt neceſſaria.

videtur dubitare in d.c.cauſam.in xiij.col.in verſi.non obſtante collatione &c.in fi.illius verſic.Pro quibus faciunt ea quæ Areti.tradit in l.in ſubſtitutione.col.penult.& fi.ff.de vulg.& pupil. Et magis in indiuiduo faciũt ea quæ Abb.dicit in cõſi.xcviij.in cauſa & queſtione.col.pen.verſ.prætereavol.j.& quæ dicit Bart.in l.non putauit.§.nõ quæuis.ff. de bon.poſſ.contra tab.Nam de actu inualido nõ eſt neceſſaria mentio,vt latè tradunt Moder.in c.ex tenore.poſt gl. ibi.de reſcrip.Clauſula igitur prædicta,non obſtante collatione alteri facta,debet potius intelligi de collatione valida quæ obſtat,non de inualida quæ non obſtat,nec per conſequens derogatione eget.

**Clauſulæ præſeruatiuæ gratiarum.**

¶Quid dicendũ? Conſiderandum eſt diligenter,quòd magna eſt differentia inter clauſulas præſeruatiuas gratiarum poſitas in gratia tertij,quæ non tendunt in præiudiciũ, neque in gratiã vel vtilitatem tertij, & clauſulam,nõ obſtante.Quia clauſula præſeruatiua ab vſu patrisfamiliâs præſeruat gratiã quatenus ſit valida:prout in exemplo dictæ deciſionis contigit. Nam in illo caſu Leo Papa x.reuocauerat per ſuam regulam omnes nominandi facultates ad beneficia conceſſas Regi Poloniæ,qui fortè iam ante reuocationem ad beneficiũ vacaturũ quendam nominauerat. Poſtea idem Leo cõceſsit Oratori dicti Regis nunc Epiſcopo Plocen.gratiam reſeruationis cum ſuſpenſione omniũ gratiarum expectatiuarũ, exceptis nominationibus præfato Regi conceſsis.

**Beneficium vacans.**

Vacauit poſtea beneficium,fuit dubitatũ nunquid deberetur nominatio à Rege ante reuocationẽ,an verò Oratori. Dicebat Orator, quòd ſibi debebatur, ex eo, quòd nominationes erant per regulam reuocatæ. Replicabat alter nominationes fuiſſe poſtea per clauſulam poſitam in reſeruatione Oratoris præſeruatas. Triplicabat Orator per dictã clauſulam videri nominationes tantũ validas, nõ inualidas præſeruari per iura ſuperius allegata. Tandẽ Rota omnib.diſcuſsis pro Oratore pronũtiauit propter prædictã rationẽ clauſulæ præſeruatiuæ,quæ venit ad augendũ gratiã, & nõ ad diminuẽdũ.vulg.l.legata inutiliter.de adi. lega.Nõ ita in clauſula nõ obſtante collatione alteri facta, quæ venit ad diminutionẽ,& ſic eſt odioſa: conuenit igitur eã mitius interpretari,quia,vt dicit gl.Bar.& Mod.in l.fi.§.





in cõputatione.C.de iur.deli.& Dom.in c.ſi Papa.in fi.prin. de priuileg.lib.vj.potius debet tolerari, quòd verba reſcripti odioſi nihil operentur, quàm quòd aliquis damnum patiatur:non quia Papa hoc non poſsit, ſed quia in dubio nõ præſumitur velle alteri tollere ius quæſitum: & ſic apparet, quòd illa deciſio dominorum continet longè diuerſum caſum ab iſto, præſertim etiam propter rationes, quas poſui ſuperius in prima quæſtione, quas latius Fely.& Moderni roborant in d.c.cauſam.in ix.& x.col.

## QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

**Regula, vtrũ in caſibus,&c.**

QVAERO,vtrũ in caſibus in quibus regula iſta læſis non ſuffragatur, ſit aliquod remedium proditum de iure communi ad annullandam gratiam, per quam alicui tollitur ius quæſitum?

¶SOLVTIO.Duplex eſt remedium de iure communi.Primum per viã actionis,ex l.ij.§.ſi quid à principe.ff.ne quid in lo.pub.& ex alijs legibus ſuperius allegatis in prin.ſecũdæ q.Nam dabitur actio ex illis legibus ad retractandam & annullandam gratiã præiudicialem, petendo illam annullari ex defectu intentionis Papæ, per plures coniecturas, quas Fely.tradit in cap.ſuper literis.de reſcrip.& Decius cõſil.dxlj.Et licet iſto caſu non ſit prodita aliqua ſpecialis, & nominata actio ad retractandum gratias præiudiciales,tamen illa actio ex lege ſufficit.Nam,vt dicit Bart.in l.j.ff. de condi.ex lege.quando lex non inducit aliquam actionẽ ſpecialem,ſemper competit actio ex lege tanquam ſubſidiaria. Secundum remedium ordinarium de iure communi datur per viam exceptionis,quæ agenti obſtat,& ſemper defectus intentionis principis debet eſſe fundamentum agentis vel excipientis:quia vbi aliàs intentio Papæ eſſet clara ad præiudicandum in iſtis beneficialibus, & derogaret huic regulæ,ceſſarent omnia remedia,& ſequenda eſſet Papæ voluntas, vt ſuperius dictum eſt in alia quæſt.vel competit officium iudicis.

## QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

**Legatus an de latere &c. poſsit tollere expſſe ius quæſitum.**

QVAERO,an legatus de latere,vel alius inferior ordinarius poſsit tollere expreſſe ius quæſitum, derogando huic regulæ ſicut Papa?

¶SOLVTIO.Concludendum eſt quòd nõ,quia hoc ſolius

principis eſt, vt tenet expreſsè Bal. in l. ij. col. x. verſic. nota quòd plenitudo. C. de ſerui. & aqua. & hoc etiam tenet Federic. in conſi. cc. & Rom. in conſi. xxxvij. viſo pũcto. verſi. quo ad ſecundum. cum pluribus alijs concordan. traditis per Stephanum Bertrandum in cõſi. xij. circa fi. lib. iij. Et hoc quod dictum eſt de legato, generaliter procedit in quocunque alio inferiore, vt Decius poſt Moder. latius probat in cap. ex parte. el. ſecundo. in iiij. col. de offi. deleg. vbi hoc limitat non procedere, quando per viam legis ſtatuẽdo ius quæſitum tolleretur, vt ibi latius per eum.

## REGVLA DE INFIRMIS RESIGNANTIBVS INFRA VIGINTI DIES.

ITEM *uoluit, quòd ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignauerit aliquod beneficiũ, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis, & poſtea infra uiginti dies, à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium conferatur per reſignationem ſic factam: Collatio huiuſmodi nulla ſit, ipſumq; beneficiũ per obitum uacare cenſeatur.*

### PRAEFATIO.

Regula de infir. reſig. vtilis & iucunda eſt.

Regula iſta de infirmis reſignantibus, quia in foro & curia quotidiano vſu recepta eſt, vtilis iudicatur, iuxta tex. in l. certè. in fi. ff. de preca. Et ideo quia vtilis eſt, iucunda etiam videri debet. Nam, vt inquit Bal. in cap. ex tenore. de reſcrip. tunc ſapiunt leges, cum practicantur: quia ſic fructus ex arbore colliguntur. Proinde legũlatores veteres ab vtilitate exordientes, conſueuerunt præmijs quibuſdam ſtudioſos ad legum ſtudium inuitare: vt patet in proœmio inſtitutionum. §. fi. & in authen. de hæred. & falc. §. fi. pro certo habentes id quod erat, neminem futurũ ſine præmio, aut præmiorum ſpe, qui vellet tam inexhauſtos innumerabilium legũ per ſaxa labores ſubire, niſi mallet, vt Siſyphus ille in fabulis, ſudans ſaxum fruſtrà voluere, nec aliquid proficere. Præmiũ ergo fuit, vel vtilitatis ſpes, quæ homines

Leges quãdo ſapiant.

Legũlatores veteres.



mines ad huius ſciẽtiæ ſtudium inuitauit: ſine quo vix vnus inueniretur, qui legum ſtudium ſibi expedire putaret. iuxta ea quæ Ouid. libro ſecundo de Ponto ad Maximum ſcribit. Hac igitur ratione regula iſta iucunda, & voluptatis plena iudicabitur. Quia ex eius vſu curiales omnes maximũ decerpent fructum, ac in theorica non mediocre vtilitatis incrementum.

¶ Diſtribuetur igitur totus iſtius regulæ tractatus in tres partes principales. Prima pars, quæ duodecim quæſtiones continet, perſonas reſpiciet, in quibus locum iſta regula habere poſsit. Secunda pars, quæ totidem etiam quæſtiones habet, circa beneficia verſabitur. Tertia pars, caſus diuerſos per decem & ſeptem quæſtiones numerabit, in quibus regula habere locum poſsit: ſequutus in hoc ordinem Imperatoris in §. finali. inſtitu. de iure natur. Qui de iure tractaturus, prius de perſonis, ſecundo de rebus, tertio de actionibus præmiſit. Sed operepretium erit, antequam ad propoſitam materiam veniamus, pauca quædam de origine iſtius regulæ præmittere.

Regulæ tractatus in tres partes diuiſus.

¶ Regula igitur iſta prius originem habuit à Bonifacio VIII. qui eam ædidit Calendis Maij, Pontificatus ſui anno octauo, vt in eius regulis patet. Neque alij Pontifices ante eum à Ioanne vigeſimoſecundo incipiẽdo (à quo regulæ Cancellariæ initium habuerũt) illam de iſta regula in ſuis regulis mentionem fecerunt: vt apparet ex quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ. Vnum tamen non omitto, quòd cum plures ſint in hoc volumine notabiles regulæ æditæ: nulla tamen ſæpius innouata à ſummis pontificibus reperietur quàm iſta. Nam poſt Bonifacium, Martinus Quintus regulam iſtam confirmauit. Ex qua poſtea Nicolaus Quintus extrauagantem fecit, quam habeo inter non impreſſas. In qua vnum plus voluit, quòd literæ reſignationis viuẽte reſignante expedirentur. Aliàs decreuit omnia eſſe irrita, vt ibi latius diſponitur. Deinde poſt multa tempora Inno. VIII. per quãdam extrauagãtem ſuam, quæ incipit, ſicut bonus paſtor, regulam iſtã viſus fuit extendere ad reſignationes infirmi vigore facultatis conceſſæ, in manibus cuiuſuis perſonæ in dignitate cõſtitutæ factas. Tamẽ ibi regulã modificauit in duobus, videlicet, reſpectu tẽporis, & reſpectu

Regulæ in tẽpore & vacatione modificatio.

vacationis. Reſpectu tēporis,quia cum regula iſta aſsignet terminum xx.dierum,ibi ſtatuit vnum menſem,infra quem ſi taliter reſignantes morerentur,beneficiū per obitum vacare cenſeretur. Reſpectu etiam vacationis iſtam regulam immutauit,quia hic reſignatio mortui infra viginti dies valet,ſed collatio vigore illius facta annullatur. Sed in d.extrauag.reſignationes taliter factæ præſumuntur fictæ & ſimulatæ. Quod quantum inter ſe differat & importet,dicemus inferius in alia quæſtione. Et declarat Roma.in conſi. cccxlij. Eſt bene verum,quòd in regulis Martini v. Eugenij IIII. & Nicol.v.nulla in hoc eſt differētia,ex eo,quia ibi reſignatio annullatur. Et in hoc etiam differt iſta regula ab illis quæ concordabunt cum d.extrauag. Regula igitur iſta procedit quando reſignatio non fuit facta vigore facultatis,ſed iure ordinario.

Regulæ eiuſdem frequens innouatio.

¶Præterea vlterius eſt notandū,quòd licet regula iſta vſq; ad noſtra tempora intacta manſerit,Moderni tamen Pontifices eam in aliquibus innouarunt ſeu ampliarunt. Nam Iulius II.primus ad iſtam regulam addidit illud,quod hodie in regulis modernis cernimus,videlicet,quòd dies viginti à tempore præſtandi conſenſus computarentur,quod antea in regulis prædeceſſorum ſcriptum non erat. Poſtea Hadrianus VI.iſtam regulam in duobus ampliauit & renouauit. Primo dum addidit illa verba,videlicet,quauis authoritate conferatur,&c.Quæ quidem verba fuerunt addita ad iſtum effectum,vt regula comprehenderet collationes factas ex cauſa reſignationis per legatos & ordinarios extra curiam.de quo ſæpe dubitabat Rota,vt inferius apparebit. Tamen in hoc dubium poſtea tempore Clementis VII.fuit in Rota deciſum,vt dicam inferius in quadam quæſtione. Secundo Hadrianus regulam ampliauit,vt haberet locum infra reſignationib.officiorum Romanæ curiæ in infirmitate factis.de quo tamen Iulius II.antea regulam ad partem compoſuerat. Clemens verò VII. ad iſtam regulam nihil addidit,ſed per quandam extrauagantē eam,& ad reſignationes in ſanitate factas,dummodo in infirmitate præſtaretur conſenſus,& infra xx.dies poſtea moreretur,extendit. Quod odio Cardinalis de Vich,qui in conclaui plurimum ei obſtiterat,Clementem feciſſe ſatis compertū eſt.Nihilo-

Verba illa,videlicet, quauis authoritate,ad quem effectum ſint addita.





minus poſtremo Paulus Papa III.in ſuis extraordinarijs regulis,quo ad hoc Clementem eſt imitatus. Ex quibus omnibus apparet multipliciter regulā iſtam fuiſſe variatam. Et ideo ego propter huiuſmodi Pōtificum varietatem,regulam iſtam,prout communiter habetur in quinterno Rotæ,& prout in ea practicatur,ita interpretandam aſſumam. Rem igitur ipſam aggrediamur.

## PRIMA PARS QVAE CIRCA PERSONAS VERTITVR.

### QVAESTIO PRIMA.

IGITVR quæro, nunquid iſta regula liget Papam infirmum renuntiantem Papatui ſecundum formam.c.j.de renun.lib.vj.

Regula nunquid liget Papam,&c.

¶SOLVTIO. Quamuis quæſtionem iſtam non ſperemus diebus noſtris contingere, pro ornatu tamen materiæ,& ad bene eſſe diſcutiendū duxi.Licet non ignoremus antiquis temporibus plures fuiſſe Pontifices, qui Papatui renuntiarūt,vt inferius ſubijciam. Venio ad quæſtionem in qua videtur dicendum pro parte negatiua Papam non comprehendi ſub iſta regula,ex eo, quia in generali ſermone non cōprehenditur perſona conſtituentis ſiue loquentis.l.j.in fin.ff.de ſenat.& l.inquiſitio. C.de ſolu.& l.mercedem.§.fin.ff.de act.emp. Neque etiam in generali ſermone à quocunq; prolato intelligitur perſona Papæ,vt eſt gl.in c.de forma. xxij.q.v.quam ſequitur Iaſo in repet.ſecunda.l.frater à fratre.numero 16.ff.de con dic.indeb. & latius Moder.& Ripa in l.j.in viij.columna. numero 56.ff.de vulg.& pupil.

Papæ perſona in generali ſermone à quocunque prolato cōprehendi non intelligitur.

¶Præterea,quia nemo ſeipſum ex ſua ſententia conſtringit,cum eſſe debet diſcrimen inter ligantem & ſoluentem, c.debitum.de bap. Neq; de iure ſoleat pari in parem iuriſdictio tribui,vt in l.penul.ff.de arb.cum actio & paſsio nō poſſent in eodē ſubiecto eſſe.l. Vranius.verſi.ſed cum duo. ff.de fideiuſ.Ergo neque ligabitur ſua conſtitutione Papa, quæ eſt etiam iuriſdictionis,vt arguit Bald.in authen.quæ res.C.de ſacroſan.eccle.

Iuriſd. pari in parem de iure tribui non ſolet.

¶Præterea,quia cum iſte caſus ſit rarus,miraculi loco ha-

beri debet,vt dicitur in §.quantumcunq;.in authen.de conſul.Et ideo iſta regula non adaptatur ad illũ,tãquam,quòd Papa de illo non cogitauerit.l.nam ad ea ff.de leg.

¶Et in ſpecie,quòd regulæ Cancellariæ non ligẽt Papam, tenuit Pet.de Ancha.conſi.ccxc. Quem referunt Moder.in tract.de benefi.in iij.parte q.xij.nu.7. & ante ipſos Fely.in c.ad aures.in vij.col.verſi.octaua cõcluſio.de reſcrip. Idem Fely.& Moder.in c.j.de conſti.& in c.quod ſuper his.in iij. col.de fide inſtr. Quo in loco certatim doctores tenẽt regulas Cancellariæ,neque diſpoſitiones canonum ligare ſummum pontificem earum conditorem. Ratio redditur per Bald.in c.j.circa fi.in tit.de alie.feud. Quia ex quo Deus Papæ leges ſubiecit,eius celſitudini nulla lex imponi poteſt. Quia legibus eſt ſolutus. Et ita etiam tenet Firma.in tract. de epiſcopo.libr.iiij.q.xvj. fol.xviij. Et hac ratione dicimus,quòd diſpoſitio cap.auaritię.de elect.lib.vj.Papã non ligat,vt ibi dicit Ioan.And.& Io.Fran. Pauinus antiquus Rotæ auditor,in tract.de offi.& poteſt.cap.ſed.va.fol.xvj. columna quarta.

Pontifex an ſuo ſtatuto ligetur.

Papæ celſitudini nulla lex ĩponi poteſt.

¶Poſtremo pro iſta parte accedunt ea omnia motiua quæ poſt longam diſputationem tradit Ioan.And.in regula cui licet.de reg.iur.in Mercu.in illa q.an epiſcopus ſuo ſtatuto ligetur. Et tandem poſt plura concludit quòd non.ſequitur Alexand.Iaſ.& cæteri Moder.in l.j.ff.quod quiſque iur.faciunt etiam pro iſta opinione omnia fundamenta,quæ ſcribit Collecta.in c.fi.de conceſ.præben.in illa quæſtione, an per promotionem ad Papatum vacent ipſo iure omnia beneficia Papæ. Quorum argumenta breuitatis cauſa non refero,cum ibi videri poſsint.

¶Pro parte verò contraria affirmatiua,videlicet,quòd Papa regula iſta ligetur,facit ratio,mens,& verba iſtius regulæ quæ fundantur in vtilitate animæ,vt per huiuſmodi renuntiationes fraudulentas magis ſanguini & perſonis conſulatur, quàm bono vniuerſalis eccleſiæ. Hæc igitur præuaricandi occaſio offerẽda eſt. Nam mẽs iſtius regulæ fuit,ne infirmi grauiter ægrotãtes præſentiẽtes finem vitæ adeſſe, de beneficijs ſuis, veluti de rebus profanis in cõſanguineos ſuos ſucceſsionis vice diſponant,& in modum vltimæ voluntatis illa illis relinquant in præiudiciũ ordinariorum

Mens & verba in quo fundentur.

vel



vel expectantium,ad quos de iure illorum collatio vel acceptatio pertineret. Hoc enim eſt contra ius,vt c.j.cum ibi not.de præben.& vergit in animæ detrimentum, cui Papa ſubijcitur tanquàm Chriſtianus,vt dicit Ioan.Andr.& alij in cap.ſignificaſti.de foro compet.& notat Præpoſitus in c. non licet.in prin.x.diſtinct.qui dicit,quòd ſub generali diſpoſitione concernens ius diuinum Imperator & reges cõprehenduntur. Ergo ſubijcietur etiam Papa diſpoſitioni iſtius regulæ,idem animæ detrimentũ conſiderantis. Hinc eſt,quòd Papa,Imperatores,& Reges ſubijciuntur conſtitutioni.c.omnis vtriuſque ſexus.de pœnit.& remiſ.quæ licet ſit diſpoſitio iuris poſitiui,animam tamen reſpicit, vt Abb. dicit in c.omnes.de maior.& obed.& in cap.nouit.de iud. in iij.col.& in cap.ſanè.el ſecundo.de offic.deleg. Et generaliter verum eſt,quòd omni diſpoſitioni, per quam euitatur peccatum,& ſalus animæ conſeruatur, Papa ſtare tenetur,vt latè probat Petr.de Ancha.in repet.cap.j.in ſecunda oppo.de conſtit.& latius ibidem Fely.in ix.colum.verſic. vij.& vltima concluſio. Et eadem ratione diſpoſitio c.j.de reg.iur.lib.vj.ſimpliciter prohibentis, ne aliquis ſine canonico titulo ſe in beneficijs intrudat,Papam comprehendit, vt probant ibi Petr.de Ancha.& latius Moder.in tract.de benefic.in iij.q.primæ partis.num.8. Sicut etiam videmus Papam ſubijci omnibus canonibus de irregularitate,ratione homicidij voluntarij loquentibus. Nam quis negat Papam irregularem fieri,ſi aliquem proprijs manibus interficeret? vt probat Fely.poſt Innoc.in cap.ſi quãdo.in ij.col. de reſcrip.& latius Moder.in tract.de elect.fol.lvj.& vltra ipſos Bald.in cap.ſi quis.in fin.de maior.& obed. Nam licet Papa habeat authoritatem diſpenſandi, non tamen habet peccandi licentiam,vt dicit text.in c.j.xl.diſtinct. Et ideò in omnibus illi obediendum eſt,niſi vbi ſubeſt peccatum,vt dicit Hoſtien.in c.ſignificauit.de off.ord.& in c.propoſuit. & ibi Abb.in fin.de conceſſ.præbend. Et quia iſta regula rationabilis eſt,& honeſta,Papa eam ſeruare tenetur: quia licet ſolutus ſit legibus,non tamen dictamine rationis, cum ſit animal rationale politicum & mortale, vt tradit Curt. in conſil.lxiij.col.ij.poſt Bald.in l.ij.col.viij.C.de ſerui.& aqua. Et cum iſta opin.cõſentiunt etiam verba regulæ ibi,

Papa, Imperatores,&c.conſtit.ſubijciuntur.

Cui diſpoſitioni ſtare tenetur Papa.

Papa aliquem proprijs manibus interficiẽs irregularis efficitur.

Papa licet habeat diſpẽſandi authoritatem, non &c.

ſi quis

ſi quis.quæ ſunt verba generalia omnem perſonam cõpre-
hendentia,vt in l.j.ff.de verb.ſig. ſicut etiam voluit Domi.
in.cap.ſi tibi abſenti.in iij.colum. de præben.lib.vj.quòd
ſub diſpoſitione illius text.loquentis de ordinario,& quo-
cunque alio,ligetur,& comprehendatur Papa,ex quo text.
generaliter loquitur.

**Papa & Imperator inter cæteros lege honeſtatis aſtringuntur.**

¶ Præterea, quia Papa & Imperator inter cæteros aſtrin-
guntur lege honeſtatis & naturalis iuſtitiæ ea omnia ſer-
uare quæ ipſi condiderunt, vt dicit S.Thom. j.ij.q.xcvj.
articulo vj. Nam lex diuina mandat eum ſeruare,quæ alios

**Lex diuina.**

præcipit cuſtodire,vt habetur Matthæi xxiij.c.& ad Rom.
cap.ij.ibi,Qui doces,teipſum non doces. Prædicas nõ mœ-
chandum,& mœcharis. Sed clarum eſt,Papam debere ſerua
re legem diuinam.c.ſunt quidam.& cap.cõtra ſtatuta.xxv.
quæſt.j.Igitur & ea quæ ipſe ſtatuit.Præſertim, quia cõſiſtit
hoc in ratione naturali,quod quiſque iuris in aliũ ſtatuit,
eodem ipſe vtatur.cap.cum omnes.de conſtit.& l.j.ff.quod
quiſque iur.

**Lex humana.**

¶ Præterea ſicut lex humana debet cum diuina ſe confor-
mare.d.c.ſunt quidam.& doct.in cap.qui in eccleſiarum.de
conſtit. Ita legiſlator humanus debet ſe conformare latori

**Actio Chriſti, noſtra inſtructio.**

**Chriſtus leges perfectiſsimè obſeruabat.**

legis diuinæ, id eſt CHRISTO:quia omnis CHRISTI a-
ctio debet eſſe noſtra inſtructio. Sed CHRISTVS leges
quas dicebat,perfectiſsimè obſeruabat,vt patet Actuum c.
j.ibi, Cœpit CHRISTVS facere & docere.& Matth. xviij.
& Luc.eod.& Marc.x. Ergo eodem modo & Papa tenetur
hoc facere. Et pro iſta opinione vltra præmiſſa nouiſsimè
Vincentini.in rep.cap.primi repente.de conſtit. nume.48.
ſex fundamentá componunt, & reſpondent per vnam col.
ad l.princeps.ff.de legib. Quæ breuitatis cauſa non refero,
poſtquam habentur in formis. Ex prædictis igitur ſatis ap
paret quæſtionem eſſe dubiam.

¶ Quid tenendũ? Dico quòd quãuis caſus iſtius quæſtio-
nis coruo ſit rarior albo: cum pauci admodum hac ætate
reperiantur,qui in infirmitate vel ſanitate Papatui cedant:
tamen iſte caſus antiquis temporibus ſæpius contigit.Nam
ſcribit Ioan.Burgundus antiquus doctor in tract.ſiue di-

**Papatui q renuntiarunt.**

ſputatione de renuntiatione Papæ,plures Pontifices papa-
tui renuntiaſſe. Quorum primus fuit diuus Petrus,cui ſuc-
ceſsit



ceſsit Clemens. Deinde Clemens, cui ſucceſsit Linus, de
quibus loquitur text.in cap.ſi Petrus.viij.q.j.Ciriacus ter-
tio loco renuntiaſſe fertur,cui ſucceſsit Antheros,vt fra-
ter Iacobus de Voragine atteſtatur,in illa peruetuſta hiſto-
ria ſanctorum,quæ Longobardica appellatur,titulo de XI.
millibus virginum. Vbi de renuntiatione Ciriaci,& mar-
tyrio eius habetur,& ideo non ponitur in Catalogo Pon-
tificum,quia vt ibi dicitur,clerus eum de Catalogo abraſit,
propterea quia eis inuitis & reclamantibus ceſsit, & XI.
millia virgines ſequutus fuerat.De quo ibi latiſsimè habe-
tur. Sic & Cornelius Papa cedere Papatui voluit,niſi per-
ſuaſus à Cypriano deſtitiſſet. Marcellinus quoq; loco ceſ-
ſit,& Liberius etiam papatum reſignauit,cui Felix ſucceſ-
ſit,& iterum Liberio cedente, aſſumptus fuit Leo IX.Et o-
mnes prædicti Pontifices ſancti fuerunt,excepto Liberio,
vt patet in chronicis. Poſtremo Cœleſtinus cedens,cauſam
dedit,vt diſpoſitio illa Bonifacij VIII. de qua habetur in c.
j.de renun.lib.vj.conſtitueretur. Quod igitur in antiquis
contigiſſe legimus,poſſet hodie in modernis Pontificibus
euenire:& ſic regula iſta poſſet habere locum.

¶ Pro reſolutione igitur omnium prædictorũ, diſtinguen
di ſunt aliqui caſus. Primus eſt,quando Papa infirmus reſi-
gnat in manibus Cardinalium,& illi conſentiunt reſigna-
tioni,non obſtante regula.Et tunc talis regula locum non
haberet.quia omnes viderentur ab ea receſsiſſe. Nec Cardi
nalibus hoc caſu pœnitere liceret,nec contra factum pro-
prium venire,iuxta clem.j.de renunt. Solum obſtat vnum:

**Papa in vita ſibi ſucceſſorẽ eligere prohibetur.**

quia videretur Papa iſto modo in vita ſibi eligere ſucceſſo-
rem,quod prohibitum eſt,ſecundum Abb.in c.accepimus.
de pact.& tradit Fely.in c.j.in vj.col.verſic.fallit nono.de
conſtit.cum concor.vt ſcribit latiſsimè Cardinalis ſancti
Sixti de Turre cremata,in c.in nomine domini.xxiij.diſt.
Sed ad hoc facilis eſt reſpõſio.Nam illud dictũ Abb.& alio-
rum procedit,quando Papa poſt creationẽ ſucceſſoris non
exuit ſe dignitate papatus,ſed remanet Papa ponens alium
certum Pontificem poſt eius obitum,quod facere Papæ nõ
licet. Et ita procedit regula communis tradita per gloſ.in
cap.apoſtolica.viij.q.j.ſed quando per viam reſignationis
hoc facit & in vita ipſius ſe exonerat,& exuit papatu, & de-
ſinit

ſinit eſſe quod fuit, adeò, quòd re ipſa dignitas in reſignatarium transfertur, tunc procedit text. in c. j. de renunt. lib. vj. qui ſic debet intelligi, licet in caſu Abb. & doct. videlicet quando Papa vellet ſibi eligere ſucceſſorem, Marianus Socin. in ſuo indice generali inuenerit cautelã ſub dubio fortè, qua Papa poſſet vti in eligendo ſucceſſorem, videlicet ſi conſtitutioné faciat prius generalem de ſucceſſore eligendo, ſicut Bonifacius fecit de renuntiando papatum. in d. c. j. ſed hoc dictum, quod mihi videtur dubitale, per ea quæ dicit Card. in clemen. ij. de elect. in v. q. non examinabo hîc, cum extra propoſitam materiam videatur. Licet illam conſtitutionem, de qua Marianus loquitur, fortè Papa poſſet facere de conſenſu Cardinalium, per ea quæ dicta ſunt in ſequen. quæſt. Satis eſt, quòd iſte primus caſus iudicio meo videtur ſine dubio. ¶ Secundus caſus eſt, quando Cardinales ſimpliciter admitterent reſignationem non habita conſideratione regulæ: & tunc intelligeretur iuxta eam, videlicet quatenus Papa infirmus poſt viginti dies viueret: ſi verò infra viginti dies, ex quo per diſpoſitionem iſtius regulæ papatus cenſeretur per obitum vacare, non obſtante reſignatione huiuſmodi admiſſa, poſſent eligere ſucceſſorem, & vti facultate ſibi conceſſa, vt Papa, quia intelligitur talis renuntiatio admiſſa ſub tacita conditione quatenus moreretur infra xx. dies. ¶ Tertius caſus eſt, quando Papa infirmus reſignaret non in manibus Cardinaliũ, nec illis admittentibus quod facere poteſt, vt dicit Vincen. in c. quod in dubijs. de renuntiat. & ſequitur latè Ioan. Franciſcus Paui. Rotæ auditor, in tract. c. ſede vacant. fol. xvj. in ij. col. vol. paruo. Et hoc caſu crederé etiam regulam iſtam habere locum attenta mente & honeſtate, per ea quæ ſuperius dicta fuerunt.

Papa reſignãte papatũ, in quibus caſib. habeat locum hæc regula.

¶ Obſtat tamen huic concluſioni vnũ, quia videtur quòd eo tempore quo diſceptandum eſſet de viribus iſtius regulæ, illa iam extincta eſſet per obitum Papæ, cum regulæ iſtæ ſint temporales ad vitã eius, vt patet ſuperius in procœmio. Cardinales igitur, vel alij non poterunt poſt obitum Papæ petere papatum vacare per eius obitum, ſed per renuntiationem: cum hoc ipſum, quòd vacet per obitum, ſit diſpoſitum, & inductum per iſtam regulam, quæ, vt dictum eſt, per

mortem



mortem Papæ expirauit, niſi dicamus illam regulã habuiſſe effectum viuente Papa. Quo caſu effectus ſemel cauſatus, etiam in actu temporali durat poſt obitum, vt tradũt Decius & Moderni in cap. j. in princ. de iudicijs. & in cap. cum ceſſante. de appellat. arg. eorũ quæ dixit Bald. in l. in ipſius. per illum textum. C. famil. herciſ. facit ad hoc illud, quod de mandato, re non integra. tradunt etiam Moder. poſt Alexand. in l. eius. ff. ſi certum petatur.

Effectus ſemel cauſ. etiam in actu temp. durat poſt obitum.

¶ Et iſta omnia de plano procederent quando ex manifeſtis coniecturis appareret Papam reſignaſſe magis amore carnali, quàm propter vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ. vbi tamen nulla eſſet ſuſpicio propter eminentem qualitatem & ſufficientiam, reſignatarij res eſſet magis dubia: mihi tamen videtur quòd iſta regula habeat locum, non ſolũ propter rationes, de quibus ſuperius dictum eſt, ſed quia in dubijs tutior & ſecurior pars eſt eligenda, maximè in re tam ardua & periculoſa, qualis eſt diſpoſitio papatus. Et pars ſecurior hoc caſu videtur, ſi Cardinales eligant nutu diuino aliquem ad papatum tanquàm vacantem per obitum, iuxta diſpoſitionem iſtius regulæ. Quia præſumetur longè melius, & vtilius ſubuentũ vniuerſali Eccleſiæ per iudicia plurimorum, quàm per voluntatem vnius reſignantis infirmi, argumen. eorum quæ tradit Abb. in cap. prudentiam. in princ. de offic. delegati.

Pars tutior in dubijs eſt eligenda.

Eccleſiæ vniuerſali ſubuenire.

¶ Quartus caſus eſt quando Papa in infirmitate reſignans ſuperuiueret. Et iſte caſus ſatis aduerſus reſignanti, non facit ad propoſitum regulæ, ſed relinquerem ſub contétione reſignãtis, & reſignatarij: quia tunc eſſemus ſub diſpoſitione cap. j. de renuntiat. lib. vj. Sed hæc ioci cauſa ſufficiant.

## QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, quid in Imperatore in infirmitate conſtituto, an ſi de conſenſu Papæ, & electorum renuntiet imperio, prout legimus plures hoc feciſſe, cõprehendatur iſta regula?

Imperator in infirmitate renuntians.

¶ SOLVTIO. Pro parte negatiua videtur dicendũ quòd non, quia iſta regula loquitur de beneficijs eccleſiaſticis, quæ per collationem concedũtur. Sed imperium datur per electionem, vt in cap. venerabilem. de elect. Igitur diſpoſitio loquens in vno, non habet locum in alio, iuxta tradita

Imperium dat per electioné. Diſpoſitio loquens in vno, nõ habet locũ in alio.

in

in cap.cum in illis.de præbend.lib.vj. Item quia iſta regula loquitur de beneficijs eccleſiaſticis,quæ clericis conferuntur: ſed Imperator non eſt clericus,nec aliquem eccleſiaſticum ordinem habet,ſed eſt laicus,& laicorum numero continetur,vt dicit Abb.in c.tua.el.j.in primo notabili.de decim.Ergo in illo regula nõ procedit: quia ex diuerſis non fit illatio,iuxta text.in cap.præſentia.de prob. Præſertim, quia beneficia,de quibus loquitur iſta regula,ſunt ſpiritualia.Imperium verò eſt temporale: quæ inter ſe multũ differunt, & ſunt longè diuerſa, vt in cap.inter corporalia.de tranſact.prælat.& cap.per venerabilem.qui filij ſint legit. Præterea quia regula iſta de Imperatore nullam facit mentionem,ergo non cenſetur ſub ea comprehendi, quia conſtitutio generaliter loquens non comprehendit Imperatorem,neque Reges,niſi ſpecialiter exprimantur, vt in c.fin. de offic.deleg.lib.vj.tenet Specul.Ioan.Andr.& Bal.in tit. de reſcrip.præſenta.§.fin.verſic. nunquid expreſſo epiſcopo &c.vbi etiam dicunt hoc procedere etiã ſi fiat expreſſio de epiſcopo vel archiepiſcopo,tales nõ veniunt,neq; tex. in c.ſedes.de reſcrip.hoc caſu procedet,prout ibi etiã quidam adnotarunt,& etiam hoc tenet Card. Alex.in c.non liceat.x.diſt.& dixi ſuprà in proœm.Regul.q.iiij.& hoc etiã probari videtur in cap.totam.de pœnit.diſtinct.iij.ibi,Rex enim erat,alium non timebat,alium non habebat ſuper ſe &c.& hoc in Imperatore & Rege tenet Iaſ.in rep.ij.l.frater à fratre.num.16.ff.de cõdic.indeb.cum cõcor.vt tradũt Moder.de ripa.in l.j.in viij.col.num.59.ff.de vulg.& pup.

**Imperator nõ eſt clericus.**

**Illatio non fit ex diuerſis.**

**Cõſtitutio generaliter loquens,&c.**

¶Sed pro parte affirmatiua vrget mens & ratio,ac ipſius Imperij comprobatio,quòd à Papa ſtabilitatem & firmitatem recipit.cap.venerabilem.cum ibi notatis,de elect. Et ita conueniens videtur,quòd cauſatum ſapiat naturam ſuæ cauſæ.l.eius.ff.de oper.lib.& l.adeò.§.cum quis.ff.de acq. rer.domin.& l.tabernæ.ff.de fun.inſtruct. Cùm igitur Papa ligetur regula,à fortiori Imperator. Et quia negari nõ poteſt,quin Imperator largo modo dicatur ſacerdos,vt dicit Domi.in cap.ei cui.in ij.col.de præben.lib.vj.quinimò quandoque Pontifex vocatur,vt eſt text.& ibi gloſ.not.in cap.de capitulis.x.diſtin.tenet Ioan.Fran.de pauinis Rotæ auditor in tract.de offic.& poteſt.cap.ſe.vacan.fol.xiiij.in iij.col.

**Imperator qñ dicatur ſacerdos largo modo, negari nõ poteſt.**



iij.col.in paruo volu.Hinc vulgò dicitur, quòd Imperator ordinem ſubdiaconatus habet, vt in capitulo Valentinianus. lxiij. diſtin. Et alij dicunt Imperatorem eſſe presbyterũ,vt refert Nicolaus epiſcopus Iadren.in theſauro Pontificali,fol.viij.col.j.imò Bal.in l.j.C. de iure aureo.annul. Imperatorem Dei vicarium appellat. Nec immeritò, quia, vt ipſe idem Bald.dicit in authen.habita.C.ne fil.pro patre. Deus in terris Imperatorem omnium magiſtrum cõſtituit. Et idcirco Curtius ſenior in conſil.lxv.colum.vj.Imperatorem Dei legatum & proconſulem dicit. Et ſic reſpondetur ſecundo argumento cõtrario. Nec obſtat, quòd Imperium per electionem tribuitur: quia idem in Papatu:& tamẽ per hoc non prohibetur renuntiatio.cap.j.de renũtiatione.lib. vj.Nam videmus Imperatorem Carolum,cognomine Magnum,à Zacharia Papa tonſum.Lotharium verò, Diocletianum,& Maximianũ Cæſares Imperio ceſsiſſe, quoſdam etiam ex eis priuatam vitã elegiſſe, alios Monachos factos. Vbi ergo conſideratur renuntiatio, regula locum habere poteſt, præſertim quando illi ad quos electio pertinet, renuntiationi conſentirent, quorum conſenſus collationi æquipollet,iuxta tradita per Modernos in capitulo eam te. de reſcriptis.

Carolum cognomine Magnũ à Zacharia Papa tonſum fuiſſe.

Lotharium, Diocletianũ, Maximianũ, Cæſares imperio ceſsiſſe, &c.

¶Sed prædictis non obſtantibus teneo primam opinionẽ, videlicet huic regulæ non eſſe locum, ſi Imperator renuntiaret cum conſenſu electorum: quia ceſſant hoc caſu fraudes iſtius regulæ.arg.tex.notabilis in.l.fi.C.de pac. Et licet in Imperio prohibita ſit ſucceſsio, ſicut in beneficijs eccleſiaſticis,iuxta c.venerabilem.de electio.Tamen illud procedit quando ſolus Imperator diſponendo: ſecus ſi per viam renuntiationis,de conſenſu electorum hoc faceret, quia tali caſu ſucceſsio licita videtur.Ideò voluit Imol.& Moder. in lege Imperator.ff.de leg.j.per illum textum, quòd filius in vita poteſt deſtinari Imperator poſt patrem. Et ita olim Imperatorum filij viuẽtibus eis,Cæſares pronuntiabantur, vt Ael.Spartianus memoriæ tradidit.Hinc fortaſsis conſuetudo illa obrepſit,qua hodie Imperatores filios ſuos,vel fratres Romanorum Reges,eis adhuc viuẽtibus,eligere procurãt.ſic apud Gallos primus Regis filius, & patri ſucceſſurus à Delphinatu, cui præeſt, Delphinus appellatur, vt de his

Succeſsionẽ in imperio ꝓhibitam.

Imperatorum filij Cæſares pronũtiabantur.

Delphinus quare appellatur primus filius Regis Frãciæ viuẽte patre.

memiuit Aymarus Riualius in hiſtoria iuris libro iiij. dum Iuſtinianum depingit Imperatorem. pro quibus facit gl. in c. Hadrianus. primo. lxiij. diſtinctio. Nam iſta dici non poteſt ſimplex ſucceſsio, quia Imperator liberè de re nō diſponit, ſed de conſenſu alterius. arg. l. fi. C. de iur. emph. & d. l. fi. C. de pact. Ceſſante igitur tali conſenſu dicerem renuntiationem, quantum ad renuntiantem, valere: non tamen quo ad illum, in cuius fauorem fieret, ſi Imperator renūtians moreretur poſt xx. dies, quia eſſet locus iſti regulæ: habito tamen, vt dixi, electorum vel Papæ conſenſu, omnis difficultas tollitur: ſicut de Papa diximus, qui eo adhuc viuente, de conſenſu Cardinalium poteſt ſibi ſucceſſorem eligere. arg. text. in cap. petiſti. vij. quæſtione j. quia hoc prohibitum non repetitur. Et ita ſaluari poſſet, quod dicit Pet. de Monte, vulgo epiſcopus Brixien. in ſuo indice, in verb. Papa. Sic etiam declarantur dicta Abbatis in capitulo accepimus. de pact. de quo in præcedenti quæſtione mentionem feci. Nec huc pertinent quæ in contrarium dicta ſunt, quòd Imperator appelletur ſacerdos, quia illud impropriè dicitur, ſicut apparet in iuris profeſſoribus, qui à lege ſacerdotes appellantur, vt in. l. j. ff. de iuſti. & iure. Nec releuat, quòd Imperator habeat ordinem ſacrum, quod nullibi bene probatur. Sicut & illud, quòd Vicarius Dei appelletur, quod intelligitur in temporalibus tantum, vt declarat Abb. in capitulo nouit. in vij. notab. de iud. & Moderni de Ripa in cap. ij. in ij. colum. eodem tit. Et ita declarari debent dicta Bald. in l. cum multa. C. de bonis, quæ libe. dum voluit Imperatorem eſſe ſummum ſuperiorē, quia, vt dixi, debet intelligi in temporalibus, non in ſpiritualibus, vt ibi etiam ſentit Bald. & finaliter omnes iſtas opiniones, quas plures de Imperatore habuerunt, dicentes, eum, vel ſacerdotem, vel ſubdiaconū, vel epiſcopum. Specul. in titulo de legato. §. nunc oſtendendum. verſic. xxxix. confutat.

*Iuris profeſſores à lege ſacerdotes appellantur, ſed impropriè.*

*Regula an habeat locum in Card. &c.*

## QVAESTIO TERTIA.

*Mentione ſpeciali digna, niſi ſpecialiter exprimantur, omiſſa intelliguntur.*

QVAERO, an iſta regula habeat locum in Cardinalibus infirmis reſignantibus?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd nō. Primo per illud vulgatum dictum, quòd ea quæ ſpeciali mentione, ſeu præfatione ſunt digna, niſi ſpecialiter exprimantur, omnia omiſſa eſſe intelliguntur. cap. quàm periculoſum. de ſenten. excom. libro vj. allegatum per gloſ. in capit. ij. de præbend. eodem libro. Sed in regula iſta non fit mentio de Cardinalibus, qui ſunt ſpeciali mentione digni. Igitur, &c.



*Regula de exprimendo valorem.*

¶Et pro iſta parte facit, quia videmus regulam de exprimēdo valorem, Cardinales non comprehēdere, vt probat Pet. de Anch. conſi. cclxxxviij. pro clariori euidentia. Sicut etiā extrauagans execrabilis. §. qui verò. Cardinales non comprehendit, vt patet in d. extrauag. §. nos itaque. & tenet Io. Andr. in add. ad Specul. tit. de lega. §. ſequitur. Eodem modo diſpoſitio extrauagantis Bonifacij VIII. incipien. iniunctę. Cardinales non ligat, vt dicit ſe tunc præſente iudicatum fuiſſe in Rota Barthol. Belenzi. audi. Rotæ in trac. de chari. ſubſ. quæſt. lxvj. Præterea videmus, quòd propter excellentiam iſtius dignitatis Cardinalatus inductum eſt, quòd licet omnes nuntij, à ſede apoſtolica miſsi, legati à latere dici poſſunt, propter reuerentiam ſummi Pontificis, cuius fimbriam veſtimenti tetigerunt, vt Specul. in tit. de offic. leg. §. ratio. & Hoſt. in ſumma poſt princip. tradiderunt: nihilominus de ſtylo curiæ inductum eſt, vt ſoli Cardinales legati à latere dicantur, vt probatur in capitulo, de cætero. in verbo legatos de latere non miſſos. ij. quæſt. vj. & in capit. ſi epiſcopus. ibidem. Ita hîc dicendum videtur, quòd propter eorum prærogatiuam ſub regula non includantur, vt ſic ſpeciali hoc honore vltra alios decorentur. Et pro iſta parte faciunt plura alia, quæ Roma. tradit in conſilio ccccxcviij. in caſu quo quæritur. Et quæ ſcripſi ſuperius in procemio iſtius voluminis, quæſt. quarta.

*Digniores à fraudib. plus alijs alieni eſſe debent.*

¶Sed iſtis non obſtantibus, concludo contrarium per rationem iſtius regulæ quæ emanauit ad obuiandas fraudes, vt dictum eſt. Quæ quidem ratio magis quadrat in perſonis Cardinalium, quàm aliorum. Nam cum maiori dignitate ſint prædìti, oportet eos plus alijs à fraudibus eſſe alienos, iuxta notata in c. cum quidam. de iur. iur. & in l. preſbyteri. C. de epiſcop. & cleric. facit text. in j. clemen. de renuntia. Et iſta ratio, quæ in propulſandis fraudibus conſiſtit, ſalutem etiam animarum concernit. Quo caſu, licet diſpoſitio generalis ſit, Cardinales comprehendit, vt tra-

dunt Ioannes Andr.Gemi.& omnes, in capitulo nemo.de electio.libro ſexto.& in capitulo pro humani.de homicid. eodem libro.cum multis concordan.vt ſcribit præfatus auditor in dicto tractatu. Vbi plus ſubdit, per iſtam rationem aliàs fuiſſe in Rota iudicatum regulam Cancellariæ de oriundis, Cardinales comprehendere, ſicut & aliæ habentes eandem rationem vtilitatis animarum. Et iſtam opinionem ſequitur etiam Ioannes Franciſcus Pauinus olim Rotæ auditor, in fin.ſui tracta.de offic.& poteſta.capituli ſed.vacan.quem refert, & ſequitur Felyn.in capitulo ad aures.in vij.colum.verſi.octaua concluſio.de reſcript.Et hoc idem latè diſputando tenuit Vincentius de Herculanis. vulgò Friſius nuncupatus, in quadam ſui, ad Petrum de Vincentia Cameræ auditorem, reſponſione facta Romæ in conſiſtorio in cauſa priuationis Archiepiſcopi Conſentini, tempore Alexand.Papæ v i. vt apparet in eorum conſilijs tunc temporis impreſſis.

Cardinales in generali diſpoſitione concernente bonum publicũ comprehendũtur.

¶ Et breuiter iſta videtur communis reſolutio, quòd in generali diſpoſitione concernente bonum publicum, vel animæ vtilitatem, aut periculum, Cardinales comprehenduntur, ſiue de commodo, ſiue de præiudicio eorum agatur. Secus verò in alijs conſtitutionibus odioſis. Et ita contraria reſoluuntur. Et quia in iſta regula vtilitas animæ cõſideratur, vt dictum fuit, ideo tenendum erit eos comprehendi, ſaluo iudicio ſaniori. Et ita hodie Pontifices obſeruant. De qua tamen quæſtione, planius dixi ſuperius in proœmio, & dicetur ſuper alijs regulis iſtius voluminis. Vbi alia diuerſa motiua ponam, ne ſæpius idem repetatur.

## QVAESTIO QVARTA.

Regula an procedat in fami. &c.

QVABRO, an iſta regula procedat in familiari Cardinalis cedenti in infirmitate, non facta mentione familiaritatis?

¶ SOLVTIO. Punctus iſte plures continet difficultates propter concurſum regulæ de impetratione beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium, ordine xxx. quæ annullat gratiam, ſi non facta fuerit in ea mentio nominis & titu. Cardinalis. Quorum quidem qualitatum omiſsio præſupponitur in iſta quæſt. Pro cuius quidem re-

ſolu



ſolutione, conſideranda ſunt duo capita. Primum, quando familiaris, qui renũtiauit in infirmitate, mortuus fuiſſet infra xx.dies. Secundum caput, quando obijſſet poſt xx. dies. Capiam igitur vnumquodq; caput de per ſe, vt clarius intelligatur materia.

¶ Circa primum, quando familiaris infra xx.dies obijt, diſponit iſta regula beneficium vacare per obitum. Quam quidem vacationem fictam, ſiue inductam ab iſta regula nõ capit reſignatarius per ſuam ceſsionem, ſed relinquitur primo impetranti eam à Papa. Sed nunc ſubintrat vna difficultas. Nunquid in tali vacatione obitus, ficta regula prædicta Cardinalium habeat locum? de quo ibi dicetur, quia iſte caſus ad propoſitũ præſentis regulæ, ſeu quæſtionis non facit.

¶ Secundum caput eſt, quando familiaris Cardinalis in infirmitate renuntians moritur poſt xx.dies. Quo caſu beneficium vacat per renuntiationem. Nunquid iſto caſu, ſi non facta fuerit mentio in literis prouiſionis de nomine & titulo Cardinalis, iuxta dictã regulam xxx. annulletur gratia? Olim non erat aliqua difficultas. Ex quo in regulis Gregorij xi. erant illa verba, per ceſſum vel deceſſum, vt dicit Egid.deciſ.dcxxxij.ſuppoſita eorum.in princip.Sed ex quo hodie illa verba, per ceſſum in regulis Modernis ſunt ſublata, reſtat dubium ſuper quo videtur concludendum à fortiori regulam illam non obſtare illi regulæ: quia cum regula illa loquatur de vacatione per obitum, non habet locum in renuntiatione, de qua iſta regula loquitur, vt eſt caſus clarus in d.cap.ſuſceptum.& dicam latius in d.regula xxx. Nam dato, quòd extenſio caſus veri ad fictum non ſit contra ius, ſed præter ius, vt notant doct.in cap.per venerabilem.qui fil.ſint legit. Tamen nunquam fit extenſio, niſi inueniantur de iure parificati caſus veri & ficti. vt dicit Domi.in cap.fin.in princip.de conſuet.lib.vj.à fortiori ergo hîc vbi parificatio eſſet contra ius, non debet illa extenſio fieri. Et quòd in renuntiatione, ſeu prouiſione eius non habeat locum illa regula xxx. familiarium Cardinalium, concluſerunt Domini mei in Rota de anno M.D.XIIII. prout *
latè retulit Domi.Guliel.Caſsiodorus olim Rotæ auditor in recollectis ſuis deciſionũ. Et licet pro illa deciſione plures rationes ibi adducat, quas omitto, quia videri poſſunt.

Caſus veri extenſio ad fictũ non eſt contra ius, ſed præter ius.

Tamen illa deciſione poteſt adduci vna concludens ratio iuris: quia habemus nullam qualitatis omiſsionem vitiare gratiam, niſi quatenus illa in iure ſit expreſſà, vt in clemen. j.de præbend.& notatur in clem.ij.de offi.ordi.& in c.fi.de offi.leg.lib.vj.cum concor.vt per Fely.in c.in noſtra.in iij. corr.de reſcrip. Et reperio etiam vltra dicta per Dominum Guliel.iſtum caſum accidiſſe in Rota de anno M.CCCCLXXV. in menſe Nouemb. Et fuiſſe tentum, regulam non habere locum pro Stephano Rompilon, qui nõ fecerat in ſua prouiſione mentionem, quòd Io.in infirmitate reſignãs fuiſſet familiaris Cardinalis, ſcilicet Angli. Et ita pro Domi.Stephano concluſit Io.Aloi.Tuſcanus, tunc aduocatus conſiſtorialis, vt patet in j.volu.conſi.ſuorum.fol.vj.qui pro iſta parte alia fundamenta adducit, quæ non refero: quia latius dicam ſuper d.regula. Nunc verò ſufficiet allegaſſe Doct. qui multa cõgerunt, vt docet Fely.in c.Rodolphus.in viij. col.de reſcrip. Stante igitur iſta cõcluſione pro firma, quòd dicta regula Cardinalium non procedat iſto caſu, præſens quæſtio habet modicam difficultatem.

Qualitatis omiſsio, an vitiet gratiam.

QVAESTIO QVINTA.

Regula an cõprehẽdat exẽptos.

QVAERO, an regula iſta comprehendat exemptos.

¶ SOLVTIO. Prima facie videtur dicendum quòd non, ex eo, quia ſub generali diſpoſitione beneficia exempta non comprehenduntur, vt dicit Arch.in cap. ſi propter.de reſcript.libro vj. dum vult, quòd ſub illo text. qui ſimpliciter loquitur, non comprehenduntur beneficia exempta. Quem ſequitur Rota in antiq.deciſ.cclxix. nota quòd ſi ex priuilegio.&c.in fi. Nam ea quæ ſunt ſpeciali nota digna, cenſentur omiſſà, niſi ſpecialiter de illis caueatur, iuxta gloſſ.& text.in cap.ij.de præbend.libro ſexto. Cum igitur exempti ſint nota digni, & ſpecialiter inter alios dilecti. Ergo in generali ſermone iſtius regulæ, vel alterius diſpoſitionis non comprehendentur. Et hoc in puncto tradit Bald.in l.j.in vj.colum.verſic.vnde quæritur.C.de furt. Idem per plura dicta probat Paul.de Caſtr.in conſilio cccxiij.incipien.poſtremo res iſta, &c.circa fin.libro primo. Et per iſtam rationem dicit idem Paul.in conſil.cccclxij.in ij. volumine, quòd exemptus non tenebitur ad collectas vel decimas impoſitas vniuerſitati, niſi expreſſe de illa dicatur.

Beneſi.exempta non cõprehẽduntur ſub textu ſimp.beneſi.loquenti.

Exempti non tenẽtur ad decimas vniuerſitati impoſitas.

Hoc



Hoc firmat etiam expreſsè Ang.in l.ſi.C.ſine cenſ.vel reliq. Hinc etiam videmus exemptos eadem ratione non teneri ad charitatiuum ſubſidium, vt tradit Decius in conſil.cliij. in cauſa exemptionis, in ſecunda columna. Et hac ratione dicimus expectatiuas etiam non capere beneficia exempta, niſi expreſsè dicatur, vt dicit Fely.in capit.graue.in prima columna.de offi.ordina.

Expectatiuæ non capiũt beneficia exempta.

¶ Sed prædictis non obſtantibus concludendum eſt contrarium. Et ante omnia præmittendum eſt, quòd ſolus Papa eſt prælatus, & proximus ſuperior exemptorum, vt in c. nulla.xciij.diſtin.not.in cap.authoritate.de priuil.libr.vj. Abb.in cap.nihil.de electio.& not.in clemen.j.de reb.eccl. non alie.& in cap.fin.iuncto cap.penult.de renun. Tunc ſic ſi Papa aliquid generaliter conſtituit, ligabit ſubditos ſuos. cap.j.de conſti.& capitul.j.de cenſi. Et licet omnes ſint Papæ ſubditi, vt dicit Inno.& alij ibidẽ: magis tamen illi ſubijciuntur exempti, quàm alij: cum alium iudicem non habeant, quàm Papam. Aliàs ſi diceremus contrarium, eſſent acephali: & ſicut locuſtæ ſine Rege, quod non eſt dicendum, vt in capitu.quidam.circa fin.xxiiij.quæſtione iij. Et iſta ratione vtitur gl.& text.in propoſito noſtro in c.nulla.xciij.diſtin.

Papa omnes mortales habet ſubditos.

¶ Non obſtant ea, quæ in contrarium adducta fuerunt: quia communis opinio eſt in oppoſitum, vt tenet Abbas in cap.graue.de præben. Domi.& Philip.in c.authoritate.§. inhibemus.de priuileg.lib.vj.faciunt ea quæ dixit Io.And. in regula ſcienti.in Mercur.

¶ Tamen vt perfecta & clara poſsit haberi doctrina pro reſolutione prædictorum, ſic diſtinguendum eſt, quòd aut quærimus, nunquid in diſpoſitione iuris comprehendãtur exempti: & dicendum eſt quòd ſic per ſuprà dicta: quia lex, vel diſpoſitio vniuerſaliter loquẽs, prout eſt iſta, omnia includit, vt in cap.ſi Romanorum.xix.diſtin. Et ſic talis diſpoſitio perſonas priuilegiatas comprehendit, vt not. Bart. in l.in fraudẽ.ff.de teſta.mil.cum concor.vt ſcribit Deci.in l.j.in ij.lect.col.iiij.verſi.nota vltimo.C.de ſen.quæ pro eo quod inter. Aut vero loquimur in priuilegio cõceſſo in fauorem alicuius vniuerſitatis, vel particularis perſonæ. Et iſto caſu procedunt contraria, quòd exẽpti in generali ſermone non comprehendũtur. Et iſta eſt veritas. Cum igitur

Lex vel diſpoſitio vniuerſaliter loquens, omnia includit.

regula iſta generaliter ſit conſtituta pro bono publico ad euitandas fraudes, igitur & exempti comprehendentur.

QVAESTIO SEXTA.

Regula vtrũ cõpreh. fœm.

QVAERO, vtrum iſta regula comprehendat fœminas religioſas, habentes dignitates collatiuas?

¶SOLVTIO. Videtur quòd non, quia regula loquitur ſimpliciter de beneficijs: & appellatione beneficij non venit dignitas, de quo loquimur, vt in cap. ſecundo, & in cap. quamuis. & in c. cum illis. de præben. lib. vj. Et quia hîc nulla ſit mentio de fœminis, ergo nos illas includere nõ debemus. l. ſi ſeruum. §. non dixit. de acquir. hæred. & l. pen. ff. ſi quis à pat. fa. ma. Nam iſte eſt caſus rarus, videlicet quòd mulier renuntiet. Ergo lex ad illũ caſum non adaptatur, vulg. l. nam ad ea. ff. de leg. Per quam legem dixit Ange. in conſilio cccxliiij. incipient. Martinus. in. ij. colum. quòd ſtatutum ſimpliciter loquens, intelligitur de maſculis, non de fœminis. Et ideo ſi ſtatutũ dicit, quòd nullus contra inſtrumentum publicum audiatur, non habet locum in muliere, vt tradit Anton. de Cana. in tract. de execut. instrumen. q. xviij. Et prius Bal. in. l. in multis. ff. de ſta. homi. Vbi etiam dicit quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd nullus de magnatibus intret Palatium, in tali ſtatuto non comprehẽdentur fœminæ. Et eodem modo ſi ſtatutũ requirit in contractu alicuius authoritatem vel conſenſum cõſanguineorum, vel coniunctorum, non conprehenduntur fœminæ, vt notat Bald. in l. j. columna finali. verſic. ſed quòd ſtatutum. C. qui admitti. cum concor. traditis per Alexand. in conſil. xxiiij. animaduerſis. columna prima. volumine ſecundo. & Baldus in conſil. ccj. incipiẽ. in prouincia. colum. fin. lib. j. & idem voluit Angel. in. l. fi. C. de verbo. ſigni. Corneus in conſil. clj. videtur. libro iiij. Sic etiam ſtatutum, quod loquitur de bãnito, non habet locum in fœmina, vt dicit Angel. in. conſil. lxvij. primum eſt. col. j. Sicut videmus, quòd ſi filij bãnitorum expellantur de ciuitate, non habet locum in fœminis filiabus, vt notat Bald. in. l. quicunque. de ſer. fugit. Et ſtatutum de capiendis malefactoribns non intelligitur de fœminis, vt tradit Ioan. de Platea in l. patrimoniorum. C. de nume. patri. libro x. facit ad hoc, quia iura ſimpliciter loquentia de perſonis, intelliguntur de habilibus, vulg. l. vt gradatim. §. de le-



ge. ff. de mu. & hon. Cum igitur regula iſta nullã mentionem faciat de fœminis, videtur concludendũ non comprehendi ſub ea.

¶Sed iſtis non obſtantibus, contrarium de iure tenendum pluribus rationibus. Prima, quia iſta regula eſt inducta ad tollendas fraudes. Et iſto reſpectu, quia concernit animæ vtilitatem, dicitur fauorabilis, vt ſæpe dictum fuit in præcedentibus quæſtionibus. Qua igitur ratione comprehenduntur maſculi, eadem & fœminæ comprehendi debent. Et ita per iſtam rationem dicit D. Ioan. Fran. Pauinus quondam Rotæ auditor in commento extrauag. execrabilis. §. j. in gl. in verſic. filijs. quòd diſpoſitio illius text. loquens de maſculis habentibus duo incompatibilia, habet locum in fœminis, per rationes de quibus ibi per eum. Quia reſpectu animæ nulla eſt differentia ſexus, vt tradit Anto. de Alex. in l. alienam. C. de procurat. Deci. in cap. cum dilecta. de confir. vti. qui per iſtam rationem dicũt, quòd licet mulier procuratrix eſſe non poſsit, hoc non habet locum vbi agitur de ſalute animæ: quia tali caſu de apicibus iuris non eſt diſputandum, vt notat Archid. in c. ſcriptum. vj. q. iij. Et ita etiam dicemus, quòd ſi mulier in teſtamento teſtis eſſe non poſsit, non habet locum in teſtamẽto ad pias cauſas, vt tradit Bal. in l. penul. in fin. C. de ſacr. ſanc. eccle. & Felyn. in cap. quoniam. de teſti. Et in ſumma, vbi eſt eadem ratio, licet caſus in fœminis ſit minus frequentatus, comprehenditur tamen ſub diſpoſitione ſimpliciter loquente, vt eſt gloſſ. ſingularis in l. j. C. de raptu virgi. quam ibi Hippolytus multis ſimilibus ornat: quæ vult, quòd diſpoſitio, & pœna illius legis punientis virum rapientem virginem, habeat locum in virgine rapiente virum, licet rarò accidat. Ad quod eſt videndum, quod ſingularius voluit Bald. in cap. licet vniuerſis. de teſtib. Hinc eſt, quòd ſtatutum imponens pœnam in aliquo caſu, habet locum in fœmina. vt notat Bart. in l. iura. in fin. ff. de legib. Et iſta eſt firma & reſoluta concluſio, quòd regulariter in omnibus caſibus fœmina comprehenditur, vbi ſpecialiter non inuenitur excepta, vt tradunt doctores in l. quicunque. C. de ſer. fug. vt tradit Bart. in l. j. ff. de verbo. ſig. Præſertim, quia text. iſtius regulæ loquitur per verbum, ſi quis, quod de ſui natura maſculum & fœminam cõprehen-

Diſpoſitio loquens de maſculis habentibus, &c.

Sexus differẽtia nulla eſt animæ reſpectu.

Fœm. in omnibus caſ. comprehend. vbi ſpecial. nõ inuenitur excepta.

dit, vt in l.ſiquis id quod.vbi Alex.& Moder.ff.de iuriſ.om. iudi.

**Quis, verbū de ſui natura maſculum & fœminam cō-prehendit.**

Accedit quia Abbatiſſa in adminiſtratione æquiparatur Abbati, vt notat Bald.in cap.j.in prin.col.vj.qui feud. dar.poſſ. Abb.in cap.ij.de his quæ fiunt à præl. Card.conſil. xvij.circa primum.colum.ij. Vnde eadē ratione qua Abbas ſub iſta regula comprehenditur, Abbatiſſa comprehendi debet.

**Abbatiſſa.**

**Fœm. habens digni. quæ renuntiari poſſit, compreh. ſub iſta regula.**

¶ Et ſic concludo, quòd quælibet fœmina habens dignitatem, quæ renuntiari poſsit, comprehenditur ſub iſta regula. Nón obſtante, quòd iura ſimpliciter loquentia, debent intelligi de habilibus: quia reſpondetur mulierem eſſe habilem per ſupradicta: cum nulla in hoc ſit differentia inter marem & fœminam, neque lex faciat.

**Iura ſimpliciter loquentia &c.**

Præterea non habet locum illa theorica, vbi eſt dictio ſiquis, iuxta text.in l. j.ff.de verbo.ſignifi. Tertio vbi agitur de vtilitate publica leges non recipiūt reſtrictionē de habilitate.l.ſiquis in graui.§.j.ff.ad Sillen.l.j.C.de ſacr.ſanct.eccleſ. Sed regula iſta concernit bonum publicum. Igitur &c.

**Leges quādo non recipiant reſtrictionem de habilitate.**

Nec obſtāt deciſiones ſuperius allegatæ: quia illæ procedunt vbi eſt diuerſa ratio. Nec minus obſtat, quòd appellatione beneficij non venit dignitas, &c. Quia hoc eſt falſum vbi concurrit mens & ratio eadē diſpoſitionis, maximè in materia fauorabili, vt iſta, vt patet per gloſſ.in clemen.auditor.de reſcrip.& in cap.j.de reg.iur.lib.vj. Cuius diſpoſitio etiam Papam comprehendit appellatione beneficiorum, vt latè tradunt Moderni in tract.de beneficio.in iij.quæſt.primæ partis.& dixi ſuperius in prima quæſtione.

## QVAESTIO SEPTIMA.

**Senes infirmi.**

QVAERO, an iſta regula habeat locū in ſene decrepito. ¶ SOLVTIO. Verba regulæ innuunt quòd ſic, ibi, in infirmitate cōſtitutus &c. Nam ſenes infirmi dicuntur, vt eſt caſus in l.ciuitatibus.ff.de leg.j.& in cap.magnæ. de vot. Vbi per illum tex. Abb.infert, quòd ſtatutum loquēs de infirmo, verificetur in ſene. Et ſequuntur Moderni Aſtē. in tertiò volum.ſtatutorum.in verbo infirmus. Ergo eodem modo iſta regula, quæ pariter de infirmo loquitur, habebit locum in ſene: cum regula ſit eiuſdem naturæ. Imò nihil aliud eſt, quàm ſtatutum.

**Regula idem quod ſtatutū.**

Et hoc idem repetit Abb.in cap.quoniam. in vj.colum.vt lite non cōteſtata. Hinc Terentius





rentius in vltima comœdia, poſt Ariſtotelem libro v.de generatione animalium, dicit: Senectutem per ſe ipſam morbum eſſe naturalem. cui, vt inquit Horatius, multa circunſtant incommoda, plurimæq; imbecillitates. Querula enim eſt, difficilis, moroſa, timida, vt quæ credat elementa ſibi omnia defutura.

**Senectutis pulchra deſcriptio.**

Quam multis verbis deſcribit Pog. Florentinus libro primo de miſeria humanæ conditionis.fol.vij. Vnde meritò medici dicūt ſenes debere regi regimine conualeſcentium, prout etiam Cicero de Oratore dicit, de Q. Mutio loquens. Et ille ſenectutis morbus non equidem incidens eſt & tranſiens, ſed, vt inquit Seneca, permanēs & inſanabilis. Et ob eam cauſam Indi, teſte Herodoto libro iij. hiſtoriarum, conſueuerunt ſenes interficere & edere: tanquam inter ſenes & mortuos nullum eſſet diſcrimen.

**Indi, teſte Herodoto, ſenes interficiunt.**

Nam ſenis vita, vt eſt in prouerbio, in labris primoribus habitat. Nam viuit mortuus inter viuos, &, vt inquit Beroaldus, ſenior ex Græcorū ſententia, ſenex eſt, & non eſt. Nam ſenile corpus eſt putridū ædificiū, in quo omnis iunctura diducitur: & dum alia fulcitur, alia diſcinditur. Et ideo ſenex non deſcendit, ſed cadit pluſquam infirmus, cum ſit nō ſolū infirmus, ſed, vt Græcorum muſæ canunt, authore Apollodoro, pariter & delirus. Hinc illud Plauti proceſsit, Senex cū extemplo eſt, iam neque ſentit, neq; ſapit. Nec immeritò Ariſtotel.lib.ij. Politicorum, ſenectutem non ſolum corporis, ſed etiam mentis eſſe voluit. Et vt proximè accedamus ad propoſitum quæſtionis, ſenex non ſolū infirmus eſt, ſed infirmitatum omnium quaſi fermentum quoddam, ad quod, veluti agmine facto, occurrit morborum omne genus. vnde nón ab re poëta dicit, Subeunt morbi, triſtiſq; ſenectus. Nam inter cætera morborum genera, vt inquit Hippocrates, & poſt eum Cornel. Celſus, maximè infeſtant ſenes dyſpnoia & ſtranguria, hoc eſt ſpiritus & vrinæ difficultas, coryca, & pituita, nephritis, & paralyſis, id eſt, renum dolores, & neruorum reſolutiones.

**Senes quot morborum genera infeſtēt.**

Adde etiam cacexiam, id eſt, malum corporis habitum. Lienteriam, id eſt, inteſtinorum leuitatem, cæteraque fuſi ventris mala, quibus ſenes vexantur. Adde incommoda ſenectutis penè innumera: quæ quaſi per indicem Satyricus numerat Iuuenalis Saty.x. Ex quibus facile deprehēdemus, ſenes nō ſolum infirmorum numero

**Senes quāplures repentina morte interēpti connumerantur.**

contineri,ſed etiam morborum. Quid enim aliud in cauſa fuit,quòd Cornelius Senecio,cum hilaris cœnaſſet,ſubitò extinctus fuit,authore Seneca,niſi ſenectus? Quid Rhodiorum legatum in calce orationi extinxit,niſi ſenectus? Quid A.Pompeium,L. Vallan. Ap.Senſeium, Iulium medicum, Fabium ſenatoré, Anacreontam poëtam,niſi ſenectutis infirmitas interfecit? Longa texeretur hiſtoria, ſi ſenes omnes repentina morte interéptos connumerare vellem,cum ſatis fuerit,infirmitates ipſas lethales,quibus ſenectus ipſa implicita eſt, oſtendiſſe. Quibus finem imponet Licinius Caluus, homo Romanus exactæ ætatis, & magno natu ſenex,qui tribunatum militum deprecatus,ita verba fecit ad Quirites: Me iam non eundem,ſed vmbram, nomenq; P. Licinij relictum videtis. Vires corporis affectæ,ſenſus oculorum atque aurium hebetes,memoria labilis,vigor animi obtuſus,ac denique ipſamet infirmitas. Et ad propoſitum redeundo,videlicet quòd regula iſta loquens de infirmo habeat locum in ſene decrepito,tenet expreſsè,& in terminis excellens ille gloſſator concilij Baſilienſis,ſiue pragmaticæ ſanctionis,titulo de collat.fol.xcvij. Quam opinioné pluribus fundamentis probat,inter quæ adducit dictū Archi. in cap.nihil.vij.q.j.dicentis: Facilius admittendam eſſe re-

**Senex an præſumat minus viuere, quàm æger.**

ſignationem ægri,quàm ſenis: quia ſenex præſupponitur minus viuere,quàm æger. Et valdè ſenex æquiparatur graui infirmo.cap.j.de cler.ægrot.lib.vj.Nam ſenex mortuus, præſumitur ex ſenectute decedere.l.ſi vt certo.§.quid verò ſenectute.ff.commoda.vt latius ibi Archi.& dictus gloſ.in dictis locis diuagantur. Hinc Apoſtol.ad Hebræos c.viij. dicit,quòd qui antiquatur & ſeneſcit,prope interitum eſt: quia ſenectus,ſecundum Senecam,nihil aliud eſt, quàm vitæ occaſus. Faciunt quæ in propoſito ſcribunt quidam Moder.in tracta.de beneficio.in iij.parte.q.xviij.vbi etiam in indiuiduo decidunt iſtā quæſtionem. Pro quibus facit etiā illud,quòd ſenex ſemper eſt in morte:vt notatur in.l.is qui. ff.de fideicommiſſ.lib.cum concord.vt ſcribit Cataldinus in tract.de tranſlat.concilij Baſilien.col.iij. Et Moderni in

**Etymologia nominis.**

l.ſenium.C.qui teſtam.facere poſ.& ex etymologia nominis apparet. Nam,vt boni authores tradunt,ſenex dicitur quaſi ſeminex,hoc eſt ſemimortuus,quòd acta maiore ætatis



tis ſuæ parte iam morti propinquior ſit. Nex enim mortem ſignificat. Et ideo meritò Bion philoſophus ſenectuté portum omnium malorum appellabat. De qua Plinius lib.vij. cap.x.quædam incommoda ſcribit. Cum quibus concordat Ioan.Anton.Campanus in epiſtola conſolatoria ad Card. Papien.de obitu fratris.fol.vj.& Archiepiſcopus.Flor.in j. parte ſummæ.tit.v.cap.j.§.v.& vj. Et ſexcenta alia ſenectu-

**Senectutis incommoda.**

tis incōmoda heroico carmine enumerat Eraſmus ad Guliel.Copum poſt diuum Gregorium ſuper homilia, Erunt ſigna,&c.quæ omnia huc tendūt,vt dicamus regulā iſtam de infirmo loquenté,locū ſibi vindicare in ſene decrepito.

¶Sed prædictis non obſtantibus contrariam opinionem verioré puto. Nam regula de infirmo ſimpliciter loquitur. Ergo in dubio debet intelligi propriè de illo infirmo,qui in lecto iacet,& febre corripitur.argumen.eorum quæ dicit Bart.in l.j.§.hoc interdictum.per illum text.ff.de fonte.

**Infirmitas vera, quæ ſit.**

**Febris qd ſit.**

Nam infirmitas vera,& propria,eſt illa quæ ex humorū exceſſu cauſatur: ex quo ſuccedit febris,vt tradunt Moderni Auinionen.in tract.legali,de peſte.in prin.& febris nihil aliud,quàm motus corporis contra naturam,vt in l.quæſitum.§.j.ff.de re iud.& in l.j.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edic. Senectus verò non eſt huiuſmodi. Ideò propriè infirmitas non dicitur,ſed debilitas,vt dicit Fely.in cap.quoniam frequenter.in penul.col.vt lite non conteſt.facit text.in c.j.& in cap.niſi.§.propter debilitatem.de renuntiat.& notant Moder.in cap.ſi pro debilitate.de offic.deleg.& in c.ſi qui teſtium.de teſtib. Et ideò concludendū eſt ſub diſpoſitione iſtius regulæ de infirmo loquentis ſenes non comprehendi: quia ſenex ex eo quia ſenex,infirmus propriè non dicitur,vt videtur eſſe tex.in l.cui dens.ff.de ædil.edic.vbi dicit text.quòd carens dentibus non eſt infirmus,aliàs nullus ſenex eſſet ſanus. Inuit ergo text.quòd ſenes licet dentibus careant,non propterea infirmi dici debent. Et licet ſenes dicantur proximi morti,non autem ſunt ita proximi, quin

**Senes ex iuris pręſumptiōe, quàm longam vitæ ſpem ſibi pollicētur.**

non ſpem vitæ quinquennalis ex iuris præſumptione ſibi polliceantur,vt dicit Alex.in l.hæreditatū.per illum tex.ff. ad legé Fal.vel ſalté ſperét per annū viuere, vt dicit Rom. in cōſil.ccclxiij.petitur à me.in col.j. Et ante ipſum Diuus Hierony.in ij.part.Epiſt.tit.iij.epiſt..xl. Et hoc idem prius dixit

dixit M. Tullius in lib. de Senectute. & dixi in §. ité ſi quis in fraudem. num. xxv. inſtit. de actio. Eſt bene verum, quòd in capulari ſene, & penè iam decrepito renuntiante, magis iuſtificari debet renuntiatio, quàm in iuuene, & ſuperior diligentius eam renuntiationem intueri debet, ne ſimulatè vel fraudulenter fabricata ſit. Quo caſu putarem, proculdubio iſtam regulam in tali habere locum, aut ſaltem militaret ratio. cap. ij. de renuntiat. lib. vj. Et ita etiam videtur ſentire Petr. de Ancha. in conſil. cclxxix. quæſtio proponitur. Vbi loquitur de permutatione cuiuſdam ſenis iam confecti. Nam ob eam cauſam oportuit eum iuſtificare ceſsiſſe in vtilitatem Eccleſiæ, vt ibi per eum. Et vltra iſta plura alia priuilegia ſeniorum, vide per Moder. Hiſpanos in rubrica inſtit. de iuſtit. & iur. col. ix. num. 75. cum ſeq. & per Card. Iacobatium in tract. de cõcilio. pagina lviij. cum ſeq. lib. j.

Renũtiatio an debeat magis iuſtificari in ſene, quàm in iuuene.

Seniorum plura priuilegia.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in eo qui intrat Mare tempore tempeſtatis, vel eſt conſtitutus in alio periculo mortis, & renuntiat in illo periculo, & moritur infra viginti dies ex illo?

¶SOLVTIO. Videtur prima facie quòd ſic, per ea quæ de periculo maris cumulat Io. de Mur. Prior, in quibuſdã memorabilibus ſuis, vbi Mare æquiparat infirmitati & morti. De quo Fely. in cap. olim. in ij. colum. de except. Et negari non poteſt, quòd nauigatio ſemper eſt periculoſa & incerta, ſicut infirmitas, vt notat Bald. in cap. paſtoralis. col. ij. de offic. ord. Et eam æquiparat Aeneas Syluius, epiſt. xxxvij. ægroto in carcere, vel lecto exiſtenti. Hinc emanauit prouerbiũ, Qui neſcit orare, aſcendat mare. Et Ouid. in lib. ij. fine tit. dicit, quòd nauigans ad mortem accedit. Nam propè tam lethum, quàm propè cernit aquam. Idem etiam Seneca teſtatur lib. vij. Tragœ. & Terent. comœdia vj. Nam plus dies xxx. in naui fui, ſemper mortem expectans. Nam fortunatus eſt, qui neſcit, quid malè præterierit, qui nunquàm eſt ingreſſus mare. Et Proper. lib. iij. de morte Pæti: Ite rates curuæ, & lethi quoque texite cauſas. Iſta per humanas mors venit acta manus. Terra parum fuerat, fatis adiecimus vndas. Fortunæ miſeras auximus arte vias. Et hoc eſt abſolutum apud omnes, quòd intrans mare dicitur conſtitutus

Mare infirmitati & morti æquiparatur.

Orare qui neſcit, aſcendat mare.

Mortis in articul. cõſtituti q dicãtur cũ infirmi nõ ſint.



tutus in articulo mortis. Et ita de illo qui vadit ad bellum, vt de vtroque dicit Abb. in d. cap. paſtoralis. §. præterea. Et idem de intrante domũ peſtiferã, vt de iſtis omnibus loquitur Bart. in tract. de teſtam. in verſic. mortuum. & in l. fin. ff. de infami. Card. in clemen. j. in princ. & §. fin. de pœnis. Et quod habetur toto titulo. ff. ad l. Rho. de iact. Adeò quòd lex æquiparauit mare homini crudeli & potenti, vt in l. iij. ff. de don. cau. mor. Et plura ponit Luc. de Penna in l. quotiens de naufr. lib. xj. Quibus omnibus cõſideratis, videtur concludendũ regulã iſtã in tali renuntiatione locũ habere.

¶Sed iſtis non obſtantibus, teneo contrarium, per ea quæ notat Abb. in cap. quod de his. in fin. de ſen. excommu. Ex cuius dictis quæſtio iſta reſoluitur. Nam ponit ibi pro conſtanti, ibi eſſe text. probantem inter infirmitatem & periculum mortis magnum eſſe diſcrimen. Quod ſi verum eſt, prout inficiari non poteſt, regula iſta loquens de infirmo, non habebit locum in ſano conſtituto in aliquo periculo mortis, quia non dicitur infirmus ea infirmitate, de qua regula ſentit. Si igitur talis credat, & moriatur infra xx. dies, beneficium non vacabit per obitum, ſed per renuntiationem, quia ceſſat mens & intentio regulæ.

Infirmitas & periculũ mortis multũ differunt.

QVAESTIO NONA.

QVAERO, ponamus aliquem infectũ peſte, iuſſum continere domi, vbi renuntiat, deinde incerto die ſolus moritur: dubitatur vtrum ante, vel poſt vigeſimum diem mortuũ fuiſſe præſumamus, & cui potiſsimum onus probandi incumbat, an videlicet reo excipienti de regula, an verò actori reſignatario?

Probãdi onus cui potiſsimũ incumbat.

¶SOLVTIO. Iſtud dubium habet duas partes. Prima eſt, an regula iſta quę loquitur de infirmo, procedat in infecto? Secunda pars, ſuppoſito quòd ſic: nunquid in dubio debeat præſumi mortuus infra, vel poſt viginti dies, quando neſcitur tempus obitus?

¶Circa primum videtur dicẽdum regulam habere locum in infecto, quod ſic oſtenditur. Infectus dicitur conſtitutus non ſolum in infirmitate, ſed etiam in periculo mortis, vt latè probat Corneus in conſil. cxxx.. in hac conſultatione. in iiij. volum. & in cõſil. liij. eod. lib. Et in pulchra quæſtione reaſſumunt nouiſsimi Bononienſes in tractat. legali de peſte.

Infectus quis dicatur.

peſte.in prima parte.q.x.Et iſta opinio ſuaderi poteſt ex eo, quia peſtilentia eſt morbus acutiſsimus, & cõtagioſus, qui omnes alios magnitudine ſuperat. vt dicit tex.in cap.ſicut. el.j.de ſimon. Cum igitur tex.iſte loquatur de infirmo, in dubio intelligẽdus eſt de omni infirmo qui eſt in periculo mortis, ita quòd comprehendet infectum peſtilentia.

Peſtilẽtia omnes alios morbos magnitudine ſuperat.

¶ Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam opinionem puto veriorem, videlicet regulam non habere locum hoc caſu: ex eo, quia licet infectus peſtilentia dicatur conſtitutus in periculo mortis, non tamen poteſt dici infirmus, niſi per quandam fictionẽ, & habito reſpectu ad periculum imminens ex illo morbo tam contagioſo, ex quo infectus adeò eſt aëris participatione contaminatus, vt facile euitetur ab alijs. Et tali reſpectu poteſt homo ſe infirmum exiſtimare, cum poſsit ex infectione ſtatim generari peſtilentia, & eum necare. Et ideò prudẽtis erit, tali tempore, ſe, & ſua ita componere, ac ſi infirmus eſſet, & ſe cerneret moriturũ. Verè tamen & realiter conſiderando rem ipſam, infectus peſtilentia ſanus eſt, & nõ infirmus. Nam infirmus dicitur qui iacet in lecto, & febre corripitur. l.j.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edict.& notat gloſſ.in ſumma.xvj.quæſt.j.& notatur in cap.cum infirmitas.de pœniten.& remiſsio. Cum igitur regula iſta ſit ſtricti iuris, & exorbitans à regulis iuris communis, debet de proprio & vero infirmo intelligi, non de præſumpto: aliàs ſequeretur illud inconueniens, quòd ſenes, de quibus ſuprà proximè diximus, qui infirmorum numero continentur, furioſi, abſentes, & alij omnes qui infirmis æquiparantur, iuxta text.in l.ij.§.furioſus.ff.de iure codicil.comprehenderentur ſub iſta regula, quod non eſt verum. Intelligenda igitur erit in caſu proprio infirmitatis, cum ſit odioſa, & ſtricti iuris. Et hoc quo ad primum.

Infectus peſtilẽtia ſanus, & non infirmus.

¶ Circa ſecundum quis tenetur in dubio probare infectum mortuũ fuiſſe infra viginti dies. Dicẽdum eſt, quòd opponens de regula, ex eo, quia reſignatarius habet intẽtionem fundatã de iure, quòd taliter mortuus pręſumatur mortuus poſt vigeſimum diem. Ratio eſt, quia quælibet infirmitas in dubio præſumitur durare longo tempore, ſaltem per annũ, vt probat Card.in cap.cum inter.de elect.per text.in c.communiter.xxxiij.diſt. Sequitur Alex.in l.furioſum.in ij.col. C.qui teſt.face.poſſ. Et ideo infirmitas longum impedimentum reputatur in dubio. l.ſi longius.in princ.de iudici. Sequitur Decius in c.prudentiam.in iiij.col.de offi.deleg. Et illud dictum ſequuntur Moderni Taurinen.in l.j.num.539. ff.de offic.eius. Non obſtat, quòd in morbis peracutis, veluti peſtilentia velociſsimè homo moritur, vt dicit Barth.de Piſis in tract.peſtilentiæ.in princip.ex mente Hippocratis in iij. Pronoſticorum.& in ſecundo Aphoriſmorum.cap. xxiij.& Galenus in primo de morbo.cap.iiij. Quia reſpondetur hoc non eſſe ſimpliciter verum, ſed ſecundum complexionem, & alia accidentia infirmi, hoc euenit. Et ideo dicit Gabriel Bergomen.in tract.peſtilentiæ.in ij.parte.fol.v. quòd licet peracutæ ægritudines non tranſeant xiiij.diem ſecundum Hippocratem, tamen dicit quòd iſte latro peſtiferus pabulat, & diuagari poteſt in corpore humano per quadraginta dies, & tãdem infirmum interimere. Quæ quidem opinio cum ex multis medicorum locis ſatis comprobetur, tum ex ſæuiſsima illa, & multis ſeculis memoranda, anni M.D.XXXVII.peſtilentia, quam ipſi vidimus, fit maniſeſtior. Iacuerat enim per idem tẽpus in domo Reuerendiſs. Cardinalis Laurentij Sanctorum quatuor, cuius tunc eram Auditor, peſte languens, quidam nomine Turion, Nicolai ſigillatoris Sacræ pœnitentiariæ famulus. Is cum diu hoc morbo torqueretur, tandem quinquageſimum diem tranſgreſſus obijt. Idem eadem in domo duobus alijs accidit. Nam ſecretarius principis Orangæ, tunc exercitus Imperialis in illa ſæuiſsima Vrbis direptione Ducis, peſtilentia tactus, vltra quadrageſimum diem languens vitam protraxit, tandem ex eodem morbo deceſsit. Ioan.etiam Bononienſ. eiuſdem Cardinalis famulus peſtilentia correptus, ſexageſimum diem cum gemitu tranſgreſſus, ex eodẽ morbo expirauit. Deficeret mihi tempus, pariter & papyrus, ſi infirmorum omnium caſus, & temporis longi exceſſum diſcurrere vellem. Plures enim reperiũtur, quàm Sibyllę folia. Sic itaq; dictum Hippocratis & aliorum intelligendum eſt, concurrentibus habitudine corporis cum mala diſpoſitione, vt apparet quotidiano vſu. In dubio tamen ægritudo præſumitur longa, niſi probetur contrarium, & hoc erit arbitrariũ, vt dicit Alexan.in l.furioſum.in ij.col.C.qui teſta.face.poſ.

Infirmitas qlibet in dubio præſumitur.

Aegritudines peracutę licet non tranſeant xiiij.diem, peſtilẽtia tamen diuagari poteſt p xl.dies.

Et iſta opinio communis eſt, vt patet ex his quæ dicit Abb. in d.cap.cum inter. Et eam ſequitur latè quidam Modernus Hiſpanus Pet.de Biaxio in tract.de elect.in ij.parte.c.vj.in ij.col. Et ex iſtis habes vnum priuilegium ſingulare infirmitatis, quòd licet ſecundum medicos infirmitates peracutæ extinguant hominem in decimoquarto die, per ea quæ dicta ſunt ſuperius: hoc tamẽ de iure non procedit, quia præſumitur omnis infirmitas longius durare. Et dicenti hominem fuiſſe mortuũ ex tali morbo peracuto infra dictum terminum, incumbit onus probandi. Quia, vt dixi, ſemel infirmus ſemper præſumitur infirmari, niſi probetur contrariũ.

Infirmitates peracutæ.

Infirmus ſemper præſumitur infirmari.

¶Nec mirandũ eſt, ſi in hac materia cõiecturali, Iuriſconſulti ad auferendum lites illud tempus extra ordinem medicorum commenti ſunt, quia videmus in ſimili, quòd hodie communiter homines intra quinquageſimum & ſexageſimum annum moriantur, vt ex ſepulchris defunctorum inſpicere licet. Et vtinam nobiſcum cum Pſalmiſta tam bene ageretur, dicente, Et erit vita hominis lxx.annorum, in potentatibus lxxx. Nam ſatis nobis conſultum fuiſſet. Et tamen lex non curans fixum illud Prophetæ tempus, neq; rurſus curſum ipſum quotidianum breuioris vitæ ante oculos obuerſantem: ſed quaſdam alias longioris æui coniecturas ſanxit, diffiniens hominum vitam ad centum vſque annos poſſe protendi, transferens onus probandi in aſſerentẽ oppoſitum, vt in l.fin.C.de ſacroſanc.eccle. Rationem verò illius præſumptionis vitæ centum annorum ſcribit notabiliter Crinitus, ex mente Arabum.lib.vij.de honeſta diſciplina.cap.ix. capta cõiectura ex pondere dragmarum cordis humani, vt ibi latius per eum. Sic igitur licet medici infirmitatem peracutam certis veluti cãcellis circũſcripſerint, nos tamen alio reſpectu longius protrahimus.

Vita hominũ ad quot annos protendi poteſt.

Infirmitatis priuilegia deſcribuntur.

¶Ergo hoc primum infirmitatis ſingulare priuilegiũ erit, quòd etiam in peracutis morbis præſumitur quis quouſque viuere, donec probetur mortuus. Quæ quidẽ probatio incumbit aſſerenti, iuxta vulg.l, qui dicit.de proba. Sed quando huc deuenimus, vt de ſpecialibus priuilegijs infirmitatis mentio fiat, operæpretium erit, quædam alia infirmitatis ſingularia priuilegia prædictis annectere. Quãdo etiã materia iſtius regulę affinis eſt, & expoſtulare videatur, quę lõga lectione retexui. Erunt enim numero ferè nonaginta. Quæ quoniam experſa reperiuntur in iure, neq; obuiam cuiquã volenti occurrunt, & illa aliàs iunior multo labore collegi, prætermittenda nõ duxi. De primo priuilegio diximus.



¶Secundum priuilegium ſpeciale infirmitatis erit, quòd licet propter infirmitatem quis non ſit remouendus ab officio, vt in c.ſcripſit.cum duobus ſeq.vij.q.j. Nec cõiugati ob eam cauſam ſeparari poſſunt, vt in c.ij.de coniu.lepro.& in c.hi qui.xxxij.q.vij. Neq; etiam tutor propter infirmitatem ab adminiſtratione remoueri debeat, vt in l.ſolẽt.de tutel. ſicut nec iudex, cui ex ſucceſsione adminiſtratio defertur, vt in cap.grandi.de ſuppl.neg.præla.lib.vj.Bart.in l.cæcus. ff.de iudi. Tamen habes textum ſingularẽ in.l.iij.C.de offi.præfec.præt.Ori. quòd iudex propter infirmitatem remouetur ab officio. Et ita ibi Salic.ſummarium ſcribit.

¶Tertium ſpeciale priuilegium infirmitatis eſt: ponit tex. in l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. Vbi propter infirmitatem longinquam patris tollitur præſumptio, quòd filius natus in domo, & vicinis ſcientibus, præſumatur filius illius infirmi.

¶Quartum, quia licet quis nõ excuſetur ea ignorare, quæ publicè proclamãtur, vt in l.ſi tutor.C.de peri.tuto. tamen infirmus excuſatur. text.eſt notabilis in c.ſi.qui mat.accuſa. poſſ. tradit Bart.in l.is poteſt.ff.de acquir.hæredi.

¶Quintum ſingulare priuilegium infirmitatis eſt, quia ſicut impenſa funeris præfertur cuicunque alij creditori, vt eſt tex.notabilis in.l.impenſa funeris.ff.de relig.& ſumpt. fune. Sic eodẽ modo & impenſa facta in infirmum, præfertur cuicunq; alteri creditori. Ita ſingulariter Bal.in l.in reſtituenda.per illum tex.C.de peti.hæred. Et hoc bene nota.

¶Sextum ſpeciale priuilegium ponit text.in l.j.ff.de offic. conſul. Vbi collega inchoata per ſuum collegã poteſt complere, & exequi quando alter collega eſt infirmus.

¶Septimum, quia commodatarius tenetur ad impenſas faciendas ſeruo commodato infirmo, ſecundum diſtinctionem text.notabilis in.l.in rebus.§.poſſum.ff.commoda.

¶Octauum, vſufructuarius tenetur etiam ad impenſas faciendas in ſeruum infirmum, in quo habet vſumfructum.l. ſicut impendia.ff.de vſufructu.

¶Nonum priuilegium, quia ſeruus infirmus cenſetur interim ſeruire: & tempus infirmitatis computatur in tempore cõuento. text. eſt notabilis in l.cum hæres.in §.ſtichus.ff. de ſta.homi. ¶Decimum, quia per ſeruum etiam infirmũ vſumfructũ retinemus.l.arboribus.§.de illo.ff.de vſufruc.

¶Vndecimum, quia contractus factus ab infirmo cum medico poteſt reſcindi per officium iudicis. Caſus eſt ſing.in l. medicus.ff. de varijs, & extraord.cog. ¶Duodecimum, quia contumacia non cadit in infirmum.l.cõtumacia.§.pœnam.ff.de re iud. Bart.in l.j.in.j.colum.ff.de in integ.reſtit.

¶Decimumtertium, quia propter infirmitatem detentus à facto promiſſo ſub pœna excuſatur. bonus tex.in l.fi.§.pen. ff.ad leg.Rhod.de iact. Et hoc non procedit ſolum in infirmitate propria, ſed etiam ſuorũ, vt Alex. tradit in d.l.quæſitum. ¶Decimumquartum, quia cõtractus nominatus habetur pro impleto ex parte eius, qui propter infirmitatem fuit impeditus.l.ſi pecuniam.in prin.ff.de cõdi.ob cauſam.

¶Decimumquintum, quia iudex delegatus ſuperueniente infirmitate mutatur.l.ſi longius.in princip.ff.de iudi.

¶Decimumſextum, quia impenſæ factę in infirmum etiam inuitum & contradicentem, repetuntur. gl. eſt ſingularis in c.prouidendum.lxxxiij.diſtinct. Quam gloſſ. confirmo ex alijs duabus ſingularib.gll.poſitis in l.ſtichus.ff.de pecul. leg. quæ dicunt, quòd beneficiatus in ſtatu ſuæ perſonæ nunquàm poteſt opponere, quòd vtiliter in eum nõ ſit geſtum. Quas gloſ. not. ad limitationem l.vtiles.ff.de peti.hære. Et illas gloſ. ibi Bart. approbat, & eaſdem ſequitur Ioan. And. in cap.cum C.laicus.de foro compet.lib.vj.in nouella.

¶Decimumſeptimum, quia medicus tenetur gratis curare infirmum pauperem. gloſ. eſt notabilis in d.c.prouidẽdum. lxxxiij.diſt.in verſic.infirmus.in princ. ¶Decimumoctauum, quia licet teſtamentum factum ab eo qui poſtmodum mortem ſibi conſciuit, ſi metu criminis hoc fecit, nihil valet: tamen ſi fuiſſet infirmus, & propter impatientiam doloris ſuæ infirmitatis hoc feciſſet, non irritatur teſtamentum. l.ij.C.qui teſta.fac.poſſ.cum ſuis concord. ¶Decimumnonum, quia ſententia lata contra infirmum, iudice ſciente, eſt ipſo iure nulla.l.quæſitum.cum gl.not.ff.de re iudic.

¶Vigeſimum, quia licet in die Paſchatis nulli ciui liceat

ruri



ruri commorari: tamen ſi in infirmitate eſt detentus, excuſatur. text. eſt notab.in cap.nulli.de conſecr.diſtinctio.iij.

¶Vigeſimumprimũ, quia infirmus omni tempore, & indifferenter debet baptizari, quamuis aliàs nõ poſſet certo tempore baptizari. text. eſt in.c.ſi qui.cum cap.ſeq.de conſecr. diſtinct.iij. ¶Vigeſimumſecundum, quia procurator qui regulariter poſt litem conteſtatam non poteſt mutari, tamen propter infirmitatem mutari poteſt.l.vel in iudicio.ff. de procu. ¶Vigeſimumtertium, quia arbiter poſt ſuſceptũ arbitrium, licet regulariter teneatur & cogatur cauſam dicere, tamen propter infirmitatẽ excuſatur.l.licet.ff.de arbi.

¶Vigeſimumquartum, quia licet regulariter habenti tutorem curator non ſoleat dari, tamen ſi tutor eſt infirmus, datur eius periculo.§.fin.inſtit.de cura.l.ſolent.ff.de tutel.

¶Vigeſimumquintum, quia infirmo aliquem inculpanti de maleficio non creditur.l.ſi quis in graui.in princip.ff.ad Sillen. tollit tamen præſumptionem calumniæ. text. eſt notab.in l.qui cum maior.§.fin.ff.de bo.liber. ¶Vigeſimumſextum, quia manumiſſus à domino in ſeruitutem reuocatur, quando domino ſuo infirmo ſuffragium non præſtitit. l.alimenta.ff.de libe.agn. ¶Vigeſimumſeptimum, quia monachi qui aliàs prohibentur comedere carnes, tamen ſi ſunt infirmi, bene poſſunt comedere. text. eſt notabilis in capitulo, cum inter monaſterium.de ſtatu monach.

¶Vigeſimumoctauum, quia ſocius qui occaſione ſocietatis incidit in infirmitatem, computare poteſt expenſas factas in infirmitate ſuo ſocio, ac ſi in ſocietatem expendiſſet. Caſus eſt notabilis in l.ſocius qui in eo.cum l.ſequenti.ff.pro ſocio. Quod limita ſingulariter non procedere in mandatario qui exequendo mandatum factus eſt infirmus. Caſus eſt ſingularis in l.inter cauſas.in §.non omnia.ff. mandati. Quod bene nota. ¶Vigeſimumnonum, quia dominus nõ curando ſeruum ſuum infirmum, priuatur dominio eius. Caſus eſt notabilis in.l.prima.§.& ſeruus.C. de latina libertate tollenda. ¶Trigeſimum, quia ſi filius, vel hæres non curauit teſtatorem infirmum, perdit hæreditatem. Caſus eſt notabilis in §.ſi quis de prædictis. in Authent.vt cum de appel.cognoſ. ¶Trigeſimumprimum, quia maritus qui vxorem ſuam infirmam non cu-

rauit,perdit lucrum dotis.l.ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſoluto matrimonio.& ibi gloſſ. ¶ Trigeſimumſecundum, quia emptor qui ſeruum infirmum non curauit,non poteſt agere redhibitoria contra debitorem.tex.eſt in l.quid ſi nolit. §.ſi mancipium.ff.de ædil.edict. ¶ Trigeſimũtertium,quia licet regulariter teſtes ad iudicem debeant venire, tamen ſi ſunt infirmi,mittitur ad domũ eorum.text.eſt in l.ad egregias.ff.de iureiurã. ¶ Trigeſimumquartum,quia infirmus, vel valetudinarius excuſatur à muneribus perſonalibus. tex.eſt.in l. prætor.in prin.ff.de vaca.munc. ¶ Trigeſimũquintum, quia ſi vnus ex compromittentibus,ſeu litigantibus corã arbitro nõ adfuerit,aduerſa valetudine impeditus,pœna in effectu nõ cõmittitur.text.eſt in l.ſi cum dies. §.ſi quis ex litigantibus.ff.de arbit. ¶ Trigeſimumſextum, quia delegatus impeditus propter infirmitatem poteſt alteri committere vices ſuas.tex.eſt in cap.ſi pro debilitate. de offic.deleg. ¶ Trigeſimumſeptimum,quia licet aliàs electores infra octo dies teneantur electo ſuam electionem præſentare,aliàs incurrunt certam pœnam: tamen ſi infirmitate ſint detenti, excuſantur,vt in cap. cupientes.§.certum.cum gl.in verſi.alia iuſta. de electio.lib.vj. ¶ Trigeſimumoctauum,quia licet beneficiatus ad ordines promoueri cogatur,aliàs priuatur beneficio. Si tamen infirmitatis impedimentum prætendit,non cogitur,ſecũdũ dictum notabile gloſſ.magnæ in cap.licet canon.eſt gl.antepenul. de elect.in vj. ¶ Trigeſimumnonum, quia confeſsio facta in infirmitate,ſi infirmus conualeſcat,non inducit obligationem,vt plenè per Bar.in l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij. ¶ Quadrageſimum,quia ſi infirmus exculpat aliquem, tolluntur indicia contra eum orta.ita ſingulariter tenet Bald.in l.j.in vltim.colum. C.communia de leg. ¶ Quadrageſimumprimum,quia ſi legati infirmentur in legatione ſua,debet eis ſolui, quoad redire poſſunt. Ita notabiliter Bart.in l.ſi cui.§.tandiu.ff.ex quibus cauſis maior.per illum text. quem dicit menti tenendum,quia ſæpe occurrit. ¶ Quadrageſimũſecũdum,quia ſi fiat ſubſtitutio in legato, vel hæreditate contemplatione certæ infirmitatis,quòd eo liberato ex illa infirmitate,& mortuo ex alia, legatum vel hæreditas non debetur ſubſtituto. Caſus eſt no

tabi



tabilis in l.alumnæ.§.final.ff. de adim.leg.quem ibi Barto. multum commendat. ¶ Quadrageſimumtertium, quia licet aliàs contra debitores abſentes latitantes fiat venditio bonorum per creditores, tamen contra debitorem infirmum venditio fit,procuratore dato bonis,cauſa cognita. tex.eſt in l.ſi quis inſtituatur.in fin.ff.de hęred.inſt. ¶ Quadrageſimumquartum,quia æger,ſeu infirmus non tenetur mittere procuratorem, vt videtur velle gloſſ.not. in d.l.ſi quis inſtituatur.in fin. De quo tamen omnino vide Bart. in l.prima.ff.de diuerſ.& tempo.præſcrip.& in l. iij.§. ſi quis. ff.ſi quis caut. ¶ Quadrageſimumquintum,quia ille qui in iudicio ſiſtere promiſit, & infirmitate ſit impeditus, exceptione adiuuatur.text.eſt in l.ij.§.ſi quis.ff.ſi quis caut.

¶ Quadrageſimumſextum,quia rectores qui tenentur ad alimenta officialibus ſuis,illa etiam debent ſi infirmentur, & tenentur ad pullos,& ſimilia,licet non ad medicinas.Ita notabiliter Bart.in l.legatis.ff.de alim.& cib.leg. ¶ Quadrageſimumſeptimum,quia clericus infirmus non reſidens in eccleſia,nihilominus percipit quotidianas diſtributiones.tex.eſt notab.in cap.j.de cleri.non reſiden.libro ſexto. ¶ Quadrageſimumoctauum,quia infirmus non præſumitur donare cauſa mortis,niſi de reſtituendo conueniat, vel fiat mentio mortis.text.eſt notabilis in l. Seia.§.fi.ff.de do. cau.mor.Sequitur Alex.& eſt communis opin.in l.quæ dotis. colum.ij.num.6.ff.ſol.matr. ¶ Quadrageſimũnonum, quia benemeritus eſt qui curauit infirmum,& eſt ſufficiens cauſa ad manumittẽdum ipſum,etiam à filio minore vigintiquinq; annis.vt in l.etiã.§.ex præterito.ff.de manumiſſ. ¶ Quinquageſimũ, quia ſi medicus promiſit curare infirmum certo morbo laborantẽ,ſi ipſum ſanarit,& poſtmodum reincidat in eundẽ morbũ,tenetur pro eodem ſalario illum iterum curare.Gl.eſt notabilis in l.maritus.ff.locati. de quo vide ibi Bar. ¶ Quinquageſimumprimũ,licet aliàs gratia extinguatur negligentia eius, qui vacantem pręben dam petere poterat,& non petijt,tamen ſi infirmitate fuit detentus,non expirat ipſius gratia,quin eius vigore aliam poſtmodum vacantem poſsit petere.gl.eſt notab.in cap.ſi clericus.in verbo negligentem.de præben.lib.vj. ¶ Quinquageſimumſecundum,quia epiſcopus infirmitate deten-

tus, ſuffraganeos ſuos conſecrare non valens coepiſcopo ſuo, vel alij vices ſuas mandare poteſt. text. eſt in cap. quod ſedem de offi. ordi. ¶ Quinquageſimumtertium, quia notarius infirmus poteſt facere, quòd de eius protocollis alius ſumat inſtrumentum. Ita notabiliter Bart. in l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de edendo. cum limit. de qua ibi per eum. ¶ Quinquageſimumquartum, quia famulus infirmus debet habere ſalarium ſuum tempore infirmitatis. gloſſ. eſt in l. arboribus. §. de illo. de vſufruct. Sed in hoc veritas eſt in contrarium, quam habes per gloſſ. Bart. in l. ſi vno §. item cum quidam. in vlti. colum. ff. loca. De qua re poſt Alexand. ibi in Apoſtillis latius ſcribit quidam doctiſsimus Moder. Bononien. nomine Vlpianus de Zannis, in. §. iuris prudentia. in xix. & ſeq. colum. inſti. de iuſti. & iur. ¶ Quinquageſimumquintum, quia famulus qui non potuit ſeruire certo tempore propter infirmitatem, poteſt alio tantundem tempore ſeruire, & habere integrã mercedem, ſecundum quod notabiliter diſtinguit Bart. in d. l. ſi vno. §. item cum quidam. in. fi. Vbi Moder. & latius Ioan. Baptiſta Caccialup. in repet. l. diem functo. q. xlviij. ff. de offic. aſſeſſ. & Iaſ. in. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. col. penulti. ff. de verbo. obligat. ¶ Quinquageſimumſextum, quia infirmitas probatur per ſacramentũ ipſius infirmi, vt in Specul. in tit de appel. §. vij. verſicu. quid ergo. Quem refert Bald. vbi pulchrè per eum in l. queſitum. ff. de re iudic. ¶ Quinquageſimumſeptimum, quia propter infirmitatem procuratoris vel auditoris quis excuſatur à proſecutione cauſæ appellationis. Et licet Oldradus opponat aliqua in conſilio ſuo ccxcvij. quẽ vide. Tamen prima opinio eſt verior, & approbata in Rota, vt refert D. Gulielmus Caſsiodorus in collecta. deciſio. titul. de appellat. deciſione incipiẽ. firma eſt propoſitio. ¶ Quinquageſimumoctauum, quia presbyter qui in infirmitate vouit intrare monaſterium, & refutauit beneficium, non impeditur, ſi conualuit repetere beneficium, ſi non eſt factus monachus. text. eſt in c. j. xvij. q. ij. & facit cap. ij. de vot. ¶ Quinquageſimumnonum, quia infirmus ſacerdos prohibetur, ac etiam excuſatur celebrare. Gloſſ. eſt in capitulo illud. xxvij. quæſtione j. ¶ Sexageſimum, quia infirmitatis præſumptio tollitur per actum incompatibilem, puta per coitum. cap. tenor.



tenor. & ibi doct. extrà de re iudi. ¶ Sexageſimumprimum, quia impenſæ factæ in monachum infirmum qui eſt in ſtudio, reddunt Abbatem, vel patrem obligatum. vide notata per Specu. in tit. de ſalario. §. iiij. verſic. quid ſi monachum. ¶ Sexageſimumſecundum, quia infirmus diuturnus adnumeratur inter perſonas miſerabiles, vt in l. j. C. quando Impera. inter pupil. & vidu. ¶ Sexageſimumtertium, quia infirmus non tenetur ieiunare. cap. ij. & ibi Abb. de obſeruatio. ieiunij. ¶ Sexageſimumquartum, quia infirmo conſentiente alius ſubſtituitur in dignitate in totum, ſed ſuperior decernet ægrotanti alimenta quandiu vixerit, & hoc fieri poteſt ſine peccato, cum non procedat ex pactione ægrotantis & ſubſtituti, ſed ex iuris diſpoſitione & ſuperioris, vt per Abb. in cap. tua nos. in fin. de clerico ægrotan. ¶ Sexageſimumquintum, quia excuſatores miſsi ab infirmo ad iudicem ad allegandum infirmitatem, poſſunt etiam teſtificari de infirmitate, & eis creditur. Ita notatur in c. querelam. de procurato. Vbi domi. Alex. de Neuo poſt alios hoc notabilius proſequitur. Sexageſimumſextũ, quia qui propter corporis inualiditatem officium implere non potuit, & ob hoc ad aliud officiũ aſpirauit, nihilominus fungitur priuilegijs, quæ competunt illis qui perfecerunt. text. eſt notabilis, & ibi Bar. in l. ex agẽtibus. C. de princi. agent. in reb. lib. xij. ¶ Sexageſimumſeptimũ, quia qui infirmos viſitare negligit, peccat venialiter. vt in cap. vnum orarium. §. aliàs ea demum. xxv. diſtinct. ¶ Sexageſimumoctauum, quia ſicut non eſt obligatorium iuramentum, quod non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: Ita non eſt obligatorium iuramentum, quod non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis corporalis. Ita habes per gloſſ. Ioan. And. & D. Abb. in cap. ſi verò. de iureiur. ¶ Sexageſimumnonum, quia monachus qui non poteſt eligere ſolitariam cellulam, & à congregatione diſcedere: tamen de conſenſu Abbatis cauſa infirmitatis poteſt: dummodo intra ſepta & clauſuram monaſterij habitet. text. eſt not. in cap. monachum. xx. queſt. iiij. Quod qualiter procedat, dixi latiſsimè in tract. meo de offi. & poteſtate maioris pœnitentiarij, & ſacræ pœnitentiariæ. & in tract. breuium. nume. 31. & 32. ¶ Septuageſimum, quia licet aliàs mandatarius in præiudicium mandãtis non poſsit re-

nuntiare mãdato : tamen ſi impeditus eſt aduerſa valetudine,poteſt.l.ſi mãdauero.§.final.cum l.ſeq.ff.manda. ¶Septuageſimumprimum,quia ſi rector eccleſiæ in ſua infirmitate multa expendit,& plura contraxerit debita, ſucceſſor tenetur.capitu.j.vbi dominus Abbas,de ſolut. ¶Septuageſimumſecũdum, quia officiales digni qui propter infirmitatem non poſſunt exercere officium,non tenentur ſeruire per ſubſtitutum.pulchra gloſſa,& Bart.in l.j.§.diuus.in vltima col.ff.de varijs & extraor.cog. ¶Septuageſimumtertium,quia denuntiatio facta per medicum qui dicit aliquem infirmum,vel quòd ſit remanſura cicatrix, nunquam aliquid operatur,niſi præcedat iudicis inquiſitio diligens. circa hoc text.eſt ſingularis,& ibi exclamat Bartol.in l.ſemel.C.de re mili.lib.xij. ¶Septuageſimũquartũ,quia medici vocati ad infirmos, debent ante omnia infirmum ad confeſsionem inducere,neque quicquam debent perſuadere pro ſalute corporis,quod tendat in animarum periculum.cap.cum infirmitas.de pœni.& remiſſ. ¶Septuageſimumquintum, quia prior conuentualis non poteſt alibi reſidere, quàm in loco monaſterij, tamen propter infirmitatem poteſt.text.not.cum gloſſ.in clement.j.in §.ſanè.de ſtatu mona. ¶Septuageſimumſextum, quia ſi abbatiſſa infra annum infirmitate detẽta non fecit ſe benedici,non priuatur,vbi aliàs priuaretur.tex.eſt cum gloſſ.in clemen.attendentes.§.ſtatuimus.de ſtat.monac.in verbo rationalis. ¶Septuageſimumſeptimum, quia licet clericus non poſsit exire extra chorum ante finem officij,tamen ex cauſa infirmitatis ſuperuenientis poteſt. Clement.j.de celebra. Miſſ. in gloſſ.in verbo rationabili. ¶Septuageſimumoctauum, quia infirmitas eſt iuſta cauſa diſpenſandi ſuper pœna delicti cum aliquo.gloſſ.cum text. in clemẽtina prima, in verbo neceſsitate. in §.ſi qua vero.de priuileg. ¶Septuageſimumnonum,quia licet tempore interdicti ſit data poteſtas celebrandi conuentui,& tunc non poſſunt alios admittere ad audiendum diuina : tamen ſi ille conuentus non haberet niſi tres miniſtros,quorũ duo eſſent infirmi,ille tertius poteſt alios admittere,ne priuilegium eſſet inutile. gl. penulti.in capitulo licet.de priuil.in vj. ¶Octuageſimum, quia tribunus militum debet valetudinarios militum viſi-

tare



tare & inſpicere,an propter hoc ſint licentiandi.l.officium. in fin.ff.de re milita. ¶Octuageſimumprimum,quia infirmitas procuratoris tollit præſumptionem reuocationis reſultantis ex iudicio ſuſcepto per dominum.capitul.ſi quem. in fin.de procur.libr.vj. ¶Octuageſimumſecundum, quia miles propter infirmitatem impeditus venire ad diem commeatus excuſatur.text.eſt notabilis in l.qui commeatus.ff. de re milit. ¶Octuageſimumtertium,quia perpetua infirmitate laborans, excuſatur tutela vel cura.l.prima. C.qui morbo. ¶Octuageſimumquartum, quia licet ſint paria, quòd teſtamentum ordinetur oretenus ab ipſo teſtatore coram teſtibus,vel quòd coram ipſo teſtamentum ordinatum legatur à notario teſtibus,vt in l.hac conſultiſsima.§. ad eum.C.qui teſta.fa.poſſ.tamen ſi coram teſtatore grauiter infirmo illa ſcriptura eſſet lecta coram teſtibus,per hoc non probaretur teſtamentum illud fuiſſe ſuum,niſi expreſſè probetur,quòd illa ſcriptura lecta de voluntate teſtatoris ordinata fuit.Ita pulchrè & notabiliter dicit Ioan. And. in additione Specu.in titu.de teſta.§.in primis.quem doctores in d.§.& cum humana. referunt,quod bene nota. ¶Octuageſimumquintũ,quia operæ infirmi inutiles ſunt. l.penult.ff.de rei vend. ¶Octuageſimumſextum,quia legatum infirmæ ætati factum ad ornamentum ciuitatis cedere dicitur.text.eſt de hoc in l.ciuitatibus.in princi.ff.de legat. j. ¶Octuageſimumſeptimum,quia licet coniunctus mortem coniuncti ſcire præſumatur, fallit,niſi coniunctus ſit infirmus.Ita Bar.in l.is poteſt.ff.de acquiren.hæred.per tex. in cap.cum in tua.qui matri.accuſ. poſſ.ſequitur Alexand. in l. Titius.§.Lucius.in ij.colum.nume.5.ff.de lib.& poſthumis. ¶Octuageſimumoctauũ, quia infirmi propter infirmitatem nubere debent,quia,vt dicitur Eccleſiaſt.xxxvj. Vbi non eſt mulier, ingemiſcit æger. Et vna ex cauſis quare matrimonia procurantur,eſt,vt in tribulatione cõſolentur,aliàs pauci contraherent, cum pauci reperiantur ſani. ſecundum Bartol.in tracta.de tyrannide.& Aeneas Syluius epiſtola xxxvij. Debet tamen hoc prius infirmus ſponſæ reuelare,ne inde ſcandala naſcantur,vt notatur in capitulo,quemadmodum. de iureiurand.& in cap.j.& ij.de coniug.leproſo. ¶Octuageſimumnonum, quod infirmus in

extre

extremis conſtitutus, præſumitur ſanæ mentis, niſi contrarium probetur, vt dicit Abb. in cap. dilectus. num. 9. & 13. de ſucceſſ. ab inteſtat. ¶Nonageſimum & vltimũ, quòd infirmitas non facit aliquem actum nullum, niſi ſanam mentem excludat. Anto. in c. ex tranſmiſſa. de renuntiat.

¶Hæc de priuilegijs infirmitatum ſuccinctè, & quaſi per tranſennam dicta ſufficient: quæ longè magis ampliari & diſcuti potuiſſent: tamen breuitati ſtudens, ne in immenſum creſceret opus, tantũ medullam veritatis adnotare volui. Si quis tamen alios caſus ad infirmitatem pertinẽtes videre voluerit, ad indices accurrat, quibus iſta addere poterit. Nam facilis eſt inuentis addere.

QVAESTIO DECIMA.

**Regula in infirmo.**

QVAERO, an regula iſta habeat locum in infirmo infirmitate animi, & non corporis?

¶SOLVTIO. Poteſt teneri quòd non, cum iſta regula propriè intelligenda ſit, & infirmitas mentis reſignationem prohibet ſicut & cæteros actus. l. in negotijs. ff. de reg. iur. Et hoc de plano procedit capiendo infirmitatem mentis pro furore. de qua in cap. ſi quis inſaniens. & in cap. j. xv. q. j. & in clem. ſi furioſus. de homic. Et iſto caſu debet conſtare reſignationem in furore factam fuiſſe, vt prædicta procedant: ſecus autem quando reſignatio reperitur facta à furioſo qui modo eſt ſanæ mentis. Quia ex quo clarè non conſtat factam fuiſſe in furore, in dubio præſumeretur facta in ſana mente, vt Bald. dicit in ſua Marg. in verſic. furioſus. & in l. fin. per illum text. C. de hæred. inſtit. & tradit latè Alexan. & Moder. in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſ. Si verò infirmitas animi capiatur pro ira, vel odio, vel alia paſsione, vt capit gloſſ. in ſumma. xv. quæſt. j. idem dicendũ eſt quo ad effectum iſtius regulæ. Sed maius dubiũ eſt, nunquid renuntiatio in talibus paſsionibus facta valeat: & de facta per iram non eſt dubium, quòd non valeat, per ea quæ latè ſcribit Iaſ. in l. ſi filiam. in ij. colum. C. de inoffic. teſt. & Fely. in cap. Matthæus. decimo. De facta in gaudio, habes gloſſ. in verbo balneum. in §. ſerui verò. inſtit. de liber. & text. in cap. vnuſquiſque. xxij. q. iiij. Et de facta per metum habes in c. abbas. quod metus cauſ. & in deciſ. ccij. de renun. in antiq. cum concord. vt latè ſcribit Deci. in conſil. ccxii.

**Infirmitas mẽtis reſignationẽ prohibet.**



Et eodem modo de ebrio dicendum eſt, vt in clemen. ſi furioſus. de homicid. & in dicta gloſſ. ſummæ.

¶Tamen aduertendum eſt, quia de reſignatione facta colore iracundiæ, ex eo, quia per prius Epiſcopus male illum tractauerat. Dom. & Præpo. alijq; in c. quàm periculoſum. vij. q. j. tenent talem renuntiationem valere, licet poſsit ſtatim beneficium repeti, ſecus tamen ex interuallo. Ita dicunt ibi doct. & ſequitur Decius in cap. ij. in ij. col. de reſcript. Itaque ad iſtas paſsiones non adaptatur regula quæ requirit talem infirmitatem, quæ nõ impediat renuntiationem. Sed paſsiones animi præfatæ, quia occupant intellectum & libertatem iudicij, non adaptantur huic regulæ, cum reſignatio facta durantibus huiuſmodi animi infirmitatibus ſit nulla, neque poteſt in ea militare diſtinctio iſtius regulæ, videlicet, ſi renuntians moriatur infra xx. dies, vel poſt: quia iſta diſtinctio præſupponit reſignationem validam ab infirmo ſanæ mentis factam.

**Paſsiones animi quæ impediãt reſignationes, & quæ non.**

QVAESTIO VNDECIMA.

**Infirmus vtrũ ex vulnere, &c.**

QVAERO, quid ſi infirmus ex vulnere nõ lethali, ex quo non putabat ſe moriturum renũtiet, qui poſtea ex ſuperueniente infirmitate ſua, aut medicorũ culpa, non ratione vulneris deceſsit: vtrum iſto caſu procedat regula?

¶SOLVTIO. Caſus iſte aliàs accidit in Rota in Ptiſico, vt refert hîc Fely. in quibuſdam remiſsionibus, & nihil tamen determinat, ſed ſe remittit ad quaſdam allegationes quæ non reperiuntur in rerum natura. Et gloſſator etiam hîc de iſta quæſtione meminit, licet eam dubitatiuè reſoluat, & videtur magis inclinare in partem negatiuã, videlicet, non habere locum regula, Motus, quia regula requirit infirmũ de ipſa infirmitate mortuum: qui verò moritur ex ſuperueniente, non dicitur ex eadem infirmitate mori. Et omiſsis cauillationibus, iſta opinio mihi placet. Pro qua eſt deciſ. Bart. Veronen. in conſil. lxij. magnificè, &c. & Soci. conſil. clxviij. primo aſpectu. cum pluribus alijs concor. quas congerit quidam Moder. Neapolitanus in quibuſdã votis ſuis nuper impreſsis. voto xxiiij. col. penul. Et iſtã opinionem in terminis iſtius regulæ tenent Moderni de Sylua in tract. benef. in iij. parte. q. xlvj. per rationem quam ponit gl. hîc.

¶ Et iſta opinio ratione ſuaderi poteſt, quia illa verba de ipſa infirmitate,&c.hîc poſita denotant cauſam finalem & propinquam reſpectu dictionis, De, quæ ſecundum cõmunes doctrinas cauſam proximam & immediatam, & ſic finalem importat, vt notat Bart.& Moder.in l.nõ dubium.per illum text.C.de legibus.cum concord.vt cõgerunt Decius, & alij Moder.ſuper tit.ſi cert.pet.in ij.& iij.lectura.& in l.certi condictio.in princ.ff.ſi cert.pet. Ceſſante igitur cauſa finali, videlicet, quòd renuntians nõ de ipſa infirmitate, ſed de alia noua ſuperuenienti moriatur, ceſſat ratio regulæ, & per conſequens diſpoſitio. Vacabit igitur beneficiũ per reſignationem, & nõ per obitum, vt voluit iſta regula. Et ita ſecundum iſtam opinionem iudicauit Rota in vna Compoſtellana coram me de anno præterito pro Ioan.Gaiozo. *

Mori vt quis dicatur ex noua & nõ antiqua infirmitate quid probari oporteat.

¶ Eſt tamen aduertendum, quòd ad effectum, vt quis dicatur mori ex noua infirmitate, & non ex eadem antiqua, debet hoc plenè probari per iuramenta medicorum, & probationes concludentes, vt fuit ſeruatum in illa Compoſtellana. Et quamuis gloſ.in l.j.C.de emenda.ſer.teneat, quòd probetur noua infirmitas, ſi infirmus poſt triduũ viſus fuerit ire cum baculo. Quam gloſ.ſequitur Angel.in tractatu Maleficiorum.in verbo, & dictus Titius.in princ.& Ange.in l.quod ſi nolit.§.qui mancipiũ.ff.de ædil.edict.& Pet.de Ancha.in conſil.cclxxxiiij.incip.iure ſtricto.& alibi ſæpe. Tamen Abb.& plerique alij in cap.ij.de cler.percuſſ.nõ tenent illam gloſſ. Imò volunt, quòd ſi vulneratus moritur poſt viij.dies, etiam infra viij.menſes præſumitur mortuus ex eodem vulnere.per text.ibi.ad idem text.in cap.continebatur.de homic. Et propter hanc opin.diuerſitaté fortaſſis Bart.in l.ſi in rixa.ff.de ſicar.col.fin.tenuit, quòd hoc ſit arbitrium iudicis, & ſequitur Bart. Veronen.in conſil.xlj.incip.licet inuitus.in v.col.& in multis locis hoc doct.dicunt.quos breuitatis cauſa non refero.

Vulneratus ſi moritur poſt viij.dies ſiue mẽſes, an &c.

¶ Sed quia ex prædictis non habetur clara reſolutio huius dubij, ego pro deciſione iſtius materiæ diſtinguere tres caſus. Primus eſt, quando cõſtat apertè vulneratũ omnino ex vulnere conualuiſſe, & agebat ea quæ ſani facere conſueuerunt, vel longo interuallo pòſt deceſsit. Nam iſto caſu regula iſta non habet locum: quia quæ ex interuallo fiunt,

non



non dicũtur ineſſe. Sed præſumetur hoc caſu infirmus mortuus ex noua cauſa, & non ex infirmitate antiqua. Hoc expreſsè tenet Bald.vt plures alios omittã, in conſil.cccxxviij. an vulnus fuerit mortale.&c.in ij.volum. Secundus eſt caſus, quando adhuc infirmus ex vulnere non lethali nõ erat totaliter ſanus, ſed tamen erat iam extra periculum: quia viſus fuit fortè poſt triduum cum baculo incedere, iuxta gl.in d.l.j.nec ſunt aliæ probationes. Et tali caſu, quia potuit vulnerato ſuperuenire ſpaſmus, vel aliquod aliud accidens, & tunc tales coniecturæ arbitrio iudicis relinquuntur, qui ex varijs argumentis motum animi ſui formare poteſt. Et ita procedat quod dicit Bart.in d.l.ſi rixa.cum ſimil. Et iſto caſu onus probandi incumbit dicenti eſſe mortuum ex noua cauſa. Quia in dubio præſumitur mortuus ex eadem infirmitate. Et ita Rota ſæpe interpretata eſt regulam iſtã in cauſa Compoſtellana coram me, & in alia coram R.P.D. Nicol. * Tertius caſus eſt, quando ſumus in dubio, quòd nõ ſunt aliquæ coniecturæ præter hoc, quòd vulnus non erat lethale. Et tali caſu præſumendum eſt infirmum mortuum ex vulnere, & erit locus iſti regulæ. Et hoc caſu militãt, quæ dicunt Bald.in c.j.in princ.quib.mod.feud.amit.& Angel.& Salic.in d.l.j.volentes.vulneratũ præſumi in dubio mortuum ex vulnere. Limitatur tamen iſte vltimus caſus non procedere quando ageretur de puniendo vulnerantem pœna mortis: quia tunc in dubio mitior interpretatio facienda eſſet, vt notabiliter declarat Hippolytus de Marſilijs in conſil.ſuo vij.incip.ſummi cœli Deus.ſuper iſtis tamen vide Fely.in c.presbyterum.de homic.qui notabiliter iſta declarat. Et ex prædictis ad aliam quæſtionem infertur, quam propoſuit R.P.D. Marcel. Epiſcopus die v. Iulij .M.D.xxxviij.in vna Leodien.canonicatus, videlicet, nũquid infirmus ex mobo Gallico, quẽ manifeſtè cõſtat, non eſſe morbum periculoſum vitæ, præſumatur mortuus infra xx.dies ex eodem, an verò ex ſuperueniente infirmitate? Et reſolutio apparet ex prædictis, quòd præſumitur mortuus ex eadem infirmitate: & qui dicit contrarium, tenetur probare. * Et ita Domini tranſierunt, licet materia aliàs diſputata nõ fuerit, quæ in veritate diſputatione non indiget.

Ineſſe non dicũtur, quæ ex ĩteruallo fiũt.

Vulnerans vt puniatur, mitior interpretatio in dubio facienda eſt.

Infirmus ex morbo Gallico.

QVA

## QVAESTIO DVODECIMA.

**Beneficiũ an dicatur vacare per obitũ.**

QVID ſi aliquis ſanus renunciet,ſed in actu præſtandi conceſſum vulneratur,& ibi moritur : an dicatur beneficium vacare per obitum , aut per reſignationem,quo ad effectum regulæ?

¶SOLVTIO. Conſiderato principio,dicitur vacare beneficium per renuntiationem,cum tunc infirmus non fuerit, quod requirit iſte text. Sed attento fine , id eſt conſenſu qui perficit renuntiationem , & conſideratur hîc in regula ad effectum numerationis xx.dierum,videtur concludendum contrarium.

¶Quid tenendum? Putarem iſta duo tempora conſiderari quo ad hoc,vt iſte text. procedat , videlicet,in principio & in fine,reſignantem fuiſſe infirmum. Nam iſta regula requirit infirmitatẽ,& ſic iſtam qualitatem. Et ideò debet omni tempore concurrere,iuxta ea quæ dicit Bald.in cap.conſtitutus.de reſcript.Sicut dicimus in teſtamento , quòd tribus temporibus capacitas requiritur.§.in extraneis. inſtit. de hæred.qualit.& differ.Si igitur renuntiatio per Papam fuit admiſſa tempore ſanitatis,licet tempore conſenſus reperiatur infirmus,puto beneficium vacare per renuntiationem, quæ tunc dicitur verè facta,quando Papa admiſit.Nam cõſenſus qui poſtea præſtatur,trahitur ad tempus admiſſæ reſignationis,cum ſit potius ad executionem inuentus,quàm ad validitatẽ gratiæ,vt traditur in c.quædam.de renunt.Ita refert Caſsiodorus fuiſſe in Rota tentum. Et hinc eſt,quòd ille conſenſus poſt obitum reſignantis præſtari poteſt,vigore bullæ Alexãdrinæ,vt ſæpe in Rota,me præſente practicatum fuit,præſertim in vna Placentina Archidiaconatus coram R. P. D. Marcello.& alibi dixi. Et ponit idem D.Guliel.in alia deciſ.Et licet regula illa Moderna computet illos xx.dies,à tempore præſtiti cõſenſus:requiritur tamen, quòd tempore ceſsionis reſignans fuerit infirmus : & quòd ex illa infirmitate infra viginti dies computandos à die cõſenſus,deceſſerit. Hodie tamen per extrauagantem bonæ memoriæ Clementis VII. & per regulam S. D. N. Pauli III. ſublata eſt iſta difficultas , qui tantum voluerunt infirmitatem tempore præſtandi conſenſus adeſſe , licet reſignans ſanus fuerit.

**Capacitas tribus tẽporibus requiritur in teſtamento.**

**Conſenſus ad quid ſit inuentus.**





## SECVNDA PARS CONCERNENS BENEFICIA.

## QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVAERO, vtrum iſta regula locũ habeat in eo qui cedit commendæ?

¶SOLVTIO. Iſte caſus contigit in Rota de anno M.D.XIX.in cauſa de Funes , coram D. Bartholomæo de Petra ſancta : cuius facti ſeriem D.Gulielmus Caſsiod.olim Rotæ auditor,in quibuſdam collectaneis deciſionum Rotæ refert , quæ modo præ manibus plurimum verſantur : vt ibi per eum.Et tunc cauſa ſæpius poſita,Rota variauit. Nam quinque ex Dominis tenuerunt partem negatiuam,videlicet, regulam locũ non habere. Alij aliam partem ſunt ſequuti. Sed vt clarius veritas iſtius quæſtionis per contraria demonſtretur , quædam motiua,& argumenta pro vtraq; parte referam : ex quibus poſtea reſolutio huius quæſtionis colligetur. *

¶Quòd igitur iſta regula non habet locũ in ceſsione commendæ,adducitur primò, quia regula iſta nõ facit mentionem de ceſsione commendæ , ſed de reſignatione beneficij, ideo caſus omiſſus diſpoſitioni iuris communis relinquitur.iuxta vulg.cap.ſuſceptum.de reſcriptis.lib.vj.& l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu.

¶Præterea quia verba iſtius regulæ videntur poſſe adaptari ad commendam,ſed potius repugnant , cum de beneficio collatiuo loquantur,& quod in titulum datur,vt patet ibi, conferatur &c.& de beneficio in quo inducitur vacatio , vt patet ibi,vacare cenſeantur &c. Sed beneficia commendata non conferuntur,neq; vacare dicuntur,vt tenet Fede.de Se. in tract.de permu.beneficiorũ.q.xv.& Rom.in conſi.cccl.& Rota in antiq.deciſ.j.de conceſſ.præb. Et hoc idem pro ſtylo Cancellaria Apoſtolica introduxit,quæ ex eo quòd mentem Pontificis interpretari videtur,Conſiſtorium Papę appellatur,vt inquit deciſ.ccclxij.in nouis. Igitur ceſſantibus verbis regulæ,eius ratio & diſpoſitio ceſſat.

**Conſiſtorium Papæ quid dicatur.**

¶Accedit,quia intentio Papę non præſumitur fuiſſe de eo, quod verba non important.l.quod conſtitutum.ff.de teſta.

**Papę intentio non præſumitur &c.**

mili.& tradunt Moderni Papien.in l.j.in iij.col.verſ.tertio
facit.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.Item quia ratio iſtius re-
gulæ ſumpta ex viſceribus c.fi.de renuntia.lib.vj.quæ fuit,
vt fraudes euitentur, quibus expectantes & ordinarij delu-
di poterant,ceſſat in commenda,cum in ea prædicti nõ frau
dentur.Ex eo,quia commenda inducit quodammodo reſer
uationem,vel ſaltem afficit beneficium,vt declarat Rom.in
conſi.prædicto,poſt Arch.in c.is cui.de elect.lib.vj.& Com
poſt.in c.cum à nobis.eo.tit.& ſequitur Io.Frãc.Pauinus in
tract.de offic.& pot.cap.ſede vac.in iij.q.ſecundæ partis.&
Lapus in addi.ad tracta.Fede.de permut.be.q.xv. Et tamen
ordinarij nec expectãtes conferre, vel acceptare poſſunt be
neficia reſeruata,vel affecta,vt concludit idem Rom.in con
ſil.cccxlij.& in conſi.clx.in propoſito caſu.& conſi.ccccxlij.
poſt Calde.cõſil.ix.tit.de præb.Et hodie habemus regulam
* Cancellariæ, ſecũdum quam ita iudicauit Rota in vna Za-
moren.Archidiaconatus coram R.P.D.Marcello de menſe
Ianuario.M.D.XXXII. Et quòd expectantes beneficia
commendata (eo quia affecta acceptare nõ poſsint) tenuit
Rota in vna Valentina parochialis de Pego,coram R.D.Io.
* Paulo de mẽſe Nouemb.M.D.XXXIX.quicquid dixerit Soc.
in conſi.xxxij.ſequutus Rom.in quodã conſi.qui hoc nõ di
cit, & illud cõſilium fuit à Rota reprobatũ, vt refert R.P.D.
Iacobus Simonetta in tracta.reſerua.

Commẽda inducit quodammodo reſeruationem.

Ordinarij, nec expectantes conferre, &c.

¶Suadetur iſta opinio ex eo, quia iſta regula eſt correcto-
ria,pœnalis,& exorbitans à iure communi,liberam faculta
tem à iure tributam, poſſeſſoribus auferens,reſignandi ſua
beneficia, & pœnam annullationis prouiſionis inducens.
iuxta l.ſenatus.ff.de contrahen.empt.& c.decet.cum ſimil.
de immuni.eccle.lib.vj. Sed in pœnalibus, & exorbitãtibus
ſecundum communes doctrinas, verba propriè & ſtrictè ca
pi debent.l.cum quidam.de libe.& poſthu.c.odia.de regu.
iur.lib.vj.Et adeò hoc verum eſt,quòd in tali materia, etiã
à maioritate vel identitate extenſio prohibetur, vt not.in
authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ. Cum igitur
verba iſtius regulæ ſonent de beneficijs quæ in titulum dan
tur,ad commendam trahi non debent, quæ à titulo differt,
vt in capitulo dudum.de electione.& capitulo qui plures.
xx.quæſtione prima.

Verba in pœnalib.quo pacto capi debeant.

Cõmenda differt à titulo.

¶Con



¶Confirmatur iſta opinio ex his quæ ſcribit Oldra.conſi.
clxxix.quæritur. Vbi concludit, extrauagantem iniunctæ
Bonifac.VIII.poſitam ſub tit.de electio.quæ loquitur de li
teris expediendis ſuper eccleſiarum prouiſionibus, non ha
bere locum in eccleſia commendata.Et ſequitur Fran.Paui.
olim Rotæ auditor egregius.in d.tract.de offi.& pot.c.ſed.
vac.fo.xlj.Ceſſantibus igitur verbis,& ratione regulæ, eius
diſpoſitio ceſſare debet.cap.ſuggeſtum. de deci.cum vulg.

Extrauagans iniũctæ Bonif. viij.

Verba ceſſantia ratione regulæ.

¶Præterea,quia vt dictum eſt, iſta regula loquitur de be-
neficijs quæ dantur in titulum,ſed commenda non eſt titul.
& propterea incompatibilitatem non inducit,vt in cap.du
dum,el ſecundo.de elec.Sicut etiam videmus, quòd habens
beneficium regulare in commendam, cogi non poteſt, vt
profiteatur religionem ad quam titularis cõpelleretur. Iſta
ſunt in effectu quæ pro iſta parte negatiua facere videntur.

Cõmenda nõ inducit incompatibilitatẽ.

Beneficiũ regulare.

¶Quibus non obſtantibus contraria pars, ſuis etiã ratio-
nibus & argumẽtis defendi poteſt.In primis facit,quia com
mendæ noſtri temporis ex vſu patrisfamiliâs, hodie loco ti
tulorum habentur: & beneficiati de fructibus illarũ diſpo-
nunt,vt de beneficijs titularibus,quemadmodũ tradit Præ-
poſitus,vulgò Card.Alex.in c.cum autem.xliiij. diſtinct.in
vj.col.& in cap.ſi quis.in penul.col.lviij.diſtinct.Quam in-
terpretationem ſæpe accepit Rota. Et ſequitur Troilus de
Maluitijs in conſi.ſuo in materia commendæ poſt tract.ſuũ
de ſortib.impreſſo. ¶Secũdo pro hac parte facit,quia re-
gula xxx.de familiaribus Cardinalium habet locũ in com-
menda,attenta eius mente,licet de ea mentionẽ non faciat.
vt ſepe in Rota iudicatum fuerat.Et hoc idem dicebatur de
regula de veriſimili notitia, & de regula de idiomate. In
quibus licet de commenda nullum ſit verbum,ex mente ta-
men ad commendas adaptantur. Quia virtus legis non in
cortice verborum,ſed in ſenſu & mente,quæ verbis eſt præ-
ferenda,conſiſtit.l.ſcire.ff.de leg.& l.ſcire oportet.§.aliud.
de excu.tu.cum ſimil.vt traditur in c.intelligentia.de verb.
ſig.& in c.Melchior.j.q.j.Sed ratio & mens huius regulę,eſt
fundata ad obuiandum fraudibus, quæ poſſent ita fieri per
commendatarios cedentes, ſicut per titulares reſignantes.
Igitur &c.Et ad colligendum mentem regulæ, illud afferri
poteſt quia ſi Papa fuiſſet de ea interrogatus, veriſimiliter

Cõmendæ noſtri temporis.

Regula habẽs locum in commenda, attenta eius mente.

Legis virtus in quo conſiſtat.

ita ſtatuiſſet. Igitur habendũ eſt pro expreſſo. l. tale pactum. §. fi. cum ibi not. ff. de pact. Quæ quidem lex procedit, nõ ſolum ſi per modũ ſtatuti, ſed etiam reſcripti conuentionis, & alterius diſpoſitionis aliquid cautũ exiſtat, ſecundum Bald. Paul. de Caſt. & Moder. ibi, & Card. conſi. lj. ij. col. Attenta igitur mente, & ſimilitudine rationis fit extẽſio de caſu expreſſo ad alium nõ expreſſum, iuxta gl. in c. ſi poſtquàm. de electio. lib. vj. & clem. j. eod. tit. cum concord. vt ſcribit Decius conſi. xv. in iij. colum.

Extenſio quãdo fieri ſoleat.

¶Accedit prædictis, quia quandoq; videmus cauſas à ſede Apoſtolica commẽdatarijs, ſicut titularibus committi. Ergo non debet inter eos fieri aliqua differẽtia. Plura alia fundamenta, & rationes pro vtraq; parte adduci & excogitari poſſent: ſed quia ab eo, quod decreui, breuitatis inſtituto, longius quàm par ſit, diuagarer, omitto. Præſertim cũ hanc eãdem quæſtionem nouis alijs motiuis latiſsimè diſputo in regula de triennali, quęſtione quarta, & in pluribus alijs regulis huius tractatus, vbi videndum erit.

Cauſæ à ſede apoſtolica.

¶Pro reſolutione tamen poteſt breuiter dici, quòd aut loquimur in cõmendis tẽporalibus, & procedũt omnia argumẽta quæ pro parte negatiua adducuntur: aut loquimur de commendis perpetuis. Et ex quo illæ æquiparantur titulis, vt dictum fuit, tali caſu procedunt rationes in contrarium allegatæ. Quibus accedant, quæ Collectarius in c. fin. de fil. presby. Gaſpar de Peruſio, & Aeneas Sabinen. in tract. reſer. in ij. & vij. fol. tradunt. Vbi in ſimili quæſt. quærũt, an per dationem in commendam, deſinat beneficium eſſe reſeruatũ: diſtinguunt, aut commenda eſt temporalis, & non deſinit, iuxta conſi. Soci. xxxij. Aut eſt perpetua: & quia tunc Papa de beneficio plenè diſponit, ſicut per collationẽ, expirat reſeruatio. Ita dicunt præfati doctores ibidem, plura ad hoc allegantes, quæ breuitatis cauſa non refero.

Cõmendæ tẽporales.

Beneficia commendata non conferantur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO, an iſta regula comprehẽdat eccleſias, ſiue beneficia conſiſtorialia?

Regula an cõprehendat eccleſias.

¶SOLVTIO. Noua eſt difficultas, hactenus non deciſa, ex eo, quia talibus eccleſijs prælati, habita prius diſcuſſione in cõſiſtorio, præficiuntur: & ſic abſolutè actus reſignationis nõ eſt liber. Et propterea Cancellaria cõſueuit tranſire expeditionem in ſimilibus eccleſijs cũ derogatione iſtius regulæ ad maiorem cautelam, prout etiam atteſtatur Reuerendiſsimus dominus meus, multis ſeculis memorandus, Dominus Laurẽtius Puccius Card. Sanctorũ quatuor, in quibuſdam ſuis memorialibus. Cuius quidẽ ſtylus, quando iura nõ refragãtur, ſequẽdus eſſet. arg. c. olim. de cõſuet.

Stylus quãdo iura non refragantur ſequẽdus.

¶In contrarium facit, quia ille ſtylus non habet in ſe fundamentũ iuris, & regula iſta generaliter loquitur, & eius ratio militat in iſtis beneficijs. Ergo regula in eis habebit locum: quia ſi lex non excipit, nec nos excipere debemus. l. j. ff. de vſu aleæ, &c. Et quia iſta beneficia cõſiſtorialia regulariter ſunt magni momenti: & facilius in eis fraudes committi poſſunt, cũ à pluribus appetantur & deſiderẽtur. Et propterea magis militat diſpoſitio iſtius regulæ, quæ ad excludendas fraudes emanauit.

Lex ſi nõ excipit, nec nos excipere debemus.

¶Breuiter puto primã opinionem de iure veriorem: pro qua eſt deciſio Lapi in alleg. lxxxiiij. col. pen. vbi quærit, an in generali conceſsione etiã ad reſeruata & deuoluta, veniant Abbatiæ, de quibus conſiſtorialiter prouidetur. Et dicit, quòd non, per plures rationes quæ militant in caſu noſtro, quas nõ refero, cum ibi videri poſsint. Et pro iſta opinione vlterius facit, quia videmus regulam de publicandis reſignationibus in conſiſtorialibus locum non habere, vt aliàs Rota tenuit, vt retulit mihi olim D. Petrus And. Gammarus. Et ratio deciſionis fuit, quia in huiuſmodi beneficijs ceſſant fraudes, propter quas repellendas regula iſta condita fuit, videlicet, ne per huiuſmodi reſignationes infirmorũ fortè procuratas, ordinarij & expectãtes ab eorum iuribus excluderẽtur. quæ ratio ceſſat in iſtis beneficijs cõſiſtorialibus, cũ de illis etiam per obitũ vacantibus, ordinarij prouidere non poſſunt, neq; illa expectãtes acceptare valeant. & ſic per huiuſmodi reſignationes non fraudãtur, præſertim quia iſta beneficia nõ conſueuerũt prius cõcedi, quàm perſona reſignatarij per Papã & Cardinales approbata fuerit: & ideo in conferẽdis huiuſmodi beneficijs alius modus ab alijs diuerſus obſeruatur, vt patet in regulis, præſertim Clementis VII. & aliorũ Pontificum ſuper hoc æditis. Nam per cedulam, & non per ſupplicationẽ huiuſmodi beneficia Papa in cõſiſtorio proponit, & de illis prouidet, & dato, quòd

Abbatię in generali conceſſione.

Regula an habeat locum in cõſiſtorialib.

Modus ſeruãdus in cõferẽdis benef. conſiſtorialibus.

in renuntiatione infirmi conſideraretur aliqua ſiniſtra ſuſpicio, præſentia certa ſcientia Papæ proponentis, purgant omnem ſuſpicionem, & ideo in eo non debet ſeruari ſubtilitas iſtius regulæ, quia, vt dicit Bal. in l. reſcripta. in iij. col. C. de precib. imper. offer. in conſiſtorio principis non curatur de ſolennitatibus iuris: quia ibi magis attenditur veritas, quàm iudiciorum ritus ſeu ſolénitas. arg. l. primæ. §. ſi quis. ff. de quæſtio.

Veritas.

Fatale nullũ currit.

Hinc dicimus, in cauſis quæ in conſiſtorio principis agitãtur, nullũ fatale currit, vt dicit antiquus ille doctor Vbertus de Bonacurſo, de quo Specul. & Ioan. And. tam ſæpe faciunt mentionem in practica ſua, titul. de impen. execu. Et rationem adducit, quia nemo eſt tantæ authoritatis, qui poſſet nolentem principẽ ad conuocandum conſiliarios coarctare, vt in authentica de appellatio. & intra quæ temp. §. ad hoc ſancimus. collatio. iiij. quæ habetur C. de tempo. appel. authen. ſed & lis.

Principem nolentem ad conuocandum cõſiliarios coarctare nemo poteſt.

Iuris ordo coram principe non ſeruatur.

Aliam tamẽ rationem aſsignant docto. quæ facit ad propoſitum, quia coram principe ordo iuris non ſeruatur, vt eſt text. in cap. ad petitionem de accuſa. quẽ not. dicit Bald. in c. j. §. fi. col. fi. in fi. de no. for. fide. Et hoc tenet idẽ Bald. in. l. fi. C. de legib. poſt Inno. in cap. in cauſis. de re iudic. Nam coram principe ſilet omnis lex: cum ipſe idem ſit lex animata in terris. Vnde patiendo coram ſe contra iuris ordinem procedi, videtur diſpenſare. ſecundũ Inno. in c. j. de lit. conteſt. & tenet Ioann. And. & Abb. in d. c. in cauſis. & Ang. in l. princeps. ff. de leg. Hinc eſt, quòd quando cauſa examinatur in cõſiſtorio, dantur nouæ dilationes, nec attenditur ſubtilitas iuris, vt tradit Bar. in l. in offerendis. per illum tex. C. de appella. Multa enim introducta ſunt præter ordinem iuris in conſiſtorio, in quo, vt dixi, ſilet omnis lex: & ille ſtylus procedendi multum differt ab alijs obſeruationibus curiæ.

Periurus in quibus cenſetur diſpenſatus.

Inde eſt, quòd licet de iure cõmuni in generali diſpoſitione periurus abſolui videatur, tamẽ in negotijs tractandis in cõſiſtorio nunquàm cenſetur ſub generali diſpenſatione periurus includi, niſi ſpecialiter abſoluatur, propter ſerenitatẽ & maieſtatẽ loci, vt tradit Fely. in c. teſtimoniũ. in viij. col. de teſtib.

¶ Iſta tamen quæ dicta ſunt, limitantur non procedere, quando propoſitio eorundem beneficiorum fieret corã ſolis Cardinalibus congregatis, Papa abſente: quia tunc ſolenni-



lennitas iuris & regulæ requireretur, vt dicit Bald. in auth. ſed & ſiquis. columna penultima. verſic. quicquid. C. de teſtibus. & idem dicendum eſt, quando hoc fieret coram ſolo Papa ſine Cardinalibus. Nam licet Papa poſsit quædã ſine Cardinalibus expedire, illa tamen ſunt parui momenti, ſecundum Anton. de But. poſt Ioan. And. & Hoſtien. in cap. antiqua. de priuile. Sed vbi ſunt negotia cõſiſtorialia, illa ſolus expedire non poteſt, vt dicit Bald. in l. ſi. per illum text. C. de diuer. reſcrip. vbi refert Vrbanum Papam, Oratoribus Florentinis ſupplicantibus, vt quædam negotia ſuæ patriæ priuatim expediret, reſpondiſſe illud negotium cõſiſtoriale, & quòd ſummi Pontifices nõ conſueuerũt talia negotia conſiſtorialia in Camera expedire, ſed in publico conſiſtorio: quod etiam Carolum Imperatorem, alijs idem ſupplicantibus reſpondiſſe refert. & ſequuntur Moder. Papien. in rubri. de conſtitu. in decimaſeptima colũna.

Papa quæ negotia ſol⁹ expedire poteſt.

Tamen hoc dictum Bald. in dicta l. finali. dubitabile videtur. Nam clarum eſt, quòd condere legem, per quam omnes ſubditi ligẽtur, dicitur de rebus arduis, & eſt maximi imperij, vt dicit Bart. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. per tex. in l. j. ff. de conſti. prin. & in l. non ambigitur. ff. de leg. & tamen Papa & Imperator poſſunt facere leges in camera ſua ſine alicuius conſilio, vt dicit Cynus in l. humanum. C. de legib.

Legem condere.

Papa & Imperator poſſunt facere leges in camera ſua ſine alicuius conſilio.

Sequitur Bonifa. Rotæ auditor in procem. clemen. §. hæc ſanè. in iij. colum. nume. 36. & hoc ſentit Bartol. & Bald. in l. fin. C. de leg. Dictum igitur Bald. in d. l. fin. procedit de honeſtate, non de poteſtate. Reliqua ad conſiſtoriũ Papæ pertinentia videnda ſunt, per Cardi. Papien. cui pulcherrimam epiſtolam ſcribit ordine cclxxviij. cuius initium eſt, Magna eſt authoritas conſiliorum &c. quo in loco deſignat ordinem & ſtylum quem habere ſolent, & debent Pontifices & Cardinales proponendis cauſis, & negotijs in conſiſtorio longe differentem ab alijs curiæ conſuetudinibus.

¶ Ex prædictis igitur habes concluſionem, quòd iſta regula non habet locum in beneficijs quæ conceduntur per renuntiationem in conſiſtorio Papæ. Quia, vt dixi, ibi ceſſat omnis ſolennitas regularum. Vbi etiam de regula de valore exprimendo, videmus quæ in cõſiſtorialibus locum non habet, vt ibi latius ſcribam.

## QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in beneficio vnito?

¶SOLVTIO. Dicas quòd non: quia regula loquitur de beneficijs, & beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium, ſicut ante vnionem, ſed perdit nomen beneficij, vt concludit Rota deci.ccclxx.nota quòd vbi beneficium.in antiquis, & deci.x.de rebus eccle.non alien.ſequitur Marianus Soci.in c.ſicut vnire.de exceſſ.præl.arti.viij.q.xij.& Dominicus in cap.ſunt perſonæ.§.fi.col.fin.de priuil.lib.vj.Cedens igitur tali beneficio, nihil dicitur cedere, cum ſub titulo illius beneficij, cui vnio facta fuit, ſit confuſum, & effectum vna maſſa, & corpus.

**Beneficiũ vnitum.**

¶Hinc eſt, quòd non valet de tali permutatio, vt cõcludit Egid.in trac.permut.in tertia parte: & vltra ipſum probat hoc idem in alio tract.ſimili, quidam doctor innominatus qui habetur in formis, vt dicam in regu.de annali & triennali poſſeſſore.ad quæ conferunt, quæ ſcribit Pet.de Peruſio, & Ioannes Baptiſta Cacialup.in tract.de reuo.vnionũ.in vij.c.& Moderni in tract.reſeruationum.in vltima parte.q.xij.& alij Moder.in tract.benefic.q.xij.iij.partis.

**Permutatio de beneficio vnito non valet.**

## QVAESTIO DECIMASEXTA.

**Trãslationes penſionum.**

QVAERO, an iſta regula procedat in tranſlationibus penſionum?

¶SOLVTIO. Dubium prima facie faciunt ea, quæ adducit And.Sicul.in c.ad audientiam.el.ij.de reſcrip. Dum multis rationibus contendit penſiones regulari debere ſecundum naturam beneficiorũ.facit etiam pro iſta opinione, quia tex.in c.mandatum.de reſcrip.loquens de beneficijs, habet locum in penſionibus, prout tenet ibi Imol.in princ.& And.Sicul.ibi in iij.col.nu.15.& etiam Ant.Corſetus ibidem. Quorum opinionem ſæpe Rota, me præſente, ſequuta fuit. Ergo pariformiter regula iſta quæ emanauit ad tollendas fraudes reſignantis infirmi in trãſlatione penſionis procedet. Nam videmus quòd ſicut de beneficio in impetrationibus, ita hodie debet fieri mẽtio de pẽſione, vt tradit gl.in regula.lxj.in fi.& Mod.in c.in noſtra.de reſcri.

**Tex.in c.mãdatum &c.**

**Mentio ſicut de beneficio ĩ impetrationibus, ita de pẽſione fieri debet.**

¶Prædictis tamẽ non obſtantibus veritas ſe habet in oppoſitum. Et ita tenet Rota, quòd iſta regula in trãſlationibus

penſio



penſionis non procedat. Et iſte caſus cõtigit tempore Leonis x.in perſonam Ioan.de Vrias Epiſcopi, & Ferdinãdi Hiſpaniarum regis oratoris, qui in articulo mortis nutu magis, quàm verbis in ſuum nepotem penſionem mille ducatorum tranſtulit, & tunc poſt plures diſputationes fuit tentum tranſlationẽ valuiſſe, non obſtan.regula: & hoc in ratione fundatur, quia regula iſta loquitur de renuntiatione, ſed penſio renũtiari non poteſt, licet poſsit transferri de licentia Papæ, quæ quidẽ licentia, nec regulariter hodie, neq; tempore Clemen.vII.concedebatur, iſta ratione, quia penſio eſt quædam ſeruitus ſuper beneficijs non ſeruientibus eccleſiæ conceſſà. Nam penſionarij non laborant in eccleſia, neq; ſeminant, & tamen metunt, & fructus ſine labore manducant, contra naturæ ordinem. nam conueniens eſt, quòd qui commodum percipit, etiam incommodũ ſentiat: dicente Apoſtolo, Qui non laborat, non manducet, vt in c.clerici.j.q.ij.& l.ſecundũ naturã.ff.de reg. iur.frangit enim penſionis impoſitio æqualitatem iuſtitiæ, quæ dictat pręmia vnicuiq; dari ſecundum qualitatem laborũ.c.ius militare.j.diſtinct.nam qui altari non ſeruit, inde præmiũ habere non meretur. c.charitatẽ.& c.eccleſiaſticis.xij.q.ij. Cum igitur penſionis impoſitio odioſa ſit, meritò eius tranſlatio prohibita fuit, ne incõuenientia multiplicẽtur. Regula ergo iſta quæ in renũtiatione loquitur, non habebit locum in tranſlatione, quæ non ſolet, vel ſaltem de raro concedi, & iura ad ea quæ raro fiunt, non adaptantur.vulg.l.nam ad ea.ff.de legib. Præſettim, quia iſta regula de beneficijs loquitur, quæ ratione tituli ſpiritualia ſunt. Penſio verò in temporalitate cõſiſtit, ergo de vno ad aliud non bene infertur, quia ex diuerſis non fit illatio.c.ij.de tranſla.epiſc.l.Papinianus, exuli.ff.de mino.& l.fi.ff.de calum. Et hoc latè probat Ioã. Baptiſta de ſancto Seuerino in ſuo tract.penſionũ.poſt Modernos in c.cum.m.poſt gloſſ.ibi de conſti.& in d.c.ad audientiam. Nam clarum eſt appellatione beneficij penſiones non contineri, vt dicit Domin.in c.quãuis.de præb.lib.vj.in prin. Hinc eſt, quòd licet beneficium vacet propter crimen, non tamen vacat penſio: quia non eſt beneficiũ, & teneri non poteſt à laico, vt tenet Cardinalis in cle.j.§.eadẽ.de ſupp.neglig.pręla.ſequuntur Moderni de Ripa in rep.c.

**Penſio in temporalitate cõſiſtit.**

**Penſio per cõtractũ non vacat.**

**Penſionem habens, ad horas canonicas recitandas non tenetur.**

ij.num.128.de iudic. Ex hoc enim infertur, quòd licet habens beneficium teneatur ad officium, id eſt, recitare horas canonicas, vt in cap.fi.de reſcrip.lib.vj.& referunt omnes in c.j.de celebratione Miſſarum. Tamen habens penſioné, ad illud non obligatur, vt tenet ille antiquus doctor practicus Hiero.Paulus Hiſpanus in illo libello, qui vulgò Practica Cãcellariæ appellatur.fol.lj.& ſequitur Iacob.de Ferrarijs in tract.de hor.cano.& ſentit Ioan. Bapt.de ſancto Seuerino in tract.penſio. quæſtione fi.& reaſſumit D.Pet. Andr.Gammarus Rotæ auditor in tract.de offic. leg.vbi latius ſuper hoc diuagatur. Et ratio prædictorum eſt, quia officium ſequitur beneficium, ſicut venator leporem. Qui habet igitur beneficium, dicat officiũ: Aliàs ſequeretur, quòd ſi ex vno beneficio darentur tres penſiones, quòd vnum beneficium obligaret quatuor perſonas ad dicendũ officium, quod eſt abſurdum. Ille igitur qui habet titulum ſpiritualitatis, ad officium tenetur: non autem habentes penſiones, quæ commodum merè tẽporale cõtinent, quod in laicum cadere poteſt. Nam pẽſiones æquiparãtur cõtractibus profanis, vt tradit Roma.in conſi.cccxxxix.col.iiij. beneficia verò vltimis voluntatibus æquiparantur quæ ſunt piæ, vt per gloſ.fi.c.j.de conceſſ.præben.lib.vj. Hinc eſt, quòd ſola voluntate poteſt caſſari & remitti penſio abſque licẽtia Papæ, ſicut quælibet res profana, vt tenet Præpo.poſt gloſſ.in c. Agathoſa. lxiij.diſtinct. quem ſępe tempore meo Rota approbat. Secus tamen eſt in beneficijs quæ ſine voluntate ſuperioris dimitti nõ poſſunt. Sic etiam videmus, quòd penſiones ſicut beneficia non permutantur: quia non veniunt appellatione beneficiorũ, vt dicit Card.in clemen.j.in xvij. quæſtione de reb.eccl.non alie. Et pari modo per promotionem penſionarij non vacat penſio, ſicut beneficium, ſecundũ Card.in clemen.j.§.j.in vj.q.de ſup.negl.præla.

**Penſiones contractibus profanis æquiparantur.**

**Pẽſio ſola voluntate poteſt remitti.**

**Pẽſio per promotionem pẽſionarij vacare non dicit.**

¶ Ex quibus omnibus apparet inter beneficium & penſionem longum eſſe diſcrimen. Diſpoſitio igitur iſtius regulæ in vno loquens, in alio locum non habet.argu.cap.ſuſceptum.de reſcript.libro ſexto. Præſertim quia ceſſat commoda ratio iſtius regulæ, quæ fuit, ne per huiuſmodi reſignationes ordinarij vel expectantes defraudentur: ad quos diſpoſitio beneficij vel acceptatio pertinerent, ſi fraudulenta



lenta ceſsio non præceſsiſſet. Sed iſta ratio non habet locũ in tranſlationibus penſionũ, per quas nullus prædictorum defraudatur. Igitur, &c. Et tenendo iſtam opinionem ad rationes in contrarium factas per Andr.Sicul.latè reſpondent Moder.in tract.beneficiorum.in iij.quæſt.primæ partis.col.vij.vbi videndum erit. Tamen licet iſtæ rationes de rigore iuris ſint veræ, iuſtius tamen videretur huiuſmodi trãſlationes ſub regula cõprehendi, quia ex hoc maior eccleſiarum fauor reſultaret, & diuini cultus argumentũ: nam admittere tranſlationes ſuper beneficijs eccleſiaſticis, nihil aliud eſt quàm ſeruitutem propagare.

### QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO, vtrum iſta regula procedat in beneficijs iuriſpatronatus, ad quæ per præſentationem quis aſſumitur?

¶ SOLVTIO. Decius in conſil.ccxxiiij.incipiente, in caſu propoſito.cõtendit probare negatiuam, ex eo, quia iſta regula eſt exorbitans, & odioſa, & in beneficijs collatiuis loquitur: ergo non debent extendi ad iſtum caſum, vt ibi latè per eum. Adde pro iſta opinione, quia videmus huiuſmodi beneficia ſub nominationibus regum non cadere, vt tradunt Moderni in tract.benefi.q.iij.ſecundæ partis.neq; ſub quacunque gratia, etiam ampliſsima, vt latè probant ijdem Moderni in d.tract.in xj.q.iij.partis.& communiter doct. in cap.ij.de præbend.lib.vj.Lap.alleg.xcvj.ſicut etiam extrauagan.execrabilis.beneficia huiuſmodi iuriſpatronatus non comprehendit, vt ijdem Moderni dicunt in d.q.xj.

**Beneficia iuriſpatronatus ſub nominatione Regum.**

¶ In contrarium facit, quia cõſiderata mente regulæ idem dicendum videtur in beneficijs iuriſpatronatus, prout olim fuit in Rota diſputatum in cauſa Naneten.capellaniæ, per Ludouicum de Interamne aduocatum qui poſtea fuit auditor, per iſtam rationem. Quia ex quo dicta regula annullat collationem, per conſequens videtur prohibere omne neceſſarium antecedens ad illam.l.oratio.ff.de ſponſ.& c.ſolitæ.de maiorit.& obed.cum ſimilibus. Sed præſentatio eſt antecedens ad inſtitutionem quæ ſub nomine collationis comprehenditur.igitur &c.Ita dicebat ille aduocatus. Et tenendo iſtã opinionẽ ad dicta Decij poteſt facile reſponderi. Nam non obſtat, quòd iſta regula ſit exorbitans, quia hoc

**Regula annullans collationem.**

**Regula exorbitans.**

hoc non eſt verum ſimpliciter,cum potius conſiderata eius mente & ratione concordet cum iure communi.de quo in cap.ij.de renuntiat.lib.vj.Vnde ſpiritum rationis accepit, vt dicunt Moder.in tract.benefic.in iij.parte.q.xviij.& ante ipſos hoc dicit Ioan.de Anania in cap.fi.de collu.deteg. Et hoc idem in terminis tenet Cardinalis Maurocenus in d.cap.ij.in vltima quæſtione,quem refert,& ſequitur Ioan. Aloiſius Tuſcanus olim aduocatus conſiſtorialis doctiſſimus in quodam ſuo cõſilio,quo latè probat hanc regulam. & tex.in d.c.ij.eundẽ ſpiritũ & mentẽ habuiſſe,licet in tempore hîc addito differant. Sic itaque iſto reſpectu,quia iſta regula iuris communis concurſum habet, fauorabilis dici poteſt. Et licet ſecundum quid regula poſſet dici exorbitans,ex quo collationem ordinarij tollit, vt dicit Rom.in conſil.cccxlij.incipiente, quo ad primum. ſecundum quòd poſſet procedere dictũ Decij.Per hoc tamen abſolutè concludi non poteſt,quòd ſit odioſa. Quia quando actus ſe poteſt habere ad fauorẽ & odium,iudicatur fauorabilis,prout de ſtatuto,quòd ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant, dicunt Moderni in l.venia.C.de in ius vocand.facit illud quod de Velleiano dicitur,in l.qui exceptionem.ff.de condic.indebit.Et quia emanauit ad repellendas fraudes,quòd vtilitatem animæ reſpicit, fauorabilis dicitur, per ea quæ Bart.& Moder.tradunt in l.ſi conſtante.in ix.col.in princ. ff.ſolut.matr.cum alijs,quæ ſcribit Iaſ.in l.ſi.ff.de in ius vocan.Et ſecundũ hoc lata fieri debet interpretatio. Et quãuis regula de collatione loquatur,quo caſu videretur excludi præſentatio, iuxta caſum c.cum in illis.§.j.de præben.in vj.illud in ambitioſis procedit,vbi ſtricta ſit interpretatio, vt ibi dicunt Domi.& Philip. Secus verò in materia fauorabili,vel in differente,vt iſta. Quia tali caſu verbũ collatio, lato ſumpto vocabulo præſentationem comprehendit,vt concludit Rota in deciſ.ccccxlviij.incip. fuit dubitatum, vtrum habens.in tit.de præbend.in nouis. Hinc videmus, quòd text.in cap.auaritiæ.& in cap.quàm ſit.& in c.vt quis duas.& cap.fin.de elect.lib.vj.licet loquantur in electionibus & confirmationibus,tamen habent locum in præſentatione iuriſpatronat.vt cõcludit Lapus alleg.viij.& Calde. tit.de elect.conſil.viij.cum concord.vt ſcribit Roch.Curtius

*Actus quando ſe poteſt habere ad fauorem & odiũ,&c.*

*Collationis verbum.*

*Text.in c.auaritiæ.&c.*



tius in tract.iur.patron. in ver.honorificum.quæſt. xxxix. & reaſſumunt Moder.in nouo tract.iur.patronat. fol.ccc. cum quatuor ſequent.Et ita quo ad text.in c.auaritiæ.conclusit Rota in vna Salamantina capellaniæ coram R. P. D. Marcello.xiij.Ianuarij. M. D. xxxiij. Sic etiam & text.in c. j.vt lite penden.lib.vj.licet de præſentatione,ſeu beneficijs iuriſpatron.nullam faciat mentionem, tamen propter pariformem rationem habet locũ in dictis beneficijs, vt idem Curtius latè probat in d.tract.in verbo honorificũ.q.xxiij. & repetunt Moder.in nouiſſimo tract.iur.patr.fol.ccviij. & ſeq. Et ita Rota tenuit in vna Barchino.beneficij ſancti Chriſtophori coram eodem D.Marcello,die.xxvj.Nouembris. M. D. xxxv. Et ita videtur etiam hîc dicendum, quòd regula iſta,licet de beneficijs iuriſpatron.mentionem non faciat,nihilominus propter eandem rationem habeat locum in eis. *

¶Pro reſolutione tamen huius quæſtionis diſtinguo plures caſus. Primus eſt in præſentatione,& in iſta,regula locum non habet. Ratio eſt,quia præſentatio pertinet ad patronum: reſpectu verò præſentati regula etiam adaptari non poteſt. Quia ſi præſentatus in infirmitate conſtitutus renuntiat præſentationi de ſe factæ,nõ dicitur beneficium renuntiaſſe, de quo loquitur iſta regula. Ratio eſt,quia per præſentationem ſolum acquiritur ius ad rem,vt dicũt Domini in deciſione cccxxviij.in antiqui.& tradit Abb.& alij communiter in cap.quod autem.de iurepatron. Imò plus voluit Abb.in cap.cum Bertoldus.poſt gloſ.iij.ibi in ij.col. de re iudic.quòd præſentatus ante inſtitutionẽ nullum ius habet in beneficio, ſed bene habet ius ad petendum illud, perſeuerante patrono in eadem voluntate. Et hoc dictum Abb.ſequitur ibi Fely.& plures alij, quos cumulat Curtius in tract.iuriſpatron.in verbo ius.in iiij.quæſt.& dixi latius ſuperius in reg.proxima.q.j.Et adeò hoc eſt verum, quòd ſi præſentatus tunc in curia moreretur, non diceretur per hoc in curia beneficium vacare. Quia, vt dicatur beneficium in curia vacare,requiritur quòd beneficium ſuum dicatur,& non debitum,vt not.Archi.in cap.ſi electio.de electionib.lib.vj.& alij quos allegant Moder.in tract.de beneficio.in j.quæſt.iij.partis. Sic igitur iſto caſu cõcludendum eſt,

*Præſentatus ante inſtitutionem.*

*Beneficiũ ad hoc, vt dicatur vacare in curia.*

eſt,regulam iſtam locum non habere.

¶ Secundus caſus eſt,in præſentato & inſtituto renuntian
te tali beneficio in infirmitate: & putarem adhuc regulam
iſtam non comprehendere iſtum caſum. Ratio eſt, quia re-
gula iſta loquitur in beneficijs,quæ liberè poſſunt renuntia
ri,& quæ per collationem ſuperioris conceduntur.Sed be-
neficium iuriſpatronatus non eſt huiuſmodi,quia præſen-
tatus & inſtitutus non poteſt ſine conſenſu patroni benefi-
cium renũtiare,vt dicit Innoc.in c.fi.in fin.de renun.& hoc
clarius firmat Abb.in c.ſignificatuum.in ij.col.de præbend.
cum dc.concord.quæ congerunt quidam Moder.in tract.
nouo iuriſpatron.fol.cccci. Et ante ipſum Rochus Curtius
in eodem tractatu,in verbo honorificum.in iij.& lj.quæſt.
Adeò quòd ſi præſentatus ſine conſenſu patroni renuntiaſ-
ſet,patronus poſſet ad tale beneficium ſic per renuntiatio-
nem vacans iterum alium præſentare. Ita quòd cum præſen
tatus & inſtitutus in infirmitate renuntians non valeat niſi
cum conſenſu patroni liberè renuntiare, ceſſat in eo fraus
quæ cõſideratur in iſta regula. Nam, vt ſæpe dictũ eſt,ratio
iſtius regulæ fuit,ne infirmi ex illa infirmitate morituri ſub
colore renuntiationis,de beneficijs ſicut de rebus profanis
poſt mortem eorum diſponere videantur: & per hoc frau-
darentur expectãtes,& fieret præiudicium ordinario. Cum
igitur talis conſideratio non poſſit habere locum,hoc caſu
deficiet per conſequens diſpoſitio iſtius regulæ.

Præſentatus & inſtitutus.

¶ Tertius caſus eſt,quando infirmus renuntiat in fauorem
certæ perſonæ beneficium iuriſpatronatus de conſenſu pa-
troni. Et iſte caſus eſt magis dubius,ſi renuntians infra vi-
ginti dies moriatur. Et certè adhuc putarem ceſſare regu-
lam ex eo,quia vbi eſt conſenſus patroni,ad quẽ in omnem
euentum pertineret præſentatio beneficij vacantis,ſiue per
renuntiationem,ſiue per mortem ceſſare videtur fraus.arg.
eorum quæ dicuntur in l.fin.C.de bonis quæ liber.vbi mi-
nor alienans præſumitur circumuentus. Vbi verò interue-
nit cõſenſus eorũ,ad quos pertinet,ceſſat fraus. facit etiam
l.fin.C.de pact. Sic erit hîc dicendum. Et iſto caſu milita-
rent omnes rationes Decij in d.conſil. Eſt bene verũ, quòd
vbi apparet,patronum per ſordes cõſenſiſſe,aut inhabilem
approbaſſe,quòd tali caſu videretur locus eſſe regulæ.Præ-
ſertim

Cõſenſus vbi interuenit,ceſſat fraus.



ſertim ſi patronus eſſet clericus,in quo maior puritas requi
ritur. Hoc tamen non teneo pro conſtanti. Remota tamen
fraude patroni,mihi placet opinio Decij propter diſsimi-
litudinem collationis & inſtitutionis. Inter quæ eſt magnũ
diſcrimen,vt latè probat ibi Decius. Et quia quando Papa
mouetur ſola voluntate taxando numerum dierum,vt hîc,
non proceditur de ſimilibus ad ſimilia: ſed prohibetur ex-
tenſio,ſecundum Bald.in l.iij.col.ij.verſic.ex quo.C.de iure
dot. Solum obſtat hîc vnũ,quia licet iſto caſu non fiat præ-
iudicium ordinario,nec fraudentur expectantes,tamen mi
litat alia ratio,videlicet,ne de beneficijs per obitum vaca-
turis per modum vltimæ voluntatis diſponatur. Et iſta ra-
tio procedit,ſiue conſentiat patronus,ſiue non: quia con-
ſenſus patroni non poteſt facere licitum quod prohibetur,
vt illicitũ.arg.l.nemo poteſt.de legat.j. Et ideò ex alio opi
nio Decij poteſt ſuſtineri, ex eo, quia ſi ſub diſpoſitione
iſtius regulæ beneficia iur.patron. comprehenderẽtur, pa-
troni priuarentur ſine culpa facultate præſentandi, & ſic vi
deretur hæc conſtit.in præiudicium patronorum inducta,
& hac de cauſa patroni abſtraherentur à fundationibus &
dotatione eccleſiarũ.propter quam rationem dicunt cõmu
niter doct.in cap.ij.de pręben.lib.vj.& Fely.in tract.quan-
do literæ apoſtolicæ no.pat.in j.& ij.col.quòd diſpoſitio
quantumcunque fauorabilis,non comprehendit beneficia
iuriſpatron.niſi ſpecialiter fiat mentio. Et iſta conſideratio
militat omni caſu quo patroni priuarentur iure præſentan
di. Secus verò vbi tale ius principaliter illis non tollitur,li
cet ſecundariò,& ex poſt præſentati ab eis aliqua exceptio-
ne ſubmouerentur, vt in regula de Annali.quæ tali caſu
comprehendit beneficia iuriſpatronat.laicorum non tol-
lendo principaliter præſentationem,ſed ſubmouẽdo præ-
ſentatum impetrantem prouiſionem à Papa de conſenſu pa
troni non facta mentione regulæ,vnde exceptio illius re-
pellitur propter eius negligentiam. Et licet ſecundario ex
hoc videantur patroni fruſtrari præſentatione facta,nihi-
lominus hoc fit principaliter in odium patroni, ſed impe-
trantis,& ideo conſiderari non debet.arg.l.ſi quis nec cau-
ſam.& quæ ibi latè notant Moder.ff.ſi cert.pet.vt dixi in d.
regula de annali.q.xxvij.& in regula proxima.q.iij. Habes
igitur

Diſpoſitio quantumcunque fauorabilis,&c.

Regula de annali.

igitur ex prædictis intellectum ad dicta doct. volentiũ ſub generalibus diſpoſitionibus non cõprehendi beneficia iur. patronat. qualiter intelligantur.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

QVAERO, an regula procedat in eo infirmo qui renunciauit iuri ſuo quæſito in beneficio vigore alicuius gratiæ?

¶SOLVTIO. Iſte caſus contigit præteritis temporibus in Rota in vna Valentina canonicatus, & præbendæ coram * D. Martino de Spinoſa. In qua fuit dubitatum, vtrum iſta regula haberet locum in eo qui reſignauit ius, quod habebat ſolum per ſupplicationem ſignatam, nec habuerat poſſeſsionem, nec literas expeditas. Dubium faciebat, quia ex quo reſignatio fuerat facta literis non expeditis, cauſa illa reducta erat ad non cauſam, ſecundũ Egid. deciſ. dcxliiij. incip. ſi Papa prouidet mihi. & dcix. impetrans beneficium. Nam ſupplicatio ſine literis eſt gratia informis, ideò nihil tribuit, quia forma eſt quæ dat eſſe rei: ideò voluerũt doct. literas haberi loco tituli, vt Compoſtel. in cap. ſtatuimus. ad fin. de reſcrip. & Ioan. Andr. in cap. j. de lit. conteſt. lib. vj. Rota cccclvij. in not. Milis in verbo, gratia apoſtolica. Accedit, quia rectè conſiderando ceſſat hoc caſu ratio iſtius diſpoſitionis, quæ fuit, ne per huiuſmodi renũtiationes infirmorum defraudentur ordinarij in conferendis beneficijs vacantibus, & expectantes etiam excludantur ab acceptando talia beneficia. Ideò inducta fuit prouiſio iſtius regulæ, vt fraudes huiuſmodi tollantur. Sed iſta ratio non videtur militare in reſignatione iuris, quia in eo nõ fraudantur ordinarij, nec expectantes: quia ordinarius conferre non poteſt, nec expectantes acceptare, niſi beneficia vacantia de iure, & de facto, vt in cap. cum noſtris. cum ſimilibus. de conceſſ. præben. & in deciſ. cxcvj. habens gratiam. in not. & deciſ. lij. tit. de conceſſ. præbend. in antiq. aliàs numero dcvij. incip. ſi aliquis expectans.

Supplicatio ſine literis eſt gratia informis.

Ordinarius quæ beneficia conferre poſsit.

¶Iſtis tamen non obſtantibus contrariam opinionem tenuit Rota in prædicta cauſa Valentina, in qua die xiij. Martij. M. D. xiiij. omnes Domini ita concluſerunt, excepto Domin. Paulo Capiſucco, à quo in ſcriptis iſtam deciſionem habui, qui tenuerat partem negatiuam. Et ratio Domino



minorum fuit, quia ſtatim quòd ſupplicatio eſt ſignata, incontinenti eſt ius quæſitum. & gratia eſt in ſe perfecta, per nota. per Archi. Io. Andr. & alios in procem. vj. in nouella. vnde cum ius ſit quæſitũ, ſuccedit illud, quòd paria ſunt, habere ius quæſitum ad rem, vel habere rem. l. qui habet. ff. de reg. iur. vnde ſicut iſta regula procedit in reſignante beneficium plenum: Ita locum habebit in reſignãte ius. pro qua deciſione optimè facit Rota. DCCCLXXXII. incip. Nota quòd vbi gratia eſt facta. in antiquis. Præterea pro iſta opinione facit mens iſtius regulę. Quia clarũ eſt regulam habere locum, quãdo ille in fauorem, cuius reſignatio admittitur, cõſequitur commodum reſignationis, propter quod arguitur fraus, vel quia renũtians cogitans ſe moriturũ inducitur ad renuntiandũ. Quo caſu, ne detur ſucceſsio in beneficijs, & licentia libera, vt quis de illis valeat diſponere ſicut de rebus tẽporalibus, fuit hęc regula introducta. Sed iſtæ rationes omnino militant in renuntiatione iuris: quia per illam acquiritur commodũ reſignatario, & reſignans conſequitur effectũ quem intẽdit. Igitur regula in illis procedet.

Supplicatio ſtatim q̃ eſt ſignata, quid operatur.

¶Nec obſtat ſi diceretur renũtiationem iuris poſſe fieri in manibus ſimplicis notarij, vel etiam laici. Et tamen reſignatio beneficij fieri nõ poteſt niſi in manibus habentis authoritatem inſtituendi & deſtituendi, prout dicit deciſio Rotæ ccxc. in antiq. incip. non quælibet. Quia illud procedit reſpectu iuris quærẽdi. Et ita loquitur prædicta deciſio. Secus verò ratione iuris quæſiti: quia tale ius debet in manibus ſuperioris renũtiari ſicut beneficium, vt declarat deciſ. DLXXIII. quidam Cardinalis. ſub titul. de renuntia. & deciſio. DCCCXLV. patronus &c. in antiq.

Renuntiatio iuris.

Reſignatio beneficij.

¶Nec obſtat, quòd ius per ſupplicationem literis non expeditis ſit informe, quia illud eſt verum quo ad effectum canonizationis in iudicio fiendæ, in quo datum eſſet de regula de non iudicando literis non expeditis. Secus verò de iure, quia ſola ſupplicatio tribuit ius conſiderabile in extraiudicialibus, vt dicit prædicta deciſ. DCCCLXXXII. in antiquis. Imò etiam conſideraretur tale ius in iudicio ad effectũ canonizationis, niſi exciperetur de regula. Itaq; de iure opinio Compoſtel. non procedit, cum ſola ſupplicatio in beneficialibus ſignata tribuat ius, & operetur plures effectus,

quos enumerabo latius in regula de non iudic.literis non
expeditis.Nec etiam obſtat ſi diceretur, quòd beneficiũ vacans de iure,licet non de facto,conferri nõ poſsit,nec acceptari,quia illud non eſt verum.vt eſt gl.communiter approbata in cap.licet Epiſcopus.de præbend.lib.vj.quia cum collatio & acceptatio ſint actus extraiudiciales, fieri poſſunt, nulla facta citatione poſſeſſoris: quia quilibet poteſt cõferre ius ad ſe pertinens,licet nõ vacet de facto, vt dicit ibi gl. quã ſequitur Abb.in conſi.xxxiiij.col.fi.lib.ij.& ante ipſum Cardinalis conſil.cxxxij.col.fin.& alij plures quos omitto.

Ius ad ſe pertinẽs licet &c.

Nam non eſt dubium beneficium dici vacare per obitum illius,qui ſolam ſupplicationem habebat, licet neque literas expeditas,nec poſſeſsionem haberet,vt dicit prędicta deciſ. dccclxxxij. Et ideo conferri poteſt. Et illa quæ in contrariũ fuerunt adducta, reſpiciunt ſubreptionem,vt videlicet non valeat collatio Epiſcopi de beneficio vacante de iure, & nõ de facto,non facta mentione poſſeſsionis: illa enim reſpiciunt impetrantem, qui debet de poſſeſsione alterius facere mentionem,vt ibi. Quod etiam procedit quando poſſeſſio alterius eſſet colorara: ſi verò eſſet notoriè iniuſta, etiã nulla facta mentione valeret collatio & acceptatio quo ad impetrantem.vt declarat Abb.in d.c.cum noſtris. & reaſſumit Fely.in capitulo,in noſtra.in xxxvj.corr.de reſcript. Et ita,vt dixi,ſecundum iſtam opinionem concluſit Rota, de qua quæſtione dicam etiam in regula de publicandis reſignat.quia etiam ibi contigit de facto.

Beneficiũ an vacare dicatur per obitũ illius &c.

QVAESTIO DECIMANONA.

QVAERO,quid in renuntiante cauſa permutationis de imparibus beneficijs,an iſta regula habeat locum?

¶SOLVTIO. D.Pet.And.Gammarus auditor Rotæ,vir certè de hac iuris diſciplina benemeritus,in repe. c.j.in v. colum.verſi.ſed quid dicimus.de rer.permuta.lib. vj.tenet ſimpliciter iſtam regulam habere locum in reſignatione facta ex cauſa permutationis. Et hoc non videtur habere dubium,cum in regulis antiquis & Modernis expreſſè hoc dicatur.ſed regulæ non declarãt modum permutationis. Et ideo maius dubium eſt, an regula intelligatur in omni permutatione,tam de beneficijs paribus,quàm imparibus.Et ad hoc videtur dicendum, regulam tantum reſtringi de



gi debere ſecundum terminos.cap.ij.de renun.lib.vj.vt videlicet debeat tantũ intelligi de permutatione impari, quæ videtur fraudulenta, non de alia. Nam iſta regula ſumpta fuit ex viſceribus d.cap.ij. A quo quidem text.vt ſuperius dixi, iſta conſtitutio ſpiritum vitæ accepit, iuxta tradita per Ioan.de Ana.in cap.audiuimus.in ij.notabili.de col.deteg. qui de iſta regula meminit. text.ergo in dicto capitulo ſecundo loquitur de permutatione beneficij pinguis,cum tenui ab infirmo facta,ad effectum,vt beneficium tenue vacaret,& ſic fraudarentur ordinarij,vel expectantes. Ergo iſta regula debet intelligi ſecundum terminos illius text. Et ita de tali permutatione loquitur deciſio Rotæ Thomæ Faſtolli in cauſa ſexta,dubio xx.& deciſio.ccclxj. nota præſumitur,&c.in antiq. Et in eadem loquitur doctus ille gloſſator Pragmaticæ.fol.xcvij. Et reaſſumunt Moder.in tracta.de beneficio.in xlvij.quæſt.iij.partis.col.penult.& ratio iſtius deciſionis eſt: quia eo ipſo quòd permutatio de beneficio pingui cum tenui, fit in infirmitate, præſumitur fraudulenta,vt dicit Imol.in l.filiæ meæ.& ibi Bald.ff.ſolu.matrimo. Sequitur Socin.conſil.lxxxiij. miror,&c.lib.iij. Nam licet ſola permutatio beneficij pinguis cum tenui, non arguat fraudem,vt in deciſ.ſecunda.de rer.permuta.in antiquiori. Vbi tamen fit ab infirmo,præſertim cum amico vel conſanguineo,nemini eſt dubium, talem permutationem fraudulentam præſumi,vt dicunt præfati Doctores. Facit ad hoc, quod in notabili caſu infirmi conſuluit Petr.de Ancha.in conſil.ccccxxx.incipien.fuiſſet expediens. Et in caſu prædictæ permutationis diſparis ab infirmo facta, quòd fraudulenta præſumatur,conſuluit Oldra.in conſi.cccxxiiij.in iij. colum. Et hoc in terminis tenuit Egid.deciſ.cccxliiij.facit deciſ.eiuſdem.ccccxxxv.faciunt ea quæ ſcribit Socin.conſi. liij.verſic.prætereà dicit.lib.iij. Et ita in ſimilibus terminis tenuit Rota in vna Taraconen.parochialium coram dom. Paulo Capiſucco.xxviij.Ianuarij.M.D XXX.quæ voluit, extrauagan.ſicut bonus paſtor.non habere locum in beneficio fictè permutato cum vero, prout eſt beneficium de Pertica, quod ſecundum conſuetudinem illius diœceſ.ad effectum permutationis faciendæ fingi ſolet, & appellatur de Pertica,vt latius ſcribo in deciſ.ſuper hoc facta. Concludo *

Permutatio quæ præſumitur fraudulenta.

igitur breuiter, quòd iſta regula tantum intelligatur de illa permutatione infirmi, de qua text. in d. c. ij. & præfati doctores præſumunt fraudem: quam in terminis iſtius regulæ conſiderat Fely. in cap. quia veriſimile. de præſumptio. poſt Abba. & alios ibi. & latius Pet. de Ancha. in conſil. ccclxxxviij. cum alijs ſuperius allegatis. Secus verò in permutatione quam infirmus cum alio facit de beneficio æquali & pari. Nam in tali permutatione non puto regulam procedere. Et ad hoc ita dicendum ſuadet ratio naturalis & æquitas: in primis, quia negari non poteſt regulam iſtam exorbitare à iure, & eſſe pœnalem. debet igitur reſtringi tantum ad caſum, vbi de fraude ſuſpicatur: vbi verò beneficia permutata cum infirmo eſſent æqualia, ceſſat fraus, ceſſat denique præiudicium ordinariorum & expectantium. Nam licet infirmus hoc caſu dimittat per reſignationem beneficiū quod habet: nihilominus tamē aliud ſimile & æquale beneficiū acquirit, quod ſubintrat in locū dimiſsi, & vacabit tandē per infirmi obitū, quod ordinarij conferre, & expectantes acceptare poterunt. quæ ratio ceſſat, quando infirmus pingue beneficium pro tenui permutat, quia in tali caſu manifeſta eſt fraus, & præiudicium prædictorum per prędictos Doct. coniecturatum: & ideo hoc tantum caſu regula locum habere debet, vt quantum fieri poteſt, concordet cum iure communi, iuxta not. in cap. cauſam. de reſcript. & cap. cum dilectus. de conſuet.

Plus & minus non differunt ſpecie.

Diſpoſitionis generalitas.

¶Nec obſtat, quòd regula iſta generaliter & ſimpliciter loquitur de permutatione, & ſic debet vtranque permutationem includere: licet minor ratio ſit in vna, quàm in alia. argumen. text. in l. j. §. quòd autē. ff. de luſu aleæ, & aleat. Nam plus & minus non differunt ſpecie, vt in l. fina. ff. de fun. inſtruct. quia reſpondetur, quòd generalitas diſpoſitionis ampliatur, & reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, vt dixit gloſſ. fin. per illum text. in cap. ſi Papa. de priuil. lib. vj. Nec eſt referenda ad ea, de quibus non eſt veriſimile diſponentem cogitaſſe, vt tradit Iaſo in l. Lucius. de lib. & poſth. & latius in l. ſi de certa. C. de tranſac. Et hoc caſu plus & minus differunt, quādo eſt diuerſa ratio, vt dicit gl. & Bart. in l. penult. ff. de noua. Declarat Iaſ. in l. qui bis idem. in iij. columna. ff. de verb. obliga. dixi in tracta. expecta. nume. 99. cum



cum ſequen. Et vltra prædicta circa huiuſmodi permutationes beneficiorū tenuium cum pinguibus ab infirmis factas, videndum eſt per Pet. de Anch. in conſi. ccclxxxiij. & in conſil. ccclxxxv. & Pet. de Peruſio. in tracta. de rer. permuta. col. vij. & Andr. Sicul. in quodam ſuo conſilio, cuius numerus nunc euanuit è memoria, interruptione facta alterius negotij.

### QVAESTIO VIGESIMA.

Reſignatio quando fit reſeruatis fructibus.

QVAERO, an regula iſta habeat locum, quando fit reſignatio, reſeruatis fructibus?

¶SOLVTIO. Olim R. P. D. Dominic. de Iacobitis, inſignis auditor Rotæ, & poſtea Cardinalis, in quibuſdam ſuis Apoſtillis ab eo ſcriptis, adnotauit iſtum caſum, & refert Rotam fortè tenuiſſe temporibus ſuis regulam non habere locum, per ea quæ dixit Card. in cap. cum olim. el. ij. de priuil. col. fin. verſi. quæro quomodo ſcietur &c. Et nihil aliud dicit. Tamen ego ſatis dubito de iſta deciſione, ex eo, quia illa talis reſeruatio in infirmo iamiam morituro, ex quo eſt parum duratura, videtur quædam palliata fraus ad effectum circumueniēdi regulam. Nam per huiuſmodi reſeruationem fructuum non ceſſat ratio regulæ ſuperius allegata. Nec tollitur præiudicium, quod infertur ordinarijs expectantibus, ad quod obuiādum proceſsit iſta regula. Et dictum Card. loquentis in eo qui vendit rem, retento vſufructu, non videtur poſſe bene ad propoſitum adaptari. Et ideo cogitandum eſt melius ſuper hoc.

### QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

Regula an habeat locum in beneficio patrimoniali.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in beneficio patrimoniali?

¶SOLVTIO. Fely. hic in quibuſdam ſuis addi tionibus dicit quòd non, ex eo, quia illius renuntiatio non nocet expectantib. nec ordinario, & propterea ceſſat fraus, & dolus in iſta regula. ¶Sed aduerte, quia iſta opinio nō videtur vera. In primis negari nō poteſt beneficia patrimonialia, quæ hodie dantur in titulum perpetui beneficij, eſſe verè, & realiter beneficia eccleſiaſtica, & eorum appellatione comprehendi, vt tradit Fely. in cap. poſtulaſti. in viij. col. de reſcrip. ſicut etiam de præſtimonijs, & de hoſpitalibus dicit Fely. ibidem. in j. col. & in cap. in noſtra. eo. tit. & in cap.

Beneficia patrimonialia.

de quarta. de præſcrip. Cum igitur regula iſta ſimpliciter de beneficijs loquatur, non erit dubium talia comprehendere. ¶ Non obſtat ratio Felyni, videlicet quòd per renuntiationem beneficiorum patrimonialiũ non præiudicetur ordinario, nec expectãtibus, quia hoc non ſufficit. Nam quando in lege conſiderantur plures rationes, licet vna ratio ceſſet, aliæ militare videntur. §. affinitatis. cum vulg. inſtitu. de nup. Nam præter illam rationem, regula iſta habet aliã, videlicet ne beneficia dentur per viam ſucceſsionis, poſtquàm eis renuntians vti non poteſt. Nam infirmus videns ſe iam moriturum ex illa infirmitate, ſortè cõſilio medicorum, ne beneficium vacet per obitum in fauorem alicuius conſanguinei, vel amici renuntiat. Et ſic iſto modo diſponit de beneficio ſuo, non aliàs facturus, ſi infirmitatem euadere ſe putaret. Et hoc modo aperitur via diſponẽdi in articulo mortis de beneficijs eccleſiaſticis, quaſi per viam teſtamenti, & vltimæ voluntatis, & affectionis carnalis, quod eſſe nõ debet. c. j. & c. ratio. de præbend. Quamobrem Romanus Pontifex ad euitandas huiuſmodi fraudes, diſponit hîc, quòd ſi infirmus renuntians moriatur infra viginti dies, beneficium cenſeatur vacare per obitum, & licet hoc caſu ratio Felyn. ceſſet, quia huiuſmodi patrimoniale beneficium vacans per obitum non poteſt ordinarius conferre, nec expectans acceptare. Tamen non ceſſat prædicta ratio, in qua ſuſtinetur diſpoſitio, iuxta c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. vj. ¶ Nec obſtat, quòd præſumi nõ debet iſta fraus in infirmo maximè morituro, cum præſumatur potius memor ſalutis æternæ, &c. quia hoc non ſufficit, per ea quæ dicit Bald. in authen. ſi dicatur. C. de teſta. & in c. ſicut. de teſti. & in l. generaliter. C. de non numer. pecu. & Bart. in l. ſi quis in graui. §. j. ff. ad Sille. dicentes, quòd quamuis aliquis ſit in extremis, nõ propterea in factis ſuis præſumitur eſſe Io. Euang. etiam ſi corpus Domini recepiſſet, vt dicit Bald. in §. conſules. in fine. in titul. de pac. Conſt. Opinio. tamen Felyni poſſet vno caſu ſuſtineri, videlicet, quando renuntiatio per infirmum fieri non poſſet liberè ſine conſenſu filiorum patrimonialium, ad quos præſentatio, vel nominatio per obitum vigore ſtatutorum, priuilegiorum, vel conſuetudinis pertineret. Nam tali caſu ex quo perſona reſigna-

**Rationes plures.**

ſigna



ſignatarij cẽſeretur approbata per plures non habentes intereſſe ſanguinis, præſumeretur facta talis reſignatio potius intuitu iuſtitiæ & vtilitatis eccleſiæ, quàm amore carnali, ſicut diximus de beneficijs iuriſpat. Nam per talẽ conſenſum tollitur omnis ſuſpicio fraudis. arg. l. ſi. C. de pact. cum ſimilibus. tenenda tamẽ eſt opi. Rotæ propter eius authoritatem.

QVAESTIO VIGESIMASECVNDA

QVAERO, an iſta regula habeat locũ in officijs curiæ. ¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio habet tria capita: quia aut loquimur de officijs ſecularibus, vt ſunt ſcriptoriæ apoſtolicæ, portiones, & ſimilia officia, quæ venduntur & retinentur ab vxoratis. Et iſte caſus ſecundũ regulam Iulij, & Hadr. expeditus erat, qui expreſſe voluerunt talia officia comprehendi. Tamen ſecundum regulas antiquas, & Moder. in quibus nihil de officijs dicitur non comprehenduntur: non ſolum, quia de illis non fit mentio, ſed quia in eis ceſſat ratio finalis regulæ, quæ de beneficijs eccleſiaſticis loquitur, quæ vendi non poſſunt, vt officia, ſed per collationem conceduntur clericis non vxoratis. ¶ Nec obſtat, quòd in aliquibus officia æquiparantur beneficijs eccleſiaſticis, vt notat Soci. in conſil. iiij. miror, quòd in præſenti. lib. iij. ſequitur Deci. in l. ſi. in fi. nu. 3. C. de pact. quia in caſu, in quo loquitur Soci. militat alia ratio multum diuerſa à caſu noſtro: in qua non ſolum verba iſtius regulæ, ſed etiam mens aduerſatur. Nam in officijs ſecularibus curiæ non eſt prohibita ſucceſsio, ex quo illa vendi poſſunt, & per conſequens in articulo mortis trãſferri tanquàm res profana: nihil eſt igitur quod ibi de ſucceſsione illicita, vel de fraude ordinariorũ, vel expectantiũ ſuſpicemur. Et ideo iſta regula in illis non procedit. Aut verò loquimur de officijs ſpiritualibus, de quibus loquitur tex. in c. cum acceſsiſſent. de conſtit. & c. dudum. el. j. de elect. & c. quòd Dei timorem. de ſtat. mo. & ſecundum rationem quam in ſimili q. ponit Fede. & communiter alij, regula non haberet locum, ſed Collectarius contrariũ tenet in c. penul. in iij. col. verſi. quid ſi mandetur. de verb. ſign. Et pro iſta opinione faciunt ea quæ tradunt Moder. in tract. beneficior. quæſt. ij. j. partis. Quia in iſtis officijs eccleſiaſticis mens & ratio regulæ concurrit.

Officia curiæ.

Officia ſecularia, ſpiritualia, quædã verò mixta.

Officia ĩ quibus eccleſiaſticis beneficijs æquiparãtur.

Succeſsio ĩ officialibus curiæ an ſit prohibita.

Aut loquimur de officijs mixtis,vt officium Vicecancellarij,vel maioris pœnitentiarij,& ſimilibus:quæ non dantur, niſi habentibus aliquem ordinem ſacrum. Et ſi talia officia poſſint liberè reſignari,ſubiacent iſti regulæ propter prædictas rationes. Nam licet participent de temporalitate,& aliquando talia officia vendantur:tamen quia ſunt annexa ordini,& etiam hodie adhærent pileo Cardinalatus,iudicantur vt ſpiritualia.arg.c.quanto.de iudic. Et tenet Nicolaus de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſt.cleri.colum.penult. Verum hodiernis tamen temporibus prædicta officia non ita dantur,vt liberè cedi poſsint ſine licentia Papæ.Ideo in eis ceſſat iſta regula,ſicut in conſiſtorialibus.

### QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

**Altare,capella,& oratoriũ appellatione beneficij quãdo veniant.**

QVAERO,an iſta regula procedat in altaribus,vel in patrimonio,ad quæ quis in titulum beneficij ordinatur? ¶SOLVTIO. De patrimonio non eſt dubiũ, ſed maior difficultas eſt in altari:tamẽ ſi illud datur in titulum,tollitur omnis difficultas,ex eo,quia tunc dicitur beneficium,vt vult gloſſ.j.circa fin.in Clem.ij.de deci. Quæ vult,quòd illa clemen.quæ loquitur de beneficijs,habeat locum in altari,vel capella,quæ dantur in titulum. Et eãdem opinionem tenet Domi.in c.j.col.fin.de conſuet.lib.vj.Et quòd altare ſit beneficium ſimplex,tenet Abb.in cap.recolentes.in verſi.altaria.de ſtatu monacho. Sequitur Deci.in conſi.ccx.viſo puncto.in j.colum. Et hoc idem in oratorio videtur dicendum,quia ex quo dari poſſunt in titulum beneficij,veniunt eorum appellatione,vt notat Abb.in c.fin. in fin.de cenſi.Diſtinguendo tamen,vt per Moder.in cap. ex parte.ij.nu.iiij.de reſcrip.Regula ergo iſta,quæ de beneficijs loquitur,habebit locum in altaribus,capellis,vel oratorijs,quæ in titulum perpetui beneficij concedi ſolent,de quibus ſcribunt quidam Moder.in nouo tractatu iur.patr. folio xlv.& xcviij.quæ non refero. Sed in titulo patrimonij locum non habebit,ex quo illuc datur quouſque epiſcopus de redditibus eccleſiæ prouideat,vt notat.in capitulo tuis.de præbendis.& non eſt propriè beneficium eccleſiaſticum,licet loco tituli detur,de quibus tamen aliquid dicam in regula de annali.





### QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

QVAERO, an iſta regula procedat in hoſpitalibus? ¶De iſta quæſtione dicã latius in regulis de annali & triennali,& in quibuſdam alijs regulis. Ideo hîc nihil ſcribam,quia ex rationibus ibi poſitis,quęſtio iſta poteſt decidi.

## TERTIA PARS VARIOS CONTINET CASVS.

### QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

QVAERO, quare magis Papa per iſtam regulam terminum viginti dierum, quàm xv.vel triginta,præfixit infirmo reſignanti? **Papa quare plus,vel min' quàm xx.dies nõ pręficit infirmo reſignãti.**

¶SOLVTIO. Decius in conſilio xx.in ſecunda parte.aliàs conſil.ccxxiiij. dicit hoc fuiſſe arbitrarium,iuxta gloſſ.ratus. in l.j.ff.de poſtulãdo.Cuius opinio ex eo ſuaderi poteſt,quia videmus antiquos renuntiationem fraudulentam exiſtimaſſe,ſi infirmus reſignans **Renuntiatio fraudulenta.** moreretur infra octo dies,vt patet in deciſione ccclxj. in antiq.repetita per Egid.in deciſi.cccxliiij. Aliquãdo enim requirebatur tempus decem,vel duodecim dierũ,vt Faſtolus in quadam deciſione refert.Papa verò hîc conſtituit tempus viginti dierum. Extrauagans verò Inno.quæ incipit, ſicut bonus paſtor.eodem caſu menſem ſtatuit. Ex quibus apparet hoc arbitrarium fuiſſe.

¶Quid igitur dicendum? Puto tẽpus viginti dierum non fuiſſe arbitrarium,ſed certa & veriſimli ratione,& cum miniſterio à tam multis põtificibus conſtitutum. Quod ex eo argumentum capimus: quia præſumere infirmos infra viginti dies ex eadẽ infirmitate obijſſe,præambula coniectura & cogitatione mortis,non aliunde prouenit,niſi quia inſignes medicos ex lõga rerum experientia hoc ſcripſiſſe legimus,quos ſummos Pontifices in hac parte conſuluiſſe credendum eſt. Illi enim in morbis acutis terminum viginti dierũ ſtatuiſſe,quo deprehendi queat mortalis infirmitas certum eſt. **Morbis acutis terminus xx.dierũ præfigi ſolet.** Nam,vt teſtis eſt ea in re Hippocrates in Aphoriſmis, particula ſecunda, Aphoriſmo xxiiij. & Galenus ibidem in ſua Paraphraſi,infirmitatis acutæ tres habẽtur cognitiones indicatiuæ criſis,quę infra viginti dies terminan **Infirmitatis acutæ tres cognitiones.**

tur. Abinde autem nulla eſt certior cognitio, ex eo, quia abinde declaratur infirmitatem non eſſe de acutis.

¶ Prima igitur cognitio cõtingit quarto die infirmitatis, quæ eſt indicatiua ſeptimi, id eſt, in illa quarta die intelligimus, nunquid in ſeptimo die debeat eſſe criſis, vel non. Et vndecima dies infirmitatis eſt indicatiua decimiſeptimi: & dies decimusſeptimus eſt indicatiuus vigeſimi. Itaq; in iſtis tribus hebdomadibus finitur cognitio, & infirmus moritur. Quod expreſsius declarat idem Hippocrates, libro iij. Pronoſt. in hæc verba: Quibus febris permanet, nec labore grauantur, nec multum moleſtantur vuæ dolore, his apoſtema futurum eſt in iuncturis inferiorum partiũ poſt dies viginti. Quibus febris longæ, &c. Et ſubdit, viginti diebus tranſactis, poſt febrem oportet vt expectetur exitura, cum pertranſit ægritudo vigeſimũ diem. Hęc ibi. Ex quibus verbis apertè colligitur, infirmitatem omnem, quæ infra vigeſimum diem hominem interficit, eſſe de grauibus & acutis, quæ prædictis ſignis cognoſcitur. Vbi igitur medicus vidit talia ſigna infirmitatis acutæ, quæ velociſsimè infra dictum tempus hominem necãt, veriſimile eſt, medicum certiorem infirmum reddidiſſe, prout illum, & eius conſanguineos de periculoſa infirmitate admonere tenetur, vt animæ ſuæ & rebus ſuis conſulat, vt habetur in cap. cum infirmitas. de pœni. & re. Qui quidem infirmi mortis cogitatione tacti, facilè ab amicis vel conſanguineis ad faciendas huiuſmodi reſignationes inducuntur, & iſto modo infirmi de beneficijs ſuis, ſicut de re temporali diſponunt. Videntes igitur Romani Pontifices hæc contingere poſſe, veluti à viris peritis edocti, quorum copia apud ipſos eſſe ſolet, conſtituerunt in hac regula terminum huiuſmodi viginti dierũ, infra quem ſi infirmi reſignantes morerentur, voluerunt beneficia reſignata, non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſeri: hac, vt dixi, moti ratione, ne infirmi grauiter ægrotantes certificari per medicos in primo, vel ſecundo criſi de genere infirmitatis mortalis, de beneficijs, ſicut de prædijs, & bonis immobilibus in conſanguineos ſuos, vel alios amicos, quaſi teſtamentũ cõdentes diſponãt. Qui quidẽ diſponẽdi modus à ſacris eſt Canonibus reprobatus, vt apparet in cap. pleriq;. & in cap. apoſtolica. viij. q. j. Ideo bona fuit iſta

*Febris durãs poſt xx. dies, quid ſoleat operari.*



iſta prouiſio, quæ fraudes huiuſmodi ſuſtulit: nec fortuitò, vt Deci. putabat, ſed optima & certa cõſideratione ſancita.

¶ Ex quibus omnibus ſit breuis concluſio, quòd infra xx. diem poteſt cognoſci infirmitas mortalis, infra quem ſi reſignans infirmus moritur, non valet reſignatio, quia præſumitur conſultò illam feciſſe ob prædictam cauſam: præſertim, quia vt dicit Salyc. in l. furioſum. C. qui teſtament. fac. poſſ. infirmi graui infirmitate laborantes non præſumũtur eſſe in ſana mente: ſed iſta ceſſant quãdo infirmus obijt poſt viginti dies. Quia ſignum regulariter eſt, quòd infirmitas non erat grauis. Et ideo tali caſu fraus, & dolus, & defectus mentis ceſſant. Iſta ſunt quæ mihi ſuper iſta quæſtione occurrunt: quæ licet morderi poſſent, ne tamen in infinitum procedatur, acquieſco. Satis enim fuit occupato viro, cuiuſmodi ego ſum, viam nouitati præſtitiſſe.

*Infirmitas mortalis infra xx. diem poteſt cognoſci.*

*Infirmi graui infirm. lab. nõ præſumuntur ſani.*

### QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

QVAERO, an regula iſta procedat in renuntiatione facta extra curiam coram ordinario, vel legato?

*Regula an procedat ĩ renuntiatione, &c.*

¶ SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non, vt in terminis conſuluit Deci. in conſi. ccxxiiij. in caſu propoſito in fine. Mouetur duabus rationibus.

¶ Prima, quia regula iſta de renuntiatione loquens, debet intelligi in dubio de ea quæ fit in manibus Papæ. Et licet ad hoc nihil alleget, tamen facit quod dicit Anto. de But. in c. ſua. de offi. vicarij. & facit l. quæritur. ff. de ſta. homi.

¶ Secunda ratio Decij eſt, quia ſummus pontifex facilius decipi ac fraudari poteſt, quàm ordinarius, vt not. in cle. j. de offi. ordi. Igitur neceſſaria magis fuit prouiſio regulæ iſtius in reſignationibus factis in curia coram Papa, quàm coram ordinario. Ita concludit Deci. in d. conſilio.

¶ Addo, pro iſta opinione bene facere textum iſtius regulę, dum diſponitis illos viginti dies computari debere à die præſtiti conſenſus, & non reſignationis factæ, non alia de cauſa, niſi vt apertè oſtenderet ſtylum curiæ, qui hanc formam præſtandi conſenſum in Cancellaria, vel in Camera introduxit, cum tamẽ extra curiam vnico contextu fiat reſignatio coram ordinario, & præſtetur conſenſus, imò actus ipſe reſignationis eſt vnus, & idem cum conſenſu. Ergo dicendum eſt, regulam tantum renuntiationes factas in curia non

*XX. dies ĩ reſigna. infirmorum à die præſtiti cõſenſus computari debent.*

non extra conſideraſſe. Et quia etiam rectè intuenti renun tiationi factæ extra curiam non conueniunt verba regulæ. Igitur nec eius diſpoſitio locum habebit.l.hos accuſare.§. in omnibus.de accuſat.cum ſimilibus.

**Conſenſus aliquando in curia præcedit.**

¶Hoc etiam ſuadetur, quia videmus conſenſum in curia præcedere aliquando,& interdum ſequi ſignatam ſupplicationem,iuxta cap.cura.de iur.patr.& deciſ.v.de rer.permu. in no.quod extra curiã non ſeruatur. Vltimo pro iſta opinione facit,quia conſtat plures alias regulas in modo loquendi huic noſtræ ſimiles,nõ habere locum extra curiam, vt patet in regula de exprimendo valore: & regula,quòd diſpenſationes non ſuffragentur,niſi literis expeditis,quæ non habet locum extra curiam,ſecũdum interpretationem Rotæ,vt ibi dicetur: ergo neque iſta locum habere debet.

**Regulæ quæ non habent locum extra curiam.**

¶Sed prædictis non obſtan. verior videtur opinio cõtraria,pro qua faciunt rationes ſequentes. Prima,quia clarum eſt regulam factam fuiſſe,vt fraudibus infirmi renuntiãtis, & illorum in quorum fauorem renuntiatum fuit,occurratur: quia eo ipſo,quòd renuntiatio facta reperitur in infirmitate,præſumitur fraudulenta,vt dicit Alexan.in l.filiæ.ff. ſolut.matr.Et hoc ex eo ſuadetur,quia infirmus non præſumitur eſſe in ſana mente,vt dicit Saly.in l.furioſum.C.qui teſtam.facere poſſ.Sed iſta ratio militat extra curiam. Igitur regula erit generalis. Et quia abſurdum videtur,quòd infirmi cogitatione mortis inducantur quaſi ad diſponendum per viam vltimæ voluntatis de beneficijs in fraudẽ ordinariorum & expectantium,vt in ſpecie conſiderant quidam doctiſsimi repetentes,videlicet quidam Guliel.Benedicti in repet.cap.Raynutius.fol.clxj.num.26.de teſtam.quod prohibitum eſt,& reprobatum à iure,vt in cap.apoſtolica. viij.q.j.Iſta enim ratio generalis eſt tam in curia,quàm extra curiam. Ergo & regula erit generalis, ex qua nõ ſolum verba,ſed mens inſpiciẽda eſt,vt dicit tex.in l.ſcire.§.aliud. ff.de excuſ.tuto. Per quem text.voluerunt Domini in vna

**Renuntiatio fraudulenta.**

* Saguntina parochialis de Prados Redondos,coram me,de anno M. D. xxxv. quòd regula prærogatiuorum ſcriptorum non militaret cõtra familiares Papæ, attenta eius mente,licet verba aliud ſuaderent. Ita dicendum eſt, videlicet quòd mens iſtius regulæ attendi debet, quæ licet nõ ſit expreſſa,

**Regula prærogatiuorũ ſcriptorũ an, &c.**



preſſa,ſed ſit coniecturata,limitat & reſtringit verba legis ad limites rationis,vt notat Abb.in c.fin.col.v.de iur.iur. & in cap.ſecundo requiris.in prin.de appel. Et breuiter nõ eundo per mẽdicata ſuffragia ſecundum iſtam opinionem poſt longas diſputationes in pluribus cauſis iudicauit Rota: ex quibus ſufficiet exempli gratia, quatuor adnotare. Primo enim hãc quæſtionẽ propoſuit R.P. D.Simonetta in vna Barchinonen.capellaniæ, in qua ita fuit cõcluſum. *
Et ita iudicatum in vna alia Salamantina coram D.Hugone de Spina,& in alijs duabus coram D.Paulo de Capiſuccis,vt eas refert,& de his atteſtatur Dom.Guliel.Caſsiodorus in recol.ſuis deciſ.Rotæ,quæ nunc per manus plurium curialium verſantur,vbi latius hoc ſcribit. *

¶Nec obſtant modo,quæ in contrariũ dicta fuerunt,quia ratio Decij in dicto conſilio,videlicet quòd iſta regula debeat intelligi de renuntiatione facta in manibus Papæ,nõ eſt vera,ex eo,quia regula iſta generaliter & indiſtinctè loquitur. Debet igitur generaliter intelligi de reſignatione facta in manibus cuiuſcunque ordinarij: ſicut etiam generaliter & indiſtinctè intelliguntur tituli de renuntiatione, & de rerũ permutatione. Et iſta interpretatio videtur neceſſaria iſto caſu,quia ratio fraudis cõſiderata in regula,militat in reſignatione facta coram ordinarijs extra curiam. Et licet omnimoda ratio,vel ſimilitudo non cõcurrat, ſufficit quòd ex aliqua parte ratio diſpoſitionis militet.argu. text.in l.j.§.quod autem.ff.de vſu,& alea.& quæ not.Abb. in cap.quẽadmodum.in primo notabili.de iureiur.& per hoc patet reſponſio ad ſecundam rationem.

¶Nec obſtat quod eſt dictum de conſenſu ponderãdo verba regulæ,quia reſpondetur quòd verba de cõſenſu poſſunt etiam in renuntiationibus extra curiam verificari,vbi & antè,& pòſt poteſt quis conſentire,ſicut in curia,vt ego vidi in pluribus reſignationibus de paribus factum fuiſſe, cum nihil ſit quod huic facto refragetur. Et licet illa verba, de conſenſu,fuerint addita per Iulium ſecundum ad euitandas curialium fraudes: quorum aliqui ſolebant interdum tenere ſupplicationes in Scarſella ſpectantes exitum infirmitatis defuncti, & poſt obitum conſentiebant. Nam hæc prouiſio facta in curia per Iulium militare poteſt etiã extra curiam.

**Verba de conſenſu, &c. quomodo procedant.**

curiam. Cum igitur iſta regula contineat in ſe plures rationes, de quibus ſæpe in ſuperioribus facta eſt mentio, ſiue militẽt omnes in reſignationibus extra curiam, ſiue aliqua earum, diſpoſitio ſemper generaliter procedet, & habebit locum tam in curia quàm extra, iuxta ea quæ dicit Iaſ. in l. cum filio. in xxiij. col. ff. de leg. j. & in l. dedi. la prima. in primo notabili. ff. de con. cau. da. Et iſta ſufficiant pro præſenti quæſtione. Reliqua verò quæ hîc deſiderari poſſunt, repetẽda ſunt ab his, quæ latiſsimè ſcripſi ſuperius in procemio regularum. quæſt. ij.

### QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

QVAERO, an ſi infirmus leui infirmitate non lethali, vt eſt podagra, quartana, vel ſimilis, renuntiat beneficio, & Papa admittit reſignationem, cum derogatione iſtius regulæ per iſta verba, quatenus ex illa infirmitate moriatur: an ſi infirmus moriatur infra viginti dies ex ſuperuenienti graui infirmitate, cenſeatur derogatuum regulæ per dicta verba?

¶SOLVTIO. Videtur quòd non, ex eo, quia illa derogatio videtur tantum referri ad infirmitatem leuem exiſtentem tempore renuntiationis, & de illa videtur cogitatum, non autem de ſuperuenienti. Pro quo videtur text. notabilis in clem. fin. de reſcript. & in cap. ad audientiam. de eccle. ædif. & in c. quod verò. xxxij. q. ij. Sic etiam videmus, quòd emptio vel pactum non trahuntur ad ea quæ nõ apparent, ſeu quæ neſciuntur tempore contractus. l. Rutilia. ff. de contrahen. emp. & l. tres fratres. ff. de pact. cum alijs, de quibus per Gemi. in conſil. lxix. col. penul. Et quia ſi tempore infirmitatis lethalis peteretur derogatio regulæ, fortaſsis Papa eam non concederet, propter præſumptionem fraudis quæ non militat in leui infirmitate, de qua non eſt periculum, aut proximus timor mortis, vt in quartana, & alijs ſimilibus, quæ iudicio medicorũ infirmitates longæ ſunt, & non periculoſæ, vt habetur in l. quæſitum. ff. de re iud. & in l. qui tertiana. ff. de ædil. edict. & ſum ego expertus in illa miſera & calamitoſa vrbis direptione, quo tempore quartana febris per xij. menſes me corripuit. Cùm igitur Papa hoc caſu leuis infirmitatis conceſsit derogationem, quatenus ex illa infirmitate decederet, non debet derogatio trahi ad nouam

Emptio non trahitur ad ea quæ non apparent tempore contractus.



uam infirmitatem ſuperuenientem. arg. eorum quæ ſcribit Iaſ. in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig. & Rom. in conſil. xxij. in ij. col. & conſil. clxviij. & diij. col. fin. dum allegat text. in cap. cum inter. de renuntiat. Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt dicit text. in l. de ætate. §. cauſa. ff. de interrog. action. cum concor. vt in notabili caſu tradit Decius in conſil. cccxxxv. in ij. col. Imò ſi illa prima infirmitas, puta, quartana, quæ, vt dixi, iudicio medicorũ non eſt mortalis, alteraretur, & redigeretur in tertianã grauem & periculoſam, non extenderetur derogatio ad iſtũ caſum: quia qualitas ſuperueniens alterat ipſum ſubiectum, & reponit in diuerſam ſpeciem. l. quæſitum. §. illud. de leg. iij. l. j. ff. de donat. & cap. ſtatutum. de elec. lib. vj. Et iſta quæſtio, vt audiui, fuit ita in terminis ventilata, & deciſa tempore Innocen. vt retulit mihi bonæ memoriæ Cardinalis ſanctorum Quatuor ſenior, neſcio tamen quibus rationibus.

Noua quæ inducuntur, nouo etiam auxilio fulciri debent.

### QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA.

QVAERO, an iſta regula ſimpliciter loquens de infirmitate, debeat in dubio intelligi de infirmitate graui, an verò de leui, vt de ſciatica, quartana, vel ſimili?

Regula loquẽs de infirmitate.

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio fuit propoſita per me xxix. Nouembris. M. D. xxxij. in Rota in cauſa Aurien. Canonicatus, verten. inter Ioannem de Gaioſo, & Alphonſum Gomes. Et quòd iſta regula habeat locum in omni infirmitate, ſiue ſit magna, ſiue leuis, qualis prætenditur eſſe paralyſis, de qua in d. cauſa agebatur, facit illud vulgatum: quia regula generaliter loquitur, & ſic generaliter debet intelligi. l. j. de leg. præſt. Secundo, quia ratio regulæ, vt euitentur fraudes, militat iſto caſu. *

Regula generaliter loquẽs, an generaliter debeat intelligi.

¶Pro contraria tamen parte allegatur dictum Philippi Franc. in cap. ij. de renuntiat. lib. vj. Vbi dicit, quòd appellatione infirmitatis debet intelligi de graui, per illum text. Imol. ſe obtinuiſſe refert, & idem tenet Fely. in cap. ſi. de exceptio. & latius per Petr. de Anchar. in conſil. cccxxxviij. in ij. & fin. colum. & de hoc eſt text. notabilis in l. j. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edict.

Infirmitatis appellatione debet intelligi de graui.

¶Quid tenendũ? Breuiter Rota in prædicta cauſa tenuit, regulam de vtraque infirmitate intelligi debere. Nam ex

quo

quo regula nõ diſtinguit,ſed in genere loquitur,omnes ſpecies infirmitatis cõprehendit.l.ſi quis earum.§.interéptum.de leg.iij.Nam infirmus leui infirmitate, infirmus dicitur. Et ſufficit q̃ in infirmitate reſignatio facta fuerit,& quòd illa moriatur. Et licet diſpar ratio ſit in leui infirmitate & in graui,quo ad iuris effectus, vt in iuribus allegatis, tamen textus generaliter loquens,debet comprehendere vtrunq; caſum,licet maior ratio ſit in vno caſu quàm in alio, vt eſt tex.notabilis in l.j.§.quod auté.ff.de vſu aleæ, & alea.Quia plus & minus differũt ſpecie.l.fi.de fundo inſtru.Et ſufficit, quòd ex leui infirmitate poſsit ſequi effectus regulę,ſicut ex magna.arg.text.ſingula.in c.tres auté.circa fi.de pœ.diſt.j.

Quartana & ſimiles longæ ægritudines, in quibus non ſint periculoſæ.

¶Nec obſtat quòd quartana, nec ſimiles ſunt infirmitates periculoſæ,quia verum eſt. Regulariter tamen aliquando contrarium contigit ſecundum complexiones & ætates infirmorum,vt inquit Cornelius. Nam licet in iuuene robuſto febris quartana ſit purgamentũ humoris,vt dicit Franciſcus de Piſis in ſuo antidotario : vnde emanauit prouerbium : Quòd pro quartana non pulſatur campana. Tamen in iuuene male complexionato & debili,vel in ſene,talis febris,quia lõga, eſt mortalis,vt omnes medici in ſuis practicis concludunt,in titulo Quartana.

QVAESTIO VIGESIMANONA.

Reſignãte aliquo bis in infirmitate,&c.

QVAERO, quid ſi aliquis bis reſignauit in infirmitate, & ſecunda reſignatio fuit admiſſa, & non prima,& vtriuſque conſenſus reperitur apud notarium, ſed conſenſus primæ poſterior. Quæritur à quo conſenſu debent computari iſti viginti dies?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum à conſenſu primæ reſignationis,licet ſit ſecundo loco præſtitus : quia renuntians

Fraudis ratio.

fecit quod in ipſo erat,& ceſſat fraus,& etiam concurrit verus modus vacãdi, ſed in ſecunda renũtiatione nõ datur verus modus vacandi : ſed fictus,ratione iſtius regulæ. Igitur concurtente vera vacatione cum ficta, attendi debet vera.

Vacatione vera cõcurrente cum ficta, quæ attẽdi debeat.

iuxta l.fin.C.de his qui ven. ætat.impe.& quæ not.in cap. ſuſceptum.de reſcript.lib.vj.

¶Pro cõtraria parte facit,quia regula iſta loquitur de renuntiatione perfecta quæ fuit admiſſa. Quod patet per illa verba regulæ,reſignauerit : quæ ſunt verba præteriti temporis,



poris,quæ denotant actum perfectum. Et hoc idem innuũt illa alia verba regulæ, dum dicunt, quòd collatio ſit nulla. Ergo textus præſupponit renũtiationem fuiſſe admiſſam, non repudiatam,quia admiſſam ſequitur collatio, non repudiatam.Nam quando nõ admittitur renuntiatio,beneficium non vacat.c.cum in dubijs.& c.admonet.de renũtia.& c.ſi qui verò.& c.ſi quis presbyter.vij.q.j. Et beneficium non vacans non confertur, vt in c.cum noſtris.de conceſſ. præben.

Renuntiatio, quando nõ admittitur, beneficium non vacat.

Cum igitur prima renuntiatio in caſu noſtro non fuit admiſſa,certè non habet locum regula, quæ in vtrunq; caſum vacationé inducit,videlicet vt ſi moriatur reſignans infra viginti dies, per mortem vacare cenſeatur : & ſi poſt viginti dies, per reſignationem.

¶Præterea, quia regula iſta loquitur propriè quando duo concurrũt,videlicet quando eſt facta reſignatio, & vigore illius eſt alteri facta collatio ; de cuius iuribus diſceptatur, donec conſtet reſignãtem mortuum fuiſſe ante,vel poſt viginti dies.Sed in prima reſignatione non acceptata,iſta nõ concurrunt.Igitur regula ad eam non adaptatur,ſed ad ſecundam, iuxta verborum congruentiam,ſecundum doctrinam Bart.in d.l.ita autem.§.j.ff.de adminiſtr.tuto.& Ang. in l.iiij.§.totiens.ff.de damno infect. Et ſecundũ iſtam partem conſuluit Io.Aloiſius Tuſcanus in cauſa Cenonauen. præbend.Et illud conſilium incipit,deciſio iſtius caſus.

¶Quid tenendum? Mihi videtur primam opinionem eſſe veriorem,videlicet quòd tempus viginti dierum à tempore conſenſus primæ reſignationis debeat computari,etiã non admiſſæ,ad quam conſenſus quandocunque præſtitus refertur,vt tenuerunt Domini in vna Fringen.canonicatus, & *
præbendæ coram domino Staphileo,pro Cardinali Cibo, de menſe Maio,M.D.XXI.vt do.Guliel.in collect.deciſ.refert.Nam eo ipſo, quòd quis in manib.ſuperioris renũtiat, amiſit ius & poſſeſsionem omnem quam habebat : licet ſuperior renuntiationem non admittat.Nam ad perdendum ius beneficij admiſsio ſuperioris nihil facit, ex quo per ſolam renuntiationem non admiſſam titulus beneficij vacet, vt concludit Rota in deciſ.ccclij.ſi opponatur, aliàs eſt deciſ.iiij.titulo de renuntia.in nouis.ſequitur Abb.in c.ſolicite.colum.v.de reſtit.ſpolia.Nec poteſt talis renuntians va

riare,vt notatur in cap.ex tranſmiſſa.& cap.in præſentia.de renunt.& in clemen.j.eodem tit.Nam quantum ad ſe pertinet,renuntiatio valet,vt latè concludit Ioan.And.in regula,non firmatur.de regu.iur.in Mercur.& ibi reſpondet ad contraria.Et iſta de plano procedunt quando renuntiatio non admiſſa in manibus ſuperioris facta fuit: ſecus verò ſi in manibus non habentibus poteſtatem,quia tali caſu ante admiſsionem reuocari poteſt,vt Rota in antiquio.titul.de renuntia. deciſ.iij. incipien. quidam primus in data. dicit. Ex quo igitur per primam renuntiationem amiſit titulum & poſſeſsionem reſignans,quando ſecundo ceſsit,nihil vacabat:& per conſequẽs conſenſus præſtitus ſuper tali renuntiatione non valuit: quia annullato principali corruit acceſſorium.l.fin.de conſti.pecu.Nec refert,quòd iſte conſenſus ad renũtiationem ſecũdam fuerit prius præſtitus, quàm conſenſus reſignationis primæ. Nam nõ refert quãdo præſtetur,vt ſuprà dictũ eſt,dummodo preſtetur ſuper reſignatione valida. Si igitur prima reſignatio valida fuit per ſolum actum reſignandi coram ſuperiori factum, à fortiori procedent iſta, quando reſignans nõ ſolum per porrectionem ſupplicationis,per quam dicitur renuntians conſentire,vt traditur in cap.quidam.de renuntiatio. Sed etiam per expreſſum conſenſum in manibus notarij præſtitum firmauit intentionem ſuam.

*Acceſſorium nullo annullato principali corruit.*

*Renuntians per porrectionem ſupplicationis.*

QVAESTIO TRIGESIMA.

*Vacatio per mortem.*

QVAERO,an vacatio iſta per mortẽ, quæ inducitur per iſtam regulam,quando reſignãs infra viginti dies moritur, dicatur vera vacatio per obitum quo ad effectum,vt ſub regulis & alijs diſpoſitionibus, & conceſsibus loquentibus de vacatione per obitum comprehendatur: an verò ſit ficta?

*Fictio,quæ inducitur à iure,&c.*

¶SOLVTIO. Prima facie videtur dicendum, quòd ſit vera vacatio,ex eo,quia fictio quæ inducitur à iure, habetur pro veritate quo ad iuris diſpoſitionem, vt tradit Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Sed iſta vacatio inducitur per iſtam regulam,& ſic per diſpoſitionem iuris.Igitur &c.

¶Sed contrariam opinionem prædictis non obſtantibus, arbitror veriorem,quam ratione & authoritate oſtẽdo.Ratione,quia negari non poteſt per reſignationem factã infra viginti dies,beneficium verè vacaſſe per reſignationẽ:aliàs non tenuiſſet collatio de beneficio non vacanti,vt in cap.j. & ij.& cap.cum noſtris.de conceſſ.præben.Et hoc diſponitur in regula de impetrante beneficia viuentium.Neque ſi à principio non valuiſſet,collatio validari poſſet ex ſuperexiſtentia vitæ reſignantis poſt viginti dies, iuxta notata in c. ſi eo tempore.de reſcrip.in vj.Cum igitur per renuntiationem infirmi verè vacauit beneficium, non poteſt dici quòd verè vacet per obitũ eiuſdem,cum iſta ſint diuerſa, & ad poſitionem vnius excluditur aliud,vt in cap.ſuſceptum.de reſcriptis.lib.vj.Talis igitur vacatio obitus erit ficta & interpretatiua,non vera.Papa enim non poteſt facere, quòd reſignatio quæ verè & realiter facta fuit,non ſit facta.l.in libello.§.factæ.ff.de capti.& in cap.ſi Paulus.xxxij.q.v.Poteſt tamen facere,quòd moriente illo qui reſignauit infra viginti dies,cenſeatur vacare per mortem, & quòd reſignatio habeatur pro non facta,iuxta gl.in clem.j.de immu.eccl.Dictum igitur Bart.in d.l.ſi is qui.procedit vbi non concurrit veritas. Stante igitur veritate, fictio pro veritate haberi non poteſt.Ex quibus infero, quòd iſte modus vacandi inductus per iſtam regulam,cum non ſit verus, non comprehenditur ſub alijs regulis loquentibus ſimpliciter de vacatione per mortem.Et ſic infero, quòd regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium,nõ habebit locum in vacatione per obitum iſto modo inducta, vt ibi latius dicam.Et ita in terminis noſtris fuit olim tentũ in Curia in cauſa Sagien. Archidiaconatus. pro qua opinione fuit Ioan.Aloiſius Tuſcanus aduocatus conſiſtorialis,vt patet lib.j.allegationũ ſuarum.fol.vj.& tenuit expreſſè Rom. in conſil.cccxlij.quem inferius inducã in alia quæſtione, & credo de hoc domi.Guliel.aliquam deciſionem ſcripſiſſe. *



*Beneficiũ vacare per reſignationem.*

*Papa non poteſt facere, q &c.*

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA.

*Reſignans in ſanitate beneficium in manibus Papæ, &c.*

QVAERO,quidam in ſanitate beneficiũ in manibus Papæ reſignauit,ſupplicatione ſignata,conſenſum præſtitit in infirmitate,ex qua infra viginti dies deceſsit,quæritur an ſit locus regulæ?

¶SOLVTIO.Prima facie videtur dicendum quòd nõ,quia tempore reſignationis factæ,reſignans erat ſanus, & tamen regula loquitur de infirmo.Ergo verba eius non adaptantur

tur ad caſum. ¶In contrarium faciunt verba regulæ Modernæ, quæ computant illos viginti dies à die præſtiti conſenſus per ipſum reſignantem. Et ſic videtur, quòd tota reſignatio referatur ad tempus conſenſus, tanquam ad cauſam formalem, quia finis dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. Quo quidem conſenſus tempore iam infirmus erat reſignans: & ideo ſubintrat regula.

Finis dat eſſe rei.

¶Quid dicendum? Certè pars negatiua mihi magis placet, ex eo, quia poſtquàm renuntiatio admiſſa fuit per ſuperiorem, beneficium vacat de iure & de facto, ſecundum Rotam deciſ. xxiij. in no. Et reſignans non poterat pœnitere, neque repetere beneficium. clem. j. eodem titu. & c. ex tranſmiſſa. de renunt. etiam ſi ſanus ſuperuixiſſet. Tempus igitur præſtandi conſenſum non erit in conſideratione ad validitatem renuntiationis, ſed tantum ad effectum numerandi illos viginti dies.

Beneficium de iure quãdo vacare dicatur.

¶Concludo igitur regulam non habere locum iſto caſu, cum reſignatio facta ſit in ſanitate: & regula loquitur de facta in infirmitate. Et præſtatio cõſenſus non eſt reſignatio, ſed conſummatio, ſiue declaratio reſignationis quæ nihil noui inducit, ſed factum confirmat: ſicut videmus, quòd culpa non facit matrimonium, ſed factum confirmat. l. nuptias. ff. de reg. iur. cap. licet. de transla. epiſcopi. Ita hîc dicendum eſt, quòd per porrectionem ſupplicationis, & admiſsionem ſuperioris reſignatio inducatur: ſicut matrimonium ſpirituale inducitur mutuo conſenſu. vt in d. cap. licet. & in cap. quidam. de renun. Conſenſus verò, qui poſtea præſtatur reſpicit executionem, non perfectionem actus, vt ſæpe tenuit Rota, & hoc in renuntiationibus ſimplicibus: ſed in correſpectiuis & conditionalibus, vbi reſeruatur reſignanti aliquid, vt penſio vel regreſſus, tali caſu pro forma conſenſus requiritur, & ante conſenſum præſtitum partes poterunt pœnitere, cum talis conſenſus ſit formalis, vt tra- * dunt omnes in cap. cum vniuerſorum. de rer. permu. Et tenuit Rota præteritis annis in vna Placentin. Archidiaconatus de Trugillo, coram R. P. D. Epiſcopo Marſicano: & in alia Toletana de Xetafe corã R. P. D. Petro epiſcopo Aquen. quæ adhuc pendet hoc anno M. D. XXXIX. Imò ſi quis iuraret ſe non contrauenire etiam per inſtrumentum in forma Came

Iurans ſe non contrauenire, etiam per inſtrumẽtum in forma Cameræ, &c.





Cameræ ante præſtitum conſenſum reſignationi, & confirmationem ſuperioris huiuſmodi propoſitum reuocari poſſet. Ita tenuit Rota in vna Vrgelen. & Valentina beneficiorum, pro Io. Adroueo contra Anto. Vich, die vj. Octobris M. D. XXXV. per ea quæ not. Abb. in c. ſuper eo. de condi. appoſi. & Matth. de Afflict. lib. iij. Conſtitu. regni. fol. vij. numero 45. & ea quæ notabiliter ſcribit Hieronymus Paulus antiquus Cancellariæ corrector, in illo vulgato libro practicæ Cancellariæ, fol. l. verſ. duo tractauerunt &c. Requiritur igitur ad effectum iſtius regulæ, cedentẽ vtroq; tempore fuiſſe infirmum, tam tempore reſignationis, quàm tempore conſenſus, & viginti dies numerantur à tempore conſenſus. Et ratio quare requiritur infirmitas vtroq; tempore eſt, quia poſſet ſanus reſignare, & conſenſus præſtari per annũ poſt obitum eius, iuxta Bullam Alexand. Papæ VI. quæ hodie eſt in vſu, & tali caſu regula non haberet locũ. Sed quando infirmus reſignat, extrauagans Alexandri non procedit quæ loquitur in ſano. Aliàs ſi contrarium diceremus, de facili iſta regula deludi poſſet. Quia infirmus reſignãs conſtitueret procuratorem ad conſentiendum: & ille non præſtaret conſenſum, niſi poſt obitum renuntiantis, ad effectum, vt viginti dies, qui à tempore preſtandi conſenſus numerari debent, excludantur, cum iam antea reſignãs obierit. Et quia etiam vbi requiritur in aliquo actu qualitas, debet illa vtroque tempore concurrere, vt dixi in cap. ſtatutum. circa fi. de reſcript. lib. vj. Et propterea Clemens Papa VII. vt has difficultates tolleret, ſtatuit, & declarauit per quandam extrauagantem, regulam iſtam habere locum etiam ſi in ſanitate aliquis reſignaret. Quem in hoc imitatus eſt ſanctiſsimus Dominus noſter Paulus Papa III.

Conſenſus. Bullæ Alex. vj. effectus in præſtando cõſenſum.

### QVAESTIO TRIGESIMASECVNDA.

QVAERO, quid ſi facta renuntiatione per infirmum in manibus Papæ, ante præſtitum conſenſum Papa moritur, & infirmus ex eadem infirmitate poſtea decedat infra viginti dies, poſt conſenſum præſtitum, an habeat locum iſta regula?

Regula an habeat locum in renũtiatione, &c.

¶SOLVTIO. Videtur quòd ſic, ex quo reſignatio fuit facta viuente regula. Nam tali caſu etiã in odioſis initium ſpectamus, vt dicit Bal. in l. j. per illum textũ. ff. de origi. iur. Nam

Initium etiã in odioſis expectamus.

Principium actus.

principium actus eodem modo iudicatur,ſicut ipſe actus.l.
non ideo.C.de hæred.inſtit. Decius in l.ij.§. mutui datio.
ff.ſi cer.petat.Et quæ tradit gloſſ.in c.dudũ.el.j.de electio.
Io.And.in regula in obſcuris.de reg.iur.in mercu. Et hoc
non videtur habere dubium,poſtquam Papa renuntiatio-
nem admiſit. argu.eorum quæ dicuntur in deciſ.j.tit.de re-
nuntia.in antiquiori.& deciſ. iij.eod tit. Et pro iſta parte
facit deci.Rotæ clxxxj.& ccvij.in no.& in antiq.deci.ccccx.

Beneficia ſemel reſeruata, licet ceſ. &c.

dliij.& dcxvij. In quibus traditur iſta doctrina , quòd be-
neficia ſemel reſeruata,licet ceſſet cauſa reſeruans,nihilomi
mus durant reſeruata : quia initiũ attenditur. Et hoc idem
concludit Pet.de Anch.in conſi.lviij.circũſcriptis regulis,
cum concor.vt ſcribit Belenzi.audiror,in tract.de charita-
tiuo ſubſidio.q. penult.facit quod dicit Roma.conſil.cclx.
Et iſta ratione tenet hodie Rota,reſeruationem de qua in
regula prima s̃. eod.non expiraſſe morte Papæ,rationi-
bus de quibus per D.And.Gammarum auditorem Rotæ in
tract.ſuo de offi.leg.lib.iij.fol.lxvj .Ita hîc à ſimili videtur

Reſignatio ex quo facta eſt ſemel,&c.

dicendum,quia ex quo ſemel reſignatio facta fuit in mani-
bus Papæ,actus habuit ſuum eſſe. Et licet conſenſus de ſtylo
requiratur,& ille præſtitus nõ fuerit,niſi Papa mortuo,ni-
hil refert:quia ille conſenſus ſecundum opinionem Rotæ
non eſt de ſubſtantia reſignationis,ſed requiritur ad decla-
rationem animi,& ad effectum,vt literæ expediantur: gra-

Declaratio quãdo aliquid de nouo inducit.

tia tamen de iure dicitur eſſe perfecta per ſolam ſupplica-
tionem, vt dicit deciſio dccclxxxij. in antiquis. Declara-
tio igitur illa quæ poſtea per conſenſum fit,nihil noui in-
ducit,iuxta l.hæredes.§.ſed ſi notam.ff.de teſtamen.

¶In contrarium faciunt,quia tota vis iſtius regulæ ſtat in
denumeratione xx.dierum,à tempore conſenſus præſtan-
di connumerandorum,infra quos ſi moritur reſignans,be-
neficium vacat per obitũ. Aliàs ſi poſtea decedat,vacat per
reſignationem,vt patet in regula. Tunc ſic ſi conſenſus reſi
gnantis non eſt præſtitus viuente Papa,viginti dies regu-
læ non erunt in conſideratione,neque arctabunt reſignan-
tem,ex eo,quia ante præſtitum conſenſum morte Papæ ex-
pirauit eius regula,vt patet in prooemio regularum,& la-
tè proſequitur Dominic.in conſilio xciij .Remoto igitur
obſtaculo regulæ,renuntiatio regulabitur ſecundum ius
com



commune:& ſic beneficium vacabit per reſignationem,ſiue
renuntians moriatur infra viginti dies,ſiue poſt,prout in
ſimili notabili caſu alterius regulæ conſuluit Domini.in
dicto conſilio.Faciunt quæ dicit Felyn.in cap.in noſtra.in
xxj.corr.de reſcrip. ¶Nec obſtat,quòd initium attẽdi de-
bet: quia eſt verum quo ad reſignationem,quia illa valet &
tenet.Licet poſſet aliter reſponderi ad motiuum,videlicet
quòd quando initium non habet relationem ad finem,ini-
tium non attenditur,ſed finis,vt in l.ſtipulatio. §.opus.ff.
de oper.no.nunt.cap.maiores.§.ſed adhuc.de baptiſ.c.fra-
ternitatis.de frigidis.& malefic.cum cõcor.vt ſcribit Fely.

Finis demonſtrat principium.

in cap.cum dilectus.de accuſa. Nam finis demonſtrat prin-
cipium.l.reprehendenda.C.de inſt.& ſubſt.Et mouet agen
tem,& dicitur cauſa cauſarum,vt dicit Bald.in l.eam.C.de
fideicommiſ. Alexand.conſil.lij.in iiij.volumine. col.viij.
Concludendo igitur dico reſignantem ita demum ſub-
ijci iſti regulæ,ſi regula eo tempore viuit,quo xx.dies nu-
merari debent à tempore præſtiti cõſenſus.arg.l. Titius.ff.
de teſta.mili.& quæ dicit Iaſon in l.Gallus in ij.colum.ff.de
libe.& poſth.Cum igitur in caſu noſtro,quando fuit mor-
tuus reſignans,reperiatur mortua regula,per conſequens
eſt dicendum,beneficium per reſignationem vacare,& non

Qualitas adiuncta verbo.

Renuntians per reſignationẽ admiſſam.

per mortem,quia qualitas adiuncta verbo debet adeſſe tem
pore verbi.l.ex facto.de vulg. & pup. ¶Nec obſtat,quòd
per reſignationem admiſſam ante præſtationem conſenſus
renuntians priuatur,non ſolum iure ſuo,ſed etiam poſſeſ-
ſione naturali & ciuili,vt dicit deciſio.xxiij.in no. Et quòd
tempus datæ,in quo vigebat regula,attendi debet,non con
ſenſus qui venit tantum ad executionem renũtiationis iam
factæ : quia fateor,admiſsionem renuntiationis attenden-
dam,vt ſit valida. Sed dico quòd illa reſignatio non ſubij-
citur regulæ ad effectum,vt beneficium reſignatum cenſea-
tur vacare per obitum,quando reſignans moreretur infra
viginti dies.Quia ex quo voluit hîc Papa,quòd attendere-
tur conſenſus ad effectum numerandi illos viginti dies,ap-
paret hoc caſu non ipſam renuntiationem,ſed conſenſum
eſſe de forma,licet in alijs caſibus conſenſus nihil noui in-
ducat,vnde conſenſus fuit præſtitus poſt mortem Papæ,il-
li viginti dies regulæ non ſunt in conſideratione : quia re-

gula iam tempore præſtandi conſenſus, à quo dinumerari
debebant illi viginti dies, mortua & extincta fuit. ¶ Nec
obſtat, quòd regula ſemel habuit locum, licet moriatur Pa-
pa: quo caſu videtur durare effectus eius, per ea quæ dicit
Pet. de Ancha. in conſilio lxij. incipien. motiua. & Areti.
conſi. xxxj. & quæ dicit Decius in capitulo, cum ceſſante. de
appellat. Et Ioan. And. in regula, decet. de regu. iur. lib. vj.
Bartol. in l. ij. §. non ſolum. de excuſ. tuto. Iaſon in l. ij. §. ve-
teres. columna penult. ff. de aquirend. poſſ. cum concord. vt
ſcribunt nouiſsimi Corcirenſes, in repe. cap. quoniam con
tra. de proba. fol. cxliiij. Quia ad hoc non reſpondetur non
eſſe verum, regulam hoc caſu vnquam habuiſſe effectum, ex
quo cõſenſus à quo xx. dies regulæ incipere debebant, non
fuit viuente Papa præſtitus, ſed poſt obitum tempore quo
iam regula erat extincta: aſſumptũ igitur procederet, quan
do viuente Papa præſtitus fuiſſet conſenſus. Quibus omni-
bus reſolutis, clara remanet veritas iſtius concluſionis.

### QVAESTIO TRIGESIMATERTIA.

Reſignãs extra curiã, &c.

QVAERO, quid ſi reſignans extra curiam moriatur in-
fra viginti dies, quo caſu beneficium cenſetur vacare
per obitum, & non per reſignationem, vtrum
ſtante tali vacatione per obitum ex prouiſione iſtius regu-
læ inducta, poſsint ordinarij, vel expectantes liberè confer
re, vel acceptare dictum beneficiũ, tanquam vacans per obi-
tum: an verò collatio pertineat ad ſolum Papam?

Beneficium quãdo dicitur reſeruatum.

¶ SOLVTIO. Iſtam quæſtioné videtur reſoluere Rom. con
ſil. cccxlij. vbi dicit tale beneficium eſſe reſeruatum Papæ, ta
liter, quòd eius collatio pertinet ad ſolum Papam. Pro quo
facit vna ratio, quia ſicut videmus, quòd per commendã fa-
ctam per Papam de beneficio extra curiam vacante dicitur
beneficium affectum, adeò quòd alius, quàm Papa de illo di
ſponere non poteſt, vt dixi ſuperius, quæſtione xiij. Eodem
modo videtur dicẽdum hoc caſu, vt per prouiſionem iſtius
regulæ videatur inducta ſpecialis affectio talis beneficij,
adeò quòd inferiores non poſsint de eo prouidere, nec ex-
pectantes acceptare, vt dicunt Modern. in tract. reſerua. in
iij. præludio. & in iiij. quæſtione principali. & latius dixi in
regula de triennali. in q. v. Et hæc ſit ſumma, quòd affecta &
reſeruata ſunt à manibus inferiorum à Papa exempta, vt no
tat



tat Calde. in conſilio ix. tit. de præben. & Rom. conſil. clx.
in propoſito caſu. & conſil. ccccxlij. Et eſt regula Cancella-
riæ ſuper hoc ędita. Et tenuit Rota in vna Zamoren. Archi *
diaconatus, coram R. P. D. Marcello, de menſe Ianuario M.
D. XXXII.

¶ Prædictis tamen non obſtantibus, contraria opinio vi-
detur probabilior. Et tenendo iſtam partem ad cõſi. Rom.
reſpondetur, quòd Roma. loquitur quando reſignatio eſt
facta in curia, licet ibi non moriatur reſignans. Et tali caſu
non eſt dubium, beneficium eſſe reſeruatum, vel ſaltem dici-
tur affectum, vt dicit Archid. in cap. ij. in j. colum. de præ-
ben. lib. vj. Sed quando reſignatio facta fuit extra curiam, vt
in iſto dubio proponitur, tunc contrarium dicendum eſt,
videlicet beneficium tale non cenſeri reſeruatum: quia nul-
libi cauetur, & regula iſta non inducit reſeruationem. Nam
mens iſtius regulæ, ſolum fuit, reſignantes à fraudibus coer
cere, imponens pœnã nullitatis reſignationis, & inducens
vacationem per obitum, ne ex tali fraude, ſeu dolo reſigna-
tarij fructum vel commodum ex dicta reſignatione infirmi
conſequãtur in præiudicium ordinariorum & expectãtiũ,
quibus Papa fauere per prouiſionem iſtius regulæ intendit.
Quæ quidem ratio apertè innuit, & infert potius beneficia
taliter reſignata non eſſe reſeruata: quia ſi eſſent reſeruata,
non fuiſſet vera illa ratio communiter hîc data, videlicet
regulam iſtam fuiſſe conditam, ne per huiuſmodi reſigna-
tiones præiudicaretur ordinarijs in conferendis beneficijs,
vel expectantibus in eiſdem acceptandis. Et iſta ratio quæ
colligitur ex mente regulæ cenſetur expreſſa, iuxta tradita
in l. tale pactum. ff. de pact. & in l. quamuis. C. de fideicõmiſ.
Aliàs cum reſeruata conferre, ne acceptari poſſent, vt in c. j.
de conceſſ. præben. libro vj. vt eſt iam dictum, fruſtratoria
eſſet ratio, conſiderans pręiudicium ordinarij, vel expectan
tium, cum idem præiudicium maneret, ſi regula induceret
reſeruationem. Ex quo igitur regula concernit fauoré or-
dinariorum & expectantium: & voluit in fauorem eorun-
dem annullare talem prouiſionem & vacationem per obi-
tum inducere, ac ſi non reſignaſſent, apparet quòd de bene-
ficijs ſic vacantibus poterũt in mẽſibus ſuis ordinarij pro-
uidere, & expectantes acceptare.

Ratio quę colligitur ex mẽte regulæ, cenſetur expreſſa.

¶Dubium tamen facit in hoc vnum, quia iſte modus extraordinarius & fictus vacationis per obitum, ab iſta regula introductus non eſt de iure communi, de quo ordinarij prouidere poſſunt, ſed de iure particulari, per prouiſionem iſtius regulæ, & ſic ad Papam pertinere videbatur, tanquam quòd manum impoſuerit: vt in ſimili diximus de commenda. ¶Nec obſtat ratio regulæ ſuperius allegata, quia infirmi reſignantes non dicuntur fraudare ordinarios, vel expectantes, niſi in vero modo vacādi. Nam ſi non reſignaſſent, ordinarij per veram obitus vacationē prouidiſſent, & expectantes acceptaſſent. Et huc ratio regulæ pertinet. Sed quando infirmi reſignarunt, iam ſunt excluſi ordinarij & expectantes, adeò, quòd ſi Papa per diſpoſitionem iſtius regulæ non occurriſſet, reſignatio haberet effectū. Sed ne reſignantes & reſignatarij prædicti ex malitia eorum commodū reportent, in pœnam eorum Papa nouam & fictam vacationem obitus induxit. Nam cum beneficium verè vacauit per reſignationem, tali caſu cenſetur vacare per obitum. Iſta tamen ratio non videtur inducta ad commodum ordinariorum, ſed Papæ: niſi dicamus Papam ædidiſſe iſtam regulam ad tollendum obſtaculum, quod per illam fraudulentā reſignationem fiebat ordinarijs & expectantibus. Ita ſublato impedimento manet libera poteſtas prouidendi, vel acceptandi. argu. eorum quæ not. Ioan. And. & Domini. in cap. cum aliquibus. de reſcrip. libr. vj. Et quod dicitur de alternatiua epiſcopi. Nec apparet ex diſcurſu iſtius regulæ Papam beneficium prædictum ex iſta vacatione ficta voluiſſe reſeruare, cum reſeruatio in dubio non præſumatur, cum ſit odioſa, vt tradit Belēzinus in tractat. de charit. ſubſi. fol. iij. & Moderni Peruſini in tracta. reſeruat. ¶Nec obſtat, quod dictum eſt de commēda: quia diuerſa eſt ratio, ex quo Papa commendando apponit manum, & impedit alios inferiores diſponere, donec per ipſum aliud de dicto beneficio diſponatur. Hęc enim ratio non militat in caſu noſtro, in quo Papa non appoſuit manus. Ideo contrarium in eo dicendum erit. Et iſta omnia procedunt, quando reſignatio, vt proponitur, fuit facta extra curiā: vbi verò in curia quis per ſeipſum, vel per procuratorem ſuum reſignaſſet, licet in ea non moreretur, tali caſu collatio beneficij ſic vacantis per

**Infirmi reſignantes.**

**Prouidendi vel acceptādi poteſtas.**

**Reſeruatio in dubio an præſumatur.**



pertineret ad ſolum Papam. Et iſto caſu procedit conſilium Rom. cccxlij. Ratio eſt, quia vt dixi, per reſignationem factam in curia, beneficium dicitur vacare, vt tenet Archidia. in capitulo ſi electio. & in capitul. commiſſa. de electione, & electi poteſtate. lib. ſexto. cum concor. poſitis per Rotam in antiq. deciſi. xxxiij. incipien. nota quòd ibi, &c. & dccclxxxij. Sicut etiam inducitur vacatio, vbi quis priuatur bencio, vt dicit deciſ. lxxxvj. incip. nota. Sequitur Ioan. Franc. Pauinus, Rotæ auditor, in tract. de ſede vac. fol. xvj. in iiij. colum. Cum igitur in caſu noſtro reſignatio ſit facta extra curiam, ceſſat omnis difficultas.

**Beneficiū per reſignationē factam ī curia dicitū vacare.**

**Vacatio quando dicitur inducta.**

### QVAESTIO TRIGESIMAQVARTA.

QVAERO, an per clauſulas generales, videlicet quouiſmodo vacet, &c. poſitas in ſupplicatione reſignationis mortui infra viginti dies, comprehendatur modus iſte vacationis per obitum fictè inductus per iſtam regulam, attēto, quòd reſignatio prædicta hîc annullatur?

**Vacatio facta per obitum.**

¶SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum iſtum fictum vacationis modum comprehendi ſub iſta regula, quouis modo. Quia iſta clauſula de ſui natura cōprehendit omnes modos vacandi, etiam in beneficijs reſeruatis, vt dicit deci. dccxj. incipien. not. quòd beneficia, &c. in antiq. & tradit Domin. & alij in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. & eſt hoc vulgatum. Si igitur prouiſio vigore reſignationis factę per infirmum non valuit, & beneficiū per diſpoſitionem iſtius regulæ vacat per obitum, dicendum eſt comprehendi ſub prædicta clauſula generali quouiſmodo, ita in dicta ſupplicatione reſignationis poſita: quòd ſi reſignatarius non habet intentum ſuum per reſignationem, per obitum conſequetur.

¶Obſtare tamen videntur iſti opinioni duo, quæ videntur prima facie vrgere. Primū eſt, quia annullato actu principali, annullantur omnes clauſulæ contentæ in eo, iuxta gloſſ. Fauianam in l. ſi patronus. §. patronum. ff. ſi quid in fraudem patroni. & gloſſa in fin. in capitul. ſignificantibus. de offic. deleg. tenet Rom. conſil. ccxlvj. cum concor. vt ſcribit Iaſ. in l. nō dubium. in iiij. colum. de legib. & dixi in ſingul. l. final. de cōſtitu. pecu. vbi eſt textus notabilis de hoc. Cum igitur in quæſtione præſenti annulletur prouiſio per

**Actu principali annullato, annullātur omnes clauſulę cōtetę in eo.**

per reſignationem factam reſignatario, fortaſsis in pœnam ipſius inducentis infirmum ad reſignandum, vel propter ſuſpicionem, quæ haberi poteſt de eo: clarum eſt, quòd annullata prouiſione eius, omnes clauſulæ ibi poſitæ erunt nullæ. Et ſic per illas clauſulas generales non comprehendetur vacatio iſta per obitum facta. Et quia non videretur conueniens ex actu, quo quis priuatur, cõmodum conſequi, iuxta cap. eum qui. de præbend. lib. vj. & notatur in cap. fin. de reſcrip. Sed tenendo contrariam opinionem, ad iſtud motiuum poſſet reſponderi, quòd procedat in actu de ſui natura connexo, & quæ habet ſe tanquàm principale & acceſſorium, prout in exemplis poſitis per gloſſas prædictas. Secus verò quando in aliquo actu ponuntur clauſulæ non dependentes & connexæ, ſed ſignificantes de per ſe aliud diuerſum & ſeparatum ab eo expreſſo. Nam tali caſu illius clauſulæ non cenſentur acceſſoriæ, ſed principales. Et ideo annullato ipſo actu, non annullantur aliæ clauſulæ. Caſus eſt de hoc ferè in rerminis. in cap. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj. Vbi ſi in vno, & eodem reſcripto minori facultas de primo vacaturo beneficio cum cura, vel ſine cura detur. Certè ſi illud reſcriptũ, reſpectu illius clauſulæ de curato loquentis, ſit nullum, attenta minori ætate impetrantis: nõ tamen alia clauſula de beneficio ſine cura annullabitur. Ita eſt ibi text. quem doct. omnes dicunt ad hoc ſingularem, in l. j. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. Et hoc vlterius comprobatur ex cõmuni ſtylo Rotæ, quæ habet, quòd quando vna cõmiſſione cõmittitur cauſa appellationis cum clauſula, necnon, quam, & quas &c. Si commiſsio reſpectu cauſæ appellationis eſt nulla, fortè quia de appellatione non conſtat, iuxta deciſ. Egid. c. commiſsio, & auditoris iuriſdictio in prædicta clauſula, necnon, quam, & quas, &c. vigore cuius totum negotium principale cõmiſſum cenſetur, ſuſtinetur. ita hîc videbatur dicendum in caſu propoſito.

**Facultas conceſſa minori de primo vacaturo benefi. cũ cura, &c.**

¶ Sed defendendo primum motiuum, ad iſtam ſolutionem replicari poſſet. Nam dato, quòd annullata prouiſione clauſula illa, quouiſmodo, illæſa remaneret: tamen dico, quòd talis clauſula nõ poſſet capere vacationem contingentem tẽpore reſignationis factæ. Nam in ſupplicatione iſta clauſula apponi ſolet: videlicet, ſiue præmiſſo, ſiue aliàs quouiſ-

modo



modo vacet &c. Requiritur ergo quòd tunc vacet. Vnde ſi beneficiũ vacat, poſtea clauſula illa non capit, quia vacatio tempore datæ verificari debet. cap. eam te. cum vulg. de reſcript. Et qualitas adiecta verbo, tempore verbi adeſſe debet. vulga. l. ex facto. de vulg. Capiet igitur clauſula quouiſmodo vacationem extunc, non autem exnunc. Quia permiſſum ad tẽpus cenſetur poſtea prohibitum. l. Imperator. ff. de poſtul. latè Iaſ. in l. ſed & ſi quis. in princ. in ij. notabili. ff. de vulg. & pupil. Cùm igitur vacatio iſta obitus, de qua hîc agitur, inducta fuerit, non tempore reſignationis, ſed poſtea per obitum reſignantis, de qua à principio cogitatum non fuerat: neque vacatio certa erat, cum ab obitu infra viginti dies cõtingenti dependeret: meritò talis clauſula ad obitum iſtum adaptari non poteſt, cum Papa illud tunc conceſsiſſe non videtur, quod in rerũ natura nõ erat, neque cogitabat. Præſertim, quia ex quo reſignatarius prouiſione priuatur, fortè propter ſuſpicionem fraudis non videtur, quòd idem actus punitiuus & priuilegiatiuus eſſe debeat, cum cõtraria ſint. arg. l. quod fauore. C. de legi. Ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, contra text. in l. eum qui. ff. de vſucap.

**Permiſſum ad tempus, cenſetur poſtea prohibitum.**

¶ Secundum principale contrarium motiuum eſt, quia illæ clauſulæ generales in prouiſione poſitæ, in dubio vacationem veram per mortem comprehendunt. Quia verba ſimpliciter prolata, caſum verum, non fictum comprehendunt, vt eſt tex. notabilis in l. j. §. hoc interdictum. & ibi notat Bart. ff. de fonte. facit l. fin. C. de his qui ve. ætat. impetr. Sed vacatio mortis, quæ per iſtam regulam inducitur, non vera, ſed ficta eſt: quia vera vacatio per reſignationem eſt, quæ quidem reſignatio per regulam iſtam non annullatur, ſed tantum prouiſio, vt patet in ea, & tenet Rom. in conſil. cccxlij. Cùm igitur in dubio clauſulæ illæ generales, propriè, & in caſu vero intelligi debent, vt dictũ eſt, ad caſum iſtum fictum adaptari non debent.

**Verba ſimpliciter prolata, caſum verum, non fictũ comprehendunt.**

¶ Sed ad hoc etiam reſponderi poteſt, quòd ſi clauſulæ illæ generales per illa verba expreſſæ ſunt, vel aliàs quouiſmodo, ſecundum ſtylum hodiernũ, rectè cõprehendunt iſtum caſum mortis contingentis ex eadem perſona. Quia generalitas illius clauſulæ eſt apta omnem modum vacandi per

eandem

eandem perſonam comprehendere, vt eſt lata deciſ. in no. tit. de reſcript. deciſ. j. ſecundum ordinem titulorum, & ſecundum numerum eſt deciſ. xxviij. incip. ſi mãdetur alicui. & in antiqu. eſt deciſio. cclxxiij. & ccccxxxiij. & dcxiij. & dccxliij. Et Egid. deciſio. dcx. cum multis allegatis per Modernos in tract. benefic. xlvj. q. tertiæ partis. Et ponit latius Fely. in cap. in noſtra. in xxxvij. corre. de reſcript. Si igitur omnem modum vacandi comprehendit modus iſte inductus per iſtam regulam, includetur, quia qui totũ dicit. &c. l. Iulianus. de leg. iij. Et iſta opinio ſatis mihi placeret, niſi obſtaret illud, quod dictum eſt, videlicet, ne idem reſignatarius in pœnam, & in odium, cuius diſpenſatio emanauit, ex eodem actu puniatur & præmietur. Nam verba illa generalia omnes alias comprehendere debent, qui ad incommodum priuati, non ad commodum tendunt. iuxta ea quæ latè ſcribit Andr. Sicul. in c. fin. col. j. de pecu. cleri. Et quia, vt dictum eſt ſuprà in proxima quæſt. ordinarij, nec expectãtes beneficia vacatura per hoc fictum obitum capere nõ poterunt, quia non eſt verus modus vacandi. Ergo eodem modo hîc dicendum eſt. Et ideo res propter præſumptam reſignatarij fraudem ſine difficultate non eſt: qua ſublata, præcedens opinio mihi placeret.

¶Nec obſtaret motiuum ſuperius factum, videlicet quòd dicta clauſula quouis modo vacet, non comprehendat niſi modum vacandi tunc exiſtentem: quia hoc eſt falſum, quia ſecundum omnes in dictis deciſionibus omnem modũ contingentem ex eadem perſona capit. Et tamen non eſt poſſibile, quòd eodem tempore beneficium per reſignationem eiuſdem perſonæ, & per obitũ eiuſdem vacet. Ergo neceſſariò debemus dicere, ꝙ obitus poſtea obtingere debeat.

## QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

QVAERO, quia dictum eſt ſuperius, quòd quando infirmus infra viginti dies moritur, beneficium per reſignationem in manibus Papæ vacat, vt dicit Rom. conſil. cccxlij. licet eius prouiſio in fauorẽ reſignatarij nõ valeat, & etiã per obitũ vacat, vt diſponit iſta regula.

¶Modo quæritur, vnus impetrat expreſsè beneficiũ iſtud per huiuſmodi reſignationem vacans, & alius per vacationem fictam obitus inducti, per iſtam regulam impetrat, & concurrant in data, & in omnibus qualitatibus pares ſunt, quis præferri debeat? *Impetrans expreſsè beneficium, &c.*



¶SOLVTIO. Aliquid indecenter ſuperius in alia quæſtione tactum fuit, ſed quia hîc principaliter tractãdum occurrit, ideo plenius difficultatem attingam.

¶Videtur igitur, quòd illius impetratio valeat, qui impetrauit per reſignationem, quod probo duplici ratione. Prima, quia iſta vacatio per reſignationem inducta fuit ex facto hominis: illa verò per obitum, de qua loquitur iſta regula, eſt inducta à lege. Quo caſu prouiſio hominis prouiſionẽ legis ceſſare facit. l. fi. C. de pact. conuen. Secunda ratio eſt, quia iſta vacatio per obitum, ab iſta regula ad iſtum effectũ inducta fuit, vt prouiſio reſignatario facta excludadatur, quando reſignans infra viginti dies mortuus fuit. Quo caſu inducta ad vnum finem, ad alium trahi non debent. l. eum, qui. ff. de vſucap. cap. ſi cui. de præbend. lib. vj. Sed in propoſita quæſtione reſignatarius nihil petit, ſed alius. Igitur contrarium dicendum eſt. *Vacatio p reſignationẽ vnde ſit inducta.* *Inducta ad vnum finẽ, non debẽt ad aliũ trahi.*

¶Iſtis tamen non oſtantibus, contrarium, iudicio meo, verius eſt. Pro quo conſiderandum eſt, quòd quando reſignãs infra viginti dies moritur, beneficiũ alio modo, quàm per obitum, & ſic per modum ab iſta regula introductum, non autem per reſignationem vacat: quia iſti duo vacandi modi eodem tempore ſimul occurrere non poſſunt, vt apparet in d. cap. ſuſceptum. & Rom. conſil. cccxlij. Qui contrarium innuere videtur, intelligitur quando per regulam ſpecialis modus vacandi inductus nõ fuiſſet, prout regula iſtius temporis, quam ipſe allegat, hoc non habebat. Sed poſito, quòd iſti duo modi vacandi vno tempore concurrere poſſent, tamen iſta vacatio obitus, hîc ſpecialiter inducta attendi debet. Et tenendo iſtam opinionem, non obſtat illud, quod dicebatur, prouiſionem hominis ceſſare facere prouiſionem legis, quia illa doctrina intelligitur, niſi prouiſio legis ſit etiam ſpecialiter inducta: quia tali caſu prouiſio legis attenditur. Ita declarat gloſ. Bart. & alij in l. ij. C. de iure emphy. Sequũtur Moder. Papienſes in l. item quia. in ij. col. ff. de pac. & in §. item Seruiana. num. 67. inſtit. de action. *Vacationis modus eodem tempore concurrere nõ poteſt.* *Prouiſio hominis ceſſare facit per prouiſionẽ legis.*

¶Sed vlterius aduertendum eſt, quòd impetrans per obitum, ita demum obtinebit, ſi modum, ſeu ſpeciem vacationis

nis inductæ per iſtam regulam expreſſerit,& Papæ narrauerit. Aliàs ſola impetratio generalis obitus nõ ſufficeret,ex eo,quia vacatio obitus,de qua iſta regula loquitur,eſt vacatio ficta & qualificata, & in materia ambitioſa & ſtricta, quales impetrationes ſunt,appellatione vacationis per obitum.de vacatione vera nõ ficta & qualificata,qualis iſta eſt, intelligemus.arg.text.in l.quæſitũ.§.illud fortaſſe.de leg. iij.& cap.ſtatutũ. de elect.lib.vj.vbi eſt bonus text. De hoc facit tex.in l.ſi cui.de leg.ij.Hinc voluit deciſ. Thomæ Faſtoli in dubio Rotę xlvj.incip.die Mercurij.quòd impetratio per ceſſum, vel deceſſum Titij,mortẽ ciuilẽ non cõprehendit,videlicet quãdo beneficiũ Titij per eius priuationẽ vacaret. Et iſtud dictũ ſequitur Io.Frãciſcus Pauinus quõdam Rotæ auditor,in trac.de officio,& poteſt.c.ſede vacã. in vlt.euidẽtiali.col.iij.vbi more ſuo plura notabilia ponit.

Impetratio p ceſſum, vel deceſſum q̃ modo procedat.

¶Iſtud tamen dictum limitatur procedere, quando alius coimpetrans eſt,prout in quæſtione noſtra. Secus verò ſi vnus ſolus impetrans eſſet: quia tali caſu modum vacandi non expreſſum caperet,vt notat Lapus in allegatio.lxxxii. in viij.col.ſequitur Felyn.in cap.in noſtra.in xxxvij.corre. col.j.Hinc eſt,quòd impetrans beneficium per mortem Titij,venit violenta,licet mors illa qualificata ſit,prout Geminia.& alij in dicto c.ſuſceptum.dicunt,& latè Ioan.de Ana. in cap.fin.de homic.proſequitur.

### QVAESTIO TRIGESIMASEXTA.

Reſignaſſe aliquem in infirmitate p quẽ &c.

QVAERO, quomodo probetur aliquem in infirmitate reſignaſſe ad effectum iſtius regulæ,& per quẽ debeat huiuſmodi infirmitas & mors infra viginti dies contingens probari?

¶SOLVTIO. Debet plenè probari,quia agitur de priuando aduerſario beneficio ſuo per reſignationem obtento:& ſic de magno præiudicio. Quo caſu plenæ probationes requiruntur maximè, quia ſumus in materia quodammodo obiectiua,in qua opponitur de iſta regula ad annullãdam reſignationem veram quæ eſt odioſa,& ſtrictè interpretanda. Et ideo in tali materia clariſsimæ probationes requiruntur ſicut in ſpolio: in quo tenet Rota, & eſt notiſsimũ, quòd ad probandum primum extremum, probationes de publica voce & fama non ſufficiunt,ſed de viſu requirũtur.

Probationes plenæ quo caſu requirãtur.

Probationes de publica voce an ſufficiãt ad probãdum primum extremum.

Et



Et ita etiam in hac materia fuit corã me concluſum de anno M.D.XXXV. in vna Cõpoſtellana. Et hodie xix. Februarij. * M.D.XXXVII. in vna Placentina canonicatus,& præbendæ de Huſsillos coram do.Marco Antonio Mareſcoto,fuit * per omnes Dominos tentum, quòd ad probãdam infirmitatem in terminis iſtius regulæ non ſufficeret, nec deberet admitti vnus teſtis idoneus cum iuramento in ſupplementum probationis. Per quem autẽ debeat infirmitas & mors infra viginti dies contingens probari: Solutio eſt clara, quòd per illud qui per exceptionem iſtius regulę quærit reſignationem reſtringere. Nam ex quo agit, ad reciſionem probare debet, quod intendit. vulga.l.qui accuſare.C.de eden.& ita communiter tenetur.

### QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA.

Dies, quo fit reſignatio, &c.

QVAERO,an dies quo fit reſignatio, vel præſtatur conſenſus infirmi debeat computari in termino viginti dierum,de quo hîc,vt videlicet,currant de momento ad momentum:an verò eo non computato incipiat terminus viginti dierum,à ſequenti die numerari?

¶SOLVTIO.Iſta difficultas fuit per R.P.D.Marcellum Epiſcopũ Marſicanũ propoſita in Rota V. Iulij. M.D.XXXVIII. * in vna Leodien.canonicatus: & non fuit tunc reſoluta. Et dubitationem facit in hac materia. vnum, quia videmus quòd in dubio tempus currit de momento ad momentum: niſi in caſibus expreſsis,vt dicit Ioan.And.& alij in cap.ſuper eo.de appel. Et dixi in regula de annali,allegando gl. communiter approbatam in rubric.ff.de diuerſ.& tempo. præſ.Sic enim videmus,quòd dies termini ſtatuti, vel compromiſsi in termino computatur, vt dicit Bald.in l.ij.§.ij. in fin.C.commu.de leg.Ita videtur hîc dicendum, quòd iſti viginti dies hîc de momento ad momentum computari debeant.Et ſic quòd dies primus conſenſus, à quo numerari debent illi viginti dies,computetur in termino xx.dierũ.

Tempus in dubio currens, &c.

¶Tamen iſtis non obſtantibus,contraria opinio eſt de iure verior.Nam non eundo per mendicata ſuffragia, iſta eſt communis concluſio doctorum: de qua per Barr.Alexand. & Iaſ.in l.j.ff.ſi quis cautio. Quòd regulariter dies termini nõ computatur in termino, per plura iura & rationes quæ ibi adducunt,& reaſſumunt longo ſermone Moder.Hiſpa-

ni in rubric.inſti.de iuſti.& iur.col.ix.nume.68.cũ ſequen.
Et licet multipliciter iſta concluſio ſoleat limitari, vt in
prædictis locis ſcribunt Moderni, tamen omnes in hoc
communiter concordant, quòd quando terminus eſt præ-
fixus per dictionem,a,dies termini non computatur in ter-
mino. Quia illa dictio,a,de ſui natura denotat ſeparatio-
nem diei, in quo datur terminus à termino præfixo: & ſic
excluditur ille dies termini à die quo fit actus,per plura iu-
ra, quæ adducit Alex.in d.l.j.Pro qua opinione eſt textus
clarus, quem ibi notat gloſſ.in verbo numerandum.in fin.
in cap.iij.de præben.lib.ſexto.ibi,per menſem à die quo be
neſicia ipſa vacauerint, &c. Quæ quidem verba ponuntur
etiam in iſta regula per omnes Modernos Pontifices à tem
pore Iulij, qui Iulius fuit primus, qui ad iſtam regulam ad-
didit iſta verba (infra viginti dies, à die per ipſum reſignan
tem præſtandi conſenſus computandos, &c.) Et ſic appa-
ret ex textu iſtius regulæ, quòd virtute iſtius dictionis,a,
quæ excluſionem & ſeparationem ſignificat, dies præſtan-
di conſenſus non debet in termino computari,prout etiam
eſt gloſſ.concordans cum illa.d.cap.iij.in clemen.ſicut.de
appella.Quas gloſſ.poſt Cardinal.ibi in prima quæſtione,
ſequitur Alexand.in conſilio cxiiij.in prima colum.libr.v.
cum pluribus concord.quæ ad hoc cumulat Felyn.in cap.
j.in ij.colum.de præſcript.Itaque iſta videtur irrefragabi-
lis concluſio, quòd dies præſtiti conſenſus reſignationis
non computetur in termino. Non obſtant modo in con-
trarium adducta, quòd tempus in dubio intelligitur con-
tinuum:& quòd dies termini ſtatutis & compromiſsis com
putantur in termino: quia videntur iſta non eſſe omnino
abſoluta,aut vera. Tamen præſuppoſito,quòd ita ſint, præ-
dicta omnia limitantur, niſi terminus ſtatuti vel compro-
miſsi ſit aſsignatus per dictionem,a,quia tali caſu non com
putatur dies in termino.Ita in indiuiduo tenet Alexand.in
conſi.xlij.in caſu & lite.col.iij.lib.iij.cum concor.vt ibi per
eum.Præſertim quia hîc ſumus in ſtatuto, vel in cõſtitutio-
ne Apoſtolica: quæ,vt abundè in procœmio diximus,habet
vim legis vniuerſalis. Itaque manet concluſio firma, quòd
in regula iſta dies præſtiti cõſenſus in termino viginti die
rum computari non debet.

Terminꝰ quãdo eſt præfixus per dictionẽ,a.

A, dictio de ſui natura ſeparationẽ denotat.

Statutum vel cõſtitutio apoſtolica habet vim legis vniuerſalis.

QVAE



QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

QVAERO,an dies de quibus loquitur iſta regula intelli-
gatur de die artificiali xij.horarum,an vero de natu-
rali xxiiij.horarum?

Dies artificialis.

¶SOLVTIO. Vt apparet in quibuſdam notulis ſignaturæ
gratiæ,quæ per manus plurium circunferuntur,quæ,vt fer-
tur,ab Alexandrino originem deſumpſerunt: ſignatura te
net & obſeruat diem iſtius regulæ pro die xxiiij.horarũ in-
terpretari debere. Ita quòd computabitur dies & nox, quæ
pro vno die reputantur, vt in l.more Romano.ff.de fer. Et
pro iſta opinione facit,quia in dubio naturalis cauſa debet
attendi,non accidentalis, ſeu artificialis,vt eſt text.in l.qui
habet.& ibi notat Bart.ff.de tutel.ſequitur Bald.in authen.
ſimiliter.C.ad.l.Falci.& illum text.in notab.q.allegat Bar.
in l.fi.ff.de offic.proconſu.& Abb.in c.licet.de offi.leg.tex.
in l.j.§.hoc interdictum.& ibi notat Bar.ff.de fonte.& tex.
in l.fi.C.de his qui ven.æta.impe. ¶Sed aduertendum eſt,
quod in regula iſta videtur dicendum,nam negari non po-
teſt,quòd regulæ iſtæ habent ſe ad inſtar ſtatutorum, & ita
ſicut ſtatuta ſtrictè & propriè verba in illis intelligũt.vulg.
l.iij.ff.de nego.geſt.Sed in ſtatutis dies in dubio accipitur
pro tempore xij.horarum,& ſic ab ortu ſolis vſque ad occa
ſum,quia tunc propriè dies dicitur,quando ſol eſt ſuper ter
ram,vt in c.conſuluit.de offic.deleg.& tradit Fede.de Senis
in conſil.xliiij.ſtatuto caueur, &c. Igitur idem dicendum
erit hîc. ¶Breuiter iſtis nõ obſtan.prima opinio mihi vi-
detur verior, pro qua opinione eſt deci.Moder.de Sylua in
tract.beneficiorum.q.xlvj.tertiæ partis.in fi.vbi tenent ex-
preſſe regulam iſtam loquentem de xx.diebus debere intel
ligi de diebus naturalibus xxiiij.horarum,vt ibi per eos.Et
iſta opi.fundari poteſt efficaci ratione,quia,vt ſæpe dictum
eſt,in alijs quæſt.regula iſta ex quo eſt odioſa, & contra ius
commune,inquantũ fieri poteſt,reſpectu odij reſtringi de-
bet, & ampliari, quatenus in fauorem reſignantis tendat,
iuxta cap.odia.de reg.iur.libr.vj. Sed interpretando diem
pro die naturali xxiiij.horarum,extenditur magis libertas
reſignantis,quæ de iure communi ſine prefinitione alicuius
temporis libera erat,ergo illa interpretatio attendi debet.
Et per hoc ad conſil.Fed.reſpondetur, quòd illa interpreta

Dies & nox reputantur pro vno die.

Cauſa naturalis in dubio debet attendi.

Dies quando propriè dicitur.

P 2

tatio procedit,vt pœna ſtatuti euitetur,vt dicit Alexand.in d.l.more.& Moder.in d.c.conſuluit. Sicut etiam videmus, quòd vt pœna periurij euitetur,qui iurauit ſoluere die dominico, ſi media nocte ſequenti ſoluit, periurus non erit, vt not.Archid.in cap.quòd à patribus.lxxv. diſtinct.Bald. in cap.ego enim.colum.j.de iureiur.Et iſta concordant in materia beneficiali,de qua hîc tractatur. nam nõ repugnat, quòd actus factus de nocte, de die fieri dicatur, cum nox ſit pars diei.Sic enim collatio beneficij de nocte fieri poteſt, vt tradit Abb.in cap.j.de clandeſt.deſp.& Domi.poſt Archi. in cap.ſi tibi abſenti.col.j.de præben.lib.vj.& eo modo reſignatio, & ideo nihil repugnat, vt dies hic interpretetur xxiiij.horarum,ſicut computat eccleſia, vt in cap.j.& ij.de ferijs.& ita hodie ſeruatur.

Periurus nunquid erit, iurans ſoluere die dominico, &c.

Collatio beneficij,an de nocte fieri poſsit.

QVAESTIO TRIGESIMANONA.

Regula de ſtylo curiæ.

QVAERO, nunquid de ſtylo curiæ ſoleat huic regulæ paſsim derogari?

¶SOLVTIO.Si loquimur extra Italiam, ſolet cõmuniter pro abſentibus derogari. In Italia verò aliquando ſolet concedi derogatio, quando locus reſignationis diſtat à curia,& beneficia quæ reſignantur,non ſint reſeruata: ſi verò ſit locus vicinus vrbi,cum maiori difficultate conceditur.Hodie tamen rarò accidit iſte caſus, ex eo, quia pauci reſignant extra curiam propter expectatiuas & multitudinem mandatorum quæ capiunt omnia beneficia vacatura per ceſſum vel deceſſum,& ideo procurant reſignare in curia,& tunc non ſolet derogari huic regulæ, niſi cum maximis fauoribus.Tamen tẽpore Leonis Papæ x.non cum tanto fauore obtinebatur derogatio.Nam tunc ſæpius derogatum iſti regulæ fuit pro pluribus perſonis, quas enumerat R.bo.me.Laurẽtius Puccius,Card.Sanct.Quatuor in quodam ſuo libro adnotationis derogationum regularũ.fol. lviij.lxxij.lxxiij.lxxvij.quæ trahi poſſent in exemplum occurrentis caſus. ¶Et eſt conſiderandum,quòd quando infirmus mittebat procuratorem ad reſignandũ in curia,quia facile contingebat infirmum interim mori.Ideo fuit excogitata in ſupplicatione iſta clauſula,videlicet, Itaque ſi dictus N.reſignans extra Rom.cur. iam fuerit vita functus, literæ per eius obitum cum omnibus clauſulis, & modis ſupra

Clauſula, videlicet, Itaq; ſi dictꝰ N.&c.



ſupraſcriptis,omiſſa reſignatione expediri poſsint. Tamen Modernis temporibus iſta clauſula ſolet caſſari,vt euitẽtur fraudes, excepto in materijs Alemaniæ & Hyberniæ, quæ ſunt nationes de facili ſcandaloſæ, in quibus ſolet etiam aliquando clauſula limitari ſecundum caſus contingentiam.

QVAESTIO QVADRAGESIMA.

QVAERO,quid ſi infirmus per procuratorẽ primo,deinde ſecundo renuntiat etiam per procuratorem, & in hac ſecũda reſignatione derogat Papa huic regulæ,nũquid ſi reſignans moriatur infra viginti dies, ſanetur prima reſignatio propter derogationem regulæ in ſecunda reſignatione factam?

Reſignatio prima.

¶SOLVTIO. Iſte caſus contigit tempore Felyni in curia, vt ipſe hîc refert in quadam apoſtilla,ſuper quo fuerunt variæ opin.Nam quidam dicebant ſecundam reſignationẽ capere beneficium,& non primã, ex eo, quia prima renuntiatio per mortem reſignantis infra viginti dies perdit vires ſuas,& ſic valuit ſecunda, & licet ſecunda renuntiatio non poſsit valere ſtante prima,quæ fuit reſoluta per obitum,tamen ſecunda capiet illum modum per obitum reſultantem ex prima,vigore clauſulæ generalis, vel alio quouis modo, in ſecunda reſignatione apponi ſolita,& ſic illa clauſula ſecundo reſignatario dabit ius.

¶Contrarium tamẽ per ſolennes viros concluſum fuit iſta ratione, quia tempore quo ſecundus impetrauit, iam erat tunc à principio quæſitum ius primo reſignatario in ſpe bona & cõſiderabili, & quamuis poſtea illa ſpes propter obitum reſignantis,infra viginti dies euanuerit:tamen ex quo ſecundus in ſua ſecunda impetratione de illa ſpe mentionẽ non fecit, quæ tunc boni initij erat, ſubreptitiè impetraſſe dicitur. Nec obſtabat, quòd collatio à primo reſignatario facta,quodammodo conditionalis videbatur,& ab euentu vitæ reſignantis pendere: ergo nullum ius tribuebat, quominus ſecunda prouiſio non valeret,arg.text.in c.ſi pro tẽ. de reſcrip.lib.vj.quia reſpondebatur primã reſignationem conditionalem non fuiſſe, ſed puram & ſimplicem quæ ſtatim ante obitum reſignantis integrũ ius tribuerat, & dum in eo ſtatu erat, de illo iure in ſecũda reſignatione mentio fieri debebat, nec ſuperuenientia mortis reſignantis ad ſe-

Impetrantis ſecũda prouiſio quando valeat.

cundã impetrationẽ validandã excuſat, ex eo, quia tẽpore quo ſecunda impetratio facta fuit reſignans viuebat, & prima reſignatio erat tũc valida, licet ex euentu mortis reſolubilis eſſet. aliud enim eſt, quòd actus ſit cõditionalis, vel purus, & reſolubilis, vt tradũt Moder. in c. cæterũ. de reſcrip.

QVAESTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

Legatus cum facultate derogandi, &c.

QVAERO, nunquid legatus cum facultate derogandi regulis æditis & ædẽdis, iſti regulæ derogare poſsit?

¶SOLVTIO. Poteſt capi ex his quæ in procœmio regularum. q. v. & vj. dicta ſunt, videlicet, quòd iſti regulæ & ſimilibus notabilem qualitatẽ habẽtibus, quæ propter ſtylum Cancellariæ in ſe clauſulam derogatoriam continẽt, nunquam illis per clauſulas generales derogatũ cenſetur, nec derogatio concedi, niſi ſpecialiter & nominatim illis derogetur, vt etiam tenet gloſſator in reg. xvij. colum. ij. & ita ex ſtylo in literis derogatio regulę in principio narrari ſolet, & hoc priuilegium omnes regulę Cancellariæ iudiciales habent, quæ omnes notabiles ſunt, vt latius in dicto procœmio dixi. Et in caſu de quo hîc quæritur. Ita inter loquendum dixerunt Domini hoc anno M. D. xxxix. in vna Gerunden. canonicatus, & prębendæ coram D. Raynaldo Petrutio. In qua cauſa per Rotã iſta duo dubia data fuerunt. Vtrum nuntius reſignationem vigore mandati in fauorem certæ perſonæ facti admittere poſsit. Secundum, vtrum vigore prædictæ clauſulæ iſti regulæ derogãdi facultatem haberet. Super quibus dubijs D. Hieronymus de Caſtello aduocatus, latius præter cæteros ſcripſit. Et ſuper primo Domini ſatis dubitarunt. Secundum verò dubium ab vſu patrisfamiliâs pro expedito habuerunt.

Regulis habẽtibus notabilem qualitatem, an cenſeatur per clauſulas derogatũ?

* Nuntius vtrũ poſsit admittere reſignationem &c.

## REGVLA DE IDIOMATE.

ITEM *uoluit, quòd ſi cõtingat ipſum alicui perſonæ de parochiali eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, uel gratiã expectatiuam cõcedere, niſi dicta perſona intelligat, & intelligẽter loquatur idioma loci, ubi eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio ſeu mandatũ, & gratia de*

ſuper



*ſuper, quo ad parochialem eccleſiam nullius ſit roboris uel momenti.*

PRAEFATIO.

Plura ſunt quæ mihi ſcribere cogitanti dicenda occurrunt ſuper iſta regula quæ vſu quotidiano ſunt frequentata: & vtilia videri poterunt, vt vtar verbis text. in l. j. ff. ad exhiben. Verum, quia quædam erunt communia cum alijs regulis: alia verò proximè ad regulam iſtam pertinebunt: ideo illa quæ communia erunt, breuius tractabo. Reliqua verò plenius attingam. ¶In primis igitur illud meminiſſe oportet, iſtius regulæ primum conditorem Gregoriũ vndecimum fuiſſe, quod ex eo apparet, quia inter regulas prędeceſſorum Põtificum iſta regula non reperitur. Et hæc moderna nihil ad illã Gregorij addit, niſi verba de gratia expectatiua, quæ addidit prius ad regulam Gregorij Eugenius Papa Quartus, vt patet in eius regula. In cuius quidem diſcuſsione ſolum eas quæſtiones attingam, quas putabo neceſſarias ad materiam regulæ.

QVAESTIO PRIMA.

IGITVR quæro pro fundamento dicẽdorũ, nunquid regula iſta habeat ſymbolum, affinitatẽ, aut ſimilitudinem aliquam cum diuino aut humano iure, an verò diſcrepet à iure communi?

Regula nunquid habeat ſymbolũ, &c.

¶SOLVTIO. Videtur regula iſta cum vtroq; iure, tam etiã diuino, quàm naturali ſimilitudinem maximã habere, quin potius ab illis originem trahere. Quod ita demonſtrari poteſt: quia certũ eſt de iure communi eum nos debere rectorem curatum eligere, qui probè intelligat parochianarum voces, & mutua voce intelligatur. Nam rector eccleſiæ officium prædicandi in eccleſia ſua habere dinoſcitur. cap. ecce. xcv. diſtinctio. not. in cap. inter cætera. de offi. ordi. quia prædicatio officium eſt curæ, vt notat gloſſ. in clemen. ij. de ſepul. & in c. cum ex iniuncto. de hære. & gloſſ. in capit. addicimus. xvj. q. ij. cum ſexcentis concor. quæ tradunt Moder. in apoſtillis ad Abb. in d. c. inter cætera. Debet etiam audire confeſsiones, & reliqua ſacramenta miniſtrare, vt in c. omnis. de pœni. & re. Item debet viſitare, & vultum gregis ſui agnoſcere: vt legitur Prouerbior. xxvij. cap. & Eccleſ.

Rectoris officiũ quale eſſe debeat.

Prædicatio. officiũ eſt curæ.

xxxij. Et eſt de hoc text. notabilis in extrauagan. ſedes apoſtolica. Ioan. xxii. poſita in titulo, de præbendis. Nam omnes rectores & prælati eccleſiarum dicuntur paſtores. c. quamuis. de re iudic. capit. quicquid. j. q. j. Sed iſta præſtare non poteſt rector, aut curatus alienigena qui nõ intelligit, nec loquitur idioma, vt de ſe patet, & notatur in cap. quoniam. de offi. ordi. Igitur meritò ius commune ad regimen animarum non admittit tales: quia, vt inquit diuus Paulus prima ad Corinthios xiiij. c. Data eſt nobis lingua ad interpretandum & diſtinguendum ea quæ loquimur. Nam ſi neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus, vt ibi latius. Cum igitur iſta regula idem requirere videatur, dicendum eſt eam habere ſimilitudinem cum iure cõmuni.

Interpretatio lata ex iure cõmuni fieri debet.

¶ Ex quibus infertur vnum, quòd ſicut ex iure communi lata interpretatio fieri debet, quia fauorabile, vt notat gloſſ. in capitulo j. de rer. permut. lib. vj. & ibi per Gemin. & in gloſſ. iij. cap. ſtatutum. de præben. lib. vj. Ita pari ratione interpretanda erit iſta regula: quod erit benè notandum ad ea quæ inferius dicentur. Sic etiam videmus, priuilegium, quod continet idem, quòd ius commune vel inſertum in eo latè, vt fauorabile interpretari, ſecundum gloſſ. in c. cum de diuerſis. de priuileg. libr. vj.

Nationis expreſsio in literis apoſtolicis quare requiratur.

Et adeò hoc verum eſt, quòd propter hanc rationem in literis apoſtolicis expreſsio nationis requirirur, vt ſic Papa vnicuiq; prouideat in patria ipſius: vbi melius originarius, & cum maiore animi charitate inter notos eiuſdem linguæ miniſtrabit ſacramenta, quàm exterus, vt patet in capitulo quoniam. de offi. ordi. & tradunt docto. in cap. ſi proponenre. de reſcrip. Et eſt etiam de hoc ædita regula Cancellariæ ordine xv. Cum quibus etiam concord. text. in cap. nullus inuitis. lxj. diſtin. & in l. in eccleſijs. C. de epiſ. & cleri. Et diuus Auguſtinus in ſermone ad populum, hoc idem ſuadet, vt patet in cap. hortamur. lxxj. diſtin. cum alijs de quibus Moder. in c. bonæ. ij. de poſtul. præla.

Leges Romanæ quare grauiſsimè tulerunt orig. &c.

Hinc nõ abs re leges Romanæ grauiſsimè tulerunt originarios à ciuitate & patria propria decedere, cum ipſi melius negotia eius procurare ſcirẽt, quàm exteri, vt in l. j. C. ſi curial. relic. ciui. lib. x. Et hæc eſt ratio ſecundum diuum Bernard. in lib. de conſideratione ad Eugenium. quare Cardinales debent eligi de omni



Cardinales quare debent de omni natione eligi.

omni natione, vt vnuſquiſq; genti ſuæ, cuius mores & aditus notiores habet, facilius & certius valeat iuſtitiam miniſtrare. Quis enim negabit originarios melius cõditiones hominũ ſuæ patriæ cognoſcere, quàm quiuis alius? Iudicat enim quis facile de his quæ nouit, vt dicitur primo Ethico. Et diuũ Bernar. ſequitur Antonius in tertia parte ſummæ. tit. xxj. cap. ij. §. ij. quo loco idem Anton. vnum aliud notandum ſcribit, videlicet, quòd quamuis de omni natione debeant Cardinales eligi, non tamen conſueuit eccleſia de Alemania Cardinales aſſumere, ne ſecreta eccleſiæ imperatoribus pandantur.

Cardinales de Alemania aſſumere eccleſia non cõſueuit.

quod dictum ſequitur Cardinalis Iacobatius in tract. concilij. libro primo, pagina. xl. in ij. col. quod tamen hodie malè ſeruatur, quia attenta difficultate idiomatis, magis neceſſarij ſunt ex illa natione, quàm alia. Et ideò dicebat Hugo antiquus doctor, vt refert Cardi. in capitulo ſignificaſti. de iurepat. quòd patronus neceſſè habet præſentare Epiſcopo clericum eiuſdẽ diœceſis, qui intelligat, & intelligatur.

Patroni clericum eiuſdem diœc. epiſcopo præſentare debent.

Et ob eam cauſam dicit Abbas in c. ad decorem. de inſt. valde eſſè honeſtum & fructuoſum, vt quiſque in patria ſua beneficietur: quia ſic non depauperantur beneficia, & homines inducuntur facilius ad reſidẽdum in eis, quàm extranei: qui cùm lingua differant, diſparitate quoque morum diſtare videntur, ac propterea non gerunt affectionem. Adeò quòd facilius propter huiuſmodi linguæ diſparitatem, homines ſibi animalia muta, quàm alterius linguæ hominem ſocientur. Nam, vt inquit Auguſtinus, melius quis cum cane ſuo, quàm cum homine diuerſi idiomatis conuerſatur, ita dicit Auguſti. libr. xix. de Ciuitate Dei, capitulo vij.

Homines à feris in quo differant.

Nam hoc vno præſtamus, vel maximè feris, vt inquit Cicero libro j. de Oratore, quòd colloquimur inter nos, & exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Cum quibus concordat Andreas Sicul. in conſil. lvij. in princ. in primo volum. Nam inter homines eiuſdem idiomatis eſt à natura inſitus quidam charitatis ac amicitiæ intrinſecus amor, quo vbiq; ſe inuicẽ diligunt, & cõtra quoſcuq; alios tuẽtur & protegũt.

Iudex actõis eiuſdem &c.

Hinc eſt, quòd iudex eiuſdem nationis quo eſt actor, à reo cõuento recuſari poteſt: vt in c. accedẽs. ij. ibi, de terra vxoris ſuæ oriundus, vt lit. nõ conteſt. Quia eadem natio inducit ſuſpicionem, vt dicit Abbas in capi-

tulo poſtremo.colum.fin.de appell. Hinc voluit Franc.Pa-
tritius lib.iij.de inſti.reipublicæ.tit.ij.magiſtratus populis
peregrinos,& non ciues dari debere,quia non ſolent pere.
grini in adminiſtranda iuſtitia eſſe cleme͂tes ſicut ciues,qui
ſi non facilè indulgent conciuibus,odia & capitales inimi
citiæ oriuntur,quæ plerunque maxima ſcandala in republi
ca pariunt.

Magiſtratus peregrini, & non ciues populis dari debent.

Quamobrem præclarè actum arbitror apud Hi
ſpanos regni Caſtellæ,qui ad regendas prouincias lege an-
tiqua mittunt alienigenas,ſiue alterius ciuitatis ciues,quod
idem apud Francos fieri debere Philippus Pulcher ac Ca-
rolus V.Francorum reges ſtatuerunt,vt latius proſequitur
egregius Modern.Guliel.Benedicti in repet.capitul.Ray-
nutius.in verbo vxorem nomine Adelaſiam.numero 1050.
cum ſequent.de teſt.Quod inſtitutum plerique Italiæ popu
li etiam hodie ſeruant,aliunde magiſtratus perquirentes.
pro quibus facit l.fin. C.de cri.ſacri.& l.tertia.C.de diuer.
offi.& appari.iudic.lib.xij.

Hiſpanoru͂ regni Caſtellæ i regendis prouincijs co͂ſuetudo.

Quas quidem ſanctiſsimas ob-
ſeruationes ſi regna Valentiæ Hiſpaniarum ſeruare curaſ-
ſent,non tantis inteſtinis ciuium diſcordijs,& craſſandi li-
centia reſpublica abundaret. Nam cum inter co͂ciues eiuſ-
dem linguæ ſit à natura data quæda͂ morum ſimilitudo,fa-
cile vnus alteri indulget,& in malefactis co͂niuet,cum ſpe-
ret eaſdem ſibi vices reddi,& ita Vale͂tiæ iuſtitia ad compla
centiam miniſtratur. Bona eſt igitur hoc caſu exterorum
iudicum promotio,qui non dulci amore patriæ,non ſpe,
vt ſibi paria reddantur,ſed ex debita iuris ſeueritate iuſti-
tia͂ proſequu͂tur. Sed in rectoribus & curatis parochialium
bene conuenit ille patrius amor,& ſimilitudo linguæ:nam
facilius quis ſuadetur,& à malo auertitur,ab eo quem dili-
git,quàm ab extero. Nam ſatis compertu͂ eſt ex diſparitate
linguæ,& diſſona͂tia vocum naſci quaſda͂ inter homines dif-
ferentias,ac animi ſimultates,quæ licet in iudicibus te͂pora-
libus neceſſariæ videa͂tur,per ea quæ diximus:in rectoribus
tame͂ animaru͂ maximè ſunt euita͂dæ : vbi enim de moribus
corrige͂dis agitur,non libenter Italus Vltramo͂tanu͂ audit,
nec Vltramo͂tanus Italu͂:& ſic de ſingulis,rarò in perſuaſio
ne moru͂ alterius idioma delectat,qua͂uis,non deſunt viri
egregij,qui etia͂ co͂ſta͂ter affirme͂t,no͂ ita rectè populos per
externos magiſtratus, ſicut per proprios ciues gubernari,
quo

Valentiæ Hiſpaniaru͂ quare potius ad ciuiu͂ complacentia͂, quàm iuſtitia miniſtretur.



quorum rationes latè refert Bartholomæus Caſſaneus in
Catalogo gloriæ mundi.in xj.parte.in xxij.co͂ſideratione.
Hæc tamen ſit ſumma varietatum rei,relictis contentioni-
bus. In pœnam homini hanc linguaru͂ confuſionem à Deo
datam fuiſſe:quod ex eo apparet,quia poſt diluuium vſq;
ad ædificationem turris Babel,omnes homines vna lingua
loquebantur,vt dicitur Geneſis cap.xj.quæ primos homi-
nes vno,& eodem loco ſtare cogebat.

Diluuium.

Diſparitas igitur &
differentia linguæ fecit,quòd homines cum ſeinuicem non
intelligerent,tædio capti,varias ſibi orbis regiones perqui
rerent.quo factum fuit, vt veteri lege proximos reputa-
bant eos,qui eiuſdem tribus erant, quorum eadem erat vi
uendi co͂ſuetudo : extraneos verò,qui diuerſæ linguæ.Vn-
de ſicut diſparitas habitus inter ſimul viuentes quanda͂ ani-
morum differentiam inducit,vt in clemen.j.de elect.& in
cap.in noua.xvj.quæſt.vij.ita & fortius diſſonantia linguæ
diſcrepantem voluntatem ſignat.

Proximi lege veteri qui reputabantur.

Linguæ & habitus diſparitas.

Inde meritò Albinu͂ deri
ſum à Catone legimus : qui cum eſſet Latinus , hiſtoria͂ in-
ter Latinos Græcè ſcribere maluit,vt Plutarch.& plures alij
meminerunt. In quo genere Albutius prætor reprehendi
meruit,qui cum à Scæuola,proprio idiomate ſalutatus eſ-
ſet Athenis,Græcè reſpondit,vt eleganter refert Mar.Tul.
lib.j.de finibus bonoru͂ & malorum. Eo enim ſermone vti
debemus,vt inquit idem Cic.in offi.qui notus eſt nobis,ne,
vt quidam Græca verba inculca͂tes,iure optimo rideamur.
Hæc enim loquendi diuerſitas facit,vt externus alieno non
ſit hominis vice,vt inquit Plin.lib.vij.cap.j.

Albinus à Catone,& Albutius à Scæuola reprehenſi.

Ex quibus in-
fertur,quòd ſacramenta & prædicationes miniſtrata,& ge-
ſta per homines eiuſdem idiomatis grata magis fore,& ac-
cepta originarijs eiuſdem linguæ,quàm ſi per alium no͂ na-
tiuum habentem idioma,licet intelligibile miniſtrare͂tur.
Et hoc no͂ ſolum iure poſitiuo,ſed etiam à iure diuino in-
troductum videtur.

Sacrame͂ta eccleſiæ à quib? miniſtrari debeant.

Vt quid enim Spiritus ſanctus in Apo
ſtolos veniens,illis varijs linguis loquendi facultatem da-
ret,niſi putaret neceſſariam fuiſſe ad officium prædicandi,
& miniſterijs ſacramentorum idiomatis intelligentiam?
Quilibet enim eos in lingua ſua loquentes intelligebant,
& miraba͂tur, vt dicitur Actuum cap.ij.& ſi Eraſmo credi-
mus in eo volumine, quem de ratione Concionandi com-
poſuit,

Apoſtoli varijs linguis loqueba͂tur, ita vt qlibet eos lingua ſua intelligeret.

Scripturæ ſacræ infinita loca perperàm interpret.

poſuit,lib.iij.propter imperitiam idiomatis innumerabilia ſacræ ſcripturæ loca perperàm interpretata legũtur,quæ ſtudioſos facilè à ſacrarum literarum ſtudijs auerterunt: cuius quidem idioma ſi interpretes aſſequuti rectè fuiſſent, multos facilè in ſuam ſententiam traherent,vt latius Hiſpanus noſter Valentinus Ludouicus Viues lib.iij.de tradẽdis diſciplinis proſequitur. Nemini enim dubium eſt, ob hanc cauſam dictum fuiſſe Eccleſiaſt. cap.viij. coram extraneo conſilium non iniendum, quia propior eſt colligatio,interiorque ſocietas cum ciuibus, cum quibus eſt eiuſdẽ linguæ commerciũ,quàm cum exteris. Et ideo videmus, quia eiuſdem idiomatis prædicatio ſenſum mentis aperit, & animum ipſum exprimit: qui & diuinus eſt, & maxima atque optima pars hominis eſſe perhibetur, quibus adſtipulatur illud Socratis,qui cum tacenti adoleſcenti diceret, Loquere,vt te videam non ex corporis facie, ſed ex loquela ipſa, tanquàm ex animi habitu hominem intuẽdum eſſe cenſuit. Et hæc in cauſa ſunt, vt oriũdis magis quàm exteris, etiam his præſtantioribus faueamus, vt dicit Lucas de Penna in l. qſquis. C.de omni agro deſer. lib.xj.alleg.text.in l.fi.de cle. pereegrin.& alia de quibus ibi per eum,& hoc dicit Philoſophus iij.Politicorum. Quod Græcorum exemplo comprobatũ legimus. Nam cum Alcmenes Atheniẽſis,& Agoraticus in ſculpendo marmore clariſsimi, Phidiæque diſcipuli inter ſe ambo de ſigno Veneris faciendo certarent: ex eo Alcmeni ſuffragijs Athenienſium victoriæ palma data eſt: quia contra peregrinum ciui ſuo ſuffragari, vrbanum eſſe putarunt, concionantes illud prouerbium: Tunicam pallio propiorem, ac chariorem eſſe. Meminit de his Beroaldus ſenior in quadam oratione prouerbiali. Et iſtum amoris naturalis ſtimulum,cum ex multis ſacræ ſcripturæ, & literarum humanarum locis,tum maximè ex ædificio turris Babel, Epiſcopus Abulen.colligit ſuper Geneſ.cap.xj. Apparet igitur manifeſtè ex diuerſitate linguæ ſicut ex diſſimilitudine corporum,diuerſitatem quoque animorũ induci, vt inquit Auguſt.lib.ij.de doctrin.Chriſtia.cap.iiij. facit tex.in cap.quia diuerſitatem.de conceſſ.præben. Sicut econtrà ex identitate idiomatis,affectionem gigni manifeſtum eſt. Et non ſolũ linguæ identitas,ſed quod magis eſt,

Conſiliũ corã extraneos nõ iniendum, & quare.

Ex loquela hominẽ intuẽdum eſſe Socrates cẽſuit.

Oriundis magis, quàm exteris, quare magis faueamus.

Alcmenis ath. & Agoratici de ſigno Veneris faciendo certamen.

Animorum diuerſitas ex diuerſitate ligu ę inducitur.

iden



identitas quoque & ſimilitudo ſolius nominis affectionem inducit,vt patet in l.cum filius.§.pater.ff.de legat.ij. Nam propter affectionem linguæ ſeu idiomatis,affectio & charitas patriæ animo retinetur,quod Alexandri regis exemplo manifeſtum fit:illum enim ob id milites odiſſe patriam contendebant,authore Q. Curtio,quia peregrino ſermone Perſarum loqueretur. Nec aliam ob cauſam putandum eſt,coniugia exterorũ apud veteres non probari: quia ſciebant diſparitate idiomatis facilè ſimultates gigni. Et hoc eſt,quod dicitur in ſacris literis, Eſdram linguarum confuſionem, quæ ex matrimonijs aduenarum naſcebatur, ad linguam Hebraicam reduxiſſe,vt patet ſecundo Eſdrę.cap. xiij.Naturale igitur eſt,vt vnicuique idioma ſuum ſit præcipuum,& charum. Et ideo eſt, quòd aſſerenti ſe eſſe talis linguæ,ſeu nationis,creditur:& dicenti cõtrarium,incumbit onus probandi: quia non præſumitur quem malle alieno,quàm proprio idiomate loqui,vt dicit Angel.in conſil. cxciiij. Hinc eſt,quòd in ſacris literis ad punitionem populi referunt,Deum per Hieremiam cap.v.dixiſſe, Adducam ſuper vos gentem,cuius ignorabitis linguam.nec intelligetis quid loquatur. Et Deuteronom.c.xxviij. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo,cuius linguam intelligere non poſsis. Patet igitur,quòd diuerſitas linguæ inducit alienationem animorum. Vbi verò datur communio,& eiuſdem linguæ commercium,ibi eſt quidam domeſticus & familiaris amor. Vnde neceſſe eſt,ibi ſpiritualia maiori animorum conſolatione miniſtrari ac recipi, vbi maior animorum conformitas & ſimilitudo eſſe comprobatur. Propterea multis verbis voluit ille Modernus Hiſpanus lib.iij. de tradẽdis diſciplin.de quo proximè mentionẽ feci,plurimum conducere ad dilatandum CHRISTI nomen, vt nos & Agareni communem linguam haberemus: nam ſperaret futurum breui, vt multi ſeſe illorum ad nos reciperent, quod non putat aliam ob cauſam Deum maximum Apoſtolis ſuis donum linguarũ contuliſſe.Nam,vt inquit Paulus,Fides enim per auditum. cui lingua inſeruit: ac proinde cuperet, vt in plerisque ciuitatibus gymnaſia linguarum inſtituerentur,nõ ſolum illarum trium,de quibus in clem. j.de magiſt.ſed earũ etiam quæ eſſent Mahometicis populis

Linguæ identitas ſicut & ſimilitudo nominis affectionem inducit.

Alex.regi milites aduerſabantur.

Eſdras linguarũ cõfuſ. quæ ex matrim.ad uen. naſcebatur,ad linguã Heb.reduxit.

Probãdi onus cui incumbit.

Linguæ & loquelæ ſimilitudo quãtum valere poteſt ad Agarenorum cõuerſionem.

verna

vernaculæ,quas addiſcerent nõ otioſi homines ad gloriam
inde captãdam,ſed ardentiſsimi zelo pietatis parati, vitam
pro CHRISTO impendere,vt eis linguis inſtructi, CHRI-
STVM illis gentibus annuntiarent,quæ pauciſsima, ac ni-
hil penè de illo audiuerunt. Hæc ille. Et hoc linguarum do
cumentum prædicatoribus, qui multum populo Chriſtia-
no prodeſſe poſſunt,neceſſarium eſſe. Nam prædicatio re-
quirit hominem non ſolum in rebus diuinis expertum, ac
varijs diſciplinis refertum,ſed etiam in lingua eorum, quos
auertere à malo , & meliores fieri prædicatione ſua cupit,
non mediocriter eruditum, vt patet exemplo Hieremiæ,ſe
excuſantis à prædicatione, quia loqui neſciebat.vt in cap.
in ſcripturis.§.quies igitur.viij.q.j. Sciebat enim magnus
ille Propheta oportere eos,qui animos rudes prædicando
inſtruunt,ſe aptare debere pro ingenio diſcentium : & ver
borum ordinem pro audientium capacitate dirigere,vt di
cit text.notabilis in cap.oportet.viij.q.j.Hæc enim fieri nõ
poſſunt,niſi ab ijs qui intelligunt,& loquuntur idioma po
puli : aliàs ſi ab auditoribus ſacrorum miniſtri non intelli-
guntur,non audientium vtilitatem,pro quibus miſsi ſunt,
ſed ſuam oſtentationem quærent,vt inquit text.in c.diſpen
ſatio.xliij.diſt.Nam quando prædicatio boni rectoris ſub
natiuo ſermone diſcentium aptè exprimitur, deuotio cre-
ſcit,ac fides dictorum magis animo inſidet , & cõtinuatio-
ne roboratur. Qui quidem ſermo dum per aures recipitur,
deuotio ac fides in mente generantur , vt dicit text.in c.ſi
rector.verſic.in mente.xliij.diſtinct.Sicut videmus in Phy-
ſicis. Nam imperitus medicus,vt inquit Auicẽna ſexto na-
turalium,propter fidem & deuotionem ægri facilius ſana-
bit ægrum,quàm peritus & doctus. Hoc enim facilius fiet
commercio linguæ.ad quid etenim putamus,Mithridatem
Ponti Regem tantum laboris in perdiſcendis duabus & vi-
ginti linguis deſumpſiſſe,niſi vt tot populis,quibus imperi
tabat,in ſua propria lingua reſponderet,vt ſic acceptior vi
deretur ? Quam loquendi rationem Themiſtocles Athe-
nienſis eſt imitatus,vt de vtroq; Plinius,Valerius,& Quin-
tilianus meminerunt,& recẽſet Iaſ.in §. ex maleficijs.inſti.
de actio. Quæ omnia ad vſum & intellectum huius regulæ
pertinere videntur. In qua de parochiali eccleſia fit mẽtio,
quæ

Prædicatio qualẽ hominẽ requirat.

Medicus imperitus.

Mithridates Ponti rex, & themiſtocles, quàm varias linguas didicerunt.



quæ rectorem requirit vocalem confeſsiones audientem,
prædicationi accommodum,verbis intelligibilibus eccle-
ſiaſtica ſacramenta fidelibus miniſtrantem : qui ſi non intel
ligitur,quia diuerſum habet idioma,fruſtrà rectoris partes
adſumpſit. Nam qui ædificari verbo Dei debent & cupiũt,
talem eos magiſtrum habere oportet,cuius ſermone & mo
nitis eruditiores fiant : ne fortè cum is præponitur eis,qui
non intelligitur,animus faſtiditus ad deteriora prouoce-
tur.arg.tex.in cap.in grauibus.iij.quæſt.vij. Et ob eam cau
ſam veteres voluerũt,leges,quæ dabantur populis,ſub illo
eiuſdẽ populi idiomate publicare,vt magis placerẽt omni-
bus,& obſeruarẽtur.vt eſt tex.in §.alienationis.in authen.
de non alienan. Quem ad hoc Rom.põderat in l.j.§.fi.col.
iij.ff.de verb.obligat.cum pluribus alijs concord.congeſtis
per Felyn.in rubric.de conſtit.in iiij.colum.verſic.vlterius.
& facit text.in §.illud quoque.in authen.vt præpo.no.im-
pe.Per quem text.dicunt Moderni Valentini in l.prima.§.
ſin.de verb.oblig.quòd ideo titulus Crucis fuit tribus illis
linguis,tunc magis vſitatis ſcriptus,vt ab omnibus intelli-
geretur.Propterea dicit gloſſ.in l.decreta.ff.de re iudicata.
quòd decreta inter Latinos debebãt Latinè proferri, & in-
ter Græcos,Græcè. Et eadem ratione dicunt Moderni de
Monteferrato in l.j.§.fin.ff.de verb.obligat.quòd licet ſti-
pulatio inter homines diuerſi idiomatis per interpretem
contrahi poſsit.vt in d.§.fin. Hoc ideo ſtatutum fuit pro-
pter neceſsitatem. Sed vbi duo haberent idem idioma , &
ſtipularentur,vnus Græcè,alter Latinè,non valeret ſtipula-
tio,cum ibi nulla ſubeſt neceſsitas,nec voluntas,cum poſ-
ſunt eadẽ lingua ſtipulari. Nam quilibet debet facere actũ
lingua ſua. Et ideo vbi ad aliquem ſcribimus , illi ſcriben-
dum eſt lingua qua ille vtitur , & non alia qua ille ad quem
ſcribimus non vtitur.cap.in nomine patris.ad fin.lxxiij.di
ſtinct.Nam,vt inquit Cicero de Oratore libro tertio,ver-
ba neminem mouent,niſi eum qui eiuſdem linguæ ſocieta-
te coniunctus eſt. Quoniam,vt ipſe idem Cicero Tuſcul.v.
ait,in ijs linguis,quas non intelligimus,ſurdi profectò ſu-
mus.quod videtur innuere diuus Paulus j.ad Corinthios
xiiij.cap.Et hac de cauſa videmus,leges voluiſſe,proclama
tiones,quæ inter vulgares fieri conſueuerũt, verbis vulga-
ribus

Leges quę dabãtur populis ſub illo eiuſdẽ populi idiomate, publicare veteres voluerunt.

Decreta inter Latinos & Græcos.

Stipulatio inter homines diu. id.an poſſit contrahi.

Scribẽtes alicui qua lingua ſcribere debeant.

Proclamationes inter vulgares.
Pariſijs & in Burgūdia qua re acta in vulgari ſcribunt.
Popularibus verbis quādo ſit agendum.

ribus fieri debere, vt ab illis intelligerentur. l. ſed & ſi pupil
lus. §. præſcribere. ff. de inſtit. Quo loco dicit Paul. de Ca-
ſtro Pariſijs curiā Regis conſuetudinē ideo habuiſſe, quòd
acta in vulgari ſcribātur: & idem in Burgundia conſuetum
fuiſſe Iacobus de Puteo in l. acta. ff. de re iud. atteſtatur. Nā
vt præclarè inquit Tullius offic. lib. ij. Popularibus enim
verbis eſt agendū, & vſitatis, cum loquimur de opinione po
pulari. Et idem lib. j. de legibus, Sed quoniam, inquit, in po
pulari ratione omnis noſtra verſatur oratio, pòpulariter
interdū loqui neceſſe erit. Hinc dicit gloſſ. in c. odi. xxiiij.

Clericus agēs contra laicum vulgariter loqui debet.
Romani quanti ſuam linguā fecerint, & in pretio habuerint.

quæſt. j. quòd clericus quando agit contra laicum, vulgari-
ter loqui debet, vt facta ſua intelligat. Propterea Romani,
vt facilius à ſubditis intelligerentur, tanti idioma ſuum fe-
cerūt, quòd eorū magiſtratus, quanquam optimè linguam
Græcam callerent, nunquam tamen Græcis, niſi Latinè re-
ſponſa dabant: eosq; per interpretem loqui cogebāt, non
Romæ tantum, ſed etiā in Græcia & Aſia, vt author eſt Va-
ler. Maxim. lib. ij. de inſtit. antiquis. Quem Cuma. & Iacob.
de Puteo in d. l. acta. ſequuntur. Vnde poſtea vſus inoleuit,
vt legati in Græciā miſsi, ſecū interpretem haberent, vt pro
Cornelio Balbo meminit Cic. & lib. j. de fin. bono. & mal.
Non enim Romanis tanta cura nominis fuit, (quanquàm
& illud ædificijs multis pluribus locis perpetuum facere
curarēt) quàm propagandæ linguæ. Meritò igitur ſummus
Pontifex in textu noſtro idioma cuiuſq; propriū in conſi-
deratione habuit: quia neminem ex rectoribus parochia-
libus putauit eccleſijs, & earum ſubditis ſufficere, aut place-
re poſſe, niſi bene ac intelligibiliter loquerētur, ac linguam
eorum callerent. Quod prius viſus fuit expoſtulare text. in
c. ſit rector. col. penult. xliij. diſtin. Quæ omnia cum funda-
ta ſint in iure diuino, cōmuni & naturali, concludendū eſt,
regulam iſtam cum dictis iuribus, nō ſolum ſimilitudinem,
ſed quandam affinitatem & identitatē habere, quin potius
conflatam ac compoſitam ex eorum viſceribus fuiſſe.

## QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, iuxta ordinem text. ibi, alicui perſonæ, nun
quid diſpoſitio iſtius regulæ habeat locum in proui-
ſionibus curati beneficij, fœminis regularibus
factis, vel capitulis, aut vniuerſitatibus aliquarū eccleſiarū?

¶So



¶SOLVTIO. Si ſignificationem & vim iſtius verbi, perſo-
næ, comprehēſiuam attendimus, certum erit, regulam præ-
dictos omnes comprehendere: quia appellatione perſonę,
tam maſculi quàm fœminę, vniuerſitas, capitula, & collegiū
comprehenduntur, vt dicit Bal. in l. quicunque. in iij. col. de
ſer. fugi. & in l. metum. §. aduertendum. ff. quod met. cau. &
in cap. j. in prin. de no. for. fide. Præſertim quia ex quo regu
la iſta concernit ſalutem animarum, vt dixi ſuperius in pri-
ma quæſtione, dicitur fauorabilis, vt dicit Pet. de Ancha. in
c. quamuis. de præbend. lib. vj. Quo caſu in tali materia ap-
pellatione perſonæ veniunt, & comprehenduntur omnes
indiſtinctè, tam maſculi quàm fœminæ, & vniuerſitates, &
capitula, vt tradit Dom. poſt Ioan. Andr. & alios in c. cum
in illis. §. j. in fin. de præbend. lib. vj. cum concord. vt ſcribit
Iaſ. in l. ſi quis maior. in ij. col. C. de trāſactio. & vltra ipſum
Rom. in conſi. ccccxxxvj. incip. quod indultum.

Perſonæ appellatione qui comprehendātur.
Animarum ſalutem concernentia, fauorabilia dicūtur.

¶Tamen prædictis non obſtantibus contrarium eſt con-
cludendum. Nam licet verum ſit, quòd appellatione perſo-
næ, lato ſumpto vocabulo, ac etiam in materia fauorabili
comprehēdi poſsit capitulum, vniuerſitas, vel quælibet alia
perſona, per ea quæ dicta ſunt ſuperius: tamen vbi materia
ſubiecta non eſt proportionata, ad hoc nunquam ſub tali
verbo, perſonæ, etiam cum dictione vniuerſali prolato, fœ-
minæ, nec capitula, vel vniuerſitates includētur: quia actus
actiuorum debent cadere in ſubiecto bene diſpoſito, prout
in propoſito noſtro dicit notabiliter Domi. in cap. ſicut. in
ij. col. vij. quæſt. j. Vbi ex hoc infert, quòd excommunicatio
prolata contra quaſcunq; perſonas, non comprehēdit vni-
uerſitatem. c. Romana. §. vniuerſitatem. de ſent. excom. lib.
vj. quia excommunicatio ligat animam, & vniuerſitas non
eſt materia ſubiecta ad hoc, cum animā non habeat. Et hoc
idem dicit Deci. in l. ſi familia. in ij. col. ff. de iur. om. iud. Et
reaſſumit latiſsimè Fely. in c. eam te. in xij. & ſequen. col. de
reſcrip. Et iſta omnia multo fortius procedunt in caſu no-
ſtro, ex eo, quia ratio iſtius regulæ nullo pacto poteſt ada-
ptari ad fœminam, vel vniuerſitatem, ſeu aliud ſimile cor-
pus repræſentatum: quia in talibus perſonis fictis non ca-
dit adminiſtratio ſacramētorum quæ in parochiali, de qua
loquitur iſta regula, neceſſaria eſt. Nam rector parochialis

Actus actiuorum.
Excom. prolata cōtra quaſcunque perſonas.
Adminiſtratio ſacramentorū ad quos pertineat.

debet confeſsiones parochianorum audire, & ſacramenta
omnia ſubditis ſuis fidelibus miniſtrare: & ideo neceſſariũ
eſt, quòd idioma eorum intelligat, ac viciſsim à populo in-
telligatur. Aliàs non bene ſacraméta ad profectum anima-
rum exercerentur, ſi ſeinuicem non intelligerent, vt latius
dixi ſuperius in j.q. Iſta enim ratio non poteſt adaptari ad
fœminam, neque ad capitulum, vel collegium. Quia ex quo
fœmina, & collegia actiuè ſunt incapaces ſacramentorum,
neque in eis cadunt claues fori pœnitentialis, cum etiam de
facto fœmina accipiens ordines, characterem non recipiat,
vt tradit Archid. & alij in cap. presbyter. xxxij. diſtinct. Nec
per conſequens poſsit fœmina, aut vniuerſitas cõfeſsiones
audire, vel alia ſacramenta miniſtrare, vt eſt text. & ibi no-
tat Abb. & omnes in c. noua. de pœnit. & remiſſ. & tenet di-
uus Thomas in iiij. ſenten. diſtinct. xxv. q. ij. Sequitur, quòd
hæc regula tales non comprehendit. Sunt enim huiuſmodi
perſonæ corpora inhabilia tum reſpectu ſexus, tum etiam
reſpectu corporis imaginati. Quia cum capitulum & colle-
gium nõ ſit perſona animalis vera, ſed repræſentata: & iſta
ſacramentorum adminiſtratio veram perſonam animatam
& virilem requirant, meritò diſpoſitio iſta loquens de per-
ſona, nõ habebit locum in iſtis: quia in eis ceſſat ratio iſtius
regulæ. Imò non ſolum in hac regula, in qua materia ſubie-
cta repugnat, ſed neque in quacunque alia diſpoſitione, in
qua verba debent propriè capi, appellatione perſonæ, capi-
tulum, vel aliud collegium non comprehenditur, vt eſt no-
tabile dictum Rom. ſæpe practicatum in conſil. ccccxxxvj.

Priuilegia derogantia quibuſcunq; perſonis.

Vbi per iſtam rationem tenet, quòd priuilegia derogantia
quibuſcunque perſonis, non derogat collegio, præſertim
dominorum Rotæ: quia non venit appellatione perſonæ.
Et per iſtam rationem concluſerunt domini mei in vna cau-
ſa pendente coram R. D. Ioan. Mohedano, xxiij. Ianuarij.

* Proc. conſtit. cõtra omnem perſ. an poſsit agere contra vniu. vel capitulum.

M. D. XXXVI. quòd procurator conſtitutus contra omnem
perſonam, non poterat agere contra vniuerſitatem, vel ca-
pitulum, per dictum Bald. in rubr. C. ad Trebellia. & in au-
then. item quicunque, C. de epiſc. & cleri. Sequitur Felyn. in
c. eam te. in ij. col. de reſcript. & in c. dilectus. el. ij. col. pe. de
ſimo. Et Paul. de Caſt. in d. authen. item quicunq;. & Rom.
in l. ſi quis mihi bona, §. ſeruus. ff. de acqui. hæred, & Iacobi.
de



de ſancto Georgio in l. collegium. C. de hæredi. inſtit. cum
quibus nouiſsimè cõcordat Barth. Caſſaneus in cõſil. j. in v.
dubio, vbi limitat in procuratore rei. Et iſtam opinionem
videtur tenere Deci. in d. l. ſi familia. Et licet idem Bald. vi-
deatur tenere contrarium in c. j. de noua for. fidel. quem ſe-
qui videtur Barb. in c. cum non ab homine. in primo nota-
bili. de iud. & in conſi. xlvij. col. pen in iiij. vol. Tamen poſ-
ſent eorum dicta concordari, vt procedant in procuratore
rei ad defendendum, quod eſt fauorabile, vt dicebat Caſſa-
neus in d. cõſi. & ſentit Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. mortuo.
ff. de fideiuſſ. Licet poſsit attentari, quòd etiã mandatũ acto-
ris ad agendũ ſit fauorabile, vt dicit deciſ. dominorũ xxxij.
de procur. in no. circa fi. Sed amotis ambagibus, iſta eſt com-
munis opin. quòd in procuratore actoris, dictum Bal. in d.
rub. C. ad Treb. eſt verior. Et ita iudicauit Rota. ¶ Redeun-
do ad propoſitum iſtius regulæ cõcludo, quòd ex quo ratio
iſtius text. ac proprietas huius verbi, perſona, non cõgruit
fœminæ, neq; collegio, vel capitulo, ſub diſpoſitione iſtius
regulę tales nõ comprehédétur: ſed illæ tantũ quę ſunt habi-
les, & capaces clauiũ fori pœnitentialis, quæ poſsint & va-
leãt curã animarũ exercere, & omnia ſacraméta miniſtrare.

## QVAESTIO TERTIA.

Cardinales an ſub illo verbo perſonæ, &c. comprehendãtur.

QVAERO, nunquid ſub illo verbo perſonę, vel etiam ex
mente iſtius regulæ comprehendantur Cardinales?
¶ SOLVTIO. Licet iſta quæſtio latiſsimè in
procemio iſtarum regularum diſcuſſa fuerit, tamé quia quæ
hîc dicentur, ſpecialiter iſtam regulam tangũt, quæ ibi ſcri-
pta non fuerunt. Ideo inconueniens non erit, pluries ean-
dem quæſtionem repetere: quia vt dicit text. in l. vnica. §.

Repetita ſæpius placent.

ſuprà dictis. C. de emenda. cod. Iuſti. ſæpius repetita place-
bunt. Et, vt inquit Plato, quem Plinius ſapientiæ antiſtitem
vocat, non nocet bis dicere, quod bene dicitur: quia, autho-
re Seneca, nunquam nimis, quod nunquam ſatis. Vnde illud
prouerbium emanauit, Bis terq; pulchra. Quamobré, cum

Bis, terq; pulchra.

quæſtio iſta neceſſaria ſit, frequens & vtilis, eam ſæpius in
pluribus regulis, diuerſis tamen motiuis repetere duxi. Et
propius ad rem ipſam veniendo, iſtam quæſtionem, de qua
loquimur in terminis, deciſam eſſe reperio per dominum
Bartholomæum Belenzinum virum doctrinæ ſingularis, &

quondam Rotæ auditorem in ſuo tract.de charitati.ſubſi. quæſt.lxvj.in v.colum.vbi reſolutè tenet hanc regulam in Cardinalibus locum habere,ex eo,quia tempore ſuo,& eo præſente,ita Rota iudicauit. Quam opinionem ipſe hac ratione fundat,quia clarum eſt,diſpoſitionem iſtius regulæ fauorem animæ concernere: quæ ratio facit, quòd iſta regula fauorabilis iudicetur,iuxta doctrinam gloſ.Bar.& doct. in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.Sed in conſtitutione ſic fauorabili Cardinales comprehenduntur,vt dicunt Moderni per illum text.in c.omnis.de pœniten.& remiſſ.Igitur regula ligabit eos. Hæc Belenzinus.Pro iſta opinione facit text.in cap.nemo.& quod ibi notat Dom.& Philip.in princ.de elect.lib.vj.

Regula quare fauorabilis iudicatur.

¶Sed prædictis non obſtantibus poteſt contrarium tentari.Nam in primis negari poteſt,quòd iſta conſtitutio in fauoré animæ ædita ſit,vt dicebat Belenzinus. Iura enim hoc exprimere ſolent,quando id agere intendunt,vt patet in c. fi.de conſue.& in cap.fin.de præſcrip.& in cap.ij.de conſti. libro ſexto.& alibi ſæpe. Nam quòd ſit rector eiuſdem linguæ potius quàm peregrinæ,hoc non concernit immediatè animam: quia ſi hoc modo vtilitatem animæ metiremur,nulla eſſet conſtitutio, nulla regula iſtius voluminis, in qua eodem modo idem animæ fauor conſiderari nõ poſſet. Præſertim in regulis mixtis, quæ ad euitandum fraudes conditæ videntur. Et ſic eſſet dicendum omnes tales regulas eſſe fauorabiles,ac latiſsimè interpretandas,& comprehendere Cardinales. Quod inconueniens & abſurdum videtur, vt inferius per exempla patebit. Nam ſicut nõ omne, quod publicè intereſt,principaliter ad vtilitatem publicam pertinere dicitur,vt illud fauorabile dicamus,vt tradit Bar. & alij in l.j.ff.ſolut.matri.Ita neque omne illud quod ad fauorem animæ referri poteſt, ilico diſpoſitionem principaliter fauorabilem facit. Cum conſtitutio fortè alia ratione moueri poſsit,quæ diſpoſitionem reſtringat,vt patet in c. auaritiæ.de electio.libr.vj.Cuius diſpoſitio reſpicit vtilitatem animæ: & tamen illa conſtitutio tanquàm fauorabilis extenſionem non recipit, vt not.Oldra.conſilio ccxlvj.& Gemi.conſi.cvj.in vj.colum.Et idem videmus in extrauag. ambitioſe.poſita in titu.de reb.eccle.non alienan.Quæ etiã vtili

Animæ fauor quo pacto cõſiderari debeat.

Animæ fauor diſpo. prin. fauorabilem facit.



tatem animæ conſiderat, & ita fauorabilis non eſt, vt omnes caſus non expreſſos comprehẽdat,vt declarat domi. Gundiſaluus Villadiego, quondam noſtri ordinis inſignis auditor,in tract.de lega.in xj.quæſt.primæ partis.col.fin.& Rochus Curtius in repe.c.fin.in lxxxij.col.de conſuet.Illud igitur, quod dicitur cõſtitutiones obuiãtes fraudibus, vtilitatem animæ reſpicere,verum eſt,quando illa conſtitutio principaliter animam,ſeu piam cauſam immediatè reſpicit. Secus autem quando conſtitutio non principaliter, ſecundario incidenter,aut mediatè animam concernit,Quod ex ſubiecta materia,vel modo loquendi facilè deprehendetur. Hoc probatur in c.vt animarum.de conſtit.lib.vj.& in cap. quanquam.de vſur.cum ſimilibus.& ita declarant Moderni in c.cum contingat.poſt gloſſ.in verbo debent.de iur.iur. Et reaſſumunt Moder.Hiſpani in tracta.de vltimo fi.iuris. lxxxix.& cxvij.col.& latius dixi in d.c.vt animarum. Cum igitur regula iſta neque ex verbis, neque ex ſubiecta materia principaliter animæ vtilitatem concernat, concludendum erit, illam non eſſe principaliter fauorabilem & extendendam,& per conſequens Cardinales non comprehẽdere.

Extrauag. ambit. quos caſus cõprehendat.

¶Sed poſito, quòd regula iſta principaliter fauorem animarum concerneret: dico tamẽ, quòd ille fauor animæ qui propter imperitiam idiomatis hîc conſiderari poteſt,per vicarium idoneum,linguæ peritum,poſitum in eccleſia parochiali,per Cardinalem conſeruari poſſet,iuxta notata in capitulo ſuper eo.de præbend.lib.vj.& in cap.dudum.el.ij. de electio.Nam ipſi Cardinales habẽtes parochiales, licet intelligibiliter loquerentur,& intelligerent idioma, non tamen honeſtè poſſent,nec eorum dignitati conueniret, neque etiam coguntur eccleſijs parochialibus per ſe ipſos deſeruire, cum ſint regimini vniuerſalis eccleſiæ præpoſiti, quòd præferri debet priuato commodo vnius eccleſiæ parochialis,vt dicit text.in propoſito noſtro notabilis in c.bonæ.j.de poſtu.prælat.Et iſto modo per vicarium ſatisfactũ erit regulæ.Licet idem Cardinal.non intelligant, nec loquantur idioma.Et quia Papa diſpenſando cum eis, vt tenere valeant parochialem in commendam, per hoc videtur cum illis tacitè diſpenſaſſe, vt nõ teneantur per ſeipſos deſeruire,iuxta gloſſ.in cap.quia in tantum.de præbend.cum

Card. cogũtur eccleſijs parochialib. per ſeipſos deſeruire.

alijs concord.vt ſcribunt Moder.repet.rub.de reſcript.lib. vj.in ij.colum.& tenet Abb.in c.cum in cunctis.de electio. & latius per Fely.in cap.poſtulaſti.in xij.colum.de reſcript. Præterea quia in iſta regula nulla fit mentio de Cardinalibus,ideo non comprehenduntur.Nam Cardinales nunquã ſub regulis Cancellariæ cenſentur includi, niſi illi ſpecificè nominentur,vt tradit Felyn.poſt Petr.de Ancha.in cap.in eos.in fi.de hæreti. Ad hoc facit ratio gloſſ.in verbo dignitatum.in cap.ij.de præben.lib.vj. Et hoc generaliter verum eſt,quòd Cardinales in diſpoſitione quacunque pœnali nõ comprehenduntur.etiam,quod fortius eſt,ſi in illa diſpoſitione ſint verba vniuerſalia, vt eſt text.in cap.j.de ſchiſma. lib.vj.& ibi notant Io.Andr.& Domi.cum multis alijs concordan.quæ ſcribit idem Belenzi.in eodem tract.colum.vj. Vbi ex hoc infert vnum aliud,videlicet,idem eſſe in regula de valore exprimendo,vt non habeat locum in Cardinalibus per eandẽ rationem : quia de illis ibi non facta eſt mentio ſpecialis. Et idem Belenzinus hoc generaliter dicit de quibuſcunque regulis,in cap.quod ſuper his.de fide inſtrumentorum.quem ibi Felynus refert in iij.colum.verſi.ij.c. Et quo ad regulam de valore,hoc latè dixit Pet.de Ancha. in conſi.cclxxxviij.pro clariori euidentia.Et Rom.in conſ. ccccxcviij.cum ſexcentis concord.de quibus per And.Sicul. in tracta.Cardinalium.in vij.q.& dicitur latius ibi.

Cardnal.nunquã ſub regulis Cancel.cẽſentur includi.

¶Præterea ratio domini Bartholomæi ex alio impugnatur, quia ſi illa eſſet vera, idem deberemus dicere in regula de valore exprimendo,quæ poteſt eodem modo concernere fauorem eccleſiarum & animæ. Nam ratio illius regulæ fuit, ne tacendo valorem, vnus caperet ſtipendia plurimorum,quæ clericis pauperibus miniſtrare volentibus,poſſent ſubſidio eſſe, vt habetur in cap.quia in tantum.cum c. ſequenti.& cap.cum ſecundum.de præbend.& in cap.j.xij. quæſt.j.& bonus text.in cap.quia nonnulli.de cleri.nõ reſi. Et quia Papa per expreſsionem valoris, conſultius eccleſijs,& earum indemnitatibus,ac cultui diuino, & perſonis bene merentibus iuxta cõdignum prouidet. Et ita fit,quòd docti viri qui eccleſiam Dei, veluti ſtellæ poſitæ in firmamento illuſtrant, vt dicitur in capitulo,ſuper.de magiſt. & per quos magis cultus diuinus decoratur, defenditur, &

De valore breuis declaratio.

Docti viri eccleſiam Dei illuſtrant, veluti &c.



& augetur.cap.ſuper ſpecula.ne cle.vel mon.& ea quæ dicuntur in cap.cum M.& c.cum acceſsiſſent.iuncto capit.ex parte.de conſtitu.recipiunt mercedem & retributionẽ ſanctorum laborũ ſuorum. Quæ omnia proculdubio per expreſsionem veri valoris iuſtificantur:tolluntur etiam multæ fraudes quæ fierent ſi valor taceretur. Nam poſſet fraudari Papa in perceptione iurium ad ſe pertinentium,ac Cameræ & Cancellariæ officiales,qui bona fide ſub prætextu diſtributionum taxæ & annatę,quæ ex fructuum expreſsione proueniunt,à Papa ſua officia emunt.Super quibus quidem taxis maior officiorum curiæ pars fundata exiſtit. Vnde ſi verus valor taceretur,fieret magnum præiudicium illis qui officia pro ſua ſubſtentatione proprijs pecunijs quæſierunt. Hoc enim fieri non poſſet ſine conſcientiæ periculo,& animæ offenſione,& ſcandalo plurimorũ,vt latè probat Hiero.Paulus Hiſpanus in pract.Cancel.apo.fol.xlviij. vt dicam in regula de valore. Igitur concludendum eſt,dictam regulam animarum etiam vtilitatem concernere. Et tamen illis rationibus non obſtantibus,Rota tenuit regulam illam non habere locum in Cardinalibus,vt ipſe idem Belenzinus meminit in dicto tract.& dicit ſuo tempore ita Rotam iudicaſſe.Ergo pari ratione tenendum eſt,iſtam regulam eos etiam non ligare.Super his tamen benè cogitandum eſt ex eo,quia multum me mouet atteſtatio D. Belenxini dicentis,Rotam contrarium eo præſente iudicaſſe. A qua opinione in dubio ego non recederem:quia iuſtũ præſumitur iudicium fuiſſe,quod plurimorum oculis eſt comprobatum,vt dicitur in cap.prudentiam de offi.deleg.

Regula de valore an comprehẽdat Cardinales.

Iudicium plurimorum oculis comprobatum iuſtũ præſumitur.

### QVAESTIO QVARTA.

QVAERO ibi, prouidere, ſeu mandare prouideri &c. quid ſignificent,& importent iſta verba?

¶SOLVTIO. Attenta proprietate verborum, iſta verba prouidere,ſeu prouideri mandare,denotant liberam diſpoſitionem factam à ſuperiore ſine facto alterius. Itaque ſub tali verbo non comprehenderetur electio,neq; præſentatio quæ requirunt factum aliorum,vt dicit Domi. in cap.cum illis.§.j.de præb.lib.vj.¶Tamen ex quo diſpoſitio iſtius regulæ eſt fauorabilis,fundata in ſalute animarum propter rationes aſsignatas in prima quæſtione:ideo

Prouidere ſeu mãdare prouideri,quid importent.

erit concludendum iſta verba prouidere,& mandare prouideri,largo modo capi debere, vt quamcunque diſpoſitionem & ordinationem,per quas prouidetur alicui de parochiali,comprehendant.quia illa verba largo modo ſumpta ad omnes modos diſpoſitionis & collationis adaptantur, vt refert Fely.in c.in noſtra.in xxxij.corr.de reſcript.Et licet omnes modi diſponendi de beneficijs,largo modo loquendo comprehenduntur ſub verbo prouiſionis,tam ex parte conferentium,quàm prouiſi,quia quocunque modo prouideant, perſonam quæ intelligat & loquatur idioma loci, eligere debent. Tamen quo ad alium effectum,multum intereſt, per quem modum quis prouideatur,an per electionem, præſentationem,vel collationem: quia per vnum modum acquirit ius in re,& per alium ad rem. Et hoc eſt multũ vtile ſcire propter derogationes. De quo tamen videnda ſunt,quæ ſcripſi in regula,de non tollẽdo ius quęſitum.in j.q. quæ hîc non repetam. ¶Quid autem ſignificent,& quid differãt inter ſe iſta verba poſita in textu,prouidere,ſeu mandare prouideri &c. Et dicendum,quòd ſecundum ſtylum curiæ Rom.multum differunt. Pro quo eſt aduertendum,quòd quatuor ſunt termini,quibus vtitur Papa in prouiſionibus ſuis,videlicet,prouidemus, mandamus prouideri,prouiſum fuit,& conceſsimus prouideri. Et iſta omnia ſecundum ſtylum Cancellariæ differunt. Nam prouiſio dicitur,quando Papa effectualiter & purè facit gratiã, de qua literę ſunt expeditę. Illa enim dicitur prouiſio:& per talem prouiſionem expirat reſeruatio Papę,vt dicit Fely.in rub.de conſti.colum.iiij.vt latè dixi in regula de triennali. Mandamus prouideri,dicitur,quãdo literæ ſunt expeditæ, & alteri mandatur,vt prouideat.& de iſtis duobus terminis loquitur Egid.in quadam deciſ.relata per D.Guliel.in deciſi.incip.& quia.in tit.vt lit.pendẽ. Prouiſum fuit,dicitur, quando authoritate Papæ,vel alterius fuit facta prouiſio,literis expeditis & executis. Conceſsimus prouideri,dicitur, quando eſt ſignata ſupplicatio,& literæ non ſunt expeditæ. Et ita expreſsè tenuit bis Rota in vna Valentina parochia-

* lis de menſe Nouemb.& Decemb. M.D.xxxvj. coram D. Ioan.Clerici Et hanc etiam verborum differentiam,quam hodie in gratijs Apoſtolicis ſeruari videmus,duo antiqui

**Termini quibus vtitur Papa in prouiſionibus,q̃t ſint.**

docto



doctores practici approbãt,videlicet Hiero.Paul.Barchin. Cancellariæ Apoſtolicæ vicecorrector,& Anto.de Corteſijs olim abbreuiator in quibuſdã ſuis memorialibus concernẽtibus gratias expectatiuas,& alias literas gratiæ.fol. lxxxv.Ex quibus excerptus eſt ille liber,quem vulgò practicam ſeu ſtylum Cancellariæ appellant,ſæpius per Fely.allegatum,& à ſede Apoſtolica approbatum,vt in proœmio dixi.Et quia iſta conſiſtunt magis in ſtylo & vſu curiæ,quàm in iure,ideo non inſiſto. De quibus tamen aliqua dicam in fine huiuſce commentarij,poſt Specul.in titulo de actio.& petitionib.§.iiij.

**Cãcellariæ liber,ſeu ſtyl⁹ vulgo practica.**

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in parochiali eccleſia commendata?

**Parochialem eccleſiã commendatam an cõprehendat regula.**

¶SOLVTIO. D.Guliel.Caſsidorus noſtri ordinis vir diligens & curioſus,ac Epiſcopus Algaren.in diſcurſu cuiuſdã quæſtionis,quam ſcribit in collectaneis ſuis deciſio.Rotæ,fol.cciij.ſimpliciter tenuit regulam iſtam in commenda locum habere:quia ita in Rota iudicatum fuit: & nihil aliud dicit. ¶Reperio tamen quendam doctorem Modernum(illi nomen eſt, Aeneas de Falconibus)virũ certè,quantum colligi poteſt ex quibuſdam apoſtillis, quas fecit ad Abb.Panor.& ex quodã tractatu ſuo reſeruationum, & commẽdarum, apprimè eruditum & practicum,in quadam breuiſsima additione,quam hîc reliquit,ponere iſtam quæſtionem in terminis,& referre tempore ſuo, Rotam ſuper hoc puncto variaſſe,& diuerſis temporibus pro vtraq; parte iudicaſſe:nullam tamen rationem alicuius deciſionis ſcribit. Itaque ſatis apparet quæſtionem eſſe dubiam,& in vtranque partem diſputabilem.

¶Quid dicendum? Certe negari non poteſt punctum eſſe difficilem,ex eo,quia tempore meo vidi hanc eandem difficultatem in Rota ſæpe à diuerſis auditoribus propoſitam, & minime diffinitam. Nam R.P.D.Petrus Vorſcius de men- *

ſe Iulio M.D.xxxix.inter dominos de ea verbum fecerat. Et tunc propter varietatẽ votorum nihil penitus concluſum fuit. Secũdo loco coram R.P.D.Marcello de Creſcẽtijs, de menſe Aprili M.D.xxxj.in vna Graſſen.fuerat etiam ſuper hoc dubitatum: & vota diuerſa fuerunt. Tertio loco

q 5

idem D.Pet.iterum quæſtionem propoſuit,& poſt longam diſputationem, Domini eam terminarunt, in qua plura argumenta & rationes facta fuerant, quorum præcipua narrabo, ne faſtidio ſim curialibus occupatis: & quia iſtā quæſtionem latiſsimè in regula de triēnali poſſeſſore attingo: ex quo loco plura, dum caſus iſte occurret, mutuari poterunt. In primis igitur pro parte negatiua, videlicet, quòd regula iſta in commēda locum non habeat, quidam ex Dominis ponderabant tex.regulæ, non facere mentionem de commenda. Ergo neq; nos ſupplere debemus.l.ſi ſeruum.§.prætor ait.ff.de acqui.hæred. Addebant fortius, quia cōmendatarius per ſubſtitutum oriundum ex loco deſeruire poteſt, ex quo habere poteſt aliam eccleſiam in titulum cui perſonaliter tenetur deſeruire, vt tradunt docto.in c.dudū.ij.per illum tex.de electio. Et talis ſubſtitutus poteſt regulæ ſatisfacere, & ſupplere defectū commēdatarij, quod non eſt in titulari qui tenetur deſeruire per ſeipſum. Vnde ſi non intelligit, nec loquitur idioma, non poterit ſacramenta miniſtrare, quæ verborum intellectum & loquelam requirūt. Et ideo in titulari duntaxat regula locum habebit. Iſta ratio quorundam Dominorum ſatis dubiam materiam reddidit.

Commēdatarius poteſt deſeruire p ſubſtitutum oriūdum ex loco.

¶Sed in contrarium allegata fuit per alios Dominos predicta deciſio Domini Gulielmi, atteſtantis Rotam contrarium iudicaſſe. Quæ dubios reddidit Dominos, & negotium diſtulit ad Calendas Octobris. Tūc enim in primis audientijs cauſa iterum fuit poſita. In qua pro opinione illorum Dominorum ponderabantur verba iſtius regulæ, ibi, prouidere, ſeu prouideri mandare, &c. Quę adaptari poſſe non videntur ad commendam. Quia commenda non eſt prouiſio, vt dicit expreſsè Collectarius in c.ſi conſtiterit.in ij.col.de accuſa. Facit quod dicit Cardinalis in clem.cauſam.in quarta q.de electio.

Cōmenda nō eſt prouiſio.

¶Iſtis tamen non obſtantibus, maior pars Dominorū tenuit contrarium, videlicet, regulam habere locum in commenda. Quorum opinio iſtis motiuis defenditur. Primo, conſiderando rationem finalem iſtius regulæ, quæ ſecundum communem opinionem in fauore & vtilitate animarum fundatur. vt tenet expreſsè Bartholom. Belenzinus auditor Rotæ in dicto tractatu de charita.ſubſid. quæſtione lxvj.



lxvj. colum.v.& dixi ſuperius in j.& iij.quæſtione. Sed ſalus animarum in hoc conſiſtit, vt paſtor vultum pecorum ſuorum inſpiciat, viſitet eccleſias, confeſsiones audiat, populo prædicet, & alia ad curam animarum pertinentia, ſacramenta miniſtret, vt ſuperius in dictis quæſt. j.& iij.dictum eſt: quæ omnia in commendatario militāt, poſtquam capit fructus eccleſiæ, qui ſibi propter dictum onus dantur. Ergo in illo diſpoſitio iſtius regulæ locum habebit.l.j.ff.ad municip.& l.à Titio.ff.de furt. Fruſtra enim in commendatario contemporanea ætas, & ordo ſacerdotalis requireretur. vt dicit Domini.in capitu.nemo.in primo notabili, de electio.lib.vj.per illum text.niſi ad ea teneretur, ad quæ rector ipſe tenetur, videlicet, ad miniſtranda ſacramenta fidelibus parochianis, qui ſine commercio linguæ & intelligentia idiomatis miniſtrari non poſſunt.

Animarū ſal⁹ in quo conſiſtat.

Commendatarius contēporaneam ætatē habere tenet.

Et ob eam cauſam in commenda neceſsitas & vtilitas eccleſiæ conſideratur, vt ibi dicit Domi.in tertio notabili. Et tamen regula iſta ad alium effectum ædita non fuit, quàm propter vtilitatem eccleſiarum. Ergo videtur in ea includi cōmenda: cum eadem ratio ſit in commendatario, quæ eſt in titulari. Ergo regula vtrunque comprehendere debet: maximè, quia iſta regula generaliter loquitur. Ergo omnes caſus comprehēdere debet: etiam ſi maior ratio ſit in vno caſu, quàm in alio. iuxta text.notabilem qui de pœna loquitur, in l.j.§.quod autem.ff. de aleato. Et qui ſe exceptum dicit à regula, illud probare debet: quia lex indiſtinctè omnes quos non excipit, ligat.cap.j.de conſti.cap.omnis anima.de ſenſibus.cap.ſolitæ.de maio.& obed. Cum igitur commendatarius à regula non excipiatur, dicam ſub illam comprehendi.

Eccleſiæ vtilitas & neceſsitas in cōmenda cōſiderat.

Ratio maior eſt in vno caſu, quàm in alio.

Lex indiſtinctè omnes, q̃s non excipit, ligat.

Confirmatur vlterius iſta opinio, quia videmus regulam iſtam habere locum in gratia expectatiua, quæ eſt quædam conceſsio temporalis, iuxta c.fin.de conceſſ.præben. Ergo eadem ratione habebit locum etiā in cōmenda, quæ etiam conceſsio temporalis eſt. Præterea quia iſta regula initium conſiderat, & ſic tempus prouiſionis beneficij. Quo tempore niſi peritia idiomatis in regula requiſita concurrat, collatio ſiue prouiſio beneficij eſt nulla ipſo iure, vt patet in tex.quia qualitas adiuncta verbo, debet adeſſe tēpore verbi.cap. ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.l.miles ff.de teſta.mili. Et

Commēda & gratia expectatiua dicuntur conceſsio temporalis.

iſta

iſta ratio æquè militat in commendatario,ſicut in titulari. Ergo, &c.Et per hoc illa ratio illius Domini reſoluitur, videlicet, quòd cõmendatarius per ſubſtitutum deſeruire poterat: quia eſt verum,poſtquàm commenda validè præceſsit,id eſt,quando conceſſa eſt habenti peritiam idiomatis,vel quando à principio in ipſa prouiſione iſti regulæ derogatum eſt,tunc enim validè ſubſtitutum ponet.Vbi vero à principio tempore prouiſionis iſta non concurrunt, prouiſio eſt nulla: & ideò tali caſu de conſtitutione ſubſtituti diſputare non attinet,qui poſtea ſequitur:& ſic eo tempore quo iam prouiſio commendæ facta perſonæ ignoranti idioma non valuit.

Papa reſeruãs prouiſioni ſuę benefic.&c.

Commendari quid ſit.

¶Non obſtat etiam,quòd text.iſte commendam comprehẽdere nõ videtur,ex quo loquitur de prouiſione. Et prouiſio non eſt commenda: quia hoc eſt falſum. Quia imò ſub tali verbo comprehenditur,vt in ſpecie tenet Domi.de S.Gemi.in capitulo nemo.in ſecunda colum.verſic.item facit.de elect.lib.vj. Vbi ex hoc infert, quòd ſi Papa reſeruat prouiſioni ſuæ beneficium,ſi illud dat in commendam,reſeruatio expirat,ſecus ſi collationi ſuæ reſeruat. Rationem ibi ponit: quia commendari eſt prouidere. Et ita ibi Domi.ſequitur Philip.Franc.in tertia colum.& Nicolaus Milis ſummus practicus,& auditor Rotæ in ſuo indice,in verbo beneficium vacans reſeruatũ &c. Et latius cæteris Ioan. Aloiſius Toſcanus aduocatus cõſiſtorialis,antiquus& ſummus practicus,in quodam conſil.ſuo incipien.nunquid regula prohibens. Vbi non ſolum tenet cõmendam ſub iſta regula comprehendi,ſed etiam ſub quibuſcunq; regulis de prouiſione loquentibus. Cum quibus concordat egregius pater Domi.Ioan.Franc.Pauinus Rotæ auditor in eleganti ſuo tract.de ſede vacan.in tertia quæſtione principali.& Moder.in tract.reſeruationum.fol.vij.&in effectu xxxviij. & fol.xxxij. Quicquid de hoc dubitet Rom.in conſil.cccl. colum.quarta.cum quo vnico verbo Felyn.tranſire videtur,in cap.in noſtra.in xxxij.corr.in ſecunda columna.verſicul.ſcias etiam.de reſcript. Reliqua quæ circa iſtam quæſtionem deſiderari poterunt,repetenda erunt ab illa quæſtione nota digna,& multum per me diſcuſſa in regula de triennali.quæſtione quinta.

Cõmenda ſub quibuſcũque regulis de p̄uiſ. loquentibus comprehendit.

QVAE



## QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, nunquid iſta regula obſeruari debeat, & liget extra curiam?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic tenet quòd non, rationibus de quibus hîc per eum, quem vide: ſed veritas eſt oppoſitum. Nam ex quo ratio iſtius regulæ,quæ vtilitatem animarum reſpicit,ita generaliter militat extra curiã, ſicut in curia generaliter interpretari debet, arg.eorũ quæ dicit Felyn.in cap.ij.col.penult.de reſcript. Et ratio Gloſſatoris,q̃ ordinarius magis perſonas ſuæ diœceſis, quàm alias cognoſcat,non facit ad propoſitum: quia illud concernit mores & probitatem vitæ,nõ autem rationem idiomatis,quia cognitio ordinarij non tollit defectum perſonæ non intelligentis,vel loquentis idioma. Nam quando clarè illum eſſe incapacem,& expertem linguæ conſtat,illa ratio nihil valet. Et ita regulam de infirmis reſignantibus, quæ pariformiter generaliter loquitur, extra curiã locum habere videmus,vt Rota ſæpius concluſit, & iudicauit, vt ibi latè diximus. Pariformiter igitur in iſta regula idem dicendum eſt. Reliqua circa iſtam quæſtionem dixi ſuperius in proœmio,vbi plenius videndum erit,quæſt.ij.

## QVAESTIO SEPTIMA.

Idioma Britonis Galli, & Britonis Briton.nunquid ſit aduerſum.

QVAERO, ponamus Britonem Gallum impetraſſe gratiam expectatiuam in diœceſi Britonum Britonizantium,quorũ idioma eſt diuerſum,& inter eoſdem minime intelligibile, de quo in expectatiua mentionem non fecit. Propter quod impetrat gratiam, quòd perinde valeret dicta expectatiua,ac ſi in ea facta fuiſſet mentio de tali defectu: quam gratiam expectans non expediuit ante vacationem. Poſtea vacat beneficium, idem Brito Gallus acceptat: alius Brito de Britonizantibus etiã acceptat,& conatur excludere Britonem Gallum primum acceptantem,exceptione iſtius regulæ,quæ annullat expectatiuam non intelligẽtis idioma,&c.Brito Gallus replicat gratiam ſuam expectatiuã validari,virtute gratiæ,perinde valere. Triplicat alter Brito Britonizans,gratiam perinde valere,non ei ſuffragari,quia literæ non fuerũt expeditæ. Et dat de regula,quòd cõmiſsiones non valeãt, literis nõ expeditis. Dubitatur, an ſola ſupplicatio ſufficiat, quo ad

dero

derogationem iſtius regulæ,& ſupplendum eius defectum.

¶Solvtio. In iſta quæſtione concluſum fuit,ſolam ſupplicationem gratiæ,perinde valere,nõ ſufficere ad ſupplendum defectum idiomatis, de quo loquitur iſta regula,vt etiam dixi in regula xxv.de non iudicando iuxta formam ſupplicationis,niſi in literis expeditis.Tamẽ per Dominos in præſenti quæſtione duo capita conſiderata fuerunt. Primum, quando expectatiua,& perinde valere, ſunt eiuſdem data. Et iſto caſu gratia perinde valere ſupplet defectũ iſtius regulæ, & acceptatio illius vigore valeret. Ita Rota tempore Leonis Papæ ſecũdi in cauſa Gienuen.canonicatus,& præbendæ coram D. Vanulio pro quodam Valentino expectante, contra Caſtellanum etiam expectantem ſentẽtiauit.nam Caſtellanus expectãs excipiebat de iſta regula contra Valentinum etiam expectantem, qui tamen ſub eadem data expectatiuæ ſuæ gratiã,perinde valere impetrauerat. Rota pro Valentino tenuit. Secundum caput eſt, quando gratia perinde valere,ſub diuerſa data conceſſa fuit.Et iſto * caſu Rota de anno M. D. xix. tenuit illam nõ ſupplere defectũ iſtius regulæ, niſi literis expeditis ante vacationem. Et ita pronuntiauit D. Camillus de Balionibus in fauorẽ Vulgalci de Vezeardo Britonis Galli,contra Martinũ Collant,Britonem Britonizantem in cauſa Coroſopiten.ad quam diœceſim vterq; gratiam ſuam expectatiuam habuerat,cuius ſententia confirmata fuit per bonæ memoriæ D. * Guliel.Caſſiadorũ de anno M. D. xx.de menſe Ianuario, vt ipſe idem refert in ſuis collect.deciſ. Rotæ.fol.ccciij.& ſequen.Quibus autem rationibus moti fuerunt Domini, ponit ibi latius Domi. Guliel.referendo motiua Gemini. in cõſil.cxxviij.& Bellame.deciſ.dccxlvj.quæ breuitatis cauſa non refero,cum ibi videri poſsint. Nam illæ deciſiones iam ferè per manus omnium curialium circunferũtur,ideo omitto:quia de iſta quæſtione latius in regula xxv.dicam.

* Perinde valere,an ſufficiat ad ſupplendũ defectum idiomatis.

## Qvaestio octava.

Qvaero, quid ſi aliquis pro parte intelligit,& pro parte non,an videatur ſatisfactum regulæ?

¶Solvtio. Tenerem quòd non, per iſtã rationem: quia hîc ponitur clauſula annullatiua, formã inducit,ſecũdum Bald.in l.j.ff.de lib.& poſth.tradunt Moder. in

Clauſula annullatiua inducit formã.



in l.pacta quæ contra.C.de pact.Sed in formalibus nihil dicitur actum,quando aliquid deficit,vt in c.j.de bap.facit c. defleat.de reg.iur.Nam forma ita transgredi dicitur in minimo defectu ſicut in magno,vt tradit Fely.in cap.cum dilecta.de reſcrip. Et eſt text.notabilis in c.quæritur.§.epiſcopus.xxij.q.j. Nam qui malè intelligit, non bene referre poteſt,vt dicit Specul.in tit.de aduocato.§.lxj.poſt mediũ. Et hoc vlterius ſuadetur,quia in text.duo copulatiuè requiruntur,videlicet,quòd intelligat,& intelligibiliter loquatur:quorum alterum non ſufficit.l.ſi ita ſtipulatus.de verb. oblig. Et verba ſimpliciter prolata intelliguntur in perfecto ſignificatu.l.fi.C.de his,qui ve.æta.impe. Ille igitur qui pro parte loquitur & intelligit,non perfectè dicitur habere idioma,vt verba regulæ adaptentur.

Forma ita trãſgreditur in minimo defectu, ſicut i magno.

## Qvaestio nona.

Qvaero, ponamus quòd in aliquo regno ſint duo idiomata, ſiue linguæ: vna naturalis, altera accidentalis,vt in Luſitania, quæ habet propriam linguam Portugalenſium,quæ eſt eorum naturalis: & linguam Caſtellanam, quæ eſt eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplicem linguam habent,& Sardi etiam qui habent duplex idioma,videlicet Sardum & Catallanũ,quod eſt eis accidentale ex commercio, & vicinitate Catellanorum acquiſitum. Quid ergo ſi Caſtellanus impetrat gratiã in regno Cantabrorũ,vel Portugaliæ,vbi Caſtellanus non intelligit,neque loquitur eorum idioma, ſed bene illorum accidentale,videlicet idioma Caſtellanum,per quod intelligibiliter loquitur & intelligitur,an huic obſtet regula?

Idiomata duo in aliquo regno.

Idioma duplex in quib' regnis inuenitur.

¶Solvtio. Videtur prima facie dicendum quòd non, ex eo,quia in tali impetrante finis & mens regulæ ſeruatur, quæ attendi debent.arg.l.ſcire debes.ff.de legi. Nam habito fine conſtitutionis modus non curatur, vt notat Abb.& alij in cap.quoniam contra,per illum text.de probat.

Fine conſtitutionis habito non curatur modus.

¶Contrariũ fuit deciſum tẽpore D.Ioan. Vanulij quondam auditoris. De ratione deciſionis non conſtat, ſed putarẽ iſtam eſſe:quia in regula quæ interpretanda ſtrictè eſt, maximè in beneficialibus,verba naturaliter, non accidentaliter intelligi debent.l.j.§.hoc interdictum.vbi Bart.ff. de

Verba regulæ, quæ eſt ſtrictè interpretanda.

de fonte. Nam in tali caſu natura præualet accidenti, vt notat Bart. in l. qui habet. per illũ text. ff. de tutel. & tradit not. Angel. in conſilio cccxcvij. ludus pilæ. in j. colum. vnde ex quo mens iſtius regulæ fuit, vt commodius rector parochialis ſaluti animarum in confeſsionibus & ſacramentis, & prædicationibus populo exhibendis, conſulere poſſet, per quæ ſimplicibus & ignaris hominibus, quales ſunt mulieres, & populares artifices magis ſubuenitur: ideo iſto caſu regula obſtabit, quia verum eſt dicere huiuſmodi impetrantem Caſtellanum non callere idioma proprium & naturale Cantabrorũ, ſed accidẽtale. Nec obſtat, quòd in illis partibus lingua Caſtellana, vt plurimum à nobilibus, & ab alijs negotiatoribus intelligitur: & eã ſufficienter loquuntur, quia hoc nõ ſufficit, niſi cõmuniter mulieres, & aliæ ſimplices perſonæ illud idioma peregrinum, ſicut naturale & proprium intelligant: aliàs regula generaliter omnibus nõ prouideret, maximè in caſibus iſtis neceſſarijs ſacramentorum, per rectorem parochialis exhibendorum, in quibus rudes perſonæ magis inſtrui debent, quod ſine commercio linguæ fieri nequibit. Concludendum igitur eſt, regulam hoc caſu habere locum.

*Natura quando præualet accidenti.*

*Rector parochialis idioma loci qualiter intelligere debeat.*

¶ Limitant aliqui hoc non procedere in impetrante multum qualificato moribus & ſcientia, qui illi patriæ multum eſſet acceptus: quia tali caſu putant ſufficere, illum intelligere, etſi loqueretur peregrinum idioma, quod communiter ibi intelligitur. Quia tunc ex ſufficientia viri, vtilitas animarum compenſari poſſet. In quo caſu illa regula iuris, videlicet quòd naturale præualeat accidentali, de qua in dicta l. qui habet. non procederet, vt notabiliter dicit Andr. Siculus in capitulo in præſentia. in xxxiij. colum. de probationibus.

¶ Sed iſta limitatio tua non videtur, quia vbi agitur de præiudicio animarum, qualitas perſonæ nihil operatur, vt dicit Baldus in capitulo iurauit. de probat. & in capitul. j. in fine. vt lite pendente. Sequitur Felyn. in capitulo, quòd ſuper his. in iiij. columna. de fide inſtrument. Nam hîc non tam quærimus rectorem moribus ſufficientem, quàm loquentem, & populo rudi neceſſaria ſacramenta miniſtrare ſcientem.

*Vbi agitur de præiudicio animarũ, &c.*

QVAE



### QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, nũquid regula iſta obſtet Normandis habentibus parochiales in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia?

*Regula nunqd obſtet Normandis, &c.*

¶ SOLVTIO. Videtur quòd non, per ea quæ dicit Egid. in cap. dudum. in princ. de præben. lib. vj. Qui dicit, quòd Normandus impetrare poteſt iudicem cõtra aliquem de aliqua parte Franciæ, & extra terram Normãdiæ, puta in Picardia, Burgundia, & Britannia: & non poterit, vt ſuſpectus recuſari. Et ita per iſtum dictum, quidam Moderni tenuerunt iſtam partem in quibuſdam Apoſtillis.

*Normandus an poſſit extra terrã Normandiæ iudicem impetrare.*

¶ Tamen iudicio meo illud dictum Egidij ad propoſitum iſtius regulæ non facit, quæ in loquela fundatur. Itaq; quo ad hoc, vt prædictus ſub regula non comprehendatur, requiritur quòd Normandus idioma loci, vbi parochialis eſt ſita, loquatur intelligibiliter, & intelligatur: aliàs non bene ſacramenta miniſtraret. Quia cæcus non bene cæcum duceret, vt dicit text. in propoſito notabilis. in cap. penult. de de æta. & qualita.

*Cæcus non rectè cæcum ducens.*

### QVAESTIO VNDECIMA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in vicaria perpetua, & in omnibus alijs beneficijs curatis?

¶ SOLVTIO. Omiſsis multis, dicendum eſt regulam in vicaria perpetua locum habere iſtis rationibus. Prima, quia clarum eſt regulam eſſe in iure communi fundatam, & latè in prima quæſt. diximus. Sed de iure communi inductum eſt, diſpoſitionem de parochiali loquentẽ habere locum in vicaria perpetua, vt dicit text. in cle. j. de offi. vica. Ergo eodem modo iſta regula in illa locum habebit. Fortificatur hoc, quia vicarius perpetuus in eccleſia vbi nõ eſt rector, in omnibus rectoris vice fungitur, vt tenet Rota in deciſ. cccxlj. in anti. Et hoc vult alia deciſ. ccclxxiiij. inci. fuit dubitatũ, & in cõſilijs poſitũ. Quod igitur de vno dictũ eſt, de alio dicendũ erit. Accedit, quia videmus quòd epiſcopus ſicut cum rectore ſuper ætate nõ diſpenſat: vt in c. j. de æta. & qualita. ita neque cum vicario perpetuo, vt notatur in d. clem. j. faciunt, quæ dicit Lapus in add. ad Fed. in tract. permu. q. xiiij. Hinc eſt, quòd tales vicarij perpetui diſpoſitionem c. licet. de elect. lib. vj. ſeruare arctantur, licet in pa-

*Diſpoſitio de parochiali habet locũ in vicaria perpet.*

*Vicar. perpetuus in eccleſia, &c.*

*Sicut epiſcopus non diſpẽſat cum rectore ſuper ætate, ita &c.*

*Vicarij perpetui.*

rochiali loquitur, vt eſt gl.& ibi omnes in dicta clemen.j. Et eo modo diſpoſitionem c.ex eo.de elect.eod.libr.ſeruare tenētur. Et iſta omnia magis in caſu noſtro quadrare videntur: quia iſta regula de parochiali indifferenter loquitur, neque diſtinguit, an illa parochialis regatur per rectorem, vel per vicarium perpetuum. Ergo generaliter eſt intelligenda. Nam cum text. non diſtinguat, neque nos diſtinguere debemus. cap. ad audientiam. cum ſimilibus. de decimis. Præterea, quia eſt eadem ratio in vicario, quæ in rectore: cum vterque prædicandi officium habeat, & confitendi. Vnde propter eandem rationem diſpoſitio etiam pœnalis in vno caſu loquens, ad aliam extendi debet, vt dicit gloſſ. in clemen.j.de electio.& text.c.ſi poſtquàm. §.j.in eo.titul. lib.vj. Eò maximè, quia iſta regula non eſt exorbitans à iure cōmuni, ſed conformis. Et ita pro iſta parte reperio conſuluiſſe Ioachinum de Narina, olim famoſum aduocatum conſiſtorialem in quadam cauſa Tercoren. vicariæ, ſeu parochialis eccleſiæ de Launien. cuius initiū eſt, Poſito quòd prohibetur, &c. Et hoc quantū ad vicariam dicta ſufficiāt.

Textus cum nō diſtinguat, neque nos diſtinguere debemus.

Diſpoſitio pœnalis loquens in vno caſu, debet extēdi ad alium.

¶ Sed maior eſt difficultas ſcire, nunquid iſta regula indifferenter in omni beneficio curato locum habeat, & prima facie videretur dicendum locum habere, cum ſit eadem ratio in alijs curatis beneficijs propter adminiſtrationem ſacramentorum. Tamen hoc non eſt verum, quia iſta regula non ſine myſterio tantum de eccleſia parochiali loquitur.

¶ Et ideo pro vero intellectu iſtius materiæ aduertendum eſt, quòd cura poteſt dupliciter conſiderari, videlicet, largè & ſtrictè, vt ponit Innoc. in c.cum ſatis. de offic. archi. Largo modo cura dicitur poteſtas fori contentioſi, prout eſt ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia huiuſmodi quæ ad correctionem morum tendunt. c. dudū eccleſia. de elect. & ibi gl. bona. Hanc curam archidiaconi, & alij inferiores prælati habere poſſunt. c.j. de offic. archi. & notant doct. in cap. cum contingat. de foro compet. Et in talibus non putarem regulam locum habere. Cura verò, ſtrictè & propriè ſumendo, dicitur poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali: & hoc non cadit, niſi in ſacerdote. cap. in nouo xxj. diſtinct. & c. omnis. de pœnit. & remiſ. Dicitur ergo beneficium curatum, quo ad propoſitum iſtius

Cura animarū poteſt conſiderari dupliciter.

Poteſtas fori cōtentioſi quę ſit.

Poteſtas ligādi & ſoluendi in foro pœnitentiali.

Beneficiū curatum in quo conſiſtat.





regulæ, illud, quod habet poteſtatem fori pœnitentialis, ad quod exercēdum requiritur mutua & reciproca intelligentia ſermonū, ſiue idiomatis illius loci. Quod quidē in vicario perpetuo habere locū nemo inficiari poterit: ſi in alijs curatis eadem ratio cōcurrit, videlicet, quòd ratione beneficij curati tenentur ſacramenta miniſtrare, & ea omnia exercere quæ rectores ſolent, ſiue hoc illis de iure, ſiue de conſuetudine, vel fundatione competat, nulli dubium erit in illis locum habere regulam propter identitatem rationis. Et hoc, quod de cura dictum eſt, procedit etiā ſi rector, vel curatus actu non exerceret curā propter receſſum parochianorum, dummodo habitu ſit aptus exercere, vt tradit Card. conſi.xlviij. quidam nobis, &c. Et licet in hoc contrarium teneat Feder. conſil. cxxxv. Caſus talis eſt. Tamen illud, aliū finem, ſeu effectum reſpicit, nec facit ad propoſitum, de quo loquimur, vt diſtinguunt Abb. & alij in c. de multa. de præben. & dixi latius ibi in repet. mea ſubrepta Patauij. Hoc tamen intelligas, quando aliàs ipſum beneficium de ſui natura eſt curatum. Secus ſi per viam adhærentiæ, vt quando beneficium de ſui natura ſimplex haberet annexam curam, vel ex conſtitutione eccleſiæ aliquis vices curati gereret. Quia per hoc talis habere beneficium curatum non dicitur, propriè loquēdo, vt dicit Old. in conſi. cciij. factū tale. & ſequitur Fely. in c. noſtra. in x. corr. de reſcrip. Quod eſt notandū pro intellectu iſtius regulæ, & plurium iurium: tamen ſi talis ex conſtitutione eccleſiæ populo ſacramēta adminiſtrare teneretur, in eis locū haberet iſta regula. Ex quibus etiā vnum aliud infertur, quòd ſola poteſtas fori pœnitentialis beneficiū curatum non facit, niſi cum hoc beneficiatus habuerit, ſeu certam parochiam teneat, vt ſentit gl. in clemen. dudum. in verbo impediant. de ſepul. dicens, quòd licet fratres Prædicatores, & Minores, ex priuilegio dictæ conſtitutionis, & clem. exiui. exercere poſsint ea quæ ſunt fori pœnitentialis, non tamen per hoc cenſentur curati. Ratio eſt ſecundum gloſſ. quia neque ipſi curam ad exercendum aſtricti ſunt: neque parochiani in foro pœnitentiali ad eos recurrere tenentur. Ad idem bona gloſſ. in clemen. prima. in verbo presbyteri, de priuilegijs. quā ſingularem dicit Abb. Panor. in cap. ſignificaſti. de foro competēti. & in c. omnis.

Beneficiū curatum quādo dicatur.

Poteſtas fori pœnitētialis, an faciat benef. curatum.

Fratres Prædic. & Minores an poſsint exercere ea, quæ ſunt fori pœnitent.

de pœnit.& remiſſ. Sic itaque quo ad regulam iſtam talis cura in conſideratione non eſſet. Requiritur etiam aliud vltra parochiam & parochianos, vt quis dicatur curatus ad effectum iſtius regulæ, & aliorum iurium de cura loquentium, videlicet quòd curam nomine ſuo, & non alieno exerceat, vt ponit Petrus de Anch.& Imol.in cle.vnica, de offic.vica. & latius doct.in c.extirpandæ.§.quia verò.de præben. Item etiam requiritur, quòd talis aſſumatur ſuo nomine, & ſingulariter regimen parochialis eccleſiæ & populi, non pariter cum alio, vt notabiliter conſuluit Oldra.in conſil.lxvij. quæſtio talis, &c. Ex quo infert, quòd ſi duo in eccleſia parochiali inſtituantur, ita quòd quilibet eorum confeſsiones audire conſueuit, & alia facere quæ ad curam animarũ ſpectant, neuter eorum curatus eſſet, neque in eis diſpoſitio locum habet.c.licet.de elect.neque c.de multa.de præben.neque conſequẽs diſpoſitio iſtius regulæ, vt ibi per multas rationes probat. Pro quo facit text.in c.ſicut vna.xxj.q.ij.ibi, ſed vnum tantummodo habeat ſacerdotem, &c. Prædicta igitur copulatiuè, quo ad curam animarum requiruntur, de qua hîc loquimur. ¶ Ex quo infertur, quòd actus ſolus ſepeliendi non facit, vt eccleſia curata dici poſsit. Nam ſine cura cœmeterium ex conſuetudine, vel epiſcopi conceſsione haberi poteſt, vt dicit Fede.in cõſil.cxxxv.allegat Archi. in c.j.de ſepul.& Hoſtien.in c.quia nonnulli.de cleric.non reſid. Nec etiam ſolus actus baptizandi ſufficit, ſi aliquis certam parochiam non habet, vt tenet Paul.& Card.in clem.j. de baptiſ.in iiij.q. Quia actus baptizandi licitè quandoque pẽr laicum exercetur. vt in §.verum. xxxij.diſtin. Et tamen laicus curæ capax non eſt. Et talia iura, licet nõ per laicum. tamen per alios præſcribi poſſunt: etiã ſi cura fori pœnitentialis ſit, vt tradit Card.in clem.ij.§.fi.de relig.domi.& in c. cum ſatis, de offi. Archi. Requirũtur igitur omnia iſta ſimul cõcurrere, quo ad hoc, vt parochialis eccleſia dicatur. Prout Rota in vna Virdunen.parochialis ſancti Victoris conclusit, de menſe Octobri M.D.XXXIX.coram me. In qua cauſa vnum aliud voluerunt, quòd ad probandum eccleſiam de Vvicy parochialem eſſe, ad effectum conſumendi gratiam expectatiuã aduerſarij, teſtes de publica voce & fama non ſufficerent, quæ in dicta eccleſia ſacramenta miniſtrarentur,

Curatus quis dicatur, quo ad effectum regulæ.

Sepeliendi & baptizandi actus an faciat, vt eccleſia poſſit dici curata.

*



tur, niſi hoc de viſu deponerent, etiam ſi inter illos vnus eſſet, qui diceret ſe vidiſſe vnum ibi ſepeliri. Ratio fuit, quia ex quo cõſumptionis exceptio obiectiua materia eſt, vt deciſio fin.de excep.in nouis, dicit, talis materia clarè, concludenter, & indiſtinctè probari debet: iuxta v.deciſ.eod.titu. in antiquis. Quæ omnia ad iſtius regulæ, & aliarũ declarationem, de curatis beneficijs loquentiũ, notanda ſunt. Nam in locis communibus non traduntur.

### QVAESTIO DVODECIMA.

QVAERO, an regula iſta in gratia motu proprio, & ex certa ſcientia procedat?

¶ SOLVTIO. Gloſ.hîc tenet quòd ſic, cum verba iſtius regulæ nõ aduerſentur. Imò potius cum tali gratia concurrant. Adde tamen, quòd imò text.regulæ in illis verbis, vel gratiam expectatiuam concedere, &c. hoc innuere videtur. Nam clarum eſt, expectatiuas, ſecundum curiæ ſtylum, motu proprio concedi ſolere, vt notat Ioan.And.in c. ſi motu proprio.de præbend.lib.vj.& Ioan.Cald.in c.mandatum.de reſcrip.quos refert Abb.in c.j.in viij.col.de iudi. vt dixi in tract.expectatiuarum. Et tamen regula iſta in expectatiua locum habet, quæ motu proprio conceditur: ergo eodem modo in quacunque alia gratia motu proprio: quia vna pars alternatiuè per aliam declaratur, vt dicit Bar. in l.j.per illum text.ff.de reb.dub.

Expectatiuæ ſecundum ſtylum curiæ cõcedi ſolẽt motu proprio.

¶ Præterea quia dicere regulam iſtã non procedere in gratia facta motu proprio, & ex certa ſcientia ex alio eſſe non poteſt, niſi quia Papa notitiam iſtius regulæ habere præſumitur. Et vbi principis ſcientia datur, derogatio non requiritur, vt tradunt doct.in l.quidam conſulebant.ff.de re iud. Nam ſi Papa ex certa ſcientia infanti parochialem conferret, ſecum diſpenſare videtur, vt traditur in l.idem Vlpianus.ff.de excuſa.tuto. Et reaſſũmit Fely.in cap.nonnulli.in xxiiij.col.de reſcript.& latius Moder.Bono.in repet.c.j. de conſti.col.iiij. Et tamẽ motus proprius, nec ſola certa ſcientia ſufficit ad derogãdum iſti regulæ, niſi ei ſpecialiter derogetur, vt ſuperius in procœmio regularum, quæſt.v.& vj. dictũ fuit: præſertim, quia motus proprius, nec certa ſcientia Papæ defectũ idiomatis purgare poteſt, & facere, quòd loqui neſciens loquatur.

Pars vna alternatiue per aliam declaratur.

Principis ſciẽtia vbi datur &c.

Idiomatis regulæ ad derogãdũ non ſufficit motus ꝓprius.

¶Præterea,quia cum regula iſta eccleſiarũ fauorabilis ſit,& iuris communis concurſum habeat,& expectatiuã cõprehendat,quæ motu proprio cõceditur, nõ video quare quãlibet aliam gratiam ſimilem non comprehendat. Nec obuiat, quòd Papa in gratia motu proprio cenſeatur habere notitiã iſtius regulæ,per ea quæ dicta ſunt:quia hoc nõ ſufficit:quia ſcientia Papæ derogationem non inducit. Et poſito,quòd illa certa ſcientia in his quæ ſunt de iure communi,derogationem quo ad ius commune poſſet importare, per notata per doctores in c.j.in verbo naſcantur,de conſtitu.lib.vj.vt ibi latè dixi:non tamen quo ad regulas, quæ licet habeant vim,& ligent omnes,ſicut ius vniuerſale,per ea quæ dicta ſunt in proœmio, tamen quo ad derogationem, ius particulare,ſicut alia ſtatuta terrarum cẽſentur. Tenendum igitur eſt,regulam iſtã in gratia motu proprio, & ex certa ſcientia procedere.

**Papæ ſcientia in quibus ĩducat derogationem.**

## QVAESTIO DECIMATERTIA.

**An matris filius loqui pręſumetur,quãdo pater & mater diuerſum idioma ſloquuntur.**

QVAERO,an prouiſus de parochiali in eccleſia Valentina, natus in Italia ex patre Valentino,& matre Neapolitana,& nutritus pariter cum matre & auia ſorore patris,præſumatur tempore prouiſionis intellexiſſe, & loqui idioma Valentinum loci,vbi erat parochialis,attento,quòd decem annis poſt prouiſionem,& ſic de præſenti loquitur illud idioma intelligibiliter?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio propoſita fuit in vna Valenti. parochialis,per R.D. Ioan. Mohedano,de menſe Ianuario M.D.xxxvij.pendente inter D. Ioannem Baptiſtam de Baldaſsinis aduocatum,& Martinum Calaphorra. In qua poſt plures rationes & propoſitiones cauſæ,die xiiij. Martij M.D.xxxvij.per omnes Dominos,duobus exceptis,concluſum fuit,regulam locum non habere,ex eo,quia qui de præſenti loquitur,in præteritum loqui ſciuiſſe pręſumitur, per ea quæ dicit Bal.in l.hi qui adulteri.C.de adul.& Fely. in cap.ſcribam.de præſump.

¶Alij duo Domini contrarium tenebant,ex eo,quia ſermo appellatur maternus: quia vt plurimum ex matre capitur,propter frequentiorem filij cõuerſationem:vt de Corneliæ matris Gracchorum filijs M.Tullius lib.de claris Orato.meminit, ibi,Non tam in gremio quàm in ſermone matris



matris educatos,&c. Vnde non ab re Britanni, mulieribus exteris,linguam præciderũt,ne filios ſuos peregrinũ idioma docerent,quod citius & facilius à matribus,quàm à patribus diſcere exiſtimabant,vt in eorum hiſtoria legimus.

**Britannorum mira conſuetudo erga vxores.**

Et quia videmus,quòd qualitas de præſenti non præſumitur,quòd antea fuerit,niſi probetur,vt in l.iiij.ff.de proba. vbi dicitur,quòd qui nunc fugitiuus eſt,de præterito non præſumitur. Ad idẽ facit dictũ Bald.in l.non ignorabit.nu. 4. C.ad exhiben.vbi dicit,quòd qualitas accidẽtalis,quæ de præſenti adeſt,in præteritũ adeſſe non præſumitur. Ita Bal.ibi,& alibi ſæpe vt ſcribit Ang.& Iaſ.in §.ſic itaq;.col. v.inſt.de act. Cum igitur dictus Io.Bap.de parochiali prouiſus,à matre Neapolitana nutritus fuerat, præſumendum erat potius illius linguã,quam paternã Valẽtinã didiciſſe.

**Præſens non pręſumitur ꝙ antea fuerat, niſi probetur.**

¶Breuiter primam opinionem tenendo,iſta non obſtant, quia ſtant iſta ſimul, quòd filij facilius in pueritia, durante tempore lactentis ætatis,propter frequentiorem eius conuerſationẽ idioma matris capiãt:tamen hoc non impedit, quominus idioma patris etiã addiſcere poſsit, cum quo pariter conuerſatur.Imò filius ephœbus factus,magis cum patre,quàm cum matre conuerſationem habere cẽſetur. Hoc ex eo apparet,quia de præſenti bene loci idioma patris Valentini ſcit,ergo præſumitur per prius ab eo longa conſuetudine didiciſſe,quia in inſtanti idioma non addiſcitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iſte eſt vnus caſus in quo de præſenti præſumimus in præteritũ,iuxta gl.ordinariã in l.ex perſona.C.de proba.& tex.in l.neceſſe.& in l.circa.ff.eod.titul.quæ ponunt regulam,quòd quando agitur de inducenda aliqua qualitate de præſenti,regulariter in præteritum præſumitur, præſertim quando ſubeſt iuſta cauſa præſumendi,vt in caſu noſtro:nam tũc theorica prædicta ſine dubio procedit,vt tradit Bal.in l.ſi qui adulteri.C.de adulte.& dicenti contrariũ incumbit onus probandi,vt dicit Bart.in l.ſi prius, colum. xj.ff.de oper.no.nunt. Et per illam doctrinam Bald.patet reſponſio ad allegata in contrariũ,quia procedunt,vbi cauſa præſumendi non ſubeſt,vel quando agitur de præſumendo delicto de præſenti in præteritum,vt in d.l.iiij.de probat.vel quãdo qualitas de præſenti repugnat primæuo ſta-

**Caſus vn⁹ deſcribitur in ꝗ de pſenti pręſumim⁹ in pręteritum.**

**Pręſumere de pſenti in præteritũ in quo caſu poſſum⁹.**

tui perſonæ,vt dicebat Barto.in d.l.ſi prius. Sed hic omnia iſta impedimẽta ceſſant,propter rationem dictam,quia iſta qualitas loquelæ de preſenti non poteſt ſtare abſq; eo,quòd habeat tractum in præteritum,quia non poteſt in inſtanti addiſci.Imò hoc non ſolum procedit in vno idiomate,de quo hîc agitur,ſed etiam in pluribus,quia non inconuenit quem de præſenti pluribus linguis loqui poſſe. Nam Xerxem & Crœſum Perſarũ Reges,tot linguarum genera perdidiciſſe legimus,quot populos ſub ditione ſua tenebãt:vt M. Tullius,& recentiores omnes hiſtorici atteſtantur. Et idem de Mitridate Ponti Rege meminit Iaſon in §.ex maleficijs.columna x.inſti.de actio. Et plures hac ætate inueniũtur,qui idem præſtant. Nam & ego omnium hominum poſtremus non ſolum linguam maternorum auorum Caſtellanam,ſed etiam paternorum Valentinam æqua conditione percalleo,linguæ etiam Italæ & Latinæ nõ ignarus: quæ quidem linguarum diſciplina de præſenti apparens, de neceſsitate præſumi debet,tractum à pręterito habuiſſe, ex eo,quia,vt addiſcantur,tẽporis curſum requirunt:& iſta præſumptio eſt probatio probata,quę quodammodo quandam impoſsibilitatem probandi contrarium infert. Non valet igitur argumẽtum,quis facilius à matre linguam accipit: igitur linguam patris ignorat.Hæc conſequẽtia fallax eſt,&non concludens.Tenenda igitur eſt Rotę concluſio,quæ veriſimilis,rationabilis,& iuridica exiſtit.

Xerxes & Crœſus Perſarum reges,tot linguarum genera perdidicerunt.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO, qua forma debeat & ſoleat huic regulæ derogari?

Qua forma debeat regulæ derogari.

¶SOLVTIO. Apparet his, quæ in procœmio iſtarum regularum.q.v.& vj.dixi,ideo non repeto. Forma autem derogationis iſtius regulę ita in literis narrari ſolet, videlicet,quòd,vt aſſeris, idioma, quod gens illarum partium communiter loquitur,non benè intelligis,nec intelligibiliter loqui ſcis.Nos enim tecum,vt eccleſiam prædictam,&c.diſpenſamus,præmiſsis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,necnon prædictis ſtatutis,& conſuetudinibus,& alijs contrarijs nequaquam obſtantibus,authoritate apoſtolica, per præſentes concedimus, prouiſo, &c.¶Tamen circa hoc aduertendum eſt,quòd plures regu-

læ



læ Cancellariæ in hoc volumine reperiuntur,quæ ad eundem finem tendunt ,& cum iſta concordant,vt regula de oriundis,& regula expectatiuarum,quæ ſpecialiter diſponit,nullum extra ſuam nationem,gratiam expectatiuã obtinere poſſe,quæ regulæ omnes in iſtius ratione fundantur,videlicet,quia non intelliguntur,neq; idioma loquuntur.Et propterea non impertinenter hîc per Gloſſatorem quæritur, nunquid ſi Papa in expectatiua alicuius derogaret,ſpecialiter huic regulæ etiam derogare cenſeatur,prædictis alijs ad eundem finẽ tendentibus: & Gloſſator hic in fi. tenet quòd non,ex eo,quia vbi duo vincula ſunt,vno ſublato,aliud non tollitur.c.ex tuarum.de authorit.& vſu pal. §.affinitatis.inſtit. de nuptijs.

Papa ſi deroget i gratia expectatiua,nunquid,&c.

¶Breuiter ego contrarium tenerem,per ea quæ not.gl.in verb.facti. in c.j.de cõſti.lib.vj.cum ibi per me dictis:vbi habetur,quòd ſicut mentio de iure cõmuni non requiritur,ita neq; de ſtatuto in effectu cõtinente,idem quod ius commune.Cum igitur prædictæ regulæ ad iſtũ effectũ, non oriundum, expectatiuam in aliena diœceſi habere prohibeant, quia idioma,& exterorũ mores ignorat,vt latius hoc ſuperius in j.q.expoſui.Regula igitur iſta idem diſponẽs, eadem cum illis cenſetur. Papa ergo derogans iſti,in effectu, & in neceſſariam conſequentiam illis alijs derogare cenſetur,& diſpoſitio d.c.ex tuarum. cum ſim.iſto caſu nõ procedit,vt latius dicã in regula de familiaribus Cardinalium. quam etiam pluribus modis Moder.in c.cum ceſſante.de appella.limitãt:& latiſsimè Moder. Aſten.in tract.ſyluæ.fol. xxv. Tamen ſuper hoc cogitandum eſt,quia articulus ſine dubio non eſt,& de facili vtraq; pars ſuſtineri poteſt.

Mentio ſicut de iure cõmuni non requiritur, ita &c.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, vtrum rector parochialis vltra naturale populi idioma, cuius curam gerit, etiam Latinam linguam ſcire teneatur?

¶SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Abb.& alij docto. in c.cum in cũctis.in prin.de elect.ſcribunt,videlicet,quòd ex quo animarum cura eſt ars artium,vt dicit text.in c.cum ſit. de æta.& quali. Requiritur quo ad effectum,vt rector vim & naturam ſacramentorum intelligat,quòd Latinam linguam ſaltẽ pro neceſsitate officij ſui ſciat:rector enim ſuf-

ficientem ſcientiam habere debet, vt ibi dicitur, quæ ſine La tina lingua haberi non poteſt. Hinc eſt quòd penitus illite. rati, non ſolum à parochiali habenda prohibentur, vt in d. c. cum in cunctis. §. inferiore. de elec. ſed etiã à promotione ordinũ, vt in c. ij. xxxvj. diſt. & in c. fi. de tẽpo. ord. lib. vj. Cõ cludendũ igitur eſt, in rectore duplicem linguam neceſſa riam eſſe: vnã vernaculã, ſeu popularẽ, quam iſta regula re quirit: aliã Latinã, vt quid populo loqui debeat, intelligat.

## REGVLA DE IMPETRANTIBVS BENEFICIA VIVENTIVM.

*ITEM, Si quis ſupplicauerit ſibi de bene ficio quocunq; tanquam per obitum alicu ius, licet tunc uiuentis, uacante, prouideri, & poſtea per obitum eius uacet, prouiſio, dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi, de nouo facien da, nullius ſit roboris uel momenti.*

### PRAEFATIO.

REGVLA iſta magnum æquitatis, & iuſtitiæ fundamen tum, & etiam concurſum iuris communis habet, de quo in c. j. cum ſequen. de conceſſ. præben. Et ideo vt fauo rabilis erit amplianda. iuxta ea quæ dicit gloſſ. magna in c. ſtatutum de præben. lib. vj. Et tradit Fely. qui de iſta regula in c. in noſtra. in xxxvij. corr. de reſcr. meminit. & Mode. in tract. benefic. in xij. q. tertiæ partis. Primus eius author fuit benedictus xiii. vt patet in Quinterno regularum an quorum Pontificum, quorum aliqua exemplaria penes me ſunt. Verum eſt, quòd illa regula Benedicti copioſior iſta eſt, & plures caſus comprehendens. Sic etiam regula Cali xti & Sixti ab iſta Innocentij differũt, vt etiã Gloſſator hic aduertit. Nec eſt mirandum, quòd ſecundum varietatẽ ne gotiorum, temporum, & perſonarum, etiam regulæ muta tionem recipiant. vt dicit Felynus in capitulo Rodulphus colum. xv. verſi. vbi autem didici, &c. de reſcrip. quæ omnia iuſtificantur per rationem text. in capitulo non debet. cum vulg.

Regula quare dicatur fauo- rabilis.

Quis fuerit prim⁹ author.

Regulæ ſecun dum varieta- tẽ negotiorũ.



vulg. de conſang. & affin. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia iſta regula eſt de ſe clara, & parum antiqui, & Moderni ſuper ea, propter dependentiam, quam habet à iure communi, dubitarunt: & quia eius materia ordinariè per doctores in locis communibus diſcutitur & tractatur, ideo parum de ea curarunt.

### QVAESTIO PRIMA.

IGITVR quæro, vtrum iſta regula in gratia facta motu proprio procedat?

Regula in gra tia, &c.

¶SOLVTIO. Textus hic innuere videtur quòd non, ex quo loquitur per verba impetrauerit, quæ verba motu pro prio non conueniunt, vt in capitulo, ſi motu proprio. & capitulo, ſi pluribus. de præben. libro ſexto. Et iſtam opi nionẽ ſequi videtur Gloſſator hic. Pro qua opinione facit regula Benedicti I. huius regulæ conditoris, quæ expreſsè dicit, diſpoſitionem iſtius text. non habere locum in gra tia motus proprij. Et ratio eſſe poteſt ſecundum Felyn. hìc: quia Papa ex certa ſciẽtia poteſt dare ius ad vacatura, etiam certæ perſonæ, vt habetur in c. ne captandæ. cum vulg. de conceſſ. præben. quam facultatem non eſt veriſimile ſibi per iſtam regulam ademiſſe.

Papa ex certa ſcientia dare ius poteſt ad vacatura.

¶Pro contraria tamẽ parte plura adduci poſſunt, pro qui bus ante omnia præſupponendum eſt, quòd contra impe trantem beneficium viuentis omnes leges diuinæ & huma næ, & conciliares inſurgũt, vt patet in c. ij. & in c. ne captan dæ. cum vulg. de cõceſſ. præbend. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. fi. C. de pact. quia per talem impetrationem occaſio captandæ mortis, & inſidiãdi beneficiatis datur, vt dicit Bald. in l. j. ff. vbi pupil. educ. debe. Vnde ſuper eo quod continet peccatũ, Papa diſpenſare non poteſt. c. & ſi Chri ſtus. in fi. de iur. iuran. c. ſuper eo. de vſur. c. ſunt quidã. xxv. q. ij. Sed omnes iſtæ rationes in gratia motu proprio mili tant. In qua poteſt dari defectus intentionis, vt latiſsimè tra dunt Moder. in c. cęterum. in vj. col. & in c. cauſam. el. ſecun do. de teſtib. & in dubio talis præſumitur intentio Papæ, qualis de iure eſſe debet. vt in c. cauſam. & in c. ſi quando. de reſcrip. talis igitur collatio, maximè obſtante regula, non valebit, vt etiam notat Ioan. And. in c. j. §. dicebat. in verbo contuliſſet. de conceſſ. præbend. lib. vj.

Impetrans be neficium.

Papa ſup eo, quod cõtinet peccatum, di- ſpenſare non poteſt.

Intẽtionis de- fectus.

¶Nec

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

**Papæ certa ſcientia quid operetur.**

¶Nec obſtat, quòd Papa motu proprio, & ex certa ſcientia conceſsit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit ſpecificam mētionem, propter clauſulam derogatoriam quam habet. vt dicit Archi. in cap. j. de conſtit. lib. vj. & Bald. in l. humanum. C. de legib. & videtur voluiſſe Hoſtien. in ſumma, de reſcrip. §. quas vires. & Oldr. conſi. ccxc. facit cap. ex parte, de capell. monac. cum vulga. & licet certa ſcientia Papæ multum operetur, vt latè tradunt Moder. in tract. clauſularum. in verbo, clauſula ex certa ſciētia. Tamen talis clauſula derogationem illius regulæ non operatur, quæ expreſſam & ſpecificam derogationem requirit, vt dixi in proœmio regularum. quæſt. fin. quia certa ſcientia, neque motus proprius ſupplent exprimenda, vt dicit Fely. in c. cum eccleſiaſticæ. de excep. ¶Nec obſtat, quòd

**Impetrauerit, quid importet.**
**Mot⁹ ꝓprius.**

iſta regula loquitur per verbū impetrauerit, &c. Quia etiã motus proprij impetrantur, maximè ſecundum ſtylum hodiernum, vt dicit Cardinalis in conſil. cxlij. in fin. & Fely. in cap. ſi quando. & Deci. in cap. ij. in ij. col. de reſcript. Et ſecundum iſtam opinionem reperio olim conſuluiſſe quendam excellentem aduocatum conſiſtorialem (cui nomen fuit Octauianus de Ceſſà.) in quadam cauſa Placētina Archipresbyteratus. Et iſta opinio videtur æquior. Prima tamen opinio de iure firmior videretur, quando in gratia motu proprio, mentio regulæ facta non fuiſſet. Cui quidē opinioni verba iſtius regulæ videntur conuenire, quæ ſolum de impetratione loquuntur. ¶Nec obſtat, quòd motus proprius impetretur: quia hoc contingere poteſt. Sed in dubio motus proprius per impetrationē concedi nō præſumitur, vt dicit Deci. conſilio cccxlj. num. 4. ¶Nec obſtat, quòd concilium generale, ex quo cēſetur habere clauſulam derogatoriam, expreſſam mentionem requirat, quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa ſcientia non procedit, quæ plenitudini poteſtatis æquipollēt. vt notatur in cap. ad

**Papa præſumitur habere memoriam iuris.**
**Certa ſcientia & motus proprius derogationem important.**

hæc. de reſcrip. quæ ſufficit. Nam Papa memoriam iuris habere præſumitur. cap. j. de conſtit. in vj. Et certa ſcientia, & motus proprius derogationem inducunt, vt tradit Decius in l. certum. col. ij. ſi cert. pet. Et licet attenta iſta ratione, videretur etiam derogatum iſti regulæ de ſtricto iure, tamen ex illo ſtylo receptum eſt, quòd regulis non cenſetur derogatum, niſi fiat mentio de eis. Et ita per iſtam rationē ponderando verbum, impetrauerit, tenuerunt Domini regulam de annali in motu proprio locum non habere: de quo ibi latius dicetur. Ex prædictis igitur patet vtranque opinionem poſſe in diſputationis congreſſu ſuſtineri.



### QVAESTIO SECVNDA.

**Impetratione facta à legato, &c.**

QVAERO, an regula iſta procedat in impetratione facta à legato, vel ordinario extra curiam?

¶SOLVTIO. Quia iſta quæſtio poſſet decidi plenius ex his quæ dixi in proœmio regularum, in ſecunda quæſtione, & eam particularius examinaui in regula de infirmis reſignantibus, & in regula de annali, & in pluribus alijs locis: ideo breuius hìc procedam.

¶Concludendo igitur dico, iſtam regulam locum habere in impetrationibus legatorum & ordinariorum: quia negari non poteſt eandem eſſe rationem, quo ad ipſos. Nam ſi in Papa habet locū regula, multo fortius in legato & ordinario procedet: præſertim cum regula iſta fauorabilis ſit, & extendenda, vt in terminis concludit Decius in conſil. cccxcviij. in fin. Reliqua vero videnda ſunt latius in dictis locis.

### QVAESTIO TERTIA.

**Impetratio obtinētis prouideri, &c.**

QVAERO, an obtinens prouideri de beneficio viuentis ignorāter, vltra hoc quòd incidit in regulam, ſi poſtmodum ſequuta morte, illud de nouo impetrauerit à Papa, non facta mentione de præterita impetratione vel occupatione, impetratio valeat, vel ſit ſtabilis?

**Ignorātē quælibet cauſa etiã iniuſta excuſat à dolo.**

¶SOLVTIO. Videtur dicendum, quòd impetratio valeat, & inhabilis non reddatur: quia ex quo erat ignorans, quælibet cauſa etiam iniuſta à dolo excuſat, vt in terminis videtur tenere gloſ. ij. in c. j. de conceſ. præben. & gloſſ. in verbo repellatur. in cap. in primis. ij. quæſt. iij. & facit pro hoc illa cōmunis regula tradita in l. igitur. ff. de lib. cau. & in l. plagij. l. j. C. de plagiar.

¶Tamen iſtis non obſtantibus, contrarium concludendum videtur. Nam licet impetrans ignoranter excuſetur ab alijs pœnis, quæ imponuntur impetranti beneficium viuentis, videlicet priuationis communis eccleſiaſticæ, ac incurſus infamiæ, &c. quibus pœnis puniuntur ſcienter impetrantes, vt

Impetrantes ſciẽter bñficia viuẽtium, quibus pœnis puniantur.

vt dicunt docto.in cap.j. Quo ad valitatem tamen impe-
trationis,& nouæ prouiſionis non excuſatur ignorans.Nã
ſi non facit mentionem de tali defectu vltra hoc,quòd poſ-
ſit iſta regula repelli,efficitur inhabilis:& ita cõcludit De-
cius in l.fin.in v.col.C.de pact. Quia allegat Abb.& doct.
in cap.j.de conceſ.præben. Ponderando verbum maximè,
appoſitum per eum , & Oldr.conſil.ccciiij.& dicit Decius
ita fuiſſè iudicatum,ſe præſente, in concilio Delphinatus
Franciæ. Et hoc idem in terminis iſtius regulæ latius reaſ-
ſumit idem Decius in cõſilio cccxcviij.& text.iſtius regulæ
hoc videtur innuere,qui de impetratione facta viuẽtis ni-
hil diſponit,ſed relinquit diſpoſitioni iuris cõmunis,quæ
annullat illas impetrationes tanquàm illicitas, vt de bene-
ficijs non vacantibus. Sed tantum iſta regula emanauit ad
annullandam prouiſionem de nouo faciẽdam poſt obitum
illius,cuius beneficium,dum viuebat,impetrauit , quo caſu
conſtat text.regulæ indiſtinctè talem nouam impetratio-
nem annullare.requiritur igitur , quòd per expreſsionem

Defectus vbi exprimitur.

illius defectus reſtauretur : nam vbi exprimitur defectus,
Papa concedendo videtur diſpenſare , & vitium purgare.l.
idem Vlpianus.ff.de excuſ.tut.

¶ Sed circa hoc adhuc aduertendũ eſt,quòd iſta difficultas
habet duo capita. Primum reſpectu impetrationis viuẽtis,
& de iſta non loquitur regula,ſed illa ſubijcitur iuri cõmu-
ni. Secundum caput eſt de prouiſione facta poſt obitũ,per
illum qui prius impetrauerat beneficium viuentis , & iſtum
caſum capit iſta regula. Sed circa primum caput tota con-
certatio Decij vertitur,quæ ita ſimpliciter intellecta,non
eſt vera,ex eo,quia in d.c.j.malitia & dolus impetrantis pu-
nitur, nõ ignorantia quæ dolo caret:nec Abb.in d.c.j.aper-
tè de ignorante,ſed dubitatiuè loquitur. Et ideò declaran-

Ignorantia ſupina dolo æquiparatur.

dum eſt,hoc procedere in ignorãtia ſupina,quæ dolo æqui-
paratur,vt dicitur in c.ij.de conſtit.lib.vj.Nam taliter igno
rans eſt inhabilis,quo ad illud beneficiũ viuentis,quod im-
petrauit. Et ita expreſsè declarat ſeipſum Abb.in c.poſt ele-
ctionem.in quarto notabili.de conceſ.præben. Aliàs opi-

Ignorãtes nõ ligãtur aliqua diſpoſitione, niſi,&c.

nio cõtraria nõ procederet,propter regulam text.in d.c.ij.
qui diſponit non ligari ignorantes aliqua diſpoſitione,ni-
ſi fuerint culpoſi. Et pro hoc facit text.in l.ſi quis mihi.§.
planè.



planè.de acquiren.hæred. Vbi valet mandatum factum de
adeunda hæreditate viuentis,qui cõmuni opinione reputa
batur mortuus:vt tradit etiam Socinus in conſil.xxxij.in
vij.col.verſic.item tenet,&c.lib.j. Hoc enim nõ eſt propter
aliud,niſi propter ignorantiã iſtam. Eſt bene verum,quòd
in iſtis ſpiritualibus culpa in dubio timeri debet,etiã ſi for-
tè non ſit. Et tali caſu iſta ignorantia non excuſat,ex quo
poteſt dilui diſpenſatione ſuperioris , vt eſt text.notabilis
in c.j.de ordina.ab epiſcop.qui epiſcopatui renunt. Et ſe-
cundum hoc poſſet ſaluari opinio Decij in d.l.fin.

*Mandatum factum de adeũda hæreditate viuentis, &c.*

Ignorantia iuſta quãdo non excuſat.

¶ Nec obſtat,quòd quælibet cauſa excuſat à pœna.dicta l.
ſi plagij.cum cõcordãtijs traditis per And.Sicul.in conſilio
lxvij.col.penul.in fi.lib.ij.Quia ad hoc reſpõdetur,iſtud di
ctum non procedere,quãdo ea quæ quis facit,expreſsè ſunt
contra bonos mores,& vtroq; iure prohibita:quæ quis in-
ueſtigare tenetur,prout in caſu noſtro fieri debuit. Nam ta
li caſu,cauſa iniuſta aliquem non excuſat,ſed illum in dolo
fuiſſe præſumitur , vt notabiliter Barth.Veron.in conſil.
xxiiij.col.penul.declarat. Et Curtius ſenior in cõſil.lv.in v.
& vj.col. Et ita illa communis theorica d.l.ſi plagij.limita
tur. Et per iſta hoc anno M.D.xxxix.per aduocatos in vna
Oſcen.canonicatus,& præbendæ coram R.D.Ioan.Paulo *
Ptolomæo dicebatur,quòd licet Antonius Calaſans proui
ſionem ſuã de beneficio viuentis iuſtificare niteretur,& ſub
prætextu excuſare,quòd habuerat literas de partibus, gra-
uiſsima ægritudine mortali , ex qua veriſimiliter beneficij
poſſeſſorem iam mortuum fuiſſe opinatus fuerat. Tamen
quia hoc clarius inueſtigare tenebatur,& ſaltem per publi-
cam famam mortis probare,iſta regula obſtante, excuſatus
non fuerat,niſi melius obitus famam,quæ ſufficeret,proba
ret.iuxta text.in d.§.planè. Circa ſecundũ caput , videlicet
de prouiſione poſt obitum facta,impetranti beneficium vi
uentis,dubitandum non eſt iſti regulæ ſubijci,quia eius ver
ba clara ſunt.Et quod de prouiſione dictum eſt,idem de in-
ſtitutione dicendum erit,vt videlicet huic regulæ ſubijcia-
tur,iuxta ea quæ dicit Abb.in d.c.poſt electionem.Et idem
in acceptatione :quia de beneficio viuentis non valet, vt
Guido Papa in conſil.cvij.dicit. Et idem de prouiſione exe
cutoris,vigore gratiæ expectatiuæ,dicendum eſt,vt cõclu-
dit

dit Rom.in conſil.cccxxxv.qui ad hoc pro ſingulari ponde
rat text.in cap.ne captandæ.in fin.de conceſ.præbend.lib.
vj. Et iſta procedunt, niſi conſuetudo in contrarium eſſet,
per ea quæ dicit Egidius deciſio.dlxxxvij.& ſequitur An-
tonius de Burgos, Hiſpanus, vir certè eminentis doctri-
næ, in capitul.deteſtanda.de conceſsion.præbend. lib.vj.
in quibuſdam ſcholijs ſuis, de quo tamẽ valde dubito, quia
eſſet contra bonos mores, per dictum Imol.in cap.ij.de
conceſſ.præbend.

QVAESTIO QVARTA.

Expectatiuæ de certo beneficio.

QVAERO, nunquid expectatiuæ de certo beneficio vi-
uentis obſtet regula?

¶SOLVTIO. Dicendum eſt quòd nõ, quia re-
gula tantum concernit prouiſionem factam poſt obitũ illi
qui prius beneficiũ viuentis impetrauit, & expectatiua non
eſt prouiſio, ſed diſpoſitio ad prouiſionem: hoc apparet,
quia per prouiſionem acquiritur ius in re, vt in c.ſi tibi ab-
ſenti.de præbend.lib.vj.ſed per expectatiuam non conce-
tur, neq; ius in re, neq; ad rem, vt tradit Egid.deciſ.dclxvij.
incip.auditor.Ratio eſt, quia eſt gratia conditionalis per
quam ſpes tantum conceditur, vt tradit idem Egid.deciſio.
ccclviij. Et idem eſt in mandato de prouidendo, quod non
tribuit ius in re, quia eſt titulus ad acquirendum de futuro,
vt dicit idem Egid.deciſ.dlxiiij. Secus tamen eſſet in reſer-
uatione, quæ habet vim nouæ prouiſionis propter clauſu-
lam exnunc, prout extunc prouidemus, &c. Expectatiua
igitur non ſubijcitur iſti regulæ, licet ſubiaceat diſpoſitio-
ni iuris communis, quæ annullat expectatiuam ad certum
beneficium tanquam illicitam, propter votum captandæ
mortis, vt in notabili caſu in terminis probat Socinus in
conſil.liij.in tertio volumine. Ex quo infertur, quòd proui-
ſioni factæ per executorem vigore dictæ gratiæ expectati-
uæ, quia illa tribuit ius de præſenti, bene obſtaret regula, vt
dictũ eſt in proxima quæſtione, non obſtante quòd expecta-
tiuæ concedi ſoleant motu proprio, vt dicit Ioan.Andr.in
cap.ſi motu proprio.de præbend.libro ſexto.& Ioan.Cald.
in capitulo mandatum.de reſcript.quos refert Abb.in ca-
pitul.j.in viij.columna.de iudicijs.vt dixi in tractatu meo
expectatiuarum.

Ius in re, neq; ad rem, per expectatiuã non acquiritur.

Reſeruatio vim nouæ prouiſionis habere dicitur.

QVV



QVAESTIO QVINTA.

Benef. viuentis, aliquẽ impetraſſe vtrũ probetur.

QVAERO, vtrum ad probandum aliquem impetraſſe be
neficium viuentis, ad effectum iſtius regulæ ſufficiat
ſupplicatio, quam feci?

¶SOLVTIO. Gloſſator in regula xxviij. infrà eodẽ.tenet
quòd non, quia per ſupplicationem non iudicatur, ſed per
literas, vt dicitur in regula xxv. Et quia impetrans negare
poſſet ſe talem gratiam impetraſſe, ita concludit Gloſ.in d.
regula xxviij.quem ſequitur Felynus hîc.

¶Tamen aduertẽdum eſt, quòd in caſu noſtro ſuper impe-
tratione de beneficio viuentis facta non agitur, ſed ſuper
prouiſione eidem impetranti poſt obitum facta, quæ regu-
læ ſubijcitur, & iſta eſt quæ canonizari vel infringi petitur:
quo caſu ea quæ in regula xx.dicũtur, non procedunt.Sup-
plicatio igitur primæ impetrationis beneficij viuentis eſt il
la, quæ ſolum ad probandum illum eſſe inhabilem produ-
citur, & talis ſupplicatio de iure fidem facit, quia in iudicio
non producit ad effectum, vt canonizetur, vel vigore eius
beneſicium adiudicetur: & ideo regula xxv.in iſta ſupplica
tione locum non habet: quia illa regula de principali gra-
tia, quæ canonizari debet, non de adminiculatiua loquitur,
vt Domini in multis cauſis per D.Guliel.Caſsiodorum re-
latis, in collect.deciſ.tit.de reſti.ſpol.deciſ.viij.& in titu.de
ſenten.& re iudi.deciſ.ij.iudicarunt. Ad probationem igi-
tur dicta ſupplicatio valebit. Nec obſtat, quòd impetrans ſe
impetraſſe, negare poteſt, quia in hoc cura agẽti incumbet:
nam partes ſuæ erunt, verificare hoc, quod ille impetraue-
rit. Quamuis Oldr.in cõſi.cxxxvj.in ij.col.dicat, quòd ſup-
plicatio in dubio impetrata, præſumitur ad inſtantiam il-
lius, cuius fauorem concernit. Et hoc idem tenet Specul.in
titu.de appellatione.§.nũc breuiter.verſi.quid ſi appareat.
& Domini mei, me præſente, in multis cauſis ſequuti ſunt.
Quicquid dixerit Card.in cõſ.xxv.in ij.col.& Fulgo.conſi.
xxiij.in ij.col.& Egid.deciſ.dlxxxiiij.& Gemi.conſ.xxxiij.
& Areti.in c.j.de iudi.præſertim quãdo actus reperitur fa-
ctus cum impenſa conſiderabili, vt tradit Bart.& ibi Alex.
in l.cum ſeruus.ff.de verb.oblig.vel ex aliquibus coniectu-
ris oratorem ſupplicationem impetraſſe appareret, vt quia
illam ſcripſit, vel ſignari mãdauit: tunc enim onus proban

Supplicatio nũquid in dubio &c.

di contrarium, nominato in ſupplicatione incumbet. Ex
prædictis igitur Gloſſatorem malè dixiſſe conſtat.

QVAESTIO SEXTA.

Cardinales impetrantes.

QVAERO nunquid regula iſta Cardinales impetrantes comprehendat?

¶SOLVTIO. Omiſsis verboſis diſputationibus, concludendum eſt quòd ſic, ex eo, quia iſta regula iuris cõmunis concurſum habet, & ſic fauorabilis eſt, & ideo extendenda, vt dicit gl. in c. iij. de præben. in vj. Maximè quia fauorem animæ concernit. Et vbi de anima agitur, magis Cardinales, quàm alij comprehendi debẽt, cum ſanctiores eſſe debeant, vt notatur in cap. cum quidam. de iureiurand. Et latè Moderni in c. ad aures. de reſcript. tradunt: & latiſſimè Belenzinus in tracta. de chari. ſubſi. q. lxvj. & latè ſuperius in prooemio regularũ, & in regula de infirmis reſignantibus, & in regula de idiomate, & in multis alijs locis dictũ fuit. Ideo iam dicta non repeto.

QVAESTIO SEPTIMA.

Beneficium ſi eadẽ die, &c.

QVAERO quid ſi eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an præſumetur eo viuente, an mortuo impetraſſe?

¶SOLVTIO. Vt breuiter hoc dubiũ reſtringam, iſte caſus videtur decidi ex his, quæ dicam in regula de veriſimili notitia obitus. in vj. q. & per ea quę ſcribit Fely. in c. paſtoralis in iiij. col. de reſcrip. videlicet quòd pro validitate actus, & vt delictũ excludatur, ille actus præcedere præſumitur, qui ad validandũ actum præcedere debuiſſet, ex qua eodem modo theorica hîc inferri poteſt, quòd quis in dubio poſt obitum impetraſſe præſumitur. ¶Tamen diligẽter aduertendũ eſt, quòd Bonifacius VIII. ſuper hoc quandã extrauagantem ad perpetuã rei memoriam ædidit, quæ in lib. bullarum Rotæ, cooperto ſerico viridi, capite clij, ſcripta eſt, quæ incipit, Romani Põtificis prouidẽtia, &c. & illa iſtam quæſtionem decidit. Nam ibi Bonifac. voluit, quòd omnes impetrationes factæ, & in poſterũ faciendæ, etiam motu proprio, de data eiuſdẽ diei obitus, nullius momẽti ſint, omnes effectus inde ſequutos annullans. Hoc tamen ibi Bonifac. limitauit in beneficijs extra curiam vacãtibus locũ habere. Secus vero in beneficijs, quæ in Romana curia, vel locis vltra duas legales

Extrauagans Bonifac. viij. q̃ incipit Ro. Pontificis prouidentia. quid operetur.



les dietas, à dicta curia non diſtantibus, vacauerint. In quibus impetrationes valere voluit, vt ibi latius proſequitur. Itaque ex textu prædictæ extrauagantis caſus noſter (quod eſt perpetuò notandum) deciditur, & limitatur.

## REGVLA DE NON IVDICANDO IVXTA FORMAM SVPPLICATIONIS, SED LITERARVM EXPEDITARVM.

ITEM, *Cum ante confectionem literarum gratia Apoſtolica ſit informis: uoluit, ſtatuit, & ordinauit idem dominus noſter, quòd iudices in Rom. curia, & extra eam pro tempore, (etiam ſi ſint Sanct. Roma. Eccleſiæ Cardinales, cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, uel quicunque alij) non iuxta ſupplicationum ſignatarum, ſuper quibuſuis impetrationibus, uel conceßionibus, niſi in dicta Curia duntaxat ſint, commißiones iuſtitiam continentes per placet, uel per ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, iuxta facultatem ſuper hoc ſibi conceſſam ſignatæ, ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetrationibus & conceßionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant: decernens irritum, &c. etſi literæ ipſæ per præoccupationem, uel aliàs minus bene expeditæ reperiantur ad illorum, quorum intereſt, inſtantiam, ad Apoſtolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiuſmodi tenores & formas reſtringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.*

### PRAEFATIO.

PRIMVS iſtius Regulæ author Nicolaus Quintus fuit, qui primus omnium regulas iudiciarias, & eas omnes, paucis exceptis, quas hodie habemus, digeſſit: cum ante ipſum nemo prædeceſſorum Pontificum id egerat: ſed vt-

Quis fuerit prim⁹ author regulæ.

plurimum quibuſdam formulis literarum expeditionẽ, ac expectatiuas concernentibus contenti fuerant, vt ex eiſdem literis apparet: & hæc regula quæ in ſupplicationibus gratioſis expediendis loquitur, plures alias regulas ſuffraganeas habet. Nam primi omnium Vrbanus Quintus, & Martinus Quintus expeditionem literarum, etiam in expectatiuis neceſſariam eſſe ſtatuerunt, volentes, acceptationes ante literarum expeditionem factas nullius eſſe momenti, vt in eorũ regulis patet, cum antè acceptatio & prouiſio cum ſola ſupplicatione valebat, literis non expeditis, vt ex deciſ. Biſigneti iiij. in tit. de conceſ. præben. apparet. Et hoc idem ad commiſsiones, quòd iuriſdictionem non tribuerent, literis ſuper gratijs non expeditis, Nicolaus Quintus extẽdit. Quem in hoc ſequuti ſunt omnes poſteriores Pontifices, vt in eorum regulis cauetur. Et quod hîc generaliter de literis beneficialibus expediẽdis ſtatutum eſt, idem in diſpenſationibus inferius in regula quinquageſimatertia determinatũ reperitur. Et eodẽ modo ſequeſtra & executoriales literarũ expeditionem requirũt, vt in regula ſexageſimanona appa ret. De quibus omnibus regulis ſimul hîc tractabo, ex quo eandem materiam cõtinent. Et licet iſta regula per omnes ferè Pontifices fuerit, prout iacet, innouata: Hadrianus tamen Sextus quędam in ea, prout etiam in alijs dubitationis tollẽdæ cauſa, addidit. In primis in proœmio iſta verba addidit, (Cum ante confectionem literarũ gratia Apoſtolica ſit informis, &c.) Per hoc deſignans finalem rationem regulæ. Hoc enim in alijs regulis non erat: tamen à deciſione Rotæ xix. tit. de conceſſ. præb. in nouis, accepit. Secũdo addidit iſta verba, (Niſi in curia duntaxat ſint commiſsiones iuſtitiam continentes.) Quaſi velit quòd in curia Romana iudicetur ſecundum commiſsiones, etiam ſine literarũ expeditione, dum cõtineant commiſsionem iuſtitiæ: & ſignetur per placet, vel per vicecancellariũ. Tertio addidit, (decreti irritans:) quod in alijs regulis non erat. Tamẽ Rota ſemper tenuit ſententiam latam contra regulam productã, eſſe nullam, etiam ſi in ea non fuerit clauſula annullatiua decreti: quia ſatis eſt legẽ prohibere, ne aliquid fiat. Nam omnis lex præceptiua decretum irritans habere dicitur, vt notant Moder. in l. non dubiũ. C. de legib. & in l. nemo poteſt. de legi.

Literarum expeditionem in gratijs expectatiuis neceſſariã eſſe, quis Rom. Pontificum ſtatuit.

Cõmiſsiones, ſequeſtra, & executoriales literarũ expeditionẽ requirunt.

Sententia lata contra regulã producta an ſit nulla.

Lex omnis præceptiua dicitur habere decretum irritans.

Sed



Sed de his ſatis. Ad quæſtionem veniamus.

QVAESTIO PRIMA.

QVAERO, an regula iſta concurſum, ſimilitudinem, vel conſonantiam cum iure communi habeat, vel ſit contra ius commune?

Regula nunqd habeat cõcurſum, &c.

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio multum neceſſaria eſt, quia ex deciſione ipſius, in decurſu materiæ plures difficultates decidi poterunt. Nam ſi regula iſta cum iure communi concordat, fauorabilis, & extendẽda erit. Si verò contra ius cõmune, ſtrictam interpretationem recipiet. Et ideo vt veritas appareat, omiſsis ambagibus, concludendum videtur regulam iſtam in aliquibus iuris communis concurſum habere. De quo etiam aliquid inferius dicam in illa quæſtione, an habeat locum in motu proprio.

¶ Tamen nunc pro iſta opinione in primis faciunt ea quæ tradit Bal. in l. humanũ. circa fi. C. de legibus. Quem ſequitur Fely. in c. eam te. in tertia colum. de reſcript. Vbi volunt gratiam Papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa conſtare poſsit. Nam de iure communi gratia ſub quadam tacita conditione, ſi literæ expediantur, concedi videtur, vt dicit Egid. in conſil. xxiiij. in iij. colum. verſic. & puto, &c. Nam per expeditionem forma & perfectio gratiæ datur, vt dicit deciſio Rotæ xxvii. titul. de reſcript. in nouis. repetita per Egidium deciſione dccxlvj. Et licet quo ad eſſe ipſius gratiæ ſcriptura non requiratur, tamen quo ad probationem neceſſaria eſt, vt dicunt communiter doctores in rubr. de conſtitu. Et vltra ipſos ratio iſtius opinionis redditur per Egid. deciſ. dcix. incipien. impetrans. &c. Quia ſola ſupplicatio, ex eo, concludenter non probat ius alicui competere: quia fortè quando literæ expediri debent, Cancellarię officiales clauſulas ſupplicationis aliter extẽdẽt, vel reſtringent, & fortè ſuper tali ſupplicatione literas non dabunt: quia, vt experientia docet, plures ſupplicationes expediri non poſſunt: quia fortè in eis aliquæ clauſulæ, quæ contra ſtylum ſunt, ponuntur. Et ideo antequam hoc experiamur, ſupplicatio non videtur certitudinẽ continere: & propterea gratia per ſolam ſupplicationem informis per Rotã appellari ſolet, vt patet deciſ. xix. de conceſſ. præben. in nouis. Sic etiam videmus, quòd intrans poſſeſsionem beneficij,

Gratia Papæ facta alicui, an requirat literarum expeditionem.

Poſſeſsionem beneficij ĩtrãs literis non expeditis, ꝑdit omne ius.

literis non expeditis, licet habeat ſupplicationẽ, omne ius perdit, vt dicit Fely.in cap.veniens.in ij.colum.de accuſ.& eſt text.in extrauag.iniunctæ. Aliàs fruſtrà Papa in cancellaria tot officiales poneret, dans illis formam per ſuas regulas expediendi, ſi ſola ſupplicatio ſine expeditione valeret, vt dicit Egid.in conſil.xxxiiij.Requiritur igitur expeditio literarum, quia per illas omne dubium tollitur, & gratia di geſta, & habere totaliterperfectionem ſuam dicitur, vt tradit Oldr.in conſi.cccxxiiij.incipien.factum tale eſt.Dominus noſter,&c.in ij.colum.verſi.quarto, circa renuntiationem,&c. Nam ſola ſupplicatio adhuc in vtero exiſtere dicitur, donec per expeditionem literarum in mundũ producatur, vt dicebat Bald. per l.contractus. C.de fide inſtrumen.& reaſſumunt Moderni Bononien.repe.rubric.C.de prob.in xiij.col.facit dictũ Angel.in l.bene à Zenone.C. de quadri.prę́ſcrip.de quo mentionẽ feci in tract.breuium.

Excipiẽs, ſeu dans de iure tertij, ꝑ ſolã ſupplicationẽ non producit ius clarũ neqꝫ liquidum.

numer.4. Inde euenit, quòd Rota ſæpiſsimè, temporibus meis, in pluribus cauſis voluit, excipientem, ſeu dantem de iure tertij, per ſolam ſupplicationem ius clarum, neq; liquidum producere, donec literæ expeditæ ſint: quia in expeditione veritas conceſſorum diſcutitur. Nam aliquando vidémus quòd ſupplicatio expedire non poteſt. Meritò igitur Rota iudicauit, illud ius informe & confuſum eſſe, adeò quòd ante literarum expeditionem plerique doctores voluerunt non dari canonicum titulum, ſaltẽ in ſuo eſſe perfecto,

Titulus canonicus.

vt dicit Egid.deciſ.cx.in iij. colum.& deciſ. dclxiiij.& tenet etiam Nicol. Milis quondam auditor Rotæ in verbo gratia Apoſtolica.cum quibus concordat deciſi. cccclviij. incipien.circa ſecundum.in nouis.

Sumptum de regiſtro ſupplicationũ ſignatarum, an faciat fidẽ in iudicio.

Hinc eſt, quòd ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum, in iudicio fidẽ non facit, vt dicit Egid.deciſi.cclij.Secus autem ſi ſumptum literarum bullatarum extrahatur, vt dicit deciſio dcxxj.in antiq.repetita in deciſ.dclxxxj.aliàs ſecũdum titulos eſt deciſ. xxviij.titul.de proba.Quam deciſ.ſequitur Barthol.Belenzinus Rotæ auditor, in tract.de chari.ſubſidi.q.cxiij.

¶ Et iſta omnia quæ de iure communi procedunt, cum diſpoſitione iſtius regulæ concordant, quæ literarum expeditionem etiam requirit. Quod vlterius ſuadetur: quia regula iſta, & regula xxix, quæ diſponit cõmiſsiones non valere,



lere, literis non expeditis, & regula liij.quæ vult diſpenſationes etiã non valere, literis non expeditis, omnes iſtæ tres regulę concordant in vno fine, & eandem mentis intentionem habent, vt de ſe patet. Et tamen Oldr.probat in conſilio cccxxvj.incipien.quòd articuli.in.ij.& iij.col.verſ.præſertim.& verſi.item quis dubitat,&c.dictas regulas expeditionem literarum in diſpenſationibus requirentes, cum iure communi concordare, imò idem quod ius commune cõtinere.

Regulæ expeditionem literarum requirẽtes in diſpẽſationibus.

Idem dicit Egidi.in cõſil.xxxiiij.in v.col.in fi.verſi. & puto quòd non,&c.Igitur & in iſta regula idẽ dicendum erit.Pro quo optimè faciunt motiua eiuſdem Oldr.in conſil.cccxxiiij.incip.factum tale eſt,&c.in ij.col.verſic.quarto renuntiationem,&c.& conſil.ſeq.incip. thema quæſtionis. & latius in conſil. cccxxviij.incip.ad idem col.ij. Ex quibus manifeſtè colligitur diſpoſitionem iſtius regulæ quandam conformitatem & dependentiam à iure communi habere.

Literæ quando dicãtur expeditæ.

¶ Et tamen vlterius circa præmiſſa aduertendum, quòd literæ tunc expeditæ dicuntur, quando in plumbo ſunt, iuxta c. licet.de cri.falſi.facit quod dicit Domin.ex mente Lapi in cap.ſicut.de præbend.lib.vj. Et ita in practica ſeruatur, vt refert Fely.in c.ex diligenti.in fi.de ſimo. Et tenuit Rota in vna Salamantina parochialis, de menſe Nouemb.M.D. xxxix. coram R.P.D. Marcello Creſcentio, pro magiſtro Hieronymo Arze. Et licet iſta literarum expeditio ad probationem propter prædictas cauſas requiratur, quæ in caſu iſtius regulæ militant, tamẽ Moderni Vincentini in repet. rubric.de conſt.in xiij.col.hanc regulã factam fuiſſe dicunt propter alias cauſas, quæ ſecundum ipſos duæ eſſe poſſunt, propter quas Papa ad faciendam iſtam regulã motus fuerit. Prima, vt falſitates quę in ſupplicationibus facilius committuntur, quàm in bullis, propter appoſitionem manuũ plurimorum officialium, vt dicit tex.in.l.fi.C.de codicil.Secũda ratio, ne ſi ſola ſupplicatio abſq; literarum expeditione ſufficeret, officialibus Romanæ curiæ præiudicium inferatur, qui ob eam cauſam bona fide officia ſua à ſede apoſtolica emerunt, vt inde emolumentũ aliquod appoſitione manuum eorundem capiant. Et ſecundũ iſtas rationes aliæ regulæ cancellariæ, expeditionem literarum requirentes, regulantur. Et iuſtificatur deciſio Egidij dcxliiij.incipien.ſi

Papa qua ratione monet ad faciendas regulas expeditionem literarum requirentes.

Prouiſus ſi ante literas moreretur, &c.

Papa, &c. qui voluit gratiam per ſolam ſupplicationem factam ante literarũ expeditioné ius effectuale in perſonam prouiſi nõ inducere, adeò quòd ſi prouiſus ante literas confectas cum ſola ſupplicatione moreretur, aut matrimoniũ contraheret, vel religionem profiteretur, nihil per eius obitum, matrimoniũ, vel profeſsioné vacaret, vt ibi per eum, Et hoc ſentit Egid. deciſi. lxix.

Papa quòd dicit fiat, &c.

¶ Tamen conſiderandum eſt, quòd licet prædictæ rationes veræ ſint, habito reſpectu ad iſtam regulam, quæ probationem requirit, quæ certitudinaliter per ſolam ſupplicationem fieri non poteſt, donec videatur ſi illa expediri poſsit, vt ſuperius dixi. Non tamen militant, quo ad eſſentiam gratiæ quæ in ſola ſupplicatione conſiſtit: quia eo ipſo, quòd Papa dicit, fiat, gratia abſq; alio adminiculo literarum facta eſt, vt dicit Calde. in cap. quiſquis. de electio. cum multis concor. quæ more ſuo congerit And. Sicul. in c. in noſtra. in v. col. nu. xix. de reſcrip. iuxta illud Lucæ cap. j. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. & inferius dicam, dum declarabo ſignaturam gratiæ factam per verbum fiat. Et ſecundũ hoc illa deciſio Egidij dcxliiij. vera non erit, nec hodie in practica tenetur: ſed ſeruatur quædã deci. dccclxxxij. in antiq. incip. Nota, quòd vbi gratia eſt facta. &c. quæ diſponit beneficium per obitũ illius vacare, qui mortuus fuit, cum ſola ſupplicatione ante confectas literas. De quo late loquitur Io. Andr. poſt Archidia. in proœmio lib. vj. & Barba. in d. c. in noſtra. ¶ Redeũdo igitur ad propoſitum, dico, quòd regula iſta in hoc cum iure communi concordat: quia de iure communi ſola ſupplicatio indubitatam probationem iuris non inducit, propter interpretationem clauſularũ, quæ in expeditione literarum per abbreuiatores & alios officiales fieri ſolet. Et propterea hic Papa iudicibus mãdat non debere iudicare iuxta formam ſupplicationum. Et ſecundum hoc deci. Egidij, & aliorum rectè procedũt, & rationes militant ſuperius factæ per Modernos Vicentinos. ¶ Tamen quo ad eſſentiam gratiæ, iſta regula ſecundum interpretationem communem à iure communi diſcordat, vt etiam dixit Gloſſator hic, & ſuperius in regula viij. Et reaſſumit notabiliter Socin. in conſil. xlj. in ij. & iij. col. lib. iij. Et iuxta iſtam interpretationé ſaluatur prædicta deciſio dccclxxxij. quæ



Literæ non dant ius in re.

quæ conſiderat ius tantum in ſupplicatione conſiſtere: quia literæ non dant ius in re, nec ad rem, ſed ſola gratia. Et licet talis gratia ſecundum aliquos informis dicatur, cum per literas forma detur illi gratiæ, tamen illa forma formalis, ſeu eſſentialis non eſt, ſed probatoria, vt dicit Geminia. in conſil. cvj. col. ij. verſi. in cõtrarium. Requiruntur igitur literæ quo ad probationem, & quo ad executioné gratiæ & prouiſionem, reſpectu executorum, & fulminationum proceſſuum, vt in expectatiuis, & ſimilibus apparet, quæ cum ſola ſupplicatione fieri non poſſent. Licet etiam, quòd his caſibus ſola ſupplicatio ſufficiat, teneat deciſio Rotæ quarta, titulo de conceſ. præbẽ. in antiquiori. quam dicit mirabilem Fely. in c. eam te. colũ. penult. de reſcrip. Et hoc modo procedit etiam, quod dicunt Moder. in tract. penſionum. q. xj. videlicet, quòd penſio impoſita de conſenſu per ſolam ſupplicationem debetur, & tranſit ad ſucceſſorem, etiam literis non expeditis. Imò poteſt agi ad cenſuras poſitas in ſupplicatione cum ea ſola, licet quando ageretur ad priuationem, ob non ſolutionem literæ ad probationem requiruntur, vt dicit iſta regula. Et ita iudicauit Rota, & ſignatura in caſu contingenti, vt refert Dominus Guliel. in collecta. deciſionum. Quamuis etiam circa illud dictum de exactione penſionis, literis non expeditis, quòd ſalua conſcientia fieri nõ poſsit, aliqui ex antiquis doctoribus Cãcellariæ dubitauerint, vt refert Hieronymus Paulus antiquus Cancellariæ apoſtolicæ corrector, eo lib. qui vulgò practica Cãcellariæ appellatur, vt referã in alia quæſt. Sufficit igitur ex prædictis oſtendiſſe regulam iſtam dependentiam & ſimilitudinem, ſiue quandam conſonantiam cum iure communi habere. Pro qua plura ſcribunt Moderni Papien. repetentes tit. de conſtit. in charta ſi. Et vlterius, quid expeditio literarum operetur, dicam in vna q. ſuper regula de ſubrogãdis.

Literæ, quando ageret ad priuationem, ad probationem requirũtur.

### QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, nunquid iſta regula extra curiã locũ habeat? ¶ SOLVTIO. Videtur dicendũ, quòd non, quia tex. iſte de iudicibus in Roma. curia deputatis loquitur. Ergo contrarium in alijs dicẽdum eſt: quia poſitio vnius, alterius excluſio eſt. l. cum prætor. cum ſimilibus. ff. de iudi. Et iſto modo argumentandi vtitur Angelus in re-

Poſitio vnius, excluſio eſt alterius.

pet.l.ſi vacantia.col.vj.C.de bo.vacan.& Decius in l.j.col.
xiiij.de offi.eius. & alibi ſæpe. Et pro iſta opinione facit,
quia regula liij.quæ eſt iſti ſimilis,& diſpenſationes non va
lere diſponit,niſi literis expeditis,extra curiam non proce-
dit, vt aliàs tenuit Rota. Secundum quod refert dominus
Gulielmus Caſsiodorus in quadã ſua deciſione,ſuper regu
la,de infirmis reſignan.&c.quæ incipit,ſæpius fuit diſputa-
tum. Et Soci.in conſil.xlj.volu.iij.Et idem tenuit Rota die
prima Iulij M.D. xxxviij.& iterum die viij. Ianuarij M.
D.xxxix.in vna Illerden.canonicatus corã R.D.Ioanne Pau
lo,vbi bis tenuerunt, & concluſerunt omnes Domini di-
ctam regulam lij.locum non habere in diſpenſatione facta
à legato extra curiam. ¶ Contrarium tamen tenet Gloſſa-
tor hic in ſecunda col.& ad iſtum text.reſpondet,videlicet,
quòd iſta verba, in Romana curia, exempli cauſa ponũtur,
quod regulam non reſtringit.arg.cap.j.ne cle.vel mona.Et
pro iſta opinione Gloſſatoris facit prooemium regulæ an-
tiquæ per Nicolaum V.conditæ,vbi Nicolaus hoc modo
exorditur: Quia plerique litium ſtrepitus diſpendium am-
plectentes,frequenter illas per ſignaturam,ſuper quibus a-
poſtolicæ literæ cõficiendæ forent,ſupplicationum exhib-
tiones protrahere non expaueſcunt,vt diſpẽdijs obuietur,
& litibus huiuſmodi finis quãto citius imponatur. Statuit
&c.Iſta ſunt verba formalia prooemij illius regulæ prim
cõditæ,quæ generalia ſunt,& militant ita extra curiã,ſicut
in curia,& ita etiã in ſimili quæſtione ponderatũ fuit proœ
mium reg.de ann.vt ibi dixi,Cum igitur ratio prooemij ſit
generalis,cõueniens eſt,quòd regula generalis eſſe debeat.
¶ Quid dicendum? Puto primam opinionem veriorem eſ-
ſe:quia iſta regula non loquitur niſi de iudicibus deputatis
in Romana curia,etiã ſi Cardinales vel auditores fuerint.
Ergo intentionis Papæ fuit,nolle regulam ligare extra cu
riam,aliàs ſi voluiſſet,hoc dixiſſet.argu.cap.ad audientiã.
Et quia ſi contrarium diceremus, magna ſeruitus & lon-
gum diſpendiũ gentibus Vltramontanis in longinquis re-
gionibus habitantibus imponeretur, gratias ſola ſuppli-
catione ab eorũ ordinarijs factas,ad curiã pro expeditione
bullarũ mittere deberent,cum tamen quotidie videmus in
Rota dictas gratias ſine confectione literarũ,niſi cum ſolo
inſtru

Diſpenſationes nõ valere, niſi literis expeditis, q̃modo procedat.

*

Verba iſta, in Ro.curia q̃d importent.

Regula de q̃bus iudicibus loquatur.

Gratiæ ab ordinarijs factæ ſolo inſtrumẽto notarij &c.



inſtrumento notarij,& ſigillo Epiſcopi approbari & cano
nizari. Et idem incõueniens reſultat,ſi gratia facta per Pa-
pam nõ probaret coram ordinarijs, facta recognitione per
teſtes,niſi literis expeditis. Eſſet enim valdè abſurdũ,quòd
iudicia & tribunalia ordinariorum, ſecundum iſtam regu-
lam regulentur,& quòd iudicia eorũ ſuſpendantur, vſque-
quo literæ in curia expediãtur,cum tamen ordinarij ſecun
dum ius commune procedere debeãt, quod literarũ expe-
ditionem non requirit,ſed ſolam nudã & ſimplicem ſigna-
turam,vt notatur in clem.dudum.§.nos enim.de ſepult. &
in cap.inſtitutionis.xxv.q.ij.cum alijs concord. vt ſuperius
in prima quæſtione dixi,& ita in practica ſeruari videmus.
Et quod dictum eſt de iſta regula,idem dicendũ eſt de regu
la liij.infrà eod.vt dictũ fuit ſuperius.Sic etiam & de alia re
gula dici poteſt,quæ in executorialibus literarum expedi-
tionem requirit,vt videlicet in executorialibus legatorum
& ordinariorum non procedat.Et nunc de mẽſe Nouemb.
M. D. xxxviij.coram eodem R. D. Ioan.Paulo in vna Lu-
cana attentatorum parochialis filiorum Corui, hoc idem
dubium propoſitum fuit.Nam Papa commiſerat cauſam in
partibus ſupplicatione introcluſa,& iudex in partibus pro-
tulit ſententiam literis non expeditis: fuit dubitatũ,vtrum
regula iſta haberet locum. & Gloſſator in regula xxix. te-
net quòd non,quia regula iſta loquitur de ſupplicatione,
& breue non eſt ſimpliciter ſupplicatio,ſed eſt quid mixtũ,
& ideo ſub ſimplicibus mixtum non comprehenditur,vt in
cap.ſtatutum.de elect.lib.vj.neſcio tamen quid Rota tunc
concluſerit,quia deciſioni propter aduerſam valetudinem
non interfui:ſed iſta opinio mihi placet,in qua tunc fuerũt
egregij plures doctores,& ſecũdum eam Rota paulò antea
vnã cauſam ſimilem deciderat corã D.Paulo Capiſucco,de
qua in tract.breuium.in viij.& ix.num.mentionem facio.

Ordinarij cũ procedere debeãt ſecũdum ius commune, non req.&c.

*

Mixtum ſub ſimplicib⁹ nõ comprehẽdit.

### QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an regula iſta procedat quando ordinarius
prouidit in curia de beneficijs vacan.in ſua diœceſi,vi
delicet,vt prouiſus tunc teneatur literas expe-
dire?

Ordinarius quãdo prouidet in curia de benefic.&c.

¶ SOLVTIO. Dicendum eſt quòd non, quia prouiſio or-
dinarij ſufficit beneficiato quo ad hoc, vt dicatur habere
titu

titulum,vigore cuius poſsit cum bona conſcientia benefi- cium poſsidere,vt ſuperius in quæſtione proxima dictũ eſt.

**Epiſcopi reſidẽtes ĩ curia. Papa præſente nemo poteſt iuriſdictionem ordinariã exercere.**

¶Sed maius dubium eſt,nunquid Epiſcopus in curia poſ- ſet prouidere. Videtur quòd non,quia præſente Papa,nul- lus poteſt iuriſdictionem ordinariam exercere,vt dicit Ar- chid.in cap.experientiæ.xj.q.j.& dicam inferius.q.vlt.pro quo facit text.in l.ij.ff.de offic.procon. Sed tenendo con- trarium reſpondetur ad hoc,quòd dictum Archid.in iuriſ- dictione contentioſa propter rationes poſitas in d.vlti.q. procedit,ſed ſecus in voluntaria,prout eſt conferre benefi- cia,quia talis iuriſdictio extra diœceſim exerceri poteſt,vt dicit Ioan.Andr.poſt Ioan.Mona.in c.ſi beneficia.de præ- bend.lib.vj.& hoc tenet Innoc.in cap.quia diuerſitatem.in fin.de conceſſ.præbend.ſequitur Prępoſi.in cap.qui aliquo. col.fin.lj.diſtinct.Et eodem modo legatus in curia benefi- cia ſuæ prouinciæ reſeruare,vel conferrre poterit,vt tenet Moder.in tract.reſeruatio.in x.q.iiij.q.princ.& propterea non requiritur,quòd prouiſus ab eo literas expediat.

**Legatus in curia poteſt beneficia ſuæ ꝓuinciæ reſeruare.**

¶Sed hoc de ſtylo ſolet modificari, ſecundum quod dic. Hieronym.Paulus,antiquus Cancellariæ vicecorrector,in illo libro, qui Practica Cancellariæ appellatur.fol.lxxx. vbi dicit,quòd communiter Epiſcopi vadunt extra vrbem ad conferendum,ad hoc,vt dicantur eſſe in aliena diœceſi. Sed Moder.in d.tract.referunt D. Auinionen.hoc obſer- uaſſe quando Papa in curia præſens erat: vbi verò erat ab- ſens,tunc in curia conferebat,& adiunctis iſtis verbis,vi- delicet,abſente S. D. N. ab vrbe. Itaque ſiue vno modo,ſi- ue alio, quæſtioni ſatisfactum eſt.

QVAESTIO QVARTA.

**Regula nunquid habeat locũ in acceſſu,&c.**

QVAERO, an iſta regula habeat locum in acceſſu,vel regreſſu,ex cauſa oneroſa,& per viam contractus?

¶SOLVTIO. Hodie, quæ numeratur xiiij. * Martij M. D. xxxvij.in vna Hiſpalen.canonicatus,coram R.P. D. Marcello Epiſcopo Marſicano, per omnes Domi- nos,exceptis duobus,cõcluſum fuit,regulã iſtam,& aliam de qua tunc principaliter agebatur, videlicet,quòd acce- ptationes ſuper gratijs,niſi literis expeditis,nõ valeant ha- bere locum etiam in regreſſu.

**Regreſſus ex cauſa oneroſa, an dicatur propriè gratia.**

¶Tamen prædictis obſtat,quia regreſſus ex cauſa oneroſa pro- propriè gratia non dicitur: ex quo potius quandam com- penſationem exhibiti beneficij cõcedi videtur, quàm ſpon tè & liberè,iuxta ea quæ ſcribit Iaſ.de donatione remune- ratoria in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.& quę latius ſcribã in regula de publicãdis reſig.in illa q.an regula habeat lo- cũ in permutatione. ¶Ad idẽ facit,quia videmus regulam Cancellariæ de non vtendo duabus gratijs,non habere lo- cum,quando gratiæ conceſſæ fuerunt ex cauſa oneroſa, vt refert D. Guliel. Algaren.Rotam ita iudicaſſe.



**Regula de vtẽdo gratijs duabus,in quibus non habeat locum.**

¶Et ideo,vt hæc omnia eluceſcant, pro reſolutione iſto- rum contrariorum conſiderandum eſt,quòd aut in iudicio petitur canonizari gratia acceſſus vel regreſſus, vel vigore dictæ gratiæ beneficium adiudicari petitur. Et iſto caſu ſo la ſupplicatio non ſufficit, ſed literæ expeditæ requirũtur, aliàs tam regula iſta quàm regula xxix.locum habebunt. Aut vero ad canonizatoriam,vel ad iudicatoriam ſenten- tiam non agitur,ſed ad abſolutoriam. Et iſto caſu ſola ſup plicatio acceſſus,vel regreſſus ſufficit. Ita in vna Redonen. * parochialis ſancti Hilarij,coram D. Triuultio, & in dua- bus alijs cauſis tenuit, & iudicauit Rota, prout refert D. Guliel.in collectaneis deciſionum.tit.de re iud.Et ſic etiam tempore meo,vidi in pluribus cauſis iudicari. Et hoc pro- cedit etiam ſi actor haberet ſententias pro ſe, quia poſſent reuocari, conſtito de iure poſſeſſoris per ſolam ſupplica- tionem,etiam ſi illa ſupplicatio ius tertij concernat: quia tali caſu ſola ſupplicatio quo ad abſolutoriam ſufficeret,vt in dicta cauſa Redonen.contigit. Quia abſolutoria pro quodam Iacobo poſſeſſore data fuit, qui de iute tertij per ſupplicationem ſolam dederat. Et ſic ſententia Triuultij canonizatoria gratię,ſi neutri,ipſius actoris reuocata fuit. Et illam D.Anto.de Monte,qui poſtea Cardinalis fuit,re- uocauit. Et ita etiam tempore meo Rota iudicauit in vna Burgen.beneficiorum, coram D.Camillo de Balionibus de menſe Maio. M. D. xxxij.in fauorem Franciſci Peſque- ra,qui de ſupplicatione iuris tertij,quo ad abſolutoriã de- dit. Et iſta omnia in ratione iuris conſiſtunt:quia ſi actore non probante,reus,etiam ſi nihil producat, abſolui debet. l.fi.C.de rei vend.& c.fi.de iur.iur.& deciſ.j.iij.& iiij.de re iud.in nouis. Tanto fortius reus abſolui debet, quãdo ali-

**Reus etiã ſi nihil producat, actore nõ probãte debet abſolui.**

quid

Iuriſdictio ex reſcripto nullo iudici datur pro condemnatione expenſarum.

quid producit. Nec obſtat, quòd iuriſdictio auditori nō datur, niſi literis expeditis, vt in d. regula xxix. Quia procedit hoc in canonizatoria, ſecus in abſolutoria in odium moleſtātis, quod fieri poteſt. Nam quo ad hoc iuriſdictio datur: ſicut pro condemnatione expenſarum & damnorum iudici ex reſcripto nullo iuriſdictio tribuitur, vt tradit Abb. in c. dilectus. cl. iij. de præbend. & Moder. in cap. fin. de reſcrip. & in cap. diſpendia. eod. tit. lib. vj.

## QVAESTIO QVINTA.

Regula iſta an habeat locum &c.

QVAERO, an regula iſta habeat locum quando agitur poſſeſſorio?

¶ SOLVTIO. Generalitas verborū eius innuit quòd ſic, tamen contrarium ſæpe in Rota fuit tentum: quia agenti ſpolio colorem tituli per ſolam ſupplicationē probare ſufficit. Imò ſola prouiſio ſubexecutoris pro colore ſufficit. vt dicit Egid. deciſ. dlxxiij. incipien. ſpoliatus. Vi- etiam ſola prouiſio, ſiue collatio vicarij Epiſcopi, vt dicit idem Egid. deciſ. l. incip. ſi petens. A fortiori igitur gratia ſignata per Papā ſufficiat, de cuius poteſtate nemo dubitat. Imò confeſsio tituli aduerſarij expoliato pro colore ſufficit, vt tenet Felyn. in c. olim. col. vj. verſic. limita ſecundo de reſcrip. & Philip. Franc. in c. ad decimas. col. ix. de reſti. ſpol. & in cap. j. col. iiij. de eo, qui mit. in poſ. lib. vj. Præp. in c. j. & col. xiij. q. j. & in c. porrò. col. iiij. de diuor. Et hanc opinionē tenet, & ſeruat Rota, vt patet in deciſ. xix. de reſti. ſpol. in no. Ratio eſt, quia poſſeſsio canonicè per ſolā ſupplicationē ſignatā & datatā capi poteſt. Nec reperitur, in cōſiſtorialibus requiri literas, per extrauag. iniunctæ de elect. cum aliàs de iure cōmuni, etiā ſine illis ſola ſupplicatio ſufficiebat. Et ita intelligi debent, quæ ſcribit Felyn. in c. veniens. col. ij. de accuſat. Nam vt ſuperius in j. q. dictum fuit, gratia principis per ſolam ſignaturā recipit eſſe. Et literæ ſolum in iſta regula ad probationē, prout de iure communi, requiruntur, vt tradit Abb. col. fi. & alij in c. in noſtra de reſcrip. Hinc videmus, quòd diſpenſatio ad duo incompatibilia per ſolam ſupplicationem ſortitur effectum, nō obſtante regula liij. quæ diſponit diſpenſationem nō ſuffragari, niſi literis expeditis, vt dicit Gloſſator in regul. xiij. col. fi. Et tenuit Rota in vna Illerden. Archidiaconatus coram D. Staphileo, de menſe Ianuario M.D.xxvj. in qua fuit cōcluſum in fauorem Io. Beltrandi, diſpēſationem ad duo incompatibilia ſuſtineri poſſe per ſolam ſupplicationē, cuius vigore d. Ioan. obtinuit, & dicta beneficia poſſedit. Et hoc quando non agitur ſuper dictis beneficijs incōpatibilibus iam obtentis, ſed ſuper alio beneficio poſtea acquirendo. Nam in caſu prædicto dictus Io. poſtquam vigore diſpenſationis obtinuerat, & poſſederat plura incōpatibilia, acquiſiuit poſtea dictum archidiaconatum Illerden. alius illum impetrauit ſub prætextu, quòd dictus Ioan. poſſederat plura incompatibilia cum ſola ſupplicatione, literis nō expeditis. Et ſic quòd erat effectus inhabilis, quo ad obtinendum, Rota concluſit, vt dixi, hoc caſu regulam nō obſtare, quia ſola ſupplicatio ſufficiebat ad excuſandam inhabilitatem beneficiorum acquirendorum: ſecus ſi ageretur ſuper acquiſitis & poſſeſsis, cum ſola ſupplicatione. Et eo etiam caſu ſufficeret ſecūdum Rotam, ante ſententiam diſpenſationem expedire, non obſtante, quòd tempore litis motæ literæ expeditæ nō fuiſſent, quia ſic illi regulæ liij. ſatisfactū eſſet. Ita latè refert tenuiſſe Rotam Domi. Guliel. in collectaneis deciſ. Vbi longo verborum ambitu hoc diſcutit, vt ibi videri poteſt. Si igitur quæ in proxima deciſione dicta ſunt, quando agitur petitorio procedūt, à fortiori hîc, vbi poſſeſſorio agitur. Et iſta dubitatio quo ad iſtam regulam ſatis reſoluta videtur.

Diſpēſationē expedire ante ſententiam.

Poſſeſsio per ſolam ſupplicationē capi poteſt.

Principis gratia per ſolā ſignaturā ſuam recepit eſſe.

Diſpēſatio ad duo incompatibilia.



¶ Sed magis huic difficultati obſtat regula xxix. quæ cōmiſsionem cauſæ non valere, niſi literis expeditis diſponit. Vnde ex quo abſolutè regula illa loquitur de cōmiſsione cauſæ, intelligi poteſt, ſiue ſit cauſa poſſeſſorij, ſiue petitorij. Quia verba indiffinitè prolata omnē caſum cōprehendunt, niſi excipiatur. c. ij. de coniug. lepro. & cap. j. de conſtit. Tamen quia in cauſa poſſeſſorij de canonizatoria, neq; de adiudicatoria non agitur, ſed de tollenda moleſtia illata. Per quod quidem remedium, nihil expoliato de nouo tribuitur, ſed tantum in eo ſtatu, in quo prius erat, conſeruatur. Voluit Rota in odium ſpoliantiū vtranque regulam locū non habere, quando ageretur ſpolio, & ſic poſſeſſorio. Et ita D. Guliel. ſuper illa regula xxix. Rotā in pluribus cauſis ita tenuiſſe & iudicaſſe refert. Nam ſi rei ſæpiſsime in Rota cum ſola ſupplicatione pro conſeruāda

Verba indiffinite prolata.

eorum

eorũ poſſeſsione abſoluuntur, à fortiori expoliati ad prim habita, cum ſola ſupplicatione reſtitui debent. Quia ſuffi. cit illa ſupplicatio ſola pro colore tituli. Sicut etiam ſuffi. cit ſupplicatio nouæ prouiſionis ad ſupplendum defectum publicationis per regulam requiſitæ, vt iudicauit Rota co. ram Domino Caſsiodoro in vna Caurien. canonicatus & præbendæ, vt ipſe idẽ refert in quadam deciſione. Et ſic ſem per Rota omnes regulas requirentes literarum expeditio. nem in petitorio, non autem in poſſeſſorio procedere in. tellexit, vbi gratia canonizari non petitur, ſeu ſupplicatio quæ tantum pro colore tituli producitur. Hinc eſt, quòd quando de titulo beneficij non agitur, ſed de poſſeſsione, leuiores & ſummariæ ſufficiũt, vt dicit Egid. deciſ. l. & xcii. Et defectus proprietatis non attẽditur. Hinc voluit Rota, quòd agenti ſpolio non obſtaret notorius defectus iuris, contra dictum Innoc. in cap. conſtitutus. de fil. presbyte. Et ita de mẽſe Ianuario. M. D. xix. refert ſe in prędictis pron tiaſſe in vna Lauſanen. D. Guliel. Caſsiodorus in quadam decisione. quam ſententiam confirmauit R. P. D. Paulus vt ibi latius refert.

Supplicatio nouę prouiſio nis ad ſuppl. &c. an ſuffi- ciat.

Regulæ requi rentes litera- rum expedi- tionem.

Spolio agẽti, an obſtet defe ctus notorius iuris.

*

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, quæ differentia eſt inter iſtã regulã, & illam poſitam, num. 53. quæ diſponit, diſpenſationes non ſuffragari, niſi literis expeditis?

¶ SOLVTIO. Iſta regula iudicẽ reſpicit, adeò, quòd ſi tem pore commiſsionis literæ expeditæ non ſunt, gratia non va let, nec ſententia, quia reſpicit initiũ iuriſditionis, quæ per iſtam regulam tollitur, niſi forma in eo contenta ſeruetur. Sed in regula liij. reſpectus ad poſſeſsionem, & ad actum extraiudicialem habetur. Ideo ſufficit, quòd ante ſenten tiam literæ diſpenſationis expediantur, quia regula illa ad iudicem non dirigitur. Et ita iudicauit Rota in illa Ille. den. Archidiaconatus, de qua ſuprà in proxima quæſtione mentionem feci.

¶ Pro quorum intelligentia eſt vlterius aduertendum, quòd plures ſunt regulæ Cancellariæ requirentes litera rum expeditionem. Prima eſt iſta quæ iudicibus legem im ponit, ne ſecundum tenorem ſupplicationum iudicare de beant, niſi literis expeditis. Et iſta regula, vt dixi, concernit iudicem

Regulæ litera rũ expeditio- nem requiren tes quæ ſint.



iudicem. Alia regula eſt inferius poſita. num. 29. quæ omnes commiſsiones factas ſuper conceſsionibus beneficiorũ, niſi ſuper illis prius literæ ſint confectę, annullat. Et illa regula etiã ad iudicem dirigitur, adeò, quòd in vtraq; iuriſdictio ſub modo datur. Et ad euitandũ pœnam iſtarũ regularum, aliquæ cautelæ per practicos curiales inuentæ ſunt, quas la tiſsimè inferius in xvj. quæſt. referã, dum exceptionẽ iſtius regulæ examinabo, vbi ſumpta occaſione aliquid de ſigna- tura gratiæ & iuſtitiæ ponam. & iſtæ duæ regulæ iudiciales ſunt, & ideo ſunt de dandis. Tertia regula eſt, quæ eſt ordi- ne xxxvij. etiam literarũ expeditionem requirẽs, videlicet, quãdo religioſi aliquod beneficium ad nutum irreuocabile petunt, & iſta regula potius literarum expeditores iudicem cõcernit, ideo de dandis nõ eſt, quia circa modũ expediendi verſatur. Quarta regula eſt, num. 69. quæ in ſequeſtris & re- miſſorijs literarũ expeditionem requirit, & iſta regula pro- pter cõtinuas derogationes non eſt alicuius momenti, quia nunquam vidi remiſſorias mitti per literas plumbatas, quã- uis longo tẽpore fuerim in Rota. Sola igitur cõmiſsione il li regulæ per Vicecancellariũ derogatur, & certè deleri de- beret, ne membranas occuparet, quia etiã pro tam modica re, prout eſt ſequeſtrũ, & ſimilia, nõ eſt honeſtũ requiri lite- rarum expeditionem, cum iam ſuperq; ſatis litigãtes in liti- bus proſequendis exponunt. Quinta regula eſt, quòd nullæ penſiones ſoluãtur, niſi literis expeditis: de qua mentionem facit vulgatus liber Prouinciale eccleſiarũ. fol. xlv. & Gloſ- ſator hîc col. fi. Sed iſtam regulam hodie nõ habemus, quia partes vt plurimũ ſupplicationi conſentiũt, & ſe obligant, etiam literis non expeditis, penſionẽ ſoluere. Sexta regula eſt, quæ fuit antiqua, & per Modernos Pontifices renouata, quòd acceptationes ſuper gratijs expectatiuis non valeant, niſi literis cõfectis. Et iſti regulæ aliquãdo derogatur, præ- ſertim in reſeruationibus & mãdatis conceſsis qualificatis perſonis: ſed in expectatiuis rariſsimè cõceditur, & tunc ad partẽ. Et iſta regula ex quo cõcernit gratiã, licet principali- ter ad iudicem nõ dirigatur, tamen in quandam conſequen tiam impeditur eius iuriſdictio, ne poſsit canonizare talem gratiã, niſi expeditis literis. Quamuis poſſet dici, hoc iam vi deri prouiſum per iſtã regulam, & xxix. Ex quarũ verbis iſte

Remiſſoriæ quo pacto ex- peditè mittan tur ad partes.

caſus comprehẽdi videtur. Itaq; regula illa fruſtratoria eſt.

## QVAESTIO SEPTIMA.

Gratia reualidatoria.

QVAERO, an regula iſta procedat in gratia reualidatoria, ſeu, perinde valere, vt videlicet in eis expeditio requiratur, ſicut in principali gratia?

¶SOLVTIO. Videtur quòd non, per ea quæ in illa quæſtione de acceſſu & regreſſu dicta fuerunt. Et quia regula loquens de expeditione literarum, de literis primæ gratiæ nõ reualidatoriæ & ſecundariæ intelligi debet. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. Et ita in ſimili Rota tenuit, regulam de publicandis reſignationibus habere locum in prima tantum reſignatione, non in ſecũda, vt ibi dixi. Præterea, quia iſta gratia perinde valere, differt à prima gratia nomine & effectu. Nomine, quia iſta dicitur perinde valere. Prima verò prouiſio dicitur. Et ſic ex diuerſitate nominum diuerſitas quoque effectuum arguitur. vulg. l. ſi idem. C. de codicil. Et hoc etiã apparet, quia iſta gratia acceſſoria eſt, prima verò principalis. Et ſic apparent in effectu diuerſæ. Diſpoſitio igitur loquens in vno caſu, non debet habere locum in diuerſo. c. ſuſceptum. de reſcript. lib. vj. cũ ſimilibus.

Gratia iſta, perinde valere, in quo differat à prima gratia. Nominum diuerſitas ex diuerſitate effectuũ arguitur.

¶Tamen iſtis non obſtan. breuiter concludendum eſt contrarium, videlicet, regulam habere locum in ſimilibus gratijs reualidatorijs, ſeu perinde valere, vt tenet expreſſe Fel. hîc in apoſtillis, nullam rationem aſsignans. Sed ratio eſſe poteſt: Quia quando quis vti vult gratia reualidatoria, ſeu perinde valere, ſignum eſt quòd ſine illa principalis gratia ſuſtineri non poteſt, nec virtute illius poteſt agi, nec beneficium acceptari. Tota igitur virtus infunditur in dictã gratiam reualidatoriam. Ergo debet iudicari iſta gratia principalis, quia ſubintrat locũ illius in virtute & effectu. Ideo ſubrogatus ſortitur naturã illius, in cuius locum ſubrogatur, cum omnibus qualitatibus ſuis, vt in cap. eccleſia. vt lite penden. cum vulg. De quibus per Rom. in conſil. lvj. qua ergo ratione dicimus in primis literis expeditionem requiri, ita & in iſtis ſecundis reualidatorijs. Et ita tenebãt quidam doct. tempore Sixti, vt inuenio adnotatum in memorialibus Octauiani de Ceſſa, aduocati curioſiſsimi. Et ita etiam pro iſta parte conſuluit Io. Aloiſius Tuſcanus doctor Mediolanẽſis aduocatus, & poſtea auditor cameræ in cauſa Ne-

Subrogat⁹ an ſortiatur &c.



neten. parochialis S. Michaelis, tũc pendẽte, vt apparet in ij. vol. ſuorũ conſ. fol. cxlij. Vbi tenuit, quòd quãdo gratia expectatiua eſt nulla, nõ poteſt acceptari vigore gratiæ, perinde valere, niſi ſit bulla dictæ gratiæ reualidatoriæ expedita. pro quo faciũt ea quæ in ſimili quæſt. dicã in reg. de annali. q. xxviij. Præterea, quia iſtæ ſimiles gratię reualidatorię, ſeu perinde valere, videtur productæ ad ſimilitudinẽ quarundã cõtignationum, ſiue peſſulorũ, quæ in ædificijs infirmis iam ruinã minantib. apponũtur, ſuſtẽtationis gratia. Quo caſu idem iudicamus de tali additamẽto, quod de ipſa re cui additur. cap. fin. §. ſi autem. de conceſſ. præben. lib. vj. & c. quia circa. de priuilegijs. Nam per tales gratias ius amiſſum reſtauratur, & per eas aliquid de nouo inducitur. Et ob eam cauſam reualidatio vim nouæ prouiſionis cenſetur habere, vt dicit Egid. deci. dcxxxv. Ergo omnes qualitates quæ requiruntur in prima gratia, debent neceſſario obſeruari in iſta, vt tradit Rom. in conſil. ccclxxxiij. incip. in propoſito, &c. colum. j. & ideo voluit Bart. in l. iuriſgentium. §. adcò. ff. de pact. quòd eadem ſolennitas requiritur in actu reformando, quæ in actu conſtituendo requiritur. Et breuiter pro iſta opinione eſt deciſio in terminis proprijs Geminiani in cõſi. cxxviij. incip. factum tale eſt. in ij. colum. & deciſ. Egidij dccxlvj. Secundum quas in ſecunda inſtantia iudicauit Rota in vna Coroſopiten. coram Dom. Guliel. Caſsiodoro Epiſcopo Algaren. de menſe Ianuario M.D.XX. confirmando ſententiam Domini Camilli latam de menſe Iulio M.D.XIX. vt ipſe idem in quadam deciſione poſita in reportatis regulæ de Idiomate, latius refert. Et ſecũdum illud conſilium Gemi. ita etiam fuit iudicatum tempore meo in vna Lunen. Sarſanen. parochialium, coram D. Nicolao Piccolomineo de mẽſe Aprili M.D.XXIII. Et iſta omnia procedunt, quando prima gratia quæ abſque iſta reualidatoria redderetur inefficax, vel nulla non petitur canonizari, ſed gratia perinde valere. Secus verò quando prima gratia validata peteretur tãtum canonizari. Itaq; perinde valere productus fuit in cauſa ſolummodo ad adiuuandum aliquam qualitatem primæ gratiæ, quæ qualitas nõ petitur canonizari: quia tali caſu ſufficit ſupplicatio, vt fuit tentum in vna Legionen. parochialis de Villapicinin. coram me in fauo-

Gratia expectatiua quãdo eſt nulla.

Reualidatorię gratię quid operentur.

Reualidatio.

Qualitates quæ requirũtur in gratia prima, &c.

Solẽnitas quæ requiritur in actu reformando.

*

*

Perinde valere, quando ſola ſupplicatio ſufficiat.

* rem D.Io.de Angiano contra Ferdinãdum. Et nouiſsimè
* die xxvij.Nouemb.M.D.XXXVIII. idem concluſit Rota in
vna Gienen.parochialis ſancti Micha.coram R.P.D. Petro
Vortio Epiſcopo Aquen. Dum ibi petitũ fuerat canoniza-
ri gratiã Papæ contra ſtatutum quo cauebatur nulli proui-
deri debere de beneficio curato,niſi ſacerdoti qui per anni
celebraſſet.Nam fuit pro parte prouiſi allegatum ſtatutum
prædictum Papam nõ ligare, & dum ex aduerſo replicare-
tur,Papã illud confirmaſſe,& producta fuit ſupplicatio cõ-
firmationis,fuit datum de iſta reg.& quia non petitum fue-
rat illam ſupplicationem canonizari,dixit Rota regulæ nõ
eſſe locum. Et ſecundum iſtam diſtinctionẽ reducendi ſunt
illi tres caſus, quos in hac materia gratiæ reualidatoriæ di-
ſtinguit Fely.in cap.in noſtra.in xvj.corr.de reſcript.

Gratiæ perinde valere effectus.

¶Secundo limitatur prædictam concluſionem procedere,
quando gratia perinde valere facit corpus de per ſe: & po-
primam gratiam impetrata fuit. Secus ſi ſimul cum gratia
principali nota fuit,quia tali caſu regulæ expeditionẽ lite-
rarum requirentes, non haberent locum in tali gratia, ſed
ſufficeret expedire principalem gratiam,vt concluſit Rota
* in vna Gienen.canonicatus,& præben.coram D.Ioan.Ve-
nulio,vt latiſsimè idem Do.Guliel.refert in d.deciſione,vt
* ibi videri poteſt, poſtquàm illæ deciſiones iam per manus
omnium verſantur.Et hoc idem iudicatũ fuiſſe refert idem
D.Guliel.in vna alia deciſione poſita ſub regula liij.incip.
vtrum prouiſio.vbi dicit D.Hugonẽ de Spina ita pronun-
tiaſſe de anno M.D.XIIII.Nam omnes Domini,vno exce-
pto,tenuerunt regulam non procedere, quando ſimul cum
prouiſione eſſet diſpenſatio: ſecus ſi ſeparatè per rationes
& motiua, de quibus ibi latè per eum. Et ita pro iſta parte
reperio tempore Sixti Ioan.Aloiſ.Tuſcanum Mediolanen.
aduocatum conſuluiſſè,qui poſtea propter eius doctrinam
factus eſt auditor cameræ,in conſi.incip.Conſtat,quòd Do-
minicus,&c.reddito in cauſa Tullen.poſito in primo vol.
ſuorum conſi,fol,xvij.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, an regula iſta de iudicibus loquens in arbi-
tris locum habeat?

¶SOLVTIO.Verba regulæ innuũt quòd non
qui-



quia de iudicibus in Rom.cur.à Papa deputatis loquitur.
Sed arbitri vel arbitratores non ſunt huiuſmodi,quia à par
tibus deputantur.Igitur,&c. ¶Pro parte contraria facit,
quia arbitri ad inſtar iudicum ſunt,vt in l.j.ff.de arbi.Hinc
videmus, quòd diſpoſitio c.ſtatutũ.de reſcrip.lib.vj.quæ lo
quitur de iudicibus,in arbitris procedit,vt not.Domi.in c.
legitima.in iij.col.verſ.in fine gl.de appel.lib.vj. Præterea,
quia huiuſmodi arbitri in poteſtate eorũ procuratorib.aſsi
milari videntur,vel executoribus meri facti. Sed conſtat ta
les nõ poſſe actus,ad quos deputati ſunt, exequi ſine literis,
dũmodo in veritate ſint tales, vt probant plures deciſiones
cumulatæ per Fely.in cap.ſciſcitatus,in verſ.oportet.de re-
ſcrip.igitur nec iſti poterunt. ¶Breuiter concludẽdo, di-
ſtinguo ſic,quòd aut arbitri dantur à Papa,vel ab eo qui po
teſtatem habet,cum facultate cognoſcendi, decidẽdi & be-
neficium adiudicãdi, & tali caſu,quia iſti de titulo beneficij
cognoſcere, & titulum canonizare & adiudicare poſſunt,
ideo in eis diſpoſitio iſtius regulę procedet.Quia in effectu
tales erũt ſicut arbitri iuris,qui iudices delegati appellãtur,
in l.iudices.C.de iudi.& in c.ab arbitro.de offic.deleg.Aut
verò à partibus dãtur,& quia priuati iuriſdictionẽ tribuere
non poſſunt,vulg.l.priuatorũ.C.de iuriſ.om.iud.tum etiã
quia cauſa beneficialis in arbitros reſpectu adiudicationis
tituli cõpromitti non poteſt, vt tradit Collecta.in c.forus.
in iiij.col.verſi.ſed quod de antiquo.de verb.ſignifi.Ideo in
iſtis regula non procedet.Nec obſtat, quòd arbitri ſunt ad
inſtar iudicum,quia ad illud dictum d.l.j.reſpondet latiſsi-
mè Lanfranc.in tract.arbitro.q.xxxv.& Soci.infinitas diffe
rentias cumulat in tract.fallentia.regula xxvij.& d.l.j.po-
tius videtur procedere in arbitris iuris,iuxta ea quę dicit So
ci.in regula xvij.co.tract.dixi.& in §.omniũ.inſti.de actio.

Arbitri ad inſtar iudicum ſunt.

Diſpoſitio c.ſtatutum.

Iudices delegati qui dicantur.

Priuati iuriſdictionem tribuere non poſſunt.

Cauſa beneficialis.

QVAESTIO NONA.

QVAERO, an iſta regula procedet quando agitur ſu-
per Epiſcopatibus?

An regula procedat,quando agitur &c.

¶SOLVTIO.Rom.in conſil.cccxl.incip.circa
primum,&c.in ſecũdo dubio, tenet, regulam iſtam,vel ſimi
les de expeditione literarum loquentes,in epiſcopatibus lo
cum non habere: quia ſub verbis generalibus non compre
henduntur eccleſiæ cathedrales,vt in c.dilectus.de conceſſ.

Eccleſiæ cathedrales ſub verbis generalibus nõ cõprehendũtur.

præben.quia propter excellentiam earum requiritur, quòd de illis in conſtitutione ſpecialis mẽtio fiat, vt patet per gl. in c.ij.de præben.lib.vj.cum ſimilibus,vt ibi per eum.

¶Sed prædictis non obſtantibus cõtrarium firmius eſſe videtur.Nam verba regulæ generalia ſunt, & omnes quos non excipit,comprehendit.c.j.de conſti.& in cap.j.de cenſi.Præſertim quando conſtitutio in commodo animæ fundatur, prout iſta quæ ad tollendas fraudes proceſsit,& concurſum iuris communis habet,vt ſuperius in prima quæſtione dixi, quam in præiudicium animæ ſeruare non intendit, adeò, quòd antiqui illi Cancellariæ doctores in illo vulgato libro,qui inſcribitur practica Cancellariæ.fol.xlviij. voluerunt,quòd vtens effectu gratiæ,literis non expeditis,nõ tutus eſſet in foro conſcientiæ.arg.eorum,quæ notat Inno.in cap.quia plerique.de immu.eccle.Ratio eſt,quia ex quo gratia à mente Papæ dependet, & ille non vult,quòd gratiatus gratia vtatur,niſi literis expeditis. Contrauenire voluntati ſuperioris mortale peccatum eſt.c.ſi quis.de ma.& obed. Quia Papa ſub illa tacita conditione gratiam concedere videtur,quatenus literæ expediãtur.Cum igitur hoc animam concernat: concludendũ eſt,Epiſcopos & Cardinales comprehẽdi,& ſic per cõſequens eccleſias cathedrales:quia à cõſtitutione concernẽte animam nulla perſona excluditur,vt latiſsimè dixi in reg.de infir.reſig.q.j.Et iſta opinio manifeſtè probatur per extrauag.iniunctæ.poſitã in tit.de elect. quæ expreſſe de eccleſijs cathedralibus diſponit,quarũ promotiones nõ valere voluit, niſi literæ expedirẽtur. De qua Abb.& cæteri Moder.latius in c.in noſtra.de reſcrip.loquitur,& idẽ Abb.in c.qualiter.in prin.de elect.& Felyn.c.eadem te.colum.iij.de reſcrip.vt latius dixi in rub.eo.tit.lib.vj.Ex quibus omnibus apparet opin.Rom.in d.cõſil.cccxl.nõ eſſe verã.Et iſta magis ex cõſuetudine & ſtylo hodierno corroborãtur,quo videmus Epiſcopatus nõ concedi per ſupplicationem,niſi per literas expeditas, præcedente promotione conſiſtoriali, & hoc propter annatam quæ ex literis ſoluitur.Et iſta opi.clarè probatur in d.extrauag.iniunctæ,quæ prohibet Epiſcopos, vel ſuperiores,aut alios quoſcunque Abbates,priores,&c.recipi ad poſſeſsionem,eccleſiarũ,vel monaſteriorum, abſque literis expeditis, de qua extrauag. men

Literis nõ expeditis effectu gratiæ vtens, nõ eſt tutus in foro conſcientiæ.

Epiſcopatus non concedũtur per ſupplicationem, niſi &c.



mentionem facit Abb.in c.qualiter.de electio.Et Clemens VII.etiam per regulam ſuam ſtatuit,fidem ſupplicationibus in beneficijs conſiſtoralibus nõ dari,nec per eas alicui prouiſum cenſeri,niſi cedula cõſiſtorialis iuxta illius datam fieret,de qua regula ego mentionem facio in tracta.breuium. num.9.Sicitaq; opin.Ro.nõ videtur vera.Nec obſtat,quòd in generali diſpoſitione non comprehenduntur Epiſcopi, quia illud eſt verum,niſi prius in conſtitutione antiqua de illis mentio fieret,prout in d.extrauag.iniunctæ.Nam regula iſta ſimpliciter loquens,ab illa impetrationem capere debet,iuxta l.nam & poſteriores.ff.de legib.

### QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, nunquid ſatisfactum ſit iſti regulæ,ſi literæ expeditæ reperiantur,cum aliquibus defectibus ſubreptionis?

Literæ expeditæ.

¶SOLVTIO. Videtur dicendum, quòd expeditio literarum valida requiritur,ex eo,quia regula de expeditione loquitur.Ergo in dubio de valida intelligi debet,per ea quæ tradit Abb.in c.Cumana.per illum tex.de elect.& Moder. in l.iiij.§. condemnatum.ff.de re iud.quia verba cum effectu ſunt intelligenda.c.relatum.de cle.non.reſid. ¶Breuiter iſtis non obſtantibus, Rota cõtrarium determinauit in vna Coroſpiten.parochialis,coram D.Gulielmo Algaren. de mẽſe Iulio M.D.xix. vt ipſe refert in quadam deciſione, quam poſuit ſuper regula de idiomate,vbi dicit,quòd etiã ſi literæ ſint expeditæ cum mille defectibus,ſatisfactum erit regulæ:quia cum ſit pœnalis & burſalis,quomodocunq; ſatisfactum fuerit,ſufficit.Tamen iſta ratio mihi non placet, quia ex quo regula,vt dixi,ſimpliciter expeditionem requirit,de valida intelligi debet: quia expeditio nulla & ineſſicax perinde eſt,ac ſi nõ ſit in rerum natura.c.inter.de tranſla.epiſcopo.& tradunt Moderni in authen.ſed nouo iure. C.de ſer.fugi. Nam vt dicit Alexand.in conſil.ccxv. incip. viſis probationibus.in j.col.lib.ij. bulla imperfecta & vitioſa,non dicitur propriè bulla, alleg.inter cætera.l.Polla. C.de ijs quib.vt indig.cum alijs,vt ibi per eum. Et quia videmus,quòd iudex non recipit iuriſdictionem, niſi literis expeditis,vt eſt deci.xvij.tit.de conceſſ.præben.in no.Et eſt de hoc regula clara infrà nu.29. Vnde ſicut per reſcriptum

Expeditio nulla & ineſſicax perinde eſt,ac ſi nõ ſit ĩ rerũ natura.

Bulla ĩperfecta & vitioſa.

Iudex non recipiens iuriſdictionem,niſi literis expeditis.

Iuriſdictio per reſcriptum.

nullum regulariter iuriſdictio non datur,vt notatur in c. ex tenore.& in c.fi.de reſcrip.ita neq; per literas defectuoſas & ſubreptitias regulæ ſatisfactũ videtur. Nõ obſtat deciſio facta in illa Coroſpiten.quia deciſio illa loquitur quando poſt bullam defectuoſe expeditam produceretur aliqua gratia,ſi neutri,vel perinde valere,ſanãs eam: ſecus ſi nihil horum interueniſſet. Et ita tentum fuit.

### QVAESTIO VNDECIMA.

QVAERO, an iſta reg. procedit in gratijs motu proprio? ¶ SOLVTIO. Verba regulæ ibi, ſupplicationum ſignatarũ.& ibi, quibuſuis impetrationibus.innuunt regulam non habere locũ in gratijs motu proprio, quæ propriè dici ſupplicationes, nec impetrationes non poſſunt. Quia ſupplicatio proprie dicitur illa,quæ ad inſtantiam partis fit,vt notat Inno.in cap.ex literis.in verbo ſupplicauit.de reſt.in integ.& eſt tex.in l.j.C.de peti.bonorum ſub.lib.x.& tradunt doct.in l.j.ff.quod quiſq; iuris.& in §.Gregoriana ſupplicauit.in authen.de non elig.ſecun.nub.& in c.fi.de reſcrip.cum vulgaribus.

Supplicatio proprie quæ dicatur.

¶ Tamen concludendo breuiter veritatem,contrarium est de iure verius,quia in primis illud meminiſſe oportet,regulam iſtam dependentiã,concurſum & ſimilitudinem cum iure communi habere,vt latius ſuperius in j.q.dixi.& per conſequens fauorabilis cenſenda eſt,& ideo latiſsimè extendi debet. Præterea cõmodum animæ concernit,vt ſuperius in illa quæſtione, nunquid cõprehendat Epiſcopatus & eccleſias cathedrales,dixi.& ſic iſto etiam reſpectu regula iſta fauorabilis & extendenda eſt, iuxta tradita per Bart.& alios in authent.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vẽd.& dixi in j.q.regulæ de infirmis reſignantibus. ¶ Ex quibus infertur, quòd cum in gratijs motu proprio eadem ratio regulæ militet,diſpoſitio ad illam extendi debet: quinimo ſi põderentur verba regulæ,caſum iſtum cõprehendunt,vt ex illis verbis regulæ,cõceſsionibus.&c.apparet,quod verbum ad motum proprium de neceſsitate referri debet,vt ſingula ſingulis referãtur. Nam ſuperius loquitur regula de ſupplicationibus & impetrationibus,& deinde de conceſsionibus,vt ex hoc manifeſtè deprehendamus, regulam omnia comprehendere velle. Sed eſto,quòd illud verbum conceſsionibus, in re

Conceſsionis verbum quid importet.



in regula poſitum non eſſet, ex alijs iſta opinio ſuſtineri poteſt, quia certum eſt, quòd quando mens & ratio regulæ,& caſus de quo quæritur, conueniunt,dicendum eſt, adaptantur conſtitutionem illum caſum comprehendere.l. ſi ancillas.ff.de legat.j.cum ſimilibus. Et ratio quæ in regula conſideratur, finalis cenſetur.l. milites.ff.de re mili.l.ijs ſolis.C.de reuoc.don.Sed vltra alias rationes ſuperius in alijs quæſtionibus dictas,quæ optimè quadrant in iſto caſu, alia ratio quæ in regula conſideratur,omnino iſtum caſum includit.Ratio igitur quæ hîc in regula conſiderari poteſt, eſt,ne per varias diſceptiones,quæ ſuper extẽſionibus & coarctationibus verborũ gratiæ in ſola ſupplicatione conſiſtentibus,lites longius propagẽtur. Iſta ratio quæ dictis Egidij deciſ.dcix.incipien.impetrãs,&c.colligitur,in gratijs motu proprio militat.Igitur dicendũ eſt regulam illam cõprehendere. ¶ Non obſtat, quòd ſupplicationes non dicuntur gratiæ motu proprio: quia reſpondetur, verum eſſe, propriè loquendo.Sed ſecũdum communem vſum loquendi, omnes gratiæ tam ad inſtantiam partiũ impetratę,quàm motu proprio conceſſæ,ſupplicationes appellantur. Et iſte communis vſus loquendi attẽdi debet, qui præfertur proprio ſignificatui.l. Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſupell.leg. l.librorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de leg.iij.l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtru.cum concor.de quibus Alex.& cæteri ſcribunt in rubrica.ff.de ope.no.nun. Præſertim quando cum communi vſu ratio & mens regulæ cõcurrunt,quæ regulam vltra vim verborum extendere vidẽtur. l.licet orationis.C.de excuſ.tutor.l. credendum. §.j.ff.qui pet.tut.l. ſcire.§.oportet.ff.de excuſa.tuto.Maximè etiam, quòd antequam iſta regula condita eſſet,hæc opinio de iure cõmuni approbata videtur, videlicet,quòd ſupplicationibus de regiſtro ſumptis fides non detur,niſi literæ expediantur,vt tenet Egid.deci.cclij.incip.ſumptũ de regiſtro. Et eſt deciſ.in antiq.dcxxj.incip.nota ſumptũ. repetita deciſ.dclxxxj.quam ſequitur Bart.de Belenzi.quondã celebris Rotæ auditor,in tracta.de charit.ſubſid.q.cxiij.quæ quidẽ deciſiones differentiã non faciunt inter gratias motu proprio,vel ad petitionem conceſſas. Nam ad probandum gratiam principis requiruntur literæ,& probatio cum bulla.l.

Gratię omnes tam ad inſtantiam partium impet.&c.

Ratio & mẽs regulæ quando cum cõmuni vſu concurrunt, regulam &c.

Gratia principis quomodo probetur.

ſacri affatus.C.de diuer.reſcrip.l.probatorias. C.de diue. offic.lib.xij.tenet Archidia.& Ioan.And.in procœ.lib.vj.& idem Inno.& Ioan.And.in c.j.de lit.conteſt.eod.lib. Ang. in l.bene à Zenone.C.de quad.præſcrip.cum concor.vt di. xi ſuperius.q.j.Et ita in indiuiduo reperio conſuluiſſe Pau lum Pontanum quondam egregium aduocatum,in cauſa Salamãtina parochialis de Amatas.incip.primum dubium. &c.per alias rationes,quas non curo referre.

QVAESTIO DVODECIMA.

Nominatus à patrono &c. &c.

QVAERO, an regula iſta locum habeat in nominato à patrono,qui nouam prouiſionem obtinuit,& cõmi tit cauſam literis non expeditis?

¶SOLVTIO. Iſte caſus propoſitus fuit per R.P.D.Io.Cleri ci Epiſcopum Maceraten.de menſe Iunio M.D.xxxviij. in vna Aurien.parochialis de Archos,in qua nihil deciſum fuit:ſed mihi videtur dicendum regulam ita demum locum habere,ſi talis nominatus eſt actor,& nouam prouiſionem canonizari petit,quæ expeditionem requirit,& in hoc dubium non eſt.Sed quando noua prouiſio ad maiorem cau lam,& non ex neceſsitate impetrata fuit,& nominatus non petit eam canonizari,ſed ſolam nominationem:& tunc pu tarem regulæ iſti locũ non eſſe,tum quia ratio regulæ ceſ ſat,tum etiam quia verba eiuſdẽ regulæ huic caſui non con ueniunt: quæ de impetrationibus & conceſsionibus in ſi gnatura Papæ factis loquuntur. Et hoc etiam clarius deci dit regula xxix.infrà eod.Plura hîc pro & cõtra dici poſ ſent,ſed quia cauſa pendet,ſubſiſto.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Nunqd ſit locus in caſu,

QVAERO, nunquid in caſu in quo gratia Papæ deper dita eſt,& eius tenor probatur iuxta cap.cum olim de priuileg.ſit locus iſti regulæ?

Probatio teſtium non admittitur,vbi p literas fieri poteſt.

¶SOLVTIO.Fely.& alij Mod.repet.titulũ de cõſtit.dicũt hoc caſu gratiã Papæ per teſtes probari poſſe,licet vbi poſ ſet probari per literas,cõmunis opi.ſit,non teſtiũ ꝓbationem admitti.Itaq; videtur,quòd iſto caſu neceſsitas & difficul tas probationis literarũ licitum faciat,quod aliàs nó eſſet iuxta tex.in c.quod non eſt licitũ.de reg.iur. Et ideo nõ im meritò dubitatur,nũquid iſta probatio ſufficeret iudicia effectũ iſtius regulæ.Putarẽ quòd non,niſi in commiſsio



ne Papæ hoc narretur: quia auditor hoc caſu nõ poſſet certam gratiam canonizare, ex quo illam in regiſtro productam non vidit. Et ideo narratio caſus,ſeu amiſsionis gratiæ facta Papæ ſufficeret,cum derogatione iſtius regulę,cui per ſolam ſcientiam Papæ non derogatur ſine ſpeciali clauſula derogationis, vt tenet Rota,& latiſsimè in proœ.regularũ.q.v.dixi.Et iſto modo huic neceſsitati ſubuenietur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

Nũquid regula liij.quæ de diſpen.&c.

QVAERO, nunquid regula liij.quæ de diſpẽſationibus loquitur,locũ habeat,quãdo quis vult vti gratia abſque literis expeditis in foro cõſcientiæ tantum?

¶SOLVTIO.Abb.in clemen.dudũ.in fi.de ſepul.dicit quòd ſic:quia communis opinio,quę habet gratiã Papæ non ſuffragari,literis non expeditis,non habet locum in foro conſcientiæ.& ita Abbatem ſequuntur omnes Moderni in rubric.de conſtit.

¶Sed aduertendum eſt,quòd contra hoc eſt deciſio in terminis cuiuſdam antiqui doctoris & practici,videlicet,Hierony. Pauli literarum apoſtolicarum vicecorrectoris in illo libro,qui Praxis Cãcellariæ inſcribitur.fol.xlviij.verſic. vbi Papa concedit,&c.Vbi expreſsè tenet,quòd vtentes gratia Papæ,literis non expeditis,tuti non ſunt ſecũdum theologos in foro conſcientiæ. Et rationem ſatis concludentem aſsignat: quia Papa quando concedit gratiam illam, ſub tacita conditione concedere videtur, quatenus literæ inde expediantur, & mens ſua & intentio talis præſumitur,ne gratia,niſi fuerit expedita, ſuffragetur. Ex qua concluſione infert,quòd ſalua cõſcientia quis ſoluere non poſſet,aut penſionem recipere, literis non expeditis, etiam ſi partes hoc vellent,ex quo regula hoc diſponit,quia conſenſus partium vltra mentem Papę operari non poteſt.Qui quidem Papa in hoc caſu vult,quòd ad effectum perfectionis gratiæ literæ expediantur. Nam per ſignaturam Papa gratiam facere cenſetur,iuxta ſtylum per Cancellariam limitandum ſeu declarandum, vt dicit quædam deci. Egidij. dcxcviij.qui ſtylus habet gratiam Papæ eſſe informem, & non claram, niſi literæ expediantur: quia aliàs gratia ſuum eſſe non habet. Et idem dicit prædictus doctor in omni caſu in quo eſſet de voluntate Papæ tacita vel expreſſa, quòd lite

Pẽſionẽ ſoluere aut recipere literis non expeditis,ſalua conſciẽtia nemo poteſt.

literæ expedirentur,quia ante expeditionẽ gratia ſine pec-
cato vti non poſſet,vt eſt in omnibus commiſsionibus gra
tioſis habentibus clauſulam vocatis &c.& in diſpenſatio-
nibus ſuper irregularitate,& alijs ſimilibus. In quibus vten
tes dictis gratijs,ſine literis in conſcientia tuti non ſunt,&
ad fructuum reſtitutionem cameræ tenentur. Et ibi plures
theologos,& rationes pro & cõtra allegat,vt ibi latius pa
cum. Ex quibus omnibus colligitur cõcluſio,quòd iſta re-
gula etiam in foro conſciẽtiæ locum habebit: quia factum
contra mentem Papę,imò contra expreſſam prohibitionẽ,
de qua hic,ædificat ad gehennam, vt dicit text.cap.ſi quis
de maior.& obed.cum vulgar.

**Forus cõſcientiæ nõ eſt alligatus apicib⁹ iuris.**

¶Breuiter prædictis non obſtantibus,prima opinio mi
verior videtur. Pro qua aduertendũ eſt,quòd forus cõſcie
tiæ non eſt alligatus apicibus iuris,nec ſtrepitui iudicior
vt dicit Archi.in cap.ſcriptum.vj.q.iij.commendat Deci
in c.cum dilecta.ad fin.gl.in vertic.procuratricẽ.de conſ.
vtil.ad idem facit text.in l.ij.ibi,ſed ex cõſcientia, quema
hoc ibi not.Bald.C.de fideicom.In quo foro nihil adiudi
cari à iudice,nihil canonizari petitur,tantum anima recti
ficatur: & ad hoc literæ non requiruntur, quæ forum ſo
concernunt,& ad probationẽ producũtur,quæ in foro co
ſcientiæ nõ requiritur,ſed dicto aſſerentis ſtatur, vt in ca
ſignificaſti.de homi.& tradit Alexan.in l.ſi ſic legatũ.in
colum.ff.de legat.j. Hinc eſt, quòd in ſacra pœnitentiari

**Gratia in foro conſcientiæ quando petitur ĩ ſacra pœnitentiaria.**

quando gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio co
feſſori committitur,literis laniatis,& nullis teſtibus adhi
tis,vt antiquus & inueteratus ſtylus à tẽpore Benedicti de
decimi introductus habet. Et de talibus gratijs,quæ pet
tur in foro conſcientiæ tantũ,quæ aliàs in foro aperto co
ponerentur,datario compoſitio non ſoluitur, & ita hod
practicatur. Secus eſt,quando quis vellet vti gratia in fo
fori: quia tunc gratia cum datario Papæ componenda e

**Forus cõſcientiæ in quo differat à foro contentioſo.**

Iſte enim conſcientiæ forus à contentioſo,ſicut cœlũ à te
ra differt. Nam videmus,quòd in foro contentioſo pœn
damnificanti ex negligentia,vel leui culpa non imponitu
Secus tamen eſt in foro conſcientiæ,vt tradit Felyn.in ca
ſicut dignum.in iiij.col.de homi.Nam conſcientia nemi
parcit:& ideo in eius foro locus miſericordiæ non eſt,cu



**Conſcientia idem eſt quod iuſtitia.**

ſit idem conſcientia,quod iuſtitia,vt dicit Bald.& Prępo.in
cap.j.col.j.quæ ſint regal.facit illud Satyr.Iuuenalis: Prima
eſt hæc vltio,quòd ſe iudice,nemo nocẽs abſoluitur.vt tra-
dunt latè Moderni Auinionen.in rubr.de iudi.col.xviij.&
aliquid Iaſ.in §.ſed iſte.col.xix.inſtit.de actio. Quibus ad-
de alia exempla,quæ ponit Fely.in cap.audiuimus.de ſimo.
Ex quibus omnibus infertur,quòd cum regula iſta loqui-
tur in foro contentioſo, non habebit locum in foro con-
ſcientiæ,tanquàm,quòd caſus inter ſe diuerſi ſint.

¶Poſtremò iſtam opinionem probo vno alio modo ſatis
efficaci,quia clarum eſt,hanc regulam in ſui ratione menta
li fundatam eſſe in quadam præſumptione: quia præſumit
illum qui ſolam gratiam per ſupplicationem habet, nolle
expedire bullas, ratione cupiditatis & lucri, videlicet,vt
fraudet cameram in annatam,& officiales quibus acquiri-
tur certum emolumentum ex literarum expeditione. Sed

**Lex quando fundat in præſumptione,nõ habet locũ in foro conſcientiæ.**

quando lex in præſumptione fundatur,in foro conſcientiæ
locum non habet: quia in tali foro nec fictiones, nec præ-
ſumptiones attenduntur,vt dicit Bald.in l.cum quis.C.de
iur.& fac.igno.qui refert, ita fuiſſe Bononiæ diſputando
concluſum,& reaſſumit Iaſ.in rub.ff.de acquiren.hæred.&
in l.& ſi inutiliter.col.ij.C.de fideicom.& hoc tenent plu-
res alij doctores,quos accuratè Felyn.cumulat in cap.ſicut
dignum.in fin.de homicid.

¶Non obeſt dictũ illius practici vicecorrectoris, de quo
ſuperius mentionem fecimus,quia licet ille fuerit vir mul-
tæ doctrinæ & experientiæ,vt ex eius operibus æditis licet
inſpicere,prout etiam eum laudat Ioan.Bap.de ſancto Se-
uerino in tracta.penſionum.q.xxx.col. penul.nihilominus
dictum eius per prædicta verum non videtur. Quia licet di
cat,quòd vtens gratia,literis non expeditis,non ſit tutus in
foro conſcientiæ,intelligitur quando illa gratia quis in fo
ro fori vtitur: quia ratio iſtius regulæ ſic militat,quia hoc
facere præſumitur vt officiales fraudet,& ſic, vt ipſe ex illa
fraude cõmodum ſentiat: ſecus quando nõ vult in foro fo-
ri,ſed conſcientiæ vti. Quia tunc iſta ratio propter dictum

**Solẽnitas vbicunq; tradita eſt per ius poſitiuum.**

Innoc.in c.quia pleriq;.de immunit. eccleſ.non procedit.
Vbi voluit, quòd vbicunque eſt tradita aliqua ſolennitas
per ius poſitiuum,ſi tamen actus aliàs legitimè factus ſit,fa-
ciens

ciens eſt tutus in foro conſcientiæ.

¶Magis tamen obſtaret mihi regula liij. infrà eodem, quæ diſpenſationes non ſuffragari, niſi literis expeditis diſponit: & tamen diſpenſationes cõcernunt etiam forum conſcientiæ. Sed reſpondetur, illam regulam de diſpenſationibus in foro fori intelligi debere, quæ in iudicio debẽt produci, puta ſuper incõpatibilitate, vel ſimilibus. Secus autem ſi diſpenſationibus in foro conſcientiæ tantum vti vellet: quia tali caſu poſſet hoc facere, ex quo à nullo inquinatur. Nam propterea Papa in d. regula liij. cum miniſterio dixit, diſpenſationes, literis non confectis, non ſuffragari, & non dixit, non valere. Quia verbũ ſuffragari, ad forũ cõtentioſum trahitur, & propriè aliquid repulſiuũ & cõtrouerſale ſignificat, ſolennitatẽ ſcripturę requirẽs: vt eſt tex. & ibi no. gl. in c. perpetuo. de elect. lib. vj. & in l. illud. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. faciunt, quæ notantur per Speculato. de adulter. in fi. & per doct. in rubr. C. de ſuffrag. Cum quibus concordat gloſ. iuncto tex. in l. de quibus. circa fi. ff. de legibus. & in l. ſi quæ ſunt. in verbo ſuffragio. ff. famil. herc. Et etiã iſta regula non dicit, quòd non valeant gratiæ. Quæ verba in iſta regula Socinus in conſil. xlj. lib. ij. ponderat. Et ita iſtam Moderni de Ripa lib. ij. reſponſorũ, ſub tit. de reſcri. cap. xj. interpretantur. Vbi indiſtinctè ſolam ſignaturã in gratijs diſpenſationum ſufficere probant. Et pro iſta opinione videtur eſſe conſilium elegans Domi. de Sancto Geminia. in conſil. cvj. incip. ſuper dicto dubio. in iij. col. verſic. in contrariũ. & videtur ſentire Gloſſator in fi. dictæ regulæ liij. qui dicit ſe intellexiſſe, ita fuiſſe iudicatum in Rota. Res tamen non eſt ſine difficultate propter motiua dicti doctoris in d. lib. practicæ, qui latius ſuper hoc diuagatur.

Suffragari verbum quid operetur.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, quia regula vigeſimanona infrà eodem diſponit, commiſsiones non valere, niſi literis expeditis, an literæ in dubio poſt commiſsionem productæ, de quarum expeditione dies nõ apparet, in tempore expeditæ præſumãtur: & cui incũbat onus probandi?

Literę productæ poſt commiſsionem, de quarum &c.

¶SOLVTIO. Iſte caſus ſæpe, tam tẽporibus antiquis quàm noſtris contigit, vt in memorialibus tempore Sixti reperio adnotatum. Et iſtam eandẽ difficultatẽ ſcribit dom. Guliel. in



in collectaneis deciſionum. Et nouiſsimè in cauſa Lucana parochialis filiorum Corui, de hoc anno M. D. xxxix. coram R. D. Ioan. Paulo ventilatur. Et in ſumma iſta concluſio videtur, & reſolutio antiqua ſæpius per Rotam innouata, quòd literæ in dubio in tempore expeditæ præſumãtur: & quòd dicẽti eas expeditas poſt commiſsionẽ cauſæ, onus probandi incumbat. Quia opponens in exceptione ſua eſt actor: & ſicut actor petitionem ſuam probare debet, ita & exceptionem. vulgata l. j. ff. de exceptio. Et hoc præſertim dicendum eſt, vt actus in dubio potius valeat quàm pereat, per ea quæ longo diſcurſu cumulat Felyn. in cap. paſtoralis. de reſcriptis. & Moder. in l. quotiens. ff. de verb. oblig. Et quia ſic interpretando nullitas tollitur, iuxta ea quæ Bart. notat in l. nõ ſolum. §. ſed & reprobari. ff. de oper. no. nunt. cum ſimil. Et quia iſta iam in curia omnibus practicis tritiſsima ſunt, amplius non inſiſto. *

Opponens in exceptiõe ſua tam petitionẽ, quàm exceptionem.

Act⁹ in dubio, an pereat, an vero valeat.

COMPENDIVM PERQVAM BREVE VTRIVSQVE SIGNATVRAE.

POSTREMO, quia regula iſta de ſignatura iuſtitiæ loquitur, operætium erit (cum fuerim, non præcedẽtibus meritis à ſanctiſsimo Domino noſtro Papa Paulo III. ſtatim poſt eius promotionem vtriuſque ſignaturæ gratiæ & iuſtitiæ, creatus referendarius) quædam hîc breuiter, quæ aliàs ſucceſsiuo ſtudio cumulaueram, ad dictam ſignaturam iuſtitiæ pertinentia, pro intellectu regulæ adnotare. Quæ licet pro certo habeam ea viris conſummatiſsimis leuia videri poſſe, non tamen omnino inutilia erunt. Quia licitum videtur poſt multa ſerio dicta, labore feſsis, media itineris ſtatione ridere, ac leuia loqui, quod in pictoribus experimur, qui poſtquàm operi arduo mentẽ & (vt ita dicã) cogitationẽ totã, & phantaſiã affixerunt: ſi quãdo tædio affecti, ab eo opere animi cauſa diuertãt, non ad ardua ilico, ſed ad depingẽdas potius aues, vel alias res leues decurrunt, quibus animus tanta laboris intẽtione defatigatus paululũ leuetur. Erunt igitur hæc (ſi viris conſumatis non placebunt) pro tyronibus, Referendarij officiũ gerentibus, quibus aliquando prodeſſe volui ſcripta. Nam vt dicit Hoſt. in cap.

Scribẽtes multa, excuſabiles ſunt.

Pictores ĩ magno & arduo opere, q̊ vtantur leuamine.

cap.j.verſic.pro futura.per illum tex.vt eccleſ.benef.multa ſcribentes excuſabiles ſunt. Qui licet prouectis non in omnibus ſatisfaciant,nouitijs tamen prodeſſe poſſunt.Melius enim eſt,teſte Galeno,doctos onerare ſcitis, quàm iuniores fraudare docendis. Quanquam etiam ſpero ſummis viris docta,ac fortè meliori lectione grauatis,hæc leuia aliquando iucundiora fore.Nam ſtomachus lautioribus cibis faſtiditus ſæpe oluſcula & piſciculos appetit. Fateor tamen ingenuè,vt ab iſtis temerarijs iudicijs me liberarẽ,ſæpe calamum cõtinuiſſe,ne aliquid in hac materia ſignaturæ ſcriberem,cum propter materiæ difficultatẽ,tum etiã propter ſtyli eiuſdem ſignaturæ,frequentẽ mutationem & varietatem,quæ adeò magna eſt,vt quotidie nouas formas depromere videatur. Adeò quòd propter noua iura quæ in dies ſignatura depluit,dici poteſt. Quòd licet procurator vel aduocatus ex debito conſcientiæ iniuſtas cauſas repudiare teneantur:hoc tamen fallit in materia beneficiali,in qua,licet prima facie cauſa iniuſta appareat,nihilominus propter varia iura,quæ quotidie ex ſignatura emanãt, propter quæ cauſa iniuſta iuſtificatur & vincitur, & quæ à principio iuſta videbatur,iniuſta redditur,excuſantur,vt quotidie experimur : ideo aduocati tales cauſas acceptare non peccarẽt, quas certitudinaliter iniuſtas eſſe,niſi ab euẽtu iudicare nõ poſſunt.Secus in profanis,in quibus ius ſemper certum eſt, nec per ſignaturam mutabile. Et ideo de ſignatura prouerbium illud dici poſſet,Semper noui aliquid affert Aphrica. Et quamuis in hoc propoſito animus meus diu fixus extiterit:videlicet ne aliquid ædere,tamen mihi ſcribendi fiduciã dederunt ſcripta quædã nuda quæ in hac materia ſignaturæ (iam multis annis per manus pluriũ referendariorũ, & curialium verſantur)in multis non ſolũ mutila,ſed etiã manca,& ſine aliqua iuris ratione vel authoritate roborata,quæ me iam per varias occupationes publicas feſſum, nec talia cogitantem,veluti Entellum illum Virgilianum,(Si licet in paruis exemplis grandibus vti)ad animi robur impulerunt & reuocarunt. Quamobrem reprehendi non debeo, ſi quæ ab alijs ſic inuenta ſunt,cultu reddam blandiora,authoritate iuris firmiora,longa,ac noua accumulatione vberiora. Igitur ad rem ipſam accedamus.

Doctos onerare ſcitis meli⁹ eſt, quàm iuniores fraudare docendis.

Procuratorẽ ex debito cõſciẽtiæ ad cauſas iniuſtas nõ acceptãdas teneri, quomodo procedat.

QVAE



## QVAESTIO DECIMASEXTA.

IGITVR quæro,quid præ ſe ferũt iſta verba regulæ,videlicet,niſi ſint commiſsiones iuſtitiam continentes, per placet, vel per S.R.E. Vicecancellarium,&c.

Verba illa, videlicet, niſi ſint commiſſiones &c. q͂d ſignificent.

¶SOLVTIO.Pro intellectu iſtorum verborũ totus vtriuſque ſignaturæ ſtylus reuoluendus eſt,videlicet, gratiæ & iuſtitiæ, de qua Gloſſator aliqua hîc ſcribit. Sed quia nimis onerosũm & prolixum fortaſsis videretur hîc omnia ſcribere,quæ dici aut excogitari poſſent,potiora tantum deligã, quæ ab alijs tradita non fuerunt : reliqua in illo opuſculo, quod aliàs ſuper ſtylo ſacræ pœnitẽtiariæ fabricaui, ſcribã. Nunc verò ea duntaxat tractabo,quę ad declarationẽ iſtius regulæ,& aliarum de ſignatura loquentium expedire arbitrabor.Quæ,vt magis diſtincta, & ſuo ordine clariora appareant,iſtum opuſculum in tres particulas diuidam. Nam vt Bald.in proœ.digeſtorum dicit, Scire quid facias,& neſcire quo ordine facias, perfectæ cognitionis non eſt. Prima Pars aliqua de antiquo & moderno ſignaturæ gratiæ & iuſtitiæ ſtylo enarrabit,differentias iſtarum ponens, ac diſtinguens perſonas,quibus hoc ſignaturæ negotium cõmiſſum eſt.Secunda pars circa referendariorum originẽ & officium verſabitur. Tertia pars caſus & effectus plures ad huiuſmodi ſignaturã iuſtitiæ,de qua iſta regula loquitur,pertinentes,enarrabit,per quos etiam regula xxix.quæ ad iſtã, veluti quoddam neceſſarium antecedens & præambulum ſe habet,latiſsimè declarabitur.

Signaturæ vtriuſq; progreſſus in tres particulas diuiſus.

¶Circa primũ, illud ante omnia meminiſſe oportet, olim varias vtriuſq; ſignaturæ obſeruationes fuiſſe, quæ ex regularum antiquarum & iurium diuerſitate, ſuper hac materia loquentiũ,colliguntur, de quibus antiqui & Moderni doctores pauca admodũ ſcripſerunt.Et hæc ſignandi varietas fecit,quòd ſignatura gratiæ & iuſtitiæ eiſdem plerunq; verbis olim conficeretur.Nam antiquis temporibus,ſupplicationes gratiæ,prout hodie : tunc etiã per fiat, ſignabantur. Et eodem modo cõmiſsiones iuſtitiæ Papa per verbum fiat, ſignabat.Verum, quia hæc omnia ſine aliquo certo ordine procedebant,non modicã confuſionẽ generabant.Quamobrem modernis tẽporibus ſignaturæ gradus diſtincti fuerunt:& incipiendo à ſignatura gratiæ, quæ vberior,& for-

Signaturæ obſeruationes olim variæ fuere.

V

GRA DA

taſſè antiquior ſignatura iuſtitiæ videtur, licet nõ dignior ratione iuſtitiæ, quæ ſecundum Philoſophum inter cæteras virtutes principatum obtinet.

Signatura gratiæ quibus verbis cõficiatur. Fiat verbũ, de ſui natura qd importet.

¶Eſt in primis notandum, quòd ſignatura gratiæ olim, & hodie, vt dixi, per Papam, per verbum fiat, conficiebatur, & nõ ſine optima ratione, quia Papa ſolo verbo fiat, facit gratiam, vt dicit Bal.in l.humanum.in fin. C.de legib.Et certè nullum verbum eſt aptius, per quod hæc principis liberalitas ſtatim repræſentetur, ſicut per hoc verbum fiat, quod de ſui natura gratiã de præſenti, ac in promptu inducit mentẽ Papæ ſine aliquo alio literarum adminiculo, aut inuolucro incõtinenti ad eſſe perfectum deducit, vt expreſſè Bald.in l. cum apud.C.de com.ſer.ma.dicit, & ante ipſum Cald.in indice ſuo.in verbo, fiat.& idem Calde.in repe.c.quiſquis.per illũ text.de elect.vbi ſubdit ſe ita in magna cauſa obtinuiſſe.ſequitur Fely.in rub.de conſti.in iij.col.& latius in c.Rodulphus.in xviij.col.verſi.fiat.de reſcript.Et quòd verbum fiat, actum in inſtanti factũ eſſè denotet, videtur facere text. in c.qui bona agunt.§.ſicut.xvij.q.j.vbi dicitur, quòd per illa verba, fiam monachus, ſtatim profeſsio facta eſt. facit gl. penult.in c.porrectũ.de regulari.& text.in c.j.de filijs presbyt.& per hoc apparet gl.in c.generali. xxv.q.j.quæ voluit, verbum fiat, actum de futuro reſpicere, in ſignaturis Papæ non eſſè veram, qui ſtatim, vt dixi, ſimplici verbo fiat, gratiam facit, vt dicit idem Bald.in l.falſus.in viij.col.verſi.item ſcias.C.de fur.nec hoc ſine myſterio factũ videtur. Nam cũ Papa Dei optimi maximi vices gerat, conueniens fuit, vt quoad fieri poteſt, eius veſtigia imitetur. Et ideo ſicut ille rerũ omnium opifex, cum dixit, Fiat lux, ſtatim ſine aliquo interuallo facta eſt lux, vt patet Geneſ.c.j.Sic Papa ad eius ſimilitudinẽ, cuius vicarius eſt, hoc verbo in ſignatura vititur, fiat gratia, & ſtatim facta eſt: pro quo optimè facit text. in l.j.§.deinde ait prætor.ibi, hæc verba fiat, ſtatim facto ſuo nocent &c.ff.ne quid in loco pub.quibus accedunt ea quæ ſcribit Anto.de But.in conſi.ij.quod errore repetitum eſt, conſi.l.& Fely.eum referens in cap.nonnulli.in prin.in viij.col.de reſcri.& in c.ſuper literis.in vj.col.e.ti.& Gemi. in conſil.lxv.col.fi.cum alijs de quibus per Moder.Papien. in rub.de conſti.colum.xxvij. Et per Franc.de Ripa.lib.ij. reſpon

Fiat gratia, hoc verbo vtitur in ſignatura.



reſponſorum.ſuper tit.de reſcrip.c.xj.Et ad hoc notabilem deciſ.ponit Rota tit.de reſcript.in antiq.l.incip.Cancellaria &c.quæ ſecũdum numerũ eſt deciſ.dlxj.quam latè Fely. in c.nõnne.in j.col.de præſumpt.declarat.

¶Eſt tamen vnum circa hoc valde notãdum, quia licet, vt dictum eſt, hoc verbum fiat, in ſignatura Papæ poſitum, de ſui propria natura gratiam in inſtanti inducat: hoc verum eſt, quãdo ſubiecta materia ſolum gratiam continet: Secus verò quando in ſupplicatione plura petantur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua verò iuſtitiam, quæ ſecundũ ius regulatur. Nam tali caſu ſi Papa talem ſupplicationem per fiat, vt petitur, ſignaret, ſolum Papa cõcedere videtur ea quæ iuſtitiam concernunt, & ſecundum ius commune ſunt, & hoc caſu propter rerum mixturam, illud verbũ fiat, à ſui natura exorbitaret, & per conſequens gratiam inducere nõ videretur. ita notabiliter concludit Petr.Philip. Corneus in conſi.cxix.circa primum.col.v.lib.ij.& conſi.xlviij.quoniam.lib.iij. quem ſequitur Franciſ.de Ripa vir eruditus in rubr.de reſcrip.col.vj.quod propter plures effectus, qui ex hoc in practica quotidie reſultant, eſt menti tenendum, de quibus Moder.plures differentias faciunt in cap.poſtulaſti. de reſcrip.Igitur ea quæ dicta ſunt, locum habebunt, quãdo expreſſè à Papa petuntur ea, quæ contra, vel præter ius ſunt, in quibus gratiã concedere videtur. faciunt ad hoc ea quæ in tit.de reſcript.lib.vj.nume.16.dixi.

Papa ſignans ſupplicationẽ videtur conced.&c.

¶Poſtremò circa iſtam ſignaturam aduertẽdum eſt, quòd quando Papa nouam gratiam facit, eam hoc modo ſignat, fiat vt petitur: ſed quando eſt reformatio, ſignat per fiat A. & ſic tantum primam literam ſui proprij nominis ponit.

Papa quo pacto ſignat gratiam nouam. Fiat verbum, qd importet.

¶Sed hîc pulchrum dubium occurrit: quare Papa in ſignatura ſupplicationũ primam literã nominis ſui Pontificatus non ponit, ſed tantũ primam literam proprij nominis.

Papa in ſignatura ſupplicationum quare non ponit lit. &c.

¶Solutio. Dici poſſet hoc, ad denotandam vtranque perſonam, ſiue vtrunque nomẽ factum fuiſſe. nam in ſupplicatione nomen proprium generationis ponit: in bullis verò nomen ſui Pontificatus, id regenerationis: & ſic duplicem perſonam, videlicet priuatam & publicam repræſentat. Vel dici poteſt, quòd in ſupplicatione, ideo propriũ nomen ponit, quia illud verum, naturale, & originale nomen eſt. No-

men vero Pontificis, inductitium & accidentale. Et quia in
ſupplicatione verus ſcribendi actus attenditur: quia, vt ta-
lis, vt verus, & non repræſentatiuus homo ſcribit, ideo vero
nomine vtitur. In bullis verò, quia Papa non ſcribit, nec ma
num ſuam, vt ipſe, apponit, ſed per officiales expediuntur,
ideo in illis officij ſui nomē, id eſt, Papatus ponitur. Et pro
iſta diſtinctione facit notabile dictum Bonifacij de Vitali-
nis Rotæ auditoris in clem. j. iiij. col. nume. 48. de probatio,
vbi dicit, quòd quando Papa organo vocis ſuæ loquitur,

Scribere & loqui actus per ſe ſunt denotātes perſonalitatem.

Papa quando loquitur vt priuata pſona: quādo verò vt Chriſti vicarius.

tanquam priuata perſona loqui videtur, quia per ſe ſcribere
& loqui, ſunt actus perſonalitatem denotantes: ſed quando
per literas ſeu bullas loquitur, ex quo nō loquitur Papa per
organum propriæ vocis, ſed officialiū, tunc vt priuatus ho-
mo loqui non dicitur, ſed vt Chriſti vicarius. Sic igitur di-
cendum eſt, quòd quando ipſe manu ſua ſupplicationē ſi-
gnat, ideo nomen ſuum priuatum apponit, quia manu ſua
ſcribendo actum priuati hominis, perſonalem induſtriam
denotans, facit: propterea bene nomen impoſitum perſo-
næ ſuæ conuenit. Sed in bullis, quia iſta de per ſe non facit,
ſed repræſentatiuè ſecundum præſumptam formam fiant,
ideo in illis dignitatis nomen apponitur. Et hoc quantum
ad ſupplicationes gratioſas.

Cōmiſsiones iuſtitiæ quib. verbis ſignentur.

¶ Commiſsiones verò iuſtitiæ, licet hodie per alia verba
ſignentur, olim tamen, vt dixi, per verbum fiat, ſicut ſuppli-
cationes gratioſæ ſignabantur hoc modo, videlicet fiat iu-
ſtitia, ita quòd in hoc non videbatur differentia inter ſigna
turam gratiæ & iuſtitiæ, vt expreſſè colligitur ex his quæ la
tius tradit Iaſ. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. Et de iſtis verbis
Papæ, fiat iuſtitia, quæ in commiſsionibus apponi ſolebāt,
notabilem quæſtionem decidit Bald. in c. ſtuduiſti. de offic.
deleg. de qua latius diſputat Iaſon in l. cauſas. in ij. col. C. de

Cōmiſsiones iuſtitiæ quando ſignantur per verbū fiat.

tranſac. Tamen conſiderandum eſt, quòd licet verbum fiat,
de ſuo proprio ſignificatu ad ſupplicationes gratioſas, &
non iuſtitiæ pertineat, interdum tamen Papa ſupplicationē
gratioſe petitam & ſignatam per fiat, reddit mixtam, prout
in notabili caſu conſuluit Ioachinus de Narnia, aduocatus
ſui temporis doctiſsimus in quodā conſi. incip. pro reſpon-
ſione. poſito in nono volumine allegationū antiquarum.
fol. cclxxvij. vbi loquitur de quadā ſupplicatione prò crean
do



do doctore gratioſe, ſine aliquo examine petita, & Papa ſi-
gnauit ſupplicationem per verbum fiat, vt petitur, & addi-
dit iſta verba, & committatur. Ita quòd illa gratia pro par-
te gratioſa erat, pro parte ſapiebat iuſtitiam, vt ibi latius
ſcribit. ¶ Ex quo infertur, quòd licet hodie cōmiſsiones
iuſtitiæ per verbum placet ſignentur, vbi verò commiſsio
gratiam aliquam contineret, vel Papa ad partes cōmitten-
do reſcribit, hodie etiam ſignatura per verbum fiat, vt peti-
tur, vtitur. Sed iſta vſque ad tēpora Sixti Quarti vario mo-
do procedebant. Tempore verò Alexandri Sixti, qui quaſ-
dam ordinationes ſuper hoc ædidit, iſtæ ſignaturæ gratiæ,
& iuſtitiæ diuiſæ fuerunt, & quælibet de per ſe certas diffe-
rentias & ſtabilem ordinem receperunt. Itaque nunc ſuppli
cationes gratioſæ aliter ſignantur, quàm commiſsiones iu
ſtitiæ. Et etiam in ſignatura gratiæ facti ſunt gradus diffe-
rentes in qualitate, propter quos gradus vna regula Cancel
lariæ facta eſt, vt ſtatim dicam. Et iſti gradus ex eo apparēt,

Supplicationes gratioſæ: Signaturæ gradus.

quia quando ſupplicationes gratioſæ per Papam concedun
tur, ſignantur, aut per verbum fiat, vt petitur, vel fiat A. aut
fiat motu proprio, vt dixi in principio. Et iſte eſt primus
gradus ſignaturæ gratiæ. Secundus gradus eſt, quando Pa-
pa eas non ſignat, ſed propter multiplices occupationes ea-
rum ſignaturam alicui Cardinali, vel prælato committit:
tunc illi hodie in gratioſis verbo fiat, non vtuntur, ſicut Pa
pa facit, ſed iſtis verbis, videlicet, Conceſſum, vt petitur, vel
conceſſum in forma in præſentia D. N. Papæ N. Card. & iſte
eſt ſecundus gradus. Et iſta ſignatura vtitur Cardinalis in
principalibus gratijs, ſed in reformationibus non concer-
nentibus nouam gratiam, ſed dūtaxat aliquam qualitatem
& circunſtantiam, non ſignat conceſſum in præſentia D. N.
Papæ, ſed conceſſum L. Card. &c. Et iſto etiam modo Vice-
cācellarius prouiſiones gratioſas in caſibus, qui ſibi per re-
gulas Cancellariæ conceduntur, ſignat, vt ſunt gratiæ ſi neu-
tri, vſq; ad certam ſummā, & cum quadā limitatione, vt ſcri
bit Ludo. Rom. in conſi. ccclxxix. col. fi. ſignat etiam ſubro-
gationes, reformationes, & alias de quibus ibi. ¶ Eſt bene
verum, quòd licet Vicecācellarius in dictis caſibus in dictis
regulis enarratis ſignare poſsit ſupplicationes gratioſas
per cōceſſum, tamē rarò facit, quia curiales ſupplicātes ma-

Vicecancellarius quo pacto ſignat prouiſiones gratioſas.

gis volunt ſignaturã Papæ,vel Cardinalis ſignaturã haben
tes,quàm Vicecancellarij,& hoc duplici ratione:tum pro-
pter digniorem ſignaturam,ad quam medio Referendario
rum facilis acceſſus patet,tum etiam quia Papa ſupplicãti-
bus,facilè clauſulas derogatorias obſtantiarum concedit,

*Vicecancellarius an poſsit clauſulas derogatorias obſtantiarũ concedere.*

quas Vicecancellarius,neque aliquis alius inferior à Papa
concedere poteſt,niſi ſibi ex ſtylo daretur,vt dicit in termi-
nis Ioan.de Imola,& Domini.in c.ſtatutum.in gloſſ.lite-
rarum.de reſcrip.lib.vj.tradunt latè Moder.in l.nemo po-
teſt.de leg.j.Et ideo miratur Gloſſator in regula lxix.qua-
re Vicecancellarius communiter illi regulæ deroget,vide-
licet,quòd ſequeſtra & remiſſoriæ literis non expeditis den

*Vicecancellari⁹ de iure an poſsit vti clauſula non obſtan.*

tur,cum tamẽ de iure clauſula non obſtãtibus,vti non poſ-
ſit. Ex quibus apparet,quòd poteſtas,quæ hodie per regulas
Vicecancellario ſignandi materias gratioſas datur,penitus
fruſtratoria & ſine vſu ſit. Bonum igitur eſſet in his,in qui-
bus illi poteſtas ſignandi ſupplicationes gratioſas vel con-
tentioſas,per regulas conceditur,quòd etiam facultas dero

*Papa cõmittẽte aliqd alicui omnia,&c.*

gandi contrarijs conſtitutionibus daretur, per quas impe-
diri poſſet illa conceſsio,quia de iure quando aliquid à Pa-
pa alicui cõmittitur,omnia illi conceſſa cẽſentur,ſine qui-
bus iuriſdictio exerceri non poteſt,vt in cap.præterea.cum
vulg.de offi.deleg.Sit ergo iſta prima differentia inter iſtas
ſignaturas gratiæ & iuſtitiæ,vt dixi:in gratioſis ſolus Papa

*Cardinalis habẽs ſignaturã.*

vtitur verbo fiat.Sed Cardinalis vel prælatus,quibus ſigna-
turam committit,verbo conceſſum,vt petitur,vtuntur.
¶Sed aduertendũ eſt,quòd licet Cardinalis altero de duo-
bus modis dictis ſignare poſsit,non tamen vtroque modo
ſimul eadẽ ſignatura ſignare poſſet.vt verbi gratia, cõceſ-
ſum,vt petitur,& in forma:quia ſi petita aduerſarentur,for
mæ in quinterno Cãcellariæ ſcriptę,cõtraria concedere vi-
derẽtur,quod ignorantiã ſaperet. Et propter has differen-
tias ſignaturarũ vna regula Cãcellarię facta eſt,poſita infrà

*Signatura Papæ per fiat.*

nu.xxxj.quæ voluit ſignaturam Papæ per fiat,illi per con-
ceſſum factæ in concurſu præferri,quod procedit etiamſi il
la per conceſſum motu proprio,etiam qualificato conceſſa
eſſet,& illa Papæ nõ eſſet motu proprio,nec pro qualifica-
* to,vt Rota in pluribus cauſis concluſit,vt latè refert D.Gu
liel.Caſsiodorus in quadam deciſione ſuper illa regula.

¶Et



¶Et quod dictum eſt,neminem præter Papam ſupplica-
tiones gratioſas per verbum fiat,ſignare poſſe,fallit in ma-

*Papam ſolum ſignare ſupplic.&c.*

iori Pœnitẽtiario,qui eas triplici diuerſo modo ſignat per
verbum fiat.Tamen illa ſignatura maioris Pœnitẽtiarij per

*Maioris pœnitẽtiarij ſignatura per fiat, in duobus vel trib⁹ à ſignat. Papæ per fiat differt.*

fiat,in duobus vel tribus à ſignatura Papæ etiã per fiat,diſ-
fert. ¶Primo,quia maior Pœnitentiarius,nullo habito di
ſcrimine,ſupplicationes gratioſas & commiſſarias eodem
modo ſignat per fiat,ſed Papa in ſua ſignatura ſupplicatio-
nes gratiæ à commiſſarijs diſtinguit:quia gratioſas vnifor
miter hoc modo ſignat, fiat vt petitur,vel fiat motu pro-
prio : Cõmiſſarias verò ſignat per placet. ¶Differũt etiam
in alio, quia maior Pœnitentiarius verbo fiat diuerſimodè
vtitur, videlicet fiat in forma,vel fiat de ſpeciali,vel fiat de
expreſſo.Quid autem illæ ſignaturæ importent,audeo hoc
intrepidè dicere,paucos intelligere:ſed ego eas latiſsimè in
tract.de officio & ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ,declaro , vbi
eſt proprius locus. ¶ Differt & tertiò ſignatura Papæ per
fiat,ab illa maioris Pœnitentiarij,quia Papa aliquãdo ſpon
te ſua ad concedendam gratiam mouetur,& ideo ſupplica-

*Maior pœnitẽtiarius.*

tionem per fiat motu proprio ſignat : ſed maior Pœniten-
tiarius , licet ſicut Papa ſignatura motu proprio vti poſ-
ſẽt,prout etiam vti poteſt ordinarius,tamen materia ſub-
iecta,quæ in dicto officio tractatur,ſignaturam iſtam non
patitur:ratio eſt,quia ex quo cõceſsiones quæ per maiorem
pœnitentiarium fiunt,circa abſolutiones peccatorum ver-
tuntur,inconueniẽs & abſurdum videretur,quòd peccato-

*Peccati venia nõ datur,niſi petenti & correcto.*

ri non petenti abſolutio motu proprio daretur,cum pec-
cati venia non detur,niſi petenti & correcto , vt dicit text.
in c.peccati venia.de reg.iur.lib.vj.¶Et licet quo ad ſigna
turam gratiæ ſit differentia in modo ſignandi inter Papam

*Signatura iuſtitiæ Papę in quo differat à ſignatura Cardinalis.*

& Cardinalem,ſeu prælatum,quibus Papa ſignaturam com
mittit.Tamen quo ad ſignaturam iuſtitiæ,nulla aut modi-
ca eſt differentia inter ſignaturam Papæ & Cardinalis,niſi
in hoc,quia Papa ſignat ſupplicationes cõmiſſarias per ver
bum placet.A.Sed Cardinalis ſignat ſic,placet S.D.N. Papæ,
N.Cardinalis. ¶Item quia Papa iſtas cõmiſsiones iuſtitiæ
aliquando eas in conſiſtorio publico ſignat,ea ratione,vt
dicit hic Gloſſator,videlicet vt cuncti Papam iuſtitiam fa-
cientem videãt.Secus eſt in Cardinali,qui non ſolũ in con

ſiſtorio,ſed neq; etiam in congregationibus Cardinalium
priuatis,præſente vel abſente Papa,poteſt illas cõmiſsiones
nec cõſueuit ſignare.¶ Viceecãcellarius verò bene poteſt ſi-
gnare ſupplicationes conſiſtoriales de iuſtitia,ſicut Papa in
conſiſtorio,auditis tamẽ partibus facere ſolet,vt in cõcilio
Conſtan.ſeſsione ſexta,cõcluſum fuit.¶ Sed quare Papa in
conſiſtorio publico ſignat prædictas commiſsiones,ratio-
nem ponit Gloſſator hic,videlicet quòd ideo hoc facit Pa-
pa,vt cuncti videãt quòd facit iuſtitiã.Sed iſta ratio iudicio
meo fragilis eſt,quia Papa non indiget demõſtratione be-
nefacti,cum ex ſe ipſo ſoleat,& palàm & occultè,ſemper,&
vbique iuſtitiam miniſtrare,& cum ſit notũ omnibus,non
oportuit illum illa demonſtratione in conſiſtorio publico
vti:nam ex eo,quia ibi cõmiſsionibus petitis dicit alta voce
Placet,non per hoc facta eſt iuſtitia,cum adhuc requiratur,
quòd illa commiſsio ſignetur , & poſtea iudici cui commit-
titur præſentetur,qui cũcta rimando iuſtitiam miniſtrabit.
Non igitur per verbum placet, quo vtitur Papa in conſiſto
rio,ſtatim facta eſt iuſtitia, cum ibi ſententiam non profe-
rat, quod eſt proprie iuſtitiã facere,ſed ille actus prolatio-
nis ſententiæ,poſtea ex interuallo per iudicem qui fieri de-
bet,quidẽ actus non videtur ab omnibus,quia in cõſiſtorio
ſola cõmiſsio ſignari mandatur,quæ multa requirit,ante-
quàm ad effectum perducatur.¶ Alia eſt igitur ratio quare
Papa ſignat ibi illas cõmiſsiones.Nam ex quo duo Cardina
les diaconi vadunt ad recipiendũ & introducendũ nouum
Cardinalem,vel legatũ,ne pontifex cum reliquis Cardina-
libus permanentibus in cõſiſtorio videantur medio illo tẽ-
pore expectare,ac etiam ne oſtendat Papa,quòd tantum ibi
adeſt propter hoc negotium,& nihil aliud agere tempus
illud vacuum in iſtis actibus occupatur,ac in propoſitioni
bus dictarum commiſsionũ teritur,quas ex arte & ingenio
aduocati conſiſtoriales ſæpe confingũt caſus atroces,& cru
deles proponentes,& verbis duris & fictis exaggerantes,vt
tempus illud vacuũ impleatur.Sunt tamẽ qui dicãt,quòd il-
las propoſitiones cõmiſsionũ mandat fieri Papa,vt oſtẽdat
principaliter propter adminiſtrationẽ iuſtitiæ cõſiſtorium,
non autem propter nouũ Cardinalẽ,vel oratorẽ recipien-
dum indixiſſe,quaſi quòd illo die Papa pro tribunali ſedere
videa

Viceecancellarius an poſsit ſignare ſupplicationes cõſiſtoriales de iuſtitia.

Cur Papa ĩ cõſiſtorio publico ſignat commiſsiones iuſtitiæ.

Card. duo diaconi ad recipiendũ nouum Cardinalẽ vadunt.



videatur,volens ius publicè dicere,qua de cauſa omnia tri-
bunalia vrbis ceſſant ipſo tunc ius dicente.
¶ Tamen hoc non quadrat,quia Papa ſemper ius dicit,ſiue
publicè,ſiue priuatè actũ faciat.l.fi.C.de legibus.& in §.ſed
quod principi.inſti.de iur.naturali. Et quòd ceſſent eo die
omnia tribunalia,non ex eo cauſatur,quòd Papa pro tribu
nali ſedeat,quia hoc ſemper facit, ſed quia per ceſſationem
tribunaliũ maior hominũ concurſus ad conſiſtorium Papæ
accedat:quod non fieret, ſi iudices & alij curiales negotijs
ſuis intẽderent,& occuparẽtur,vt ſic per illũ concurſum ex-
teræ gẽtes,quæ illo die publici conſiſtorij ad Papã accedũt,
decus & maieſtatem ſummi Pontificis,quæ per concurſum
plurium prælatorũ & perſonarũ magis repræſentatur , ad-
mirẽtur,& ob eam cauſam Virgilius quando actũ aliquem
magnificũ vel Didonis,vel Aeneæ repræſentat, ſemper vti-
tur illis verbis, cõcurſu accedere magno.vel , magna comi
tante caterua,&c. Decus enim principis,vel cuiuſcunq; al-
terius perſonæ magis ſplendeſcit propter multitudinẽ ſub-
ditorum aut familiariũ,vt latius dicã in regula de impetrã.
benefi.fami. Cardinalium.& eſt text.expreſſus,de conſiſto-
rio loquens in clem.j.in verſ.præfatis itaque nuntijs,&c. de
iure iur.ibi in publico cõſiſtorio,in quo erat prælatorũ, &
aliorum tam clericorũ quàm laicorum non modica multi-
tudo &c. Et ideo hac de cauſa antiquitus,quando omnes
prouinciæ Papæ obediebãt,& ad eum veluti vnicũ Chriſtia
næ religionis patrẽ pro expediendis negotijs neceſſarijs ac-
cedebant,tantus fuerat ad ſedẽ Apoſtolicam concurſus,tan
tus exterarũ gentium cõuentus,& exinde tam magno ſum-
mo Pontifici reuerẽtia acceſsit,vt quidã eum admirabilem,
alij Mundi ſtuporẽ appellarẽt,vt dixi in c.j.de conſt.lib.vj.
Et iſta deuotio ſedis Apoſtolicæ,& ad eam cõcurſus vſque
ad tempora Nicolai V.frequentiſsimus fuit.Adeò quòd di-
cunt Io.de Ana.& Io.Gozadinus,olim celeberrimus conſi-
ſtorialis aduocatus in tract.de Iubileo.propter maximum
concurſum hominũ,Nicolaũ V.coactũ. fuiſſe illos quinde-
cim dies,peregrinis,pro Iubileo conceſsis ad quinq;,poſtea
ad tres,deinde ad duos reſtringere. Et dicit Platina tẽpore
Nicolai,in Ponte S.Angeli tantã fuiſſe hominũ multitudi-
nem coadunatã,quòd facta obuiã mula Cardinalis S.Mar-

Papa ſemper ius dicit, &c.

Conſiſtorium publicum.

ci Veneti,cum neq; venientes,neq; redeuntes,ob inſequentem multitudiné cedere poſſent:cadente vno,atq; altero ſuper mulā illā iam à multitudine oppreſſam ad ducēta hominū corpora, & equos tres,obtrita & ſuffocata fuiſſe: multi etiā à lateribus pontis in fluné cadentes in vndis periere,vt ibi latius per eum: ob quam cauſam variæ quæſtiones propter ſucceſsiones bonorum cuiuſdam matris & filiæ ibi ſuppreſsis,excitatæ fuerūt,ſuper quibus plures Doctores egregij conſulerunt,vt refert Felynus in capitulo,ad capitulum Sanctæ Crucis.colum.penul.verſic.de duobus.de reſcrip.

¶Redeundo igitur ad propoſitū,Cōcludo ideo Papam in cōſiſtorio publico ſignaturā illarū commiſsionum illorum caſuum introduxiſſe,vt tēpus illud vacuū,quo vel noui Cardinales,vel oratores introduci expectātur, agendo aliquid cōſumatur. Nam hoc faciēdo non etiā definit,quādo caſus veri accidunt,& proponuntur,iuſtitiā miniſtrare.Nam hic mos & ſtylus hodiernus ſignandi ſupplicationes in cōſiſtorio, & mandare fieri proceſſus criminales aduerſus malefactores & rebelles,ad inſtātiam procuratoris fiſci antiquus fuit,vt dicit Bonif. Vitel.in clem.j.in prin.de iudic. Et pro quo facit tex.in cle.j.in verſi.præfatis itaq; ibi eramus cum noſtra curia reſidētes in publico cōſiſtorio,&c.de iure iur. Igitur dum iſta in cōſiſtorio agūtur,interim cardinales creandi vel noui oratores,aut legati à legatione redeūtes introducūtur,pro quibus omnibus recipiēdis ſolet cōſiſtoriū publicum cum obſeruatione quarundā ceremoniarū indici,quæ latius in lib.Ceremoniali deſcribuntur.Papa igitur non ſolum priuatè,ſed etiam publicè,& in conſiſtorio,vt dictum eſt,commiſsiones huiuſmodi ſignat.Sed Cardinalis,aut prælatus habēs ſignaturā, hoc nō facit,niſi domini.

Legatus de latere ſignat ſicut Papa, & quare.

¶Legatus verò de latere non ſignat,ſicut Cardinalis habēs ſignaturam,ſed ſicut Papa,& hoc honeſtum videtur: quia ex quo eius perſonam repræſentat,honorari debet ſicut Papa,vt dicit gl.in c.quæ de cauſa.ij.q.v.& notat Abb.in c.mādata.in princip.de præſum.& ibi Moder.Et ſic vidi plures ſupplicationes per Reuerendiſsimum Bon.memo.Cardinalem de Monte legatum vrbis iſto modo ſignatas,videlicet placet.A.nam vocabatur Antonius,& Papa modernus vocatur Alexander,& ideo etiam ſignat per placet.A.

¶Sa



Signatura collegij reuerendiſsimorū Cardinaliū Papa abſēte qualis eſſe ſolet.

¶Sacrum verò collegium Reueren. Cardinalium,Papa in longinquis partibus abſente poſt acceptatum Papatū, prout contigit in Hadriano, ſignat ſic,placet ſacro collegio ſuo,& D.N.Papæ nomine.pro quo facit quod notat Specul.tit.de offic.ordi.§.quid de auditoribus.

¶Vicecancellarius verò etiam ſignare poteſt commiſsiones iuſtitiæ ſuper cauſis tantum pendentibus in curia,ſicut Cardinalis præfectus ſignaturæ hoc modo,placet. S.D.N.Papæ.Et antiquis temporibus ipſe Vicecancellarius ordinariè ſignabat,neque erat alius Cardinalis qui haberet ſignaturam iuſtitiæ,niſi ipſe.Sed eo abſente,tunc committebatur vni Cardinali,vt dicit Egid.deciſi.dcxxxvj.& ſequitur Fely.in rub.de reſcrip.circa fin.Et in illis quæ ad officium Vicecancellarij pertinebāt,illius aſſertioni ſtabatur,aliàs nō,vt Egid.dicit in deciſ. dcxxviij.cum duab.ſeq.& alibi ſæpe.

¶Sed hodie neſcio quo pacto Vicecācellarius non ſignat, nec illa facultate vtitur, fortaſsis ea ratiōe,vt dixi,de ſignatura gratiæ. Quia ex quo hodiernis tēporibus omnes commiſsiones habēt clauſulas non obſtan.cōſtitutionibus,&c. Vicecancellarius non poteſt illas clauſulas apponere,cum ſint contra ius,cui derogare non poteſt,niſi ſibi ſpecialiter concedatur,vt in clement.ne Romani.de electio.Ideo ſupplicantes malunt ire ad Papā,vel ad Cardinalē præfectum ſignaturæ iuſtitiæ,qui hanc facultatem habet,cuius facilis patet aditus,quàm ad Vicecancellarium.

Vicecancellarius an ſuper omnibus cauſis poſsit ſignare cōmiſsiōes iuſtitiæ.

¶Et illa poteſtas Vicecācellarij,vt dixi,vertitur circa cauſas quæ committūtur ſimpliciter in curia:ſed in cauſis quæ extra curiam committuntur, non poteſt commiſsiones ſignare,iuxta ea quæ dicit Egid.deciſion.xlvj.incipien.exceptio.Cardinalis verò ſic,vt dicit vna regula poſita inter illas de poteſtate Vicecancellarij.Et ſiue cōmiſsiones ſignētur per Papam,ſiue per Vicecancellarium,aut Cardinalem habentem ſignaturam iuſtitiæ,ipſe idem,vt Vicecancellarius,vel eius Regens extendit ſignaturam,ſeu potius diſtribuit tales cōmiſsiones auditoribus,vel alijs prælatis,quibus committūtur per iſta verba quæ apponūtur poſt ſignaturam,videlicet de mandato D.N.Papæ audiat magiſter L. & iuſtitiam faciat.

¶Super quo eſt vlterius notandum, quòd ſi talis extenſio

Vice

*Vicecancellarij extenſio in commiſsionibus ſi diſcordat à ſignatura Papæ, &c.*

Vicecancellarij,vel Regentis diſcordaret à ſignatura Papæ,
attenditur potius ſignatura Papæ,quàm extenſio illa Vice-
cancellarij,vel Regentis,vt in notabili caſu exemplum po-
nit D.Guliel.in quadã ſua deciſione incip.cõtingit in vna
cauſa,&c.&refert ita pluries iudicatũ,vt ibi latius per eum.

*Placet, verbũ quid denotet. Cõmiſsiones quare potius per huiuſmodi verbũ placet, quàm per verbũ fiat, vt olim ſignant. Placita, iuriſdictiones cauſarum appellantur. Cõmiſsiones nihil aliud cõtinent, quàm ius.*

¶Et ſi quæratur,quare potius per huiuſmodi verbum pla-
cet,ſignãtur cõmiſsiones,quàm per verbũ fiat,vt olim poſ-
ſet reſponderi,quia verbum placet non eſt inductiuum gra
tiæ,ſicut verbum fiat,ſed eſt verbum concernens ius & iuſti-
tiam : nam verbum placet,denotat arbitrium boni viri,vt
in l.fideicõmiſſa.§.quanquam.ff.de leg.iij.tenet Bart.in l.
Lucius.ff.de fideicommiſ.libert.& notat Abb.in c.verũ.de
foro cõpeten.& in c.cum veniſſent.de inſtit. Hinc eſt quòd
placita,iuriſdictiones cauſarum appellantur.vt in c.ad au-
dientiam.& ibi notat gl.de reſcrip.& illud arbitriũ intelli
gitur,prout de iure,vt Moder.latè ſcribunt in c.j.de cõſti.
Et commiſsiones nihil aliud continent,quàm ius,quia diri
guntur,vt iuſtitia miniſtretur , vt in l.falſo.C.de diuer.re-
ſcrip. Et ideo commiſsiones iuſtitiæ ſolent cõmuniter per
Papam ad differentiam ſupplicationis gratioſæ ſignari per
placet.A.vt hîc dicit text.regulæ,licet hoc ſit ſpeciale in Pa
pa,quia poteſt ſignare ſupplicationẽ gratioſam per fiat,vel
per placet. Secus autem in alijs commiſſarijs.

*Decretũ irritans.*

¶Et adeò iſta ſignatura iuſtitiæ cõtinet merum ius, quòd
in ea nõ datur de ſtylo decretum irritans,neq; in ea deroga
tur priuilegijs Romanorũ,neq; nouis reformationibus vr
bis,quia per hoc infertur præiudicium,quod eſt contra ius.
Neq; etiã iſta ſignatura iuſtitiæ dat repræſalias,quia licet il
læ ſint de iure,tamen videntur continere in ſe quandã ſpe-
ciem gratiæ.Et hoc quantũ ad ſignaturã iuſtitiæ ſufficiant.

*Extenſio Vicecancellarij vel Regentis.*

¶Quantum verò ad extenſionem Vicecancellarij vel Re-
gentis,quæ fit poſt ſignatas commiſsiones per Papam vel
Cardinalem,quid operetur ? aliqua ſcribit Felyn.in cap.ſu-
per literis. in vj.colum.de reſcrip.propter quam factæ fue-
runt olim plures deciſiones Rotæ , quas latiſsimè diſcuſsit
quidam Raymundus antiquus Rotæ auditor in quodã ſuo
indice,in verbo,ſignatura,quæ tanquam prolixa & nimis
vetuſta non curo referre.Nam ſufficiet ad hoc legere deci-
ſiones quæ ſunt xix.& ccclxj.in nouis & in antiquis.deciſ.
ccl



cclxxxviij.cum ſequenti,& deciſ.dxiij.& dccxxxiij.

¶Supereſt modo,vt de ſecunda parte huius epilogi loqua
mur,quæ circa miniſtros ſignaturæ (qui referendarij appel
lantur)verſabitur,de quibus pauca quædam cõmemorabo.

*Referendarij ob quam cauſam conſtituti ſunt.*

Nam in primis illud ſcire oportet , Referendarios ob eam
cauſam conſtitutos fuiſſe. Quia princeps cum præſidẽtibus
& prælatis ſignaturæ non poterant,cùm impedientibus in-
numeris ſedis Apoſtolicæ negotijs,tum etiam propter ſup-
plicationum multitudinem legendis,& examinandis ſup-
plicationibus ſupereſſe. Deputati igitur fuerũt iſti,qui hũc
laborem ſubirent,examinarentq; prius & diſcuterent, num
quæ in ſupplicationibus petuntur ab ipſo principe,ſine ali-
cuius iniuria concedi poſſunt,in quorum ſignum viſas ſup
plicationes ſupraſcriptione nominis ſui propria manu ſi-
gnaret,vt ſic princeps cautior reddatur. Quorum quidem

*Referendariorum duo genera. Referendariorũ gratiæ numerus.*

Referendariorum duo ſunt genera. Nam quidam ſunt gra
tiæ,alij iuſtitiæ , ſicut etiam ipſæ ſignaturæ duæ ſunt,vt di-
ximus,duobus etiam Cardinalibus commiſſæ. Referenda-
rij gratiæ fuerunt à principio numero octo creati, vt dicit
text.in authen.de Referendarijs.& totidem Papa facit,licet
interdum propter importunitatem potentum plures facti
ſint. Sed Referendarij iuſtitiæ ſolebãt eſſe ſex,& vnus alius
pro Cancellaria. Quorum omnium Referendariorũ rece-
ptio vſque ad tempora Alexandri VI. fiebat ſolo verbo, &
illud ſufficiebat. Sed Alexander VI. poſtea ſuper hoc has
ordinationes quæ ſequuntur fecit. Ex quibus vnã magnam
bullam,ſiue conſtitutionem fecit circa reformationem cu-
riæ. In qua voluit Referẽdarios gratiæ debere eſſe num.x.
& totidem iuſtitiæ qui debeãt in ſua receptione ordinatio-
nes ſequentes iurare,quas Alexand.in d.conſtitutione,vo-
luit ſingulo trimeſtri in vtraq; ſignatura legi. Ordinatio-
nes ſignaturæ hæ ſunt.

¶Voluit enim in primis Referẽdarios gratiæ ad officium
receptos ante omnia iuramentum de proponendis,& fide-
liter exponendis,iuſtis,& rationabilibus petitionibus præ-
ſtare.Quodque vota ſua non ad complacentiam , ſed iuxta
ſuam conſcientiam proferrent.

¶Rurſus ne ſecreta ſignaturæ quantumcunq; leuia,vel mi-
nima,quæ ibi geruntur,ſub periurij, ac ſuſpenſionis ab of-
ficio

ficio per menſem, pœnis nulli panderent: ne (prout aliquando compertum eſt) ex huiuſmodi conſiliorum detectione inimicitiæ vel ſcandala naſcantur.

¶Euitarent inſuper ſub eadẽ pœna, ne in propoſitionibus ſuis, vel aliàs alios Referendarios ſibi propitios facerent, vt vota ei, & ad ſui complacentiam ſuffragia præſtent ſub eadem pœna.

¶Præterea, vt ſcopulum cauendum, præcepit, ne aliquid à partibus, quarũ ſupplicationes examinant, vel proponunt, recipere procurent, etiam ſi illud fuerit eſculentum, vel poculentum, ſed gratis officium ſuum præſtent, ſub dicta pœna, & alia pro ipſius arbitrio imponenda.

¶Sed iſtud de eſculento & poculento malè obſeruatur in omnibus officialibus, qui licet prædicta capere non deberent vltra conſtitutos ſibi à Papa prouentus, nihilominus omnes libenter ſequuntur diſpoſitionem. cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. vj. quod voluit iudices capere poſſe eſculentum, & proculentum à partibus mera liberalitate oblatum, quod paucis cõſumi poſsit diebus. Quod quidem eſculentum & poculentum, licet toto anno valorẽ centum Ducatorum excedere non deberet, iuxta gl. in c. non licet. xj. q. iij. & notat Marti. Laud. in trac. de offi. domino. notabili lxxxix. nihilominus praua conſuetudo modum tranſgreditur, conniuentibus ſuperioribus, & fortè cauſam dantibus, qui deberent huiuſmodi Referendarios, & alios curiæ miniſtros, de aliquo honeſto ſalario prouidere: abhorret enim lex ſine pręmio homines laborioſis officijs præfici, vt dicit text. in §. ſi quis autem. in auth. de iud. Quia alicui officium ſuum non debet eſſe damnoſum, vt dicit text. in c. cum non deceat. de elect. lib. vj. Nam cum labor eſt in damno, mortalis creſcit egeſtas, vt dicit Cato.

¶Etiam voluit eos promittere, ne alijs Referendarijs iniuſta forte, vel minus honeſta proponentibus aſſentiant, ſed potius ex debito conſcientiæ ſuæ illis contradicant & aduerſentur, nulla proponentis, vel alterius perſonæ ratione habita.

¶Poſtremo ſub eadem pœna, & alia arbitrio ipſius Papæ imponenda, obligare eos voluit, ne alterius Referendarij corruptelas, ſi fortè ſciuerit illorum aliquem commiſiſſe,

aut



aut munera recepiſſe, tegere aut occultare deberent. Hæc ſunt quæ Referendarij gratiæ promittere & iurare debent, quæ ferè ſimilia ſunt illis, quæ Rotæ auditoribus per ordinationes Ioannis XXII. imponuntur. Quibus factis quãdo ad ſignaturam ſunt omnes congregati, vna cum Datario, qui ſemper ſignaturis Papę aſsiſtere debet & ſolet, antiquior Referẽdariorum, vel prout fit, inter auditores Rotæ, ille Referendarius qui ſecundum turnum proponere debet, ante omnia orationem ſequentem, quam Sanctum Yſidorũ compoſuiſſe conſtat, alta & intelligibili voce legere debet, videlicet:

ADSVMVS Domine ſancte Spiritus, adſumus peccati quidem immanitate detenti, ſed in nomine tuo congregati, veni ad nos, & eſto nobiſcum, & dignare illabi cordibus noſtris, doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oſtẽde quid efficere debeamus, vt te auxiliãte, tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſalus, ſuggeſtor, & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo patre, & eius filio nomẽ poſsides glorioſum: non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitiæ, qui ſummam diligis æquitatem, non in ſiniſtrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat. Sed iunge nos efficaciter ſolito tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, vt ſicut in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hîc à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis conſequamur præmia ſempiterna. Reſpondent omnes, Amen.

¶Hæc oratio dicitur in principio ſignaturæ, & in Rota ſingulis diebus audientiæ, quæ originem habuit à Cõcilijs generalibus, initio quorum hæc oratio dicenda erat, vt docet Spec. in tract. de modo generalis concilij celebrandi. in ij. parte rubr. xj. Et Petrus de Monte, epiſcopus Brix. in ſua monarchia. quæſt. iiij. & ibi hanc orationem, licet ſatis corruptè, ſcribunt, & ita etiam inter concilia Baſilien. & Conſtan. impreſſa reperitur. Sed hæc oratio hodie in ſignatura Papæ non legitur, neſcio qua de cauſa, fortè, quia præſentia Papæ omnem ſolẽnitatem ſupplet, vt dicitur in l. omnium. C. de teſtamen.

Oratio, quam antiquior referẽdarius in ſignatura dicere ſolet, deſcribitur.

¶Et

Referendarij gratiæ.
Referendariorũ iuſtitiæ numerus.

¶Et quæ dicta ſunt de Referendarijs gratiæ, eadem in Re-
ferendarijs iuſtitiæ obſeruantur, qui ſolent eſſe ſex, vt vnus
pro Cancellaria, licet aliquando ſint plures ſecundũ volun
taté Papæ. Verum quia in hac ſignatura iuſtitiæ periculo-
ſius peccatur, quàm in alia: ideo grauius puniuntur ſi hu-
iuſmodi Referendarij reperti fuerint pro officio ſuo præ-
ſtando munera ſuſcepiſſe. Nam vltra pœnas prædictas, pro
prima vice ſuſpenduntur per menſem ab ingreſſu ſignatu-
ræ: pro ſecũda, per quatuor menſes: pro tertia, ſuſpendun-
tur perpetuò, & ad illud officium amplius exercendũ inha-
biles reddũtur. Et ob eam cauſam ſummi Pontifices ſapien
ter in hac ſignatura iuſtitiæ introduxerũt, quòd ſolus Car-
dinalis habens ſignaturam iuſtitiæ, ſalarium centum Du-
catorum ſingulo menſe haberet: Cardinalis verò ſignatu-
ræ gratiæ nihil reciperet. Quia prima ſignatura propter
iuſtitiam miniſtrandam eſt altera periculoſior, & vt occaſio
omnino in illa tolleretur capiendi munera etiam eſculen-
ta, quæ ſolent ſæpe ſapientum oculos obcæcare, vt in c. pau-
per. xj. q. iij. illud inductum fuit: nam vbi maius periculu
vertitur, cautius fuit agendum, vt in cap. vbi periculum de
elect. lib. vj. Quod quidem periculum in ſignatura gratiæ
militare non videtur. Et ideo videmus, quòd Alexander

Referendarijs iuſtitiæ ꝓ officio ſuo præſtãdo munera recipientibus, quæ pœna imponatur.

v i. grauiorem pœnam Referendarijs iuſtitiæ munera ca-
pientibus, quàm Referendarijs gratiæ impoſuit, vt ex præ-
dictis capitulis apparet.

¶Item tenẽtur Referendàrij iuſtitiæ, cum proponitur ali-
qua materia antiqua, ſuper qua iam plures commiſsiones
propoſitæ & ſignatæ fuerunt, partes, vel earum procurato-
res, aut aduocatos audire, duos ex Referẽdarijs, qui eas au-
diant, & referant in ſequenti ſignatura deputando, licet ali-
quando Referendarij omnes informentur.

Referendariorum iuſtitiæ obſeruatiões & ordinationes.

¶Item eſt ordinatum, quòd quando in ſignatura alicuius
Referendarij, aut fratris germani, aut alterius vſq; ad ter-
tium gradũ affinitatis, vel conſanguinitatis incluſiuè pro-
ponitur, Referendarius illi propoſitioni nõ interſit, ſed e
loco ſignaturæ foris exeat, nec votum det, nec quod alij de-
derunt perſcrutetur. Quod etiam in auditoribus Rotæ Io.
x x i i. ſtatuiſſe cõſtat. Et ſi idẽ Referendarius ſcienter pro-
poſuerit in ſignatura cõmiſsiones ad ſe, vel ad ſupradictos
conſa



conſanguineos, vel affines pertinentes, ipſo facto eſt excõ-
municatus. Hæc Alexander v i. conſtituit, qui poſtea in con
ſtitutione quadam reformatoria curiæ, alia ad iſtam ſigna-
turam pertinentia addidit. Voluit enim, quòd commiſsio-
nes beneficiales extra Rotam non ſignentur, niſi de conſen
ſu partium, & tunc non detur poteſtas decernendi executo-
riales, niſi contra ſuccumbentem.

¶Item voluit, quòd commiſsio ſemel reiecta, non ponatur
iterum ſub pœna excõmunicationis ipſo facto incurrenda.

¶Item quòd extra ſignaturam non porrigantur Papæ cõ-
miſsiones ſignandæ.

¶Item quòd cõmiſsiones aduerſus literas, ſeu gratias tol-
lentes ius quæſitum, ſemper ſignari poſsint, nulla habita ra
tione, qualis ſit materia propoſita. Et plura alia in dicta Bul
la reformationis ſtatuit Alexand. quæ longum eſſet recenſe
re: quæ ideo non refero, quia Bulla fortè non fuit publica-
ta. Sed capitula ſuperiora publicata, & ſeruata fuerunt ali-
quo tempore, & ideo iſta exempli cauſa ſufficiant.

¶Hæc de Referendarijs ſtatuit Alexand. cum ante omnia
confuſa viderentur, & hodie male etiam hæc ſtatuta ſeruan
tur, quia Referendarij ſimpliciter abſq; iuramẽto recipiun-
tur, quod eſt mirandũ, quia cum iſti ſint miniſtri ſedis Apo-
ſtolicæ, & omnium ſecretorum ſignaturæ participes, & iuſti
tiæ conſolatores: non deberent ilico, & nudo verbo reci-
pi, ſed maior circa tales perſonas promouẽdas deberet dili
gentia adhiberi. arg. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo. edicto.
Præſertim cum inter officiales curiæ Referendarij dignio-
res reputentur. Nam in regulis prærogatiuarum expectan-
tium, primi omnium Referendarij ſcribuntur, deinde Pro-
tonotarij participantes, tertio loco Correctores, poſtea
Subdiaconi numerarij, quarto loco auditores Rotæ, poſt-
ea clerici Cameræ, deinde auditor Cameræ, & Abbreuiato-
res actu officia ſua exercentes, &c. Itaq; Referendarij ab or-
dine literæ reputantur digniores cæteris alijs, quia primo
nominãtur, iuxta l. j. & ij. ff. de albo ſcrib. Et ideo dato ex-
pectatiuarum concurſu inter præfatos officiales Papa vo-
luit Referendarios præcedere. ¶Rationem non inuenio,
quia ſi ad antiquitatem officij reſpicimus, Protonotarij cæ
teris ſunt antiquiores: nam Referendarios à Iuſtiniano im

Referẽdarij inter officiales curiæ digniores reputantur.

Expectatiuarum concurſu dato inter officiales curiæ quis eorũ præferatur.

Protonotarij cæteris ſunt antiquiores.

x

Referendarij à quo fuerunt conſtituti.

peratore conſtitutos fuiſſe, qui fuit anno ab ortu Chriſti D.XXV. ſatis compertum eſt, vt in authen. de Referendarijs patet. Protonotarij verò multo antea creati ſunt, (vt Pontificum hiſtoriæ teſtantur.) Nam vt Damaſus author eſt, Protonotarij VII. numerarij à Clemente primo conſtituti fuere, (qui fuit IIII. à Petro,) anno ſalutis Chriſtianæ XCII. vt latius dixi ſuprà in procem. regularum. q. j. qui vſque ad tempora Clementis VI. in magno honore fuerũt. Adeò quòd Bonifacius de Vitalinis, quondam Rotæ auditor, & Protonotarius in cle. j. de regulari. nume. 51. conqueritur, & inuehit contra Cardinalem Zabarellam, qui procurauerat Protonotariorum numerum rumpere, creari faciendo nepotem ſuum vltra numerum, cum emolamentorum participatione.

¶ Ex quibus apparet, Protonotarios Referendarijs antiquiores fuiſſe. Et nihilominus ſummi Pontifices voluerunt Referendarios cæteris curiæ officialib. præferendos eſſe, vt patet in dicta regula. Quid igitur cauſæ fuit tanti fauoris hactenus non legi. Sed arbitror ob eam cauſam tributã tanti honoris prærogatiuam eſſe, quia Referendarij quotidie apud principem, & in eius præſentia, imò ſimul cum eo officia eorum exercent cum opere & conſilio iuuãdo, quæ alij curiæ officiales ſeorſum faciunt, nec ita immediatè Papam iuuant, & ideo illi cæteris præferuntur. ita dicit Ang. Aret. in terminis in §. fin. in prin. inſt. de excep. ſequitur Ia. de terra rubea in tract. primogenituræ. fol. cviij. col. j. Qua ſola ratione Cardinales præſentes cæteris præferũtur: Imò ſimplex Cardinalis in curia reſidẽs pręfertur in honoribus Cardinali legato, vt probat Nicolaus Boërius in tract. de præeminentia magni conſilij. in prima ratione. Non enim æqualiter ſplendet, qui abeſt, ac qui præſens eſt: nam licet omnis dignitatum ordo ſplendorẽ à principe recipiat, magis tamen coruſcat, qui proximior eſt, quàm qui diſtat, vt dicit Bal. de Cardinalibus loquens in rub. de offi. proconſu. Cardinales enim præſentes quotidie vnà cum Papa in eodẽ dolio verſantur, vt latè dicã in regula de impetrantibus per obitum familiariũ Cardinalium. q. xvij. & tradunt Moder. in tract. de digni. & poteſta. lega. in vj. concluſio. Sicut in ecclesia triumphante, qui proximiores ſunt Deo immortali, magis

Referẽdarijs, quòd tãtus honor tribuatur, quid ſit in cauſa.

Cardinales quare cæteris alijs præferũtur.

Cardinalis in curia reſidens præfertur in honorib. Cardinali legato.



magis cæteris de gloria participant, vt Theologi vbique aſſerunt. Nimirum igitur ſi ob eam cauſam Referendarij digniores cẽſentur. Nam, vt dicit Imperator, illi magis digni haberi debent, quos labor aſsiduus, & noſtri lateris comitatus illuſtrat, vt dicitur in l. j. C. de præpoſi. laborum. lib. xij.

Gloria ęterna qui magis participant.

Digniores qui reputentur apud principẽ.

¶ Quamobrem magis olim fuerat Referendariorum æſtimatio: nam immunes & exempti à muneribus extraordinarijs erant, vt dicit Bart. in l. eos. C. de excu. mune. lib. x. & dicit Ioan. And. in c. duobus. in v. col. ſuper gl. antepen. de reſcrip. lib. vj. quòd Referendarij ſicut Papa, tunc poterant ex duobus impetrantibus alteri gratificari in data, videlicet præponendo alium, vel poſtponendo. Et dicit Bal. in clem. j. de reſcrip. quòd quicquid facit Referendarius, cenſetur Papa facere. Et dicit vna deciſio Rotæ ordine cccvj. in nouis. incip. ſi actor. quòd Referẽdarius poterat, ſicut Viceeãcellarius recipere reſignationem beneficiorũ, quod auditor Rotæ facere non poteſt. Et iſta omnia intelligerem procedere in Referendarijs vtriuſq; ſignaturæ, in quibus militãt prædictæ rationes: ſed in Referendarijs iuſtitiæ tantum, qui Papæ immediatè non aſsiſtunt, nec illius præſentia illuſtratur, fortè prædicta non procederent. ¶ Et eſt etiam aduertendum, quòd licet iſti Referendarij actu officia ſua nõ exerceant, nihilominus prærogatiua Referendariorũ gaudent, & ſunt verè Referendarij. Ita dicit Gloſſator regularũ Cancellariæ in regula prærogatiuarum expectantium, in ſecunda parte. vbi ponit exemplum in quodam Guidone Antonio filio Ceculij de Mediolano viro nobili, qui Referendariatũ nõ exercebat, & nihilominus prærogatiua vtebatur, vt ibi per eũ. Ratio iſtius dicti eſt, quia regula ſolum requirit exercitium actuale in Abbreuiatoribus, vt ibi apparet.

Referendarij olim erãt exẽpti à muneribus extraordinarijs.

Referendarij olim poterant ſicut Papa ex duobus impetrantibus alteri gratificari.

Referendarij etiã ſi actu officia ſua non exerceãt, &c.

¶ Tamẽ ego multum dubitarem de dicto Gloſſatoris, per ea quæ Andr. Sicul. dicit in conſi. lviij. in j. & ij. col. lib. j. & Fely. in c. per tuas. in iiij. col. de maio. & obe. qui præciſe loquitur. Et illud, quod dicit Gloſſator de illo Guidone, non ſatis apparet, vel ſi conſtaret, illud fuit ex intelligentia ſpeciali. Tamen dictum Gloſſatoris hodie practicatur. Et licet Referendariorum officium olim in magno pretio fuerit, hodie tamen neſcio quo pacto eorum authoritas vileſcit, vt dicit Abb. Panor. in cap. j. circa fi. de priuil. de quibus

etiam Rota mentionem facit in deciſ.dlxv.in ij.colum.in antiq.& Specul.in titul.de ſupplicatione.poſt princip.Innocen.& Hoſtien.in cap.ex literis.de in integ.reſti.& Ioan. de Platea in l.fin.colum.penult.C.de decurio.lib.x.& latius de iſtis loquitur Caſſaneus in trac.Mūdi gloriæ.in vj.parte. in xj.conſideratione.& plura priuilegia cōceſsit Leo x.quæ nō curo referre.Quæ omnia de Referendarijs dicta notanda ſunt,quia eſt materia peregrina nullibi coadunata.

Cōmiſsiones iuſtitiæ poſtquàm ſunt ꝓpoſitæ ꝑ Referēdarios quomodo diſtribuantur.

¶Poſtquàm igitur per Referendarios coram Papa vel Cardinali præſidente, ſignaturæ propoſitæ, & examinatæ ſunt commiſsiones iuſtitiæ,ac per Papam,vel Cardinalem ſignatæ,mittuntur ad Vicecancellarium, vel Cancellariæ regentem, qui eas extendat, ſeu verius diſtribuat per turnum inter Auditores, per illa verba appoſita in calce commiſsionis poſt ſignaturam,videlicet, de mandato D.N.Papæ,audiat magiſter N.& iuſtitiam faciat. Et propter illam diuiſionem commiſsionum, quas Regens facit, dictæ commiſſiones,diſtributiones appellātur,vt dicit deciſio Rotæ ccclxij.in not.Et deciſ.ccccxix.in antiq.facta igitur diſtributione commiſsionum per Regentem mittit eas ad bāchū Curſorum,qui eas etiam inter ſe per turnum diſtribuant,& præſentent Auditoribus, vel alijs prælatis quibus dirigantur,quibus à die præſentationis earūdem datur iuriſdictio: vt in cap.vt noſtrum.& ibi not.Moder.de appella.Et licet auditores iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo cenſeantur habere,iuxta nota.in clemen.auditor.de reſcript. itaque videretur illos poſſe procedere in cauſa. Tamen nō poſſunt, vt opinor, ante præſentationem cognoſcere duplici ratione.

Auditoribus à die præſentationis earūdem datur iuriſdictio.

Aud.licet iuriſd.ord.habere cenſeantur in cognoſcendo.

¶Prima,quia propter præſentiam Papæ illa iuriſdictio ordinaria eſt quaſi impedita,propter quam cauſam omnes exiſtentes in Curia cenſentur delegati: iuxta not.per Archi.in cap.experientiæ.xj.quæſt.j.vbi dicit, quòd nullus in curia habet iuriſdictionem ordinariam, niſi Papa, ſed iudicant, aut ex generali delegatione Papæ, aut ex ſpeciali commiſſione,vt ibi dicit Arch.referendo Specul.Ratio eſt, quia iuriſdictio ordinaria regulariter prouenit ratione territorij, vt not.in cap.cum contingat, de foro competen.quod Auditores non habent. Et licet quædā deciſio Egidij dclix. incip.

Iuriſd.ordinariā nullus habet in curia, niſi ſolus Papa,& quare.



Auditores habere totā Ro. curiā pro territ. quomodo procedat.

incipien.dicta compulſio,&c.dicit quòd Auditores habent totam Romanam curiam pro territorio:illud eſt verum,ad effectum,vt ſtatuere poſsint ſuas deciſiones in curia,quæ habent vim ſtyli & legis, quamuis Gloſſator regularum in regula de ſubrogandis, neget, auditores & quoſcunque alios in præſentia Papæ ſtatuere poſſe, cum non habeat plenam iuriſdictionē ordinariam,ſed dicat hoc fieri ſciente & vidente Papa. Et ideo cenſentur quo ad hoc habere territorium per quandam fictionem, non verè. Patet,quia ſi verè tota curia eſſet nobis data pro territorio, non haberemus ſtrictiorem poteſtatem quam habent alij delegati in curia, vt dicit deciſio Rotæ cccvj. incipien.ſi actor. in nouis. quæ probat hoc exemplo, quia videmus alios delegatos abſoluere poſſè ad cautelam, ſed nos auditores non poſſumus ſine ſpeciali mandato, vt ibi dicitur. Et propterea non ſine cauſa Bonifacius VIII. interloquutus fuit, neminem in curia Romana ordinariam iuriſdictionem habere, niſi Papa, vt refert Archidia.in dicto capitulo,experientiæ.

Iuriſdictio ordinaria regulariter vnde proueniat.

¶Secunda cauſa,quare auditores præſentata commiſsione hodie procedere non poſsint,eſt propter impedimentū regularum Cancellariæ,inter quas eſt vna poſita infrà ordine xxix.quæ diſponit commiſsiones cauſarum non valere literis non expeditis. Itaq; per illam regulam impeditur iuriſdictio, quod eſt verū quando producitur per partem aduerſam in actis,aliàs procedere poſſent auditores illa non obſtante, per ea quæ latius dixi ſuperius in prooemio regularum,etiam Papa mortuo, vt latius probat Gloſſator iſtarū regularū in rubr.de poteſtate Vicecācellarij.in ij.& iij.col. Et etiā aliquando non obſtante productione dictæ regulæ xxix. Auditores ad vlteriora proceſſerūt, quādo illi regulæ fuit derogatū,prout aliquando fieri cōtigit pro qualificatis perſonis,vt reperi adnotatū in quodam libro adnotationū Reuerend.bo.me. Cardinalis Sanct. Quatuor. fol.lxvj. & lxxxij.quod eſt mirandum, quia hodie nō ſolet pro aliquo illi reg.derogari,niſi modo infrà ſcripto.Pro Cardi.tamen paſsim derogari ſolet, cum in illis ceſſent rationes fraudis, ptopter quas literarū expeditio requiritur,videlicet ſolutio annatę,& officialiū ſatisfactio,à quib.Cardinales eximun-

Regula quæ diſponit commiſsiones cauſarum non valere literis nō expeditis,quomodo procedat.

tur. Et quia præter hoc Cardinales, pro luce dignitatis eorum ita, vt modeſti eſſè debent, ſic præſumuntur abeſſe à fraudibus, & eſſè cæteris iuſtiores. ¶ Hinc eſt, quòd de hodierno ſtylo, quando cauſa committitur Cardinali in ſignatura Papæ, non ponitur illa clauſula (quæ in extenſione cõmiſsionum Vicecancellarij, vel regentis communiter apponi ſolet) videlicet, iuſtitiã faciat, &c. ſicut apponitur in cõmiſsionibus alijs prælatis directis. Sed ſolum ponuntur hæc verba de mandato D. N. Papæ, audiat talis Cardinalis, & decidat &c. ratio redditur per tex. in l. vnica. ff. de offi. præf. præto. Quia princeps eos, quos ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem euexit, non præſumit aliter iudicaturos eſſè pro ſapiẽtia ac luce dignitatis eorum, quàm ipſe foret iudicaturus. Non igitur illis mandat, quòd iuſtitiam faciant, cum quilibet Cardinalium hoc proprium & peculiare habere debeat, vt abſque aliquo ſigno, vel monitione iuſtitiam faciãt, quæ eorum pectoribus ita ineſſe debet, ac propria vita. Aliàs Papa iniuriam illis videretur inferre, ſi per ſuam ſignaturam illis imponeret, & quodammodo ad eorum memoriam reduceret, quòd iuſtitiam facerent: nam hoc perinde haberetur ac ſi eius eſſent immemores, quod videtur paululum ſubauſterum. Nam ſicut commemoratio impenſi beneficij (vt inquit Comicus) immemorem, ac penè ingratum animũ recipientis arguit: ſic cõmemoratio iuſtitiæ facta illis qui ex officio ſuo illam facere tenentur, neſcio quid dormientis ac obliuioſi animi indicat. Videtur enim Papa de illorũ probitate & fide dubitare, ſi, vt iuſtitiam faciant, admoneat, & ſcripto mandet. Bonus enim equus (vt eſt in prouerbio) calcaribus nõ indiget, ſed ſola virgæ vmbra regitur. Quæ quidem rationes, licet in quibuſuis alijs bonis prælatis militare poſſent, non tamen Papa ita de illis confidit ſicut de Cardinalibus, qui quotidie ſecum pro Reipublicæ Chriſtianæ commodis innumerabiles labores præferũt, de quibus ideo facilius confidit, quia eorum mores diuturna, & penè quotidiana experientia magis notos habet. arg. eorum quæ dicit Fely. in c. ad aures. in decimaquarta concluſione. de reſcrip. In Cardinalibus ergo ceſſant iſtæ ſolennitates iudiciorum, quæ in alijs obſeruantur.

Cardin. quando cauſa committitur.

Beneficij impenſi commemoratio.

Ingratitudinẽ arguit beneficij commemoratio.

¶ Et



¶ Et ideo non ſine optima & efficaci ratione in iſta materia plura priuilegia in fauorem Cardinaliũ contra iuris diſpoſitionẽ ſpecialiter inducta ſunt, quæ alijs prælegatis cõceſſa non fuerunt. De quibus non ab re erit, pro dignitate eorum pauca quædam commemorare, quæ in locis vulgaribus non traduntur, ſcribam.

¶ Primũ priuilegiũ eſt iſtud de quo s̃. proximè dictum eſt.

¶ Secundum eſt, quia commiſsiones quæ fiunt Cardinalibus non ſolent ſignari, niſi per ſolum Papam: ſicut neq; ſupplicationes quatuor votorũ Papæ reſeruatorum, quorum commutationes cum Datario cõponunt, & ideo eas non ſignat niſi ſolus Papa propter notabilem præeminentiam illorum votorum, in quibus antiquitus non ſolebat Papa, niſi ex magna cauſa, & cum compoſitione diſpenſare. Sed Cardinalis qui habet ſignaturam in alijs votis inferioribus diſpenſat. Ita commiſsiones quæ fiũt Cardinalibus propter illorum excellẽtiam ſolus Papa ſignat, ſed aliæ commiſsiones inferioribus directæ per alios prælatos habentes ſignaturam iuſtitiæ, aut per Cardinalem, vel per Vicecancellarium ſignari poſſunt, vt dicit Bonifacius Vitalinus in cle. auditor. in ij. col. in v. oppoſ. de reſcrip. Et cauſæ quæ Cardinalibus committuntur, non debent excedere lx. ducatos, aliàs commiſsio eſt nulla, vt dicit Pauinus in quadam extrauag. ad onus, alleg. per Fely. in rub. de reſcrip. circa ſi. & per Cardinalem Iacobatium in tract. Concilij. fol. xxvij. in j. col. Et quando cauſa committitur contra Titium, & alios in citationis decreto nominãdos, etiam ſi Cardinalatus honore prefulgeant, commiſsio non datur, niſi Cardinalis nominetur, &c. Et quod dictum eſt, commiſsiones contra Cardinales non ſignari, niſi per manum Papæ. Idem ſeruatur in regibus in quibus etiam ſtylus Cancellariæ tenet, quòd literæ contra reges & principes, & magnos duces non dantur ſine ſignatura Papæ, iuxta not. per Specul. tit. de legato. §. nunc oſtendendũ. verſi. item non obſtat. Et hoc expreſſè notatur in illo vulgato libro practicæ Cancellariæ. fol. lxxvj. ſecus eſt in alijs.

Cõmiſsiones quæ fiũt Cardi. non ſolent ſignari niſi p̃ Papam.

Supplicationes quatuor votorũ Papæ reſeruatorũ, à ſolo Papa ſignantur.

Cauſæ cardinalib⁹ cõmiſſæ non debẽt excedere lx. ducatos.

Cõmiſsio non datur, quando cauſa committitur cõtra Titium, &c.

¶ Tertiũ priuilegiũ eſt, quòd in cauſis Cardinalibus cõmiſſis aſſertioni illorum creditur. ita dicit Egid. deciſ. clxxxiij.

Cauſę, vbi cõmittũtur Cardinales, creditur aſſertioni illorum.

¶ Quartum ſpeciale priuilegiũ eſt, quòd licet quãdo com-



GR DA

mittitur cauſa auditoribus,vel alijs prælatis, non illi poſ-
ſint alteri committere obſeruationes terminorum ſine ſpe-
ciali licentia Papæ.Secus tamen eſt quãdo committitur cau

Cardinali quã do cõmittitur cauſa,poteſt ſine,&c.

ſa Cardinali,quia ſine ſpeciali mandato Papæ committere
poſſet auditoribus ſuis terminorum obſeruationes.ita di-
cit Egid.eſſe de ſtylo in deciſ.xliij.incip.articulus.

Cardinali ſi cõmittatr cauſa,quæ prius, &c.

¶Quintum ſingulare priuilegium eſt,quòd ſi cõmittatur
cauſa Cardinali,quæ prius fuerat commiſſa alij auditori,&
ille faciat intimare commiſsionem dicto auditori,licet illi
non inhibeatur,auditor non poteſt amplius procedere in
cauſa propter reuerẽtiam Cardinalis. Secus ſi vnus auditor
alteri auditori commiſsionem ſine inhibitione intimaret,
quia talis auditor nihilominus poterit procedere.ita tenet
Rota in deciſ. xxiiij. incipiente,& eſt ſciendum.de dolo &
contuma.in antiq.

¶Sextum priuilegium ſpeciale eſt,propter eandem reuerẽ-
tiam inductum,quòd auditor quando intimare facit Cardi
nali commiſsionem,non debet illi inhibere,vt dicitur in
dicta proxima deciſione.

Cardinali ſemel cauſa cõmiſſa,licet ille,&c.

¶Septimum priuilegiũ eſt in fauorẽ Cardinalium introdu
ctum,quòd cauſa ſemel cõmiſſa Cardinali,licet ille deſinat
quouis modo eſſe iudex,non tamen cõmittitur vlterius in-
feriori à Cardinale ſine ſpeciali mandato Papæ,propter il-
lorum honorẽ,vt dicit Egid.deciſi.xxxvij.incipien.vbi ap-
pellatur.in fi.& tenet.Nicolaus Milis in verbo, appellatio.

¶Octauum priuilegium propter eundem honorem Cardi
nalibus ſeruandum, inductum eſt,vt Cardinalis,cui cauſa
cõmittitur,alteri Cardinali non inhibet:ſecus eſt in alijs,
vt dicit deciſ.vltima.de dolo & contuma.in antiq.

¶Nonum priuilegiũ,quòd licet illa clauſula appellatione
remota in commiſsionibus prælatorum,& quorumcunque
intelligatur de appellatione friuola,poſita tamen in com-
miſsione facta Cardinali,intelligitur de quacunque appel

Appellatio à ſententia Cardinalis neque iuſte, neq; iniuſte prolata non admittit.

latione.Itaq; neq; iuſtè,neque iniuſtè,à ſentẽtia illius pote
rit appellari:ita dicit Pauinus in tract.de offic.& pot.cap.ſe
vac.in penul.fol.in iij.col.& ante ipſum hoc tenet Milis in
verbo, appellari non poteſt à ſentẽtia lata per Cardinalem.
Et renet Bald.in l.j.in ij.colum.ff.de offic.præfect.&Rom.
in ſingul.incip. appellatione remota. quæ omnia ſunt no-
ua



ua in hac mareria:pro quibus vide quæ dico ſuprà in procœ-
mio regularum.q.iiij.num.2.

¶Decimum priuilegiũ ſpeciale eſt,quia in pari cauſa quã-
do Cardinalis habet pares rationes cum alio,Rota ſolet in *
dubijs gratificari pro Cardinali,prout vidi tempore meo
ſeruari in cauſa Mediolanẽ.pro R.Cardinali Triuultio.Et
in alia etiã Mediolanen.pro R. Cardinali Cæſarino,& ita
ſemper fuiſſe antiquis temporibus obſeruatum,dixit D.Si-
moneta.

¶Ad propoſitum redeundo,iſtis igitur regulis non ſolet
communiter in totum derogari,ſed ex vſu ſignaturæ indu-
ctum fuit,quòd in fauorem Cardinalium poſsit fieri dero-

Derogatio nuper repta ad regulam, &c.

gatio propter rationem quam dixi. Reperta eſt tamen pro
commoditate curialiũ vna honeſta & moderata derogatio
ad dictam regulam xxix.quæ voluit commiſsiones non va
lere,niſi prius literis expeditis ſuper gratia facta. Nam ad
effectum,vt ante terminum ad articulãdum iuriſdictio iu-
dici detur,vt actor cauſam inſtruat cum ſua commoditate,
& præparet neceſſaria ad iudicium,conceditur ei in cõmiſ-
ſione iſta moderata derogatio,ſeu potius ſuſpenſio regulæ,
videlicet,dummodo ante terminum ad articulandum lite-
teras expedierit,&c. Et hoc fit,vt dixi,vt interim auditor
habeat iuriſdictionem, qui aliàs nullam haberet obſtante
prædicta regula.Per quam quidem derogationem,per ſo-
lam commiſsionem conceſſam,non infertur moleſtia poſ-
ſeſſori,iuxta tex.in l.libertus. ij.ff.de in ius voc.cum cõcor.
vt per Fely.in c.ex tenore.in colum.j.de reſcrip.& dixi la-

Termini ante terminum ad articulandum qui ſeruari debeant.

tius in §.pœnales.inſti.de actio.Et quãuis ante prædictum
terminum ad articulandum præcedant tres termini,videli-
cet ad dicendum contra commiſsionem,ad libellandum,li
bellarique videndum,& ad iurandum de calumnia,ex qui-
bus poſſet moleſtia prætendi ratione citationum,quæ in
prædictis terminis requiruntur : nihilominus illa moleſtia
non eſt conſiderabilis,niſi reus propter hoc aliquas impen-
ſas feciſſet,quia tali caſu haberet locum diſpoſitio d.cap.ex
tenore. Nam quo ad moleſtiam,iura tantum hoc conſide-
rant,vtrum reus fuerit fatigatus laboribus & expẽſis,vt pa-
tet in c.cæterum.& in c.fi.de reſcrip.& in cap.diſpendia.vbi
poſt alios dixi eodem tit.libro ſexto.& in clementina pri-

ma.eod.tit.ceſſante tamen tali moleſtia, non poteſt aliàs di ci reus vexari, cum nihil laboret, nihil expendat.

Reus quando dicatur vexari & moleſtari.

¶ Verum, quia prædicta clauſula appoſita in commiſsione, videlicet dummodo ante terminum, &c. ſucceſſu temporis, vt experientia docuit, cœpit eſſe dãnoſa, ex eo, quia eius occaſione excogitabantur fraudes propter quas de facili beneficia efficiebantur litigioſa. Inuenta fuit alia moderatio, & ſalutare remedium, per quod huiuſmodi fraudes coercerentur, vt ſtatim dicam. Fraudes verò quæ propter dictam clauſulam, Dummodo ante terminum ad articulãdum, &c. committebantur, iſtæ erant. Nam contingebat ſæpe, quòd ego de facili impetrabam commiſsionem literis non expeditis cum prædicta clauſula, dummodo eas ante terminum ad articulandum expedirem, vigore cuius citari faciebam aduerſarium meum, ad iſtum tãtum effectum, vt ille moreretur, vel cederet, ego peterem ſubrogari. Nam ex quo beneficium iam per commiſsionem & citationẽ effectum fuerat litigioſum, facile ſubrogatio concedebatur. Itaque ex hac iniuſta vexatione reſultabant hæc mala. Primum, quòd ordinarij ſine eorum culpa priuabantur de huiuſmodi beneficijs litigioſis prouidere, patroni prohibebantur præſentare, expectantes etiam penitus excludebantur, vt in capitulo ſecundo. vt lit. pendente. libro ſexto. Et ſequebatur aliud malum quod deterius erat, quia multotiens iſtis litem mouentibus, nullum ius tempore commiſsionis ad beneficia ſic impetrata competebat: ſed per iſtam viam [illegible] ius defuncti ſubrogando, ius de nouo acquirebant. Sicque dabatur occaſio certo modo piſcandi beneficia viuentium forte in ſimili & decrepita ætate cõſtitutorũ in graue præiudicium prædictorum, ac ipſorum poſſeſſorum non valentium de beneficijs ſuis iam effectis litigioſis liberè diſponere. Quam ob rem, vt huic fraudi & malitiæ occurreretur, Cardinalis Alexandrinus primus omnium, vt dicit Felynus hîc in quibuſdam Apoſtillis imperfectis, ſalutare remedium inuenit, & quandam moderationem ad prædictam clauſulam, qua hodie ſignatura vtitur, videlicet quòd poſt prædictam clauſulam, Dummodo ante terminum ad articulandum literæ expediantur, &c. adderentur hæc verba, & quòd interim beneficium non cenſeatur litigioſum

Fraus, quæ p clauſulam, Dũmodo, &c.

Verba illa, Dummodo ante term. quare ceſſari debeant.

etiam



etiam ad effectum regulæ de ſubrogãdis: per quam quidem additionem ſubuentum fuit ordinarijs, patronis expectantibus, & poſſeſſoribus cõuentis. An verò dicta clauſula inuenta per Alexandrinum præſeruet exceptionem regulæ de triennali competentem poſſeſſori, vt videlicet beneficium non obſtante huiuſmodi lite maneat pacificum, dicam inferius, & in regula de triennali. quæſt. fin. & etiã in regula de ſubrogandis.

Litigioſum beneficium.

¶ Et eſt aduertendum, quòd ſicut ſignatura in fauorẽ reorum poſſeſſorum, ne beneficia eorum per iſtam viam fierent litigioſa, inuenit prædictam clauſulam: ita & Rota tempore Leonis Papæ x. introduxit aliam vtilitatem in fauorem actoris. Nam cum actor iuxta dictam clauſulam teneatur expedire literas ante terminum ad articulandum, & literæ tunc dicuntur expeditæ quando ſunt plumbatæ, vt tenet Gloſſator hic: quia Bulla dicitur plumbum pendens, ſiue ſigillum de auro vel argento, iuxta gloſſam. in verb. aurea Bulla, in clementina prima. de iureiurãdo. & tenet expreſſe Gloſſator in regula decimaquarta. in quarta columna. & in regula lxix. in fin. & facit textus in cap. licet. de crim. fal. Et ante appoſitum plumbum, Bulla dici non poteſt, vt dicit Alex. in conſil. ccxv. viſis probationibus. in ij. volumi. Tamen Rota in fauorem actoris voluit, quòd licet actor produxerit Bullam ſuam poſt terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, quòd in dubio præſumatur expedita ante terminum, vt euitetur nullitas, vt latius de iſta deciſione ſuperius memini. Imò in alia etiã cauſa voluit Rota, quòd ſufficit in bullis menſem eſſe appoſitũ per Reſcribendarium, vt in vna Gebenen. beneficiorum de menſe Martio M. D. xx. concluſit Rota corã domino Guliel. vt ipſe idem adnotauit. Nam in dicta cauſa terminus ad articulãdum fuerat ſeruatus de menſe Decemb. & actor produxit bullas ſuas poſt terminum ad articulandum: ſed in bullæ tergo erat appoſita per Reſcribendarium iſta dictio, De. quæ ſignificat menſe Decembri, non tamen apparebat de die, voluerunt Domini per hoc actorem excuſari. Nam licet illa appoſitio menſis de neceſsitate nõ concludat expeditionem fuiſſe factã ante terminũ ad articulandum, nihilominus ad effugiendum contumaciam debet præſumi

Beneficia reorum poſſeſ. ne fiant litigioſa ſalutare remedium.

Literæ quãdo dicãtur expeditæ.

Bulla quid dicatur.

Bulla producta poſt terminum ſi nõ appareat de die expeditionis, in dubio quãdo iudicari debeat.

*

actus

**Act⁹ in dubio præſumi debet, &c.**

**Act⁹ duo quã do reperiũtur facti eodẽ tempore, &c.**

actus in dubio expeditus legitimo tempore, iuxta notata
per Bart. in l. nõ ſolum. §. ſed & reprobari. de ope. no. nun.
Nam quando duo actus reperiuntur facti eodem tempore,
in dubio ille actus præſmmitur factus prius qui fieri debuit,
vt actus valeat, & per quem excludatur delictum, vt notabi
liter dicit Bald. in l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ad finẽ.
ff. de hæred. inſti. Quod dicit memoria dignum Alex. in l.
diuortio. in iiij. col. ff. ſolut. matr. & idem Alex. pro ſingu.
lari illud dictũ citat in l. iij. C. de codicil. & in conſil. lxxij.
lecto & diſcuſſo. in iiij. col. lib. iij. & Iaſ. in l. hac conſultiſſi
ma. in j. & ſeq. col. C. qui teſtam. face. poſſ. & in l. fin. col. pe-
nul. C. de edic. di. Hadria. tol. Decius in conſil. xj. in xj. col.
quæ addenda ſunt ad Felyn. in cap. paſtoralis. col. iiij. de re-
ſcript. Cum igitur in dicta cauſa Gebenen. terminus ad ar-
ticulandum fuerat ſeruatus menſe Decemb. in eodem men
ſe reperitur etiam bulla expedita, licet nõ appareat de prio
ritate expeditionis, in dubio præſumi debet bulla ante ſer-
uationem termini expedita, & non poſt, vt actus valeat &
excludatur delictum. Ita Rota dicto tempore concluſit, &
tempore meo hoc idem tenuit in pluribus alijs cauſis per
prædicta motiua quæ non poſuit dom. Guliel. Et iſta quæ
dicta ſunt, procedunt etiam, ſi officialis appoſuerit in pli-
ca bullæ, expedita tali tempore, dummodo ex plumbo appa
reat de alio tempore. Vt concludit Rota hoc menſe Octo-
* bri M. D. xxxix. in vna Salamantina præſtimonij de l orba-
da, coram R. P. D. Marcello epiſcopo Marſicano. Nam in
literis apoſtolicis Hieronymi de Arze actoris appoſitũ fue-
rat plumbum Clementis, & tamen officialis in plica bullæ
appoſuit tẽpore Pauli I I I. hæc verba, hodie expedita, &c.
quo tempore conſiderato, expeditio videbatur facta poſt
terminum ad articulandum. Tamen Domini non conſide-
ratis verbis officialis, iudicarunt bullam fuiſſe expeditam,
quando fuit plumbata, & ſic tempore Clementis, & per cõ-
ſequens ante terminum ad articulandum.

¶ Et quãuis ſignatura Papæ & Rota ſemper iuuerint poſ-
ſeſſores beneficiorum per appoſitionem prædictarum clau
ſularum, ac etiam ipſos impetrantes per interpretationem
proximè dictam ſubleuarunt, nihilominus excogitata po-
ſtea fuit noua malitia per ipſos actores impetrantes, per
quam



quam prædictæ clauſulæ eludebantur. Nam extorquẽt cõ-
miſsiones cum derogationibus ſub hac forma, videlicet
conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, regulisq́ue
Cancellariæ apoſtolicæ S. V. illa præſertim qua inter cæte-
ra voluit, quòd cauſarum cõmiſsiones, & inde ſequuta lite
ris apoſtolicis non confectis, nullius ſint roboris vel mo-
menti, cui ſpecialiter & expreſsè placeat derogare, dummo
do præfatus orator literas apoſtolicas ſuper huiuſmodi
conceſsionis gratia expediri fecerit ante terminum ad arti
culandum in huiuſmodi cauſa per ipſum oratorem obſer-
uandum. Stante huiuſmodi cõmiſsione, & ea ſignata præ-
dicti ſolicitatores cauti hanc regulam confingunt. Nam ci
tare faciunt reum ad dicendum contra commiſsionem, ſer
uatoq́ue illo termino nihil aliud curãt facere, ad effectum,
vt ipſe actor non cogatur expedire literas in termino ad ar
ticulandũ, ſed expectant quòd reus citatus, qui fortè pro-
pter dilationes huiuſmodi ſuſpenſiuas timet in longũ pro-
trahi, proſequatur litem, & terminos obſeruet, quod facere
poteſt in vim commiſsionis obtentæ per actorem, cum ſit
iam effecta communis per productionem eius factam, & ci
tationem ad dicendum contra, vt notat Innoc. in c. ex con
queſtione. de reſtit. ſpol. & Rota in deciſ. xvij. de dolo & cõ-
tumac. in nouis. Itaque iſto modo non arctatur actor quin
poſt terminum ad articulandum tentum, & ſeruatum per
reum poſsit ipſe literas expedire. Et proceſſus interim fa-
ctus valet, quia commiſsio prædicto modo impetrata non
arctat illum ad expediendas literas, niſi ante terminum ad
articulandum ſeruandum per ipſummet actorem, non au-
tem aſſeruatum per reum, & ſic contra intentionem prædi
ctæ regulæ acta interim facta valebunt. Et quia verba com
miſsionis ita ſonant, à quibus non eſſet recedendum. l. non
aliter. ff. de leg. iij. cùm vulg. Iſta tamen cautela malitioſa,
iudicio meo, non videretur tuta in Rota, quæ cõſiderat po
tius mentem, quàm verba regularum, iuxta text. in l. ſcire
oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. per quem text. voluit Ro-
ta in vna Sagum parochiali de prados redondos, penden-
te de anno M. D. xxxv. coram me, quòd regula Cancel-
lariæ dans prærogatiuam prælationis ſcriptoribus apoſto *
licis, non intelligatur contra familiares Papæ, attenta eius
mente,

**Cautela, qua ſollicitatores in cõmiſsionibus vtuntur, quomodo cuitatur.**

**Cõmiſsionis verba ita vt ſonãt capi debent.**

**Rota poti⁹ cõſiderat mentẽ, quàm verba regularum.**

mẽte, licet verba aliud præ ſe ferrẽt. Et hoc propterea: quia ſcriptores apoſtolici nõ ſunt verè familiares, cõtinui cõmẽſales, nec verè deſcripti, ſed per priuilegium: & ideò non præferuntur veris familiaribus Papæ, continuis commenſalibus qui ſunt veri familiares, & deſcripti.

Margin: Scriptores apoſtolici an pꝛ̃ferantur veris familiaribus.

Prout antea bis * fuerat cõcluſum in vna Barchinonen. canonicatus & præbend. inter Ioan. Cordellas, & Michaelem Puig vertẽte coram R. D. Iacobo Simonetta de menſe Nouembri M. D. xxxiiij. Sed in caſu iſto dici poſſet, quòd iſta cautela eſt contra mentem prædictæ regulæ, quæ facta eſt ad obuiandum fraudibus impetrantium, qui habentes ſolam ſignaturam, moleſtant poſſeſſores, vt laboribus & ſumptibus fatigati, ſic componere cõpellantur, vel cedere iuri ſuo, ita à ſenibus acceſſus & regreſſus expiſcẽtur, vt in ſimili dicit text. in c. fi. de reſcript. Et ita manifeſtè fit per hoc fraus legi & præfatæ regulæ. Nam amplexantes illius verba contra eius mentem & voluntatem ſtatuentis faciunt, vt dicit tex. in c. fi. de reg. iur. lib. vj. & in l. nõ dubium. C. de legib. Malitijs igitur hominum indulgendum non eſt, vt dicit text. in c. ſedes. de reſcript. quia aliàs regula verbis, & non rebus impoſita videretur: cõtra tex. in c. cõmiſſa. de elec. lib. vj. Et ideo ſunt aduertẽtes Referẽdarij, & præfecti ſignaturæ, vt illa verba caleãt, videlicet per ipſum oratorẽ obſeruãdũ &c. poſita post verba prædicta, dũmodo ante terminũ ad articulandũ &c.

Margin: Actor literas ante terminũ expedire debet.

¶ Et quòd dictum fuit, actorẽ literas expedire debere ante terminum ad articulandum, illud intelligitur de termino ad articulandũ bene ſeruato, aliàs ſi ille terminus ad articulandũ fuiſſet male ſeruatus, & per conſequens illa obſeruatio termini eſſet ex nulla aliqua cauſa, aut ex defectu iuriſdictionis, vel aliàs: Tunc talis obſeruatio termini nulliter facta non obeſſet actori. Et ideo Rota iſto caſu inuenit remedium, videlicet quòd actor expediat bullas, & poſtea reiteret terminos etiam ad articulandum in vim bullæ Innocentianæ, vel virtute nouæ cõmiſsionis, & talis reiteratio termini ad articulandũ facta poſt bullas expeditas ſufficiet ad effectũ prædictæ clauſulæ, & ita ſuſtinebuntur, & valebunt acta ſententia, & omnia alia ante literarũ expeditionem facta, quæ nulla eſſe vigore dictæ regulæ videbantur: & licet de ſtricto iure verba commiſsionis ſimpliciter de obſeruatione



Margin: Commiſ. verba ſimpliciter de obſer. &c.

tione termini ad articulandum loquentis deberent intelligi de prima obſeruatione, ſiue bona, ſiue mala. arg. l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſign. iuncto §. ſemel. inſti. quib. ma. non lic. Et per cõſequens expeditio bullæ, & acta facta poſt terminum ad articulandum etiam malè ſeruatum non deberent valere. Tamen Rota tempore meo in vna Maclouien. * prioratus de Tretemebo, corã R. P. D. Ioanne Clerici, D. Petro Vorſcio, & D. Paulo. Et in vna alia Nolana paro- * chiali, coram me die Lunæ vij. Octobr. M. D. xxxij. inter Bartholomæum de ſancta Cruce, & quendam Falconẽ epiſcopum Spicaten. Et etiam in alia Dolen. pro Marco Mar- * millon, contra Palemzuela corã me xij. Iulij M. D. xxxiiij. tenuit & concluſit cõtrarium, quia licet verba illa, dummodo ante terminum ad articulandum, &c. poſita in dicta cõmiſsione, intelligi poſſent de prima obſeruatione termini ad articulandũ quomodocũq; facta. Nihilominus, vt actus valeat, contrarium fuit concluſum. Multa enim contra ſtrictam interpretationem iuris recepta ſunt, vt actus valeat, quæ aliàs nõ admitterentur, vt tradit Iaſ. in l. j. in iiij. col. ff. de verb. oblig. Fuit igitur cõcluſum, quòd illa verba de obſeruatione termini ad articulandũ, deberẽt intelligi de obſeruatione valida, nõ de inualida, iuxta text. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. quotiens. ff. de verb. oblig. & vtrobique latè Moder. Sic itaq; hoc caſu Rota tenuit ſufficere actori, quòd ante iſtam ſecundam reiterationem termini ad articulandum, licet poſt primam nulliter ſeruatã bullas expediuerit. Et ita iam hodie ſeruatur. Procedent igitur ea quæ dicta ſunt quando prima obſeruatio termini ad articulandum eſſet bona: nam tunc ſi literæ non fuiſſent antea expeditæ, omnia acta ſunt nulla, nec ſanantur per reiterationem dicti termini, niſi per ſpecialem commiſsionem, & tunc refectis expenſis, vt dicam inferius loco ſuo.

Margin: Intellectus ad illa verba, dũmodo ante terminum ad articulandum.

Margin: Actus vt valeat, multa cõtra ſtrictã interpretationẽ iuris recepta ſunt.

¶ Et eſt vlterius notandũ, quòd licet regula requirat actualem expeditionem literarum ante dictum terminũ, tamen ſufficiet producere apud acta ante reſeruationem dicti termini ſumptum de regiſtro literarum apoſtolicarum bullarum, licet non producat dictam bullam: quia tale ſumptum facit fidem in iudicio. Et ita tenet & ſeruat curia Romana, prout dicit Rota deciſ. dcxxj. incipiente, nota ſumptum. in

Margin: Sumptũ de regiſtro ſupplicationum, an faciat fidẽ in iudicio.

anti

antiquis. Quam ſequitur D. Bartholomæus Belenzi.Rotæ auditor in tract.de chari.ſubſi.q.cxiij. Quo in loco ponit practicam hodiernam extrahendi dictum ſumptum à regiſtro in cauſa pendent.in curia,& extra.

Intellectus ad illam clauſulã in cõmiſſ. apponi ſolitam.

¶Conſiderandum eſt vlterius in dicta materia, quòd in dicta commiſsione ſolet apponi,vt dixi, alia clauſula per Alexandrinum inuenta, videlicet quòd interim beneficium ipſum etiam quo ad effectum regulæ de ſubrogandis,minimè cenſeatur litigioſum,& ſine tali clauſula hodie non datur commiſsio. poſui rationem ſuperius.

Etiã dictio implicatiua qd operetur.

¶Sed vltra illa,quæ dixi,eſt vnum aliud notandum, quòd cum myſterio apponitur in dicta clauſula dictio implicatiua,etiam,ante verbum quo ad &c. Nam hoc factum fuiſſe arbitror propter multiplices alios effectus rei litigioſæ. De quibus per gloſſ.in cap.j.de alien.iudi.mut.cau.fact.& per doct.in cap.ij.vt lite penden. Nam appoſitio illius dictionis implicat beneficium non remanere litigioſum in alijs caſibus,etiam quo ad regulam de ſubrogandis, vt in rub. C.etiam per procuratorem , & ibi Bart.in l.j.eod.tit.cum concord.vt tradit Decius in l.cognitio.in iij.notabil.ff.de offic.eius. Implicat igitur dicta oppoſitio clauſulæ etiam plures alios caſus,& operatur plures effectus notabiles in fauorem poſſeſſorum , quorum beneficia modo prædicto affecta fuere litigioſa. Primus effectus eſt quem implicat dicta clauſula,etiam quo ad effectum &c. Quia poſſeſſor conuentus,non obſtante prædicta lite ſibi mota vigore dictæ commiſsionis,interim poſſeſsioné beneficij liberè in alium transferre poterit,nec reuocabitur per viam attentati: quia ceſſat tunc vitium litigioſi , ratione dictæ clauſulæ, quæ aliàs ſi non apponeretur clauſula prædicta,inductum eſſet vitiũ litigioſi,quod prohiberet reſignationé,iuxta eaque dicit deciſ.iij.ſub tit.vt lit.péden.in nouis & in antiq.deciſ. iij.eo.tit.cum alijs,quę Fely.tradit in c.cum i,& a.col.iij.de re iud.meminit etiam Alexandrinus in cap.j. num.74.cum ſeq.iij.quæſt.j.Prædicta ergo clauſula inducit iſtũ primum effectum in fauorem poſſeſſoris,& ex alia parte coercet,& tollit fraudes impetrantium beneficia viuentium poſſeſſorum fortè infirmorum , vel aliàs veriſimiliter propter ſenium de proximo morientium. Qui quidem impetrantes,

viden



videntes ſe nullum ius fouere,ſæpe inducunt litem ſuper illorum beneficijs,non ad effectũ,vt illam proſequantur cum nullum ius habeant,ſed quo ad hoc,vt ex triſti poſſeſſorum euentu,qui,vt dixi,vel propter longum ſenium , vel periculoſam infirmitatem ſperantur de proximo mori , beneficio regulæ de ſubrogandis gaudere,& vti poſsint:vt ſic de non iure faciant ſibi ius,& priuent ordinarios patronos , & expectantes facultatibus illis à iure conceſsis,aut ſaltéipſi poſſeſſores ſic citati ad curiam propter longitudinem itineris, & grauium impenſarum timorem,tædio litis affecti cogantur vel cedere, aut péſiones ſuper dictis beneficijs dictis moleſtatoribus conſentire , vel quod facilius factum vidimus, regreſſus illis & acceſſus concedant,prout temporibus Iulij & Leonis plures curiales hoc modo ditati ſunt. Quibus fraudibus Martinus Papa v.per ſuam conſtitutioné extrauagantem,& nouiſsimè Hadrianus Papa v i.& deinde Paulus i i i.per ſuas regulas obuiarunt, quas de non ſubrogandis talibus ædiderunt. Similem etiam malitiam Bonifacius v i i i.ſuſtulit in cap.fin.de renun.lib.vj.de qua Alexand.& Moder.meminerunt in l.filiæ.per illum text.ff.ſolu.mat.& reaſſumit Decius in conſil.cxxx.col.fi. Et ideo ante prouiſionem factam per præfatos ſummos Pontifices opportuna fuit iſta clauſula quæ ſuſtulit hunc morbum, & prouidit ne per huiuſmodi commiſsiones induceretur litis pendentia, nec beneficia efficerentur litigioſa, quæ aliàs de iure per cõmiſsiones prædictas , & citationem exequutam inducebatur,vt not.in clem.fi.vt lite pend.quam ad hoc pro notabili allegat Abb.Panor.in c.gratum.de offic.deleg.& alibi ſæpe. Et licet,vt dixi,propter dictam clauſulam factũ ſit,quòd lis non dicatur introducta quo ad reum , qui vigore dictæ clauſulæ præſeruatur ab hoc incommodo ne beneficia ſua effecta ſint litigioſa: erit tamen inducta lis quo ad actorem impetrantem,reſpectu cuius dicentur beneficia prædicta in ſui præiudicium litigioſa , quod quidem præiudiciũ poteſt cõſiderari quo ad tres effectus. ¶Primus,quia ſi ipſe actor ante terminum ad articulandum,dummodo poſt decretam citationem moreretur,tali caſu cenſerentur dicta beneficia litigioſa in fauorem poſſeſſoris rei conuenti , & in odium actoris, adeò, quòd ipſe reus poſſeſſor poſſet peti ſe ſubro-

Clauſula illa, & quòd interim beneficium non cenſeatur litigioſum.

gari,& eſſet locus regulę de ſubrogandis in fauorē poſſeſſo
ris.& diceretur vera lis.arg.eorum,quæ dicit Egid.conclu-
ſione cclxxx.quæ incipit, ſi faciens committi.facit quod di
cit idem Egid.concluſione dxlv.quæ incipit,ſi pēdente in-
quiſitione &c.Et ita etiā in vna Toletana portionis tenuit
* Rota corā R.P.D.Petro Vorſcio x.Nouembris M.D.XXXIII.
& hoc probat latè Fely.in c.ſuper literis.col.ix.verſic.limi-
to j.de reſcript. ¶ Secundus effectus, dicta litis pendentia

Lis mota per commiſſionē reſpectu committentis multos operatur effectus.

erit, quòd de priuilegio impetrando pendente iſta lite per
ipſum actorē, ac quælibet aliæ gratiæ per eūdem obtētæ in
præiudicium poſſeſſoris aduerſarij ſuper eos, ſuper quo lis
pendet,non valebūt,non facta mētione de dicta lite:adeò,
quòd eadem lite durante nullum dicto actori commodum,
nec reo incommodum inducēt,per ea quę Old.dicit in cōſi.
ccxcix.col.ij. & idem reus nihilominus excipere poterit de
regula de non tollendo iure quæſito,& vti alijs remedijs iu
ris,vt probatur in c.cauſam quæ.de teſtib. Et ibi bo.gl.& in
c.j.& c.dilectus.vt lite penden.c.dudum.de priuil.cum ſi.
¶ Tertius effectus,quare dictus actor impetrans nō poterit
cedere ius ſuum alteri etiam ante dictum terminum ad arti
culandum. Et ceſsio quo ad ipſum diceretur facta lite pen-
dente,conſequēter poſſet talis ceſsio reuocari per reum poſ
ſeſſorem tanquam attentata.cle.j.§.ſi verò.vt lite pendē.fa
cit quod dicit deciſ.x.tit.vt lite pend.in nouis. & quod di-
cit Egid.deciſ.cij.& ita declaratur deciſ.iij.eo.tit.in nouis

Poſſeſſor reus in aliū cedēs, lite pendente, an attētare dicatur.

quæ voluit reum poſſeſſorem attentare ſi lite pendente in
alium cedat, quod intelligitur quando eſt lis quo ad eum,
ſed in caſu iſto non eſt lis introducta quo ad eum, niſi qua-
tenus ſit ſibi proficuū,ſed quo ad actorem eſt vera lis in ei⁹
odium,& hæc lis quo ad ipſum actorem impetrantem indu
cta fuit per ſolam commiſsionem ab eo obtentam,& cita-
tionem decretam contra aduerſarium,licet illa in citati no
titiam non peruenerint,vt dicit formaliter Rom.conſ.cc-
xxx.incip.circa primum.j.col.vbi dicit,quòd clem.ij.vt lite
pendente.volens ad introducendum litis pendentiā requi-
ri,citationem in citati notitiā perueniſſe procedit,niſi quo

Litis pendentia vt introducta dicatur,qd requiritur.

ad litis pendentiam introducendam ex parte agentis,quia
ſufficit quo ad ipſum actorē ſolius citationis decretū abſq;
eo,quòd facta fuerit citationis executio. Ratio iſtius dicti
eſt,



eſt,quia ex quo ipſe actor certus eſt de commiſsione & cita-
tionis decreto,amplius certiorari non debet.vt in cap.eum
qui certus.de reg.iur.lib.vj.& c.ab excommunicato.de re-
ſcript.cum ſimil.Et ita in vna Valentina parochialis de Pe- *
go præteritis annis corā R.D.Raynaldo Petrutio, & in ea-
dem poſtea coram R.D.Io.Mohedano,& in alia Conchen.
coram tenuit Rota, vt dicam in reg.de triennali.q.lj.& in
reg.de annali.q.xlvij. ¶ Vlterius ſciendum eſt, quòd com

Commiſsio, literis non confectis, non datur,&c.

miſsio literis non confectis non datur ſuper duobus benefi
cijs,niſi contra vnum,& tunc ita demum ſi ambo beneficia
ſint eadem ſupplicatione impetrata ex perſona eiuſdē, quia
tali caſu vnica cēſetur gratia, ex quo ſignatura dicit, fiat vt
petitur, iuxta regulā Cancellariæ lx.facit l.ſcire debemus.
cum materia.ff.de verb.oblig.Nec ſufficit tantū,quòd com
miſsio ſuper pluribus beneficijs ſit contra vnum, niſi appo-
natur iſta clauſula,vnica ſupplicatione impetratis, & quòd
cauſa ſuper vno iam eſt inſtructa coram auditore, qui eſt ſu
per materia bene informatus.Nam tali caſu ne continentia
cauſæ diuidatur,cōmittitur cauſa eidem,aliàs non datur cō
miſsio.Ratio prædictorū eſt,quia ex quo notarij Rotæ ho-
die commiſsiones ſingulorum beneficiorū ſibi per turnum
diuidunt,& emolumēta ſuorum officiorū ex regeſtris con-
ficiendis ſuper quolibet beneficio capiūt, ſi vna commiſsio
plura beneficia contineret, & illa diſtribueretur vni nota-
rio, redundaret diſparitas diſtributionis in præiudicium
aliorum,propter maius lucrum,quod ille perciperet ex cō-
miſsione cōtinēte plura beneficia. Et poſſet hæc fraus pro-
curari de facili, niſi notarius talem commiſsionem cōtinen
tem plura beneficia loco plurium commiſsionum ſibi diſtri-
buendarū computaret.Oportet igitur,quòd iſto caſu verifi
cētur corā auditore narrata in cōmiſsione, videlicet, quòd
illa beneficia ſint vnica ſupplicatione impetrata, & quòd
cauſa aliàs ſit coram eodem auditore inſtructa ſuper altero
ex illis beneficijs, nam hoc modo commiſsio procedet. Et
iſta omnia procedunt quando cōmiſsio continēs plura be-

Commiſsio ſuper duob. vel pluribus,&c.

neficia eſt impetrata contra vnū. Secus ſi peteretur talis cō-
miſsio ſuper duobus,vel pluribus beneficijs,non vnica ſup-
plicatione impetratis contra diuerſos, quia talis commiſ-
ſio concedi non ſolet.Nam ex quo ſunt plures diuerſę gra-

tiæ in diuerſis ſupplicationibus, debet pro vnaquaque obti neri ſpecialis cõmiſsio, & de per ſe ſeparata. argumento eorum, quæ dicuntur de pluribus capitulis connexis, vel ſeparatis per doct. Moder. in c. translato. de conſti. & per gl. in l. etiã. §. j. ff. de minor. per Bart. in l. Aurelio. §. idem quæſiuit. ff. de lib. leg. per Bald. in l. ij. C. de re iudi. & in l. ampliorem. de appel. Nam clarum eſt, quòd aliqua conceduntur ratione connexitatis, quæ aliàs non concederentur, vt not. Specul. in tit. de ſent. excom. §. ij. verſ. ſed pone. Et facit tex. in l. eum actum. & quod ibi not. Bart. ff. de nego. geſt. & in cap. quanto. de iudic. dixi in ſingul. meis ſuper l. quædam. ff. de acquir. re. domi. ſubreptis Patauij.

Connexitatis ratiõe aliqua conceduntur, quæ aliàs nõ cõcederẽtur.

¶ Poſtremo quo ad hanc ſignaturam ſuper dicta materia addo vnum, videlicet, quòd quando proceſſus eſt nullus, ex eo, quia literæ non ſunt expeditæ ante terminum ad articulandum, vel ex alio defectu non datur commiſsio ſuper validatione proceſſus, niſi cum iſta clauſula, ſcilicet, parte legitimè citata. Nam licet ſanẽtur defectus proceſſus, tamẽ defectus citationis eſt inſanabilis, etiã refectis expenſis, & quando in totum fuit omiſſa citatio. Secus quando non fuit debito modo exequuta, quia non fuit ſeruata forma. Nam talis nullitas cum clauſula, dummodo ad notitiam citati peruenerit, ſolet ſanari. Et tunc ſufficit, quòd probetur de tali citatione notitiã habuiſſe, vt probat text. in cle. cauſam. ſi. de elect. Et tradit Rom. conſil. ccccx. & Rota deci. cclxi. in nouis. Et inter modos probãtes quòd ſic citatus habuit notitiam, eſt vnus, videlicet, ſi poſtea miſit procuratorem ad illã cauſam, vt ponit Egidius deciſione lix. & alia D. xxiii. prout in mea Compoſtellana archidiaconatus contigit contra D. Paulo Capiſucco per R. D. Ioan. Paulum confirmat anno præterito M. D. XXXVIII. pro quibus vidẽda ſunt quæ latè ſcribit Fely. in c. cum cõtingat. de reſcript. Iſtis ergo caſibus ſanatur defectus minus legitimæ citationis. Secus quando in totũ fuit omiſſa, quia tũc talis defectus, vt dixi, inſanabilis eſt, vt probat tex. in clem. paſtoralis. verſi. cæterum. de re iudic. Etiam ſi Papa in cõmiſsione apponeret clauſulam, ſupplentes defectus ſi qui forſan interuenerunt. nam intelligitur illa clauſula quo ad defectus iuris poſitiui, puta contra ſolennitates requiſitas à iure, ſecus quo ad defectus iuris naturalis

Commiſsio ſuper validatione proceſſus quomodo dari ſoleat.

Citationis minus legitimæ defectus ĩ quibus caſibus ſanatur.

Clauſula, ſupplentes defectus, &c.



turalis, prout eſt citatio, vt dicit Card. in d. cle. in iij. notabili. & Abb. in c. j. de tranſactio. referendo Specul. in tit. de legato. §. nunc oſtendendũ. verſ. xviij. ¶ Et hoc quod dictũ eſt, defectus iuris poſitiui tolli per dictã clauſulam, procedit de iure communi: tamen ſecũdum regulas Cancellariæ non ſufficit ſimplex clauſula, ſupplentes in genere, niſi defectus explicẽtur, vel ſupplicatio ſignata fuerit per fiat, vt petitur, vt expreſſe dicit vna regula Cancellariæ poſita infrà nu. 39. & hoc dicit Alex. poſt alios per eum adductos in conſ. cxcv. incip. aſſumo. in iij. col. verſ. dicit tamen. & in iiij. col. verſi. comprobatur. in ij. volu. Ex cuius dictis arbitror cõflatam fuiſſe illã regulam. Et talis expreſsio defectuũ adeò eſt neceſſaria, quòd etiã ſi diſpenſatio conceſſa fuerit motu proprio, expreſsio defectuum requiritur, vt probat And. Sicul. in c. ab excommunicato. in ij. col. de reſcrip. Tamen hoc dictum And. Sicul. iudicio meo videtur dubitabile, niſi illud intelligamus procedere in defectibus perſonarum, quia in defectu ſolennitatis actuum non videretur verum, ex eo, quia talis defectus etiã in genere per clauſulam motu proprio, & ex certa ſcientia purgatur, vt probat Alex. in conſi. lxxix. col. v. verſi. circa ſextum & c. lib. j. & in conſil. cxj. in ij. col. vol. vj. ¶ Et iſta omnia de plano procedũt, quo ad defectus deſcendẽtes de iure poſitiuo, vt dixi, excepto vno caſu relato per Card. in d. verſ. cæterũ. qui voluit, quòd per huiuſmodi clauſulam ſupplẽtes, non inducatur abſolutio ab excommunicatione. per clem. ſi ſummus. de ſent. excom. quod dictũ eſt notabile, ex eo, quia talis defectus videtur eſſe iuris poſitiui, iuxta notata in c. veritatis. de do. & cõtu. & per Moder. in c. poſt ceſsionem. de proba. Tamen hoc ideo eſt, quia per illam clauſulã non inducitur aliquid extrinſecum, neq; diſpẽſatio, neq; habilitatio perſonarum. arg. eorũ, quæ dicit Alex. in l. quidã conſulebãt. in ij. col. ff. de re iudic. Nec minus, vt dixi, Papa per dictã clauſulã ſupplet defectũ naturalẽ, qualis eſt citatio quæ dicitur eſſe de iure naturali & diuino, vt probat Abb. in c. j. de cau. poſ. & proprie. per bonas rationes, quas latius cõprobat ibi Io. Rugerius de la mota Moder. repetens in iiij. notabili. hinc eſt, q; per Papam nec alium principẽ citatio tolli vel ſuppleri poteſt, vt tradũt ibi præfati Mod. poſt Maria. in tract. cita. & Fely. poſt Innoc. &

Defectuũ expreſsio quàm ſit neceſſaria.

Citatio neque per Papã, neque per alium principem tolli poteſt.

omnes in c.quæ in eccleſiarũ.de conſt. Imò etiam in caſu in quo diſpẽſare poſſet, nõ intelligitur velle ſupplere defectũ, niſi exprimatur, vt tradit Felyn.in c. poſtulaſti.in xvij.col. verſ.tertius caſus.de reſcr. ¶ Et quod dictũ eſt de citatione, idẽ eſt in cõſenſu quẽ Papa nõ poteſt ſupplere: vt vult notabiliter Io.And.& Panor.in c.per venerabilẽ.qui fil.ſint leg. vbi dicũt, quòd Papa non poteſt inducere matrimoniũ ſupplẽdo cõſenſum, cum ille ſit de iure naturali. ¶ Et eodẽ modo neq; ſignatura Papę ſolet ſupplere defectũ mãdati. Nam vbi proceſſus eſt nullus, vel ſententia nulla, ex defectu mandati non poteſt talis infirmitas ſecundum ſtylum Rotæ ſanari, etiam refectis expẽſis, iuxta tex.in c.in noſtra.de procu.& in l.licet.C.eodem tit. nec iſte defectus iuſtificatur ex eo, quia reus malitioſè tacuit, non opponendo in tempore exceptiones mãdati, & ſic dedit cauſam, vt actor laboribus & expen.fatigaretur, propter quod videretur eiſdem teneri ad expenſas, iuxta c.exceptionem.de excep. Et quod notab.ſcribit Egid.cõcluſione ccxxvj.incip.in cauſa &c. quia debet imputari ſibi pars, quæ ante omnia non perquiſiuit mandatum, nec excuſatur ſi proceſsit ſine mãdato propter culpam iudicis non inquirentis in principio litis de legitimatione perſonarum, prout facere tenebatur. iuxta tex. in cap.j.de accuſ.& l.ſi quæramus.ff.de teſta.& l.quidam re[illegible]runt.verſ.eſſe enim debet.ff. de iure codicil.& in l.ſi in d[illegible] in princ.ff.de condi.& demonſtra. Nam, vt dicit gloſſ.in l. vt liberis.C.de colla. in primis quærendum eſt de perſonis, quæ ante omnia ſunt legitimãdæ per iudicem, qui poteſt & debet ex officio compellere procuratorem exhibere mandatum, ne ipſe iudex laboret in vanum, vt dicit gloſſ.no.in cap.j.ver.abſentia.de elect.lib.vj.& ponit Rom.conſi.[illegible] in fin. Nam iſta culpa iudicis nõ excuſat partẽ, quæ hoc etiam inquirere debuit. nam quilibet tenetur eſſe diligens in præſcrutando & bene videndo quæ ſibi expediũt, prout faciunt Florentini, qui ſecundum Pet.de Ancha.in conſi.cccv.præſumuntur diligẽtes. Nam, vt dicit Ioan.Boccacius, Non ha d'eſſere loſco, chi ha da fa con toſco. Et ideo talis negligentia ſibi imputari debet. dicta ergo nullitas eſt inſanabilis propter defectum conſenſus qui exigitur in mandato procuratoris. Hinc eſt, quòd mandatũ per mille annos nõ præ-

ſumi

Mandati defectum ſignatura Papæ ſupplere non ſolet.

Mãdati ex defectu vbi ſententia eſt nulla, &c.

Iudex in principio litis de legitimatione perſonarũ ingrere debet.

Florentini ſagaces & diligentes reputãtur.

Mandatum per mille annos non præſumitur.



ſumitur, vt dicit Bald.in l.j.C.de reb.alie.non alie.& in l.ij. C.ſi ex fal.inſt.& hoc propter defectum conſenſus. ¶ Sed iſta omnia limitantur non procedere quando in actu antiquo mandatum enunciatur: nam tali caſu mandatum præſumitur interueniſſe, vt tenuit idem Bald.ſibi contrarius in quodam ſuo conſil.quod refert, & ſequitur Curtius in conſil.lvij. Et ita ſecundum iſta conſilia iudicauit Rota per tres * inſtantias in cauſa Tridentina confinium coram R.P.D. Iacobo Simoneta de anno M.D.XVI. vt latiſsimè refert. D. Guliel. Caſsiodorus in quadã deciſione ſua incip.lata erat ſententia. quo in loco innumerabiles rationes ponit, propter quas mota fuit tunc Rota ad tenendum iſtam limitationem ad dictum Bald.in d.l.ij.quod etiam limitat Fely.in cap.ſicut.in xvij.col.de re.iud. Et iſto caſu defectus mandati eſt ſanabilis. ¶ Et quod dictũ eſt de defectibus citationis & mandati, quæ regulariter in hac ſignatura iuſtitiæ non ſanantur: Idem eſt in defectu iuriſdictionis & competẽtiæ, quæ nec etiam ſanantur: quia vbi non eſt iuriſdictio proceſſus, & inde ſequuta ſunt nulla, non ſolum ex defectu conſenſus, ſed etiam propter defectum ſolẽnitatis, quæ non potuit coram alieno iudice interuenire, vt dicit Abb.& alij in in c.ſignificaſti.in penul.col.de fo.comp. Et iſte defectus iuriſdictionis eſt tam infectus & ſcabioſus, quòd reſcriptum ſanans omnes, & quaſcunque nullitates non comprehendit ſub illa generalitate verborum defectus iuriſdictionis, vt tradunt doct. poſt gloſſ.fin.in cle.j.de ſequeſt.poſſ.& fruct. Nam iuriſdictio eſt lapis angularis iudicij, de qua in primis & ante omnia conſtare debet, vt in cap.cum in iure.de offi. deleg. Hinc euenit, quòd licet contra tres ſententias conformes non poſsit opponi aliqua exceptio, donec ſententiæ fuerint executæ.clem. prima.de re iudic.non tamen excluditur exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis, ſecũdum doctores ibi, & hoc videtur ſequi Cal.in conſil.viij.titul.de re iudi.& tenet expreſsè Pet.de Ancha.in conſ.lxviij.excellens domine.in iij.col.& illam gl.d.clem.vnicę.ſequitur Soci.conſil.cclxxiiij. col.penul.cum pluribus concor.vt ſcribit Decius in conſi.xxxviij.circa primum.col.v.facit quod in ſimili dicit Bart.in l.j.§.hoc interdictum.ff.quod vi aut clàm. ¶ Iſti igitur tres defectus enumerati, videlicet, iu-

Iuriſdictionis & competentiæ defect⁹ nõ ſanatur per ſignaturã iuſtitiæ.

Iuriſdictionis defectus.

Exceptionem aliquam opponi non poſſe contra tres ſentent. cõformes, &c.

Podagra, rabies, lepra, tres infirmitates inſanabiles.

riſdictionis, citationis, vel mãdati, ſunt veluti tres illæ infirmitates inſanabiles, veluti podagra, rabies, & lepra, iuxta illud Ouidij ij. de Ponto, Soluere nodoſam neſcit medicina podagrã, Nec formidatis auxiliatur aquis. ¶ Aliæ tamen nullitates per ſignaturã facilè ſanantur adiuncta illa clauſula, refectis expenſis, vt exẽplum ponit dominus Gulielmus in collectaneis deciſionũ, deciſ. incip. firma eſt propoſitio.

Nullitates, quæ ſanantur facile per ſignaturã, &c.

¶ Et eodem modo reparãtur per iſtam ſignaturã iura partium, quæ fuerunt à principio litis inualida, ſi lite pendente ſuperueniat bonũ ius. Nam tali caſu facilè obtinetur commiſsio, quòd auditor attento bono iure oratoris procedat ſuper hoc nouo iure, vt exemplificat Gemi. in conſ. lxxii. & Rom. conſi. ccxcix. & Egid. cõſi. xxxv. quia talis commiſsio erit iuſta & honeſta, ex eo, quia ſecũdũ iuris diſpoſitionem poſſum lite pendẽte acquirere mihi ius bonum, etiam poſt concluſionem cauſæ, vt dicunt prædicti doct. & notabiliter firmat idem Egid. in deciſi. dclxij. & deciſ. cij. declarando, vt ibi per eum, qui ponit practicam citandi ad dicendũ contra iſta iura nouiter producta, & idem dicit Abb. in c. fin. vt lit. pen. cum concor. vt ſcribit Deci. in c. j. in ij. col. de cõſt. vtili. ¶ Sed aduertendum eſt, quòd iſta quæ dicit Egidius & prædicti Doct. de plano procedunt in beneficialibus, ſecus tamẽ in profanis, quia in illis ius de nouo emergẽs poſt concluſionem in cauſa cenſetur obuenire poſt ſententiam & ideo requireret nouum iudicium, & nouam telam, vt dicit Bar. in l. ſi mater. §. eãdem. in fi. ff. de excep. rei iudic. cum concor. vt tradit Alex. in cõſi. xxxix. incip. vertitur lis. in ij. col. & cõſi. cl. col. fi. lib. v. & ideo prima terminorũ obſeruatio hoc caſu non ſufficeret, vt dicebat Egid. quia in profanis requiritur, quòd ius illud obuenerit ante concluſionem in cauſa, vt tradit idem Alex. in conſi. clxxvij. viſo themate. col. fi. lib. v. Declarando tamen, vt notabiliter ſcribit Paul. de Caſt. in l. ſi neceſſarias. §. fi. ff. de pig. actio. & aliquid per eundem in l. cum vir. ff. de vſucap. Et iſto caſu putarem in euentum in quem Papa per commiſsionem ſuam mandaret auditori, quòd ex eiſdẽ actis procederet, attento bono iure poſt concluſionem acquiſito, quòd læderet aduerſarium, & vti poſſet exceptione regulæ de non tollẽdo ius quæſitum, vt Roma. dicit in cõſil. clxxvj. colum. penul. ſicut iudex qui ad

Ius de nouo emergẽs in ꝓfanis poſt concluſ.



admitteret articulos poſt terminũ, diceretur me grauare, vt in deciſi. xxvij. in no. de quo in dicta regula mẽtionem feci: ſaltem hoc negari non poſſet, quòd iſte, qui nouum ius acquiſiuit, deberetur alteri condemnari in expenſis, quia fruſtratoriè vſq; ad concluſionẽ fecit illum litigare ſuper malo iure. nam ſi à principio bonũ ius produceret, fortè pars non contenderet, ſed liti cederet, nec laboribus & impenſis fruſtrà grauaretur. Ex quo igitur temerè fecit illum litigare, iuſtam litigandi cauſam habuit, & ideo videtur eidẽ condemnandũ in expenſis. arg. l. eum quem temerè. ff. de iudic.

Litigare q facit aliquem temere, debet in expenſis condemnari.

¶ Hoc tamen limitat notabiliter ſecundum diſtinctionem Bar. in l. non poteſt. ff. de iudic. vt ibi per eum. Secundo limita hoc procedere, quando ille idem qui incepit, & mouit litem ſine aliquo iure, & acquiſiuit nouum ius poſt cõcluſionem cauſæ, eſſet qui ſententiam in fauorẽ cononizatoriam noui iuris reportaret: ſecus verò ſi alius in locũ eius per eius obitum ſubrogatus illam obtineret, quia tali caſu ceſſat ratio. d. l. eum quem temerè. quia hoc caſu condemnatus non poteſt de iſto ſubrogato conqueri, quòd eum temerè & fruſtratoriè fecerit litigare vſque ad cauſæ concluſionẽ, & ideo pœnã quam merebatur primus litigans, nõ debet iſte ſubrogatus incurrere, quia non videtur ſubrogatus quo ad pœnã quæ accidentaliter prouenit ad ius, vt probatur in l. itẽ veniunt. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæred. facit l. prima. ff. de in lit. iur. præſertim, quia in beneficialibus creatur nouum ius per ſubrogationem Papæ, & non transfunditur illud idem quod habebat defunctus, vt tradit Ioannes Andr. in capitulo, ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. & in cap. j. & ij. vt lit pend. eodem libro.

Ius nouũ per ſubrogationẽ Papæ in beneficialib⁹ creatur, &c.

¶ Et ſecundum hoc eſſet dicendum, quòd ſubrogatus per commiſsionem ad proſequutionẽ executorialium teneretur de nouo petere ſibi decerni executoriales, licet iam fuiſſent decretæ pro defuncto, & etiam deberet eas de nouo intimare cõdemnato, licet defunctus eas iam intimaſſet: quia ſi illud eſt accidentale, in ſubrogatum non transfunditur, præſertim, quia ſi in eo creatur ius de nouo, debet intelligi cum qualitatibus ſuis vt nihil habeat ex antiquo. Tamen in iſtis duobus caſibus contrariũ tenuit Rota in vna Aurien. monaſterij de Oſſera coram R. domi. Ioanne Paulo Ptolo- *

Subrogatus ꝑ cõmiſsionem ad proſecutionem executorialium ad qd teneatur.

* mæo,pro Reuerendiſsimo Card.Farneſio Vicecancellaria.
Nam in dicta cauſa voluit Rota poſt plures informationes
aduocatorum , & propoſitiones cauſæ, quòd executoriales
iam decretæ in perſonam defuncti non deberent de nouo
decerni propter ſubrogatum, etiam ſi illæ fuiſſent decretæ
vigore ſententiæ latæ per contradictas, à qua fuiſſet appel-
latũ à die notitiæ,quæ appellatio fuerat deſerta,adeò,quòd
domini voluerunt, quòd iudex primus exequi poſſet execu-
toriales prius decretas.pro qua deciſione vltra alia,fuerunt
alleg.ea quæ Bar.& Iaſ.tradunt in l.tale pactum.§.qui pro-
uocauit.ff.de pact.& Fely.in c.ex parte.el.ij.in antepenul.
colum.de reſcript.& ita Rota concluſit,quo ad iſtud primũ
caput die xvij.Martij M.D.XXXVIII. ¶ Tamen circa hoc
eſt aduertendum,quòd iſta procedunt, niſi poſt appellatio-
nem & reſtitutionem latæ fuiſſent vna vel duæ ſentẽtiæ con-
firmatoriæ primæ ſententiæ,quæ tranſiuiſſent in rem iudica-
tam , quia iſto caſu decernendæ eſſent nouæ executoriales
nec ſignatura concederet commiſsioné, quòd ſit locus pri-
mis executorialibus decretis vigore primæ ſententiæ,ita
cit D.Guliel.Caſsiodorus concluſum fuiſſe in ſignatura iu-
ſtitiæ ipſo præſente.Ratio fuit, quia per reſtitutionem eua-
cuatæ fuerunt primæ executoriales,& impedita executio
ſuſcitata.cum gloſ.de reſt.in integ.cum vulg.ergo requiri-
tur, quòd de nouo decernantur vigore vltimarum ſen-
tiarum , quia actio non naſcitur ex prima ſententia, ſed ex
ſecundis,vt not.Bart.poſt gl.in l.eos.in ver.iniuſtam.C.de
appella.cum alijs concord.vt ſcribit domi.Guliel.in qua-
dam deciſione incip.habueram ſententiam &c.

Executoriales iam decretæ in perſonã defuncti,an debeãt de nouo decerni.

Executoriales primæ per reſtitutionem euacuantur.

Actio non naſcitur ex prima ſententia, ſed ex ſecunda.

¶ In ſecundo vero capite, videlicet,quando iam prius fue-
rat per defunctum facta intimatio executorialium con-
demnato , nunquid ſubrogatus ad proſequutionem execu-
torialium debeat iterum de nouo eas principali condemna-
to intimare; fuerunt variæ inter dominos opin.Nam qui-
dam dicebant requiri intimationé de nouo,ex eo, quia plu-
ra poterant per condemnatum contra ſubrogatum oppo-
ni,quæ fortè non militabant contra defunctũ,iuxta ea quæ
dicit Card.in cle.j.de ſequeſtra.poſ.& fruct.adducebatur ad
hoc etiam deciſio Rotæ cccxx.licet in cauſis.in nouis.quæ
voluit nouam gratiam intimandam reo etiam contuma-
cipro



ci propter prædictam rationem,quia fortè poterit eam de
ſubreptione impugnare,præſertim, quia hîc agitur de pri-
uando à beneficio,& de incurrẽdis cenſuris,quo caſu quan
do de priuatione agitur,gratia noua intimari debet de no
uo,vt dicit deciſio Rotæ dccl.in antiquis. Et ideo domini
in vna Cremonen.penſionis Prioratus dixerũt neceſſariam
fuiſſe intimationem,non obſtante notitia rei vaga quando
agebatur de incurrendis cenſuris.& priuatione beneficij vi
gore bullæ expeditæ,quo caſu certa & indubitata notitia,
& citatio perſonalis requiritur,iuxta not.per Fely.in c.quo
niam.§.porrò.col.antepe.vt lit.non cõteſt.& in c.cum con
tingat.col.penult.de reſcript.& tenet Ro.in cõſi.cccclxxj.
incip.in caſu præmiſſo.in ij.dubio.& ita iudicauit Rota in
dicta cauſa Cremonen.corã domino Chriſtophoro Pani-
garola die x.Decembris M.D.xxix.ſic videbatur hîc dicen
dum. ¶ Tamen iſtis non obſtan.Rota in dicto caſu deter-
minauit non requiri intentionem executorialium iterum
fieri reo condemnato,ex quo iam fuerãt prius intimatæ,ſed
ſufficere eas intimari eius procuratori apprehẽſo in curia.
Ita concluſit & iudicauit Rota in eadem cauſa Aurien.co-
ram eodem domi. Ioan. Paulo.xxiij. Ianuarij eo. anno.M.
D.xxxviij.Voluerunt tamen domini quòd procurator,cui
ſecunda loco intimari debebãt executoriales,poſſet petere
dilationes ad partes ad conſulendum Dominum.

Gratia noua, an debeat de nouo intimari reo,quando agitur de priuatione.

Citatio perſonalis & indubita notitia quando requiratur.

¶ Non obſtant modo deciſiones ſuperius in contrarium al
leg. videlicet,deciſ. dccl.in antiq.quia illa deciſio procedit
in principali gratia priuationis,ſecus in acceſſoria:vnde ſi
reus fuiſſet citatus in negotio principali,& pendente lite
obtẽta eſſet gratia ſi neutri,continens priuationé,ſuffice-
ret illam intimare procuratori domino litis in curia appre
henſo.ita tenuit Rota in vna Conuerſana Archipresbyte-
ratus coram me menſe Februario M.D.xxxiiij.& ita limi-
tarunt dictã deciſioné dccl.Nec obſtat dictum Cardin.in d.
clemen.j.& deciſi.cccxx.quia illa procedũt in gratijs obten
tis lite pendẽte ante ſententiã:ſecus in negotio executiuo,
quia ne per friuolas exceptiones fortè requirentes altio-
rem indaginẽ executio impediatur,facta prima intimatio
ne,non requiritur alia : & ratio eſt,quia illa exceptio ſubre
ptionis vel inhabilitatis quæ opponi poterat in cauſa illius
deci

deciſionis cccxx.extinguitur per tranſitum in rem iudicatam,vt dicit Abb.poſt Innoc.in cap.conſtitutus.verſ.extra gloſſ.de reſcrip.facit.l.fin.in fin.C.de ordin.cog.Nec minus obſt.deciſ.nouiſsima facta in d.cauſa Cremonen.quia ibi prius non fuerat facta aliqua intimatio, prout hîc,quo caſu intimatio principalis requiritur,ſed hîc ſufficit, quòd ſecunda fiat procuratori.

**Regulæ literarũ expeditionem requirentes quæ ſint.**

¶Eſt tamen vlterius aduertendum circa prædictam regulam xxix.quæ requirit expeditionem bullarum præambulam iuriſditioni, quia illa regula procedit in literis ſuper quibus ius actoris principaliter fundatur: ſecus verò eſſet in iure opitulatiuo ad ius principale,vt ſunt gratiæ,perinde valere,nouæ prouiſiones,& alia huiuſmodi,quia ſi tales gratię nõ petũtur canonizari,nec illarũ vigore aliquid adiudicari, non requirunt literarũ expeditioné,& in talibus regula non procederet. Imò ſi bullæ ſuper illo iure, quod petitur canonizari,eſſent expeditæ cum mille defectibus,ſatisfactum videtur regulæ, prout ſuperius in quæſtionibus dixi. Nec obſtat,quòd in commiſsione ineſt tacita conditio,quæ aliquando etiam in ſignatura moderna exprimitur,videlicet,quòd ita demum iuriſdictio detur, quatenus literæ prius fuerint expeditæ,quæ cõditio in forma ſpecifica impleri deberet.iuxta l.Mæuius.& l.qui hæredi.ff.de cõdi.& demon.quia reſpõdetur,leges illas procedere in conditionibus dandi,ſecus in conditionibus faciendi,vt hîc, quia poſſunt tunc conditiones in forma æquipollenti impleri,vt patet in l.in conditionibus.§.ſi patronus.eod.tit.& limitat latius illas ll.Moder.Galiaula in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig.notabiliter Decius in rubrica de probat.in antepenultima colum.

**Cõditio debet impleri in forma ſpecifica.**

¶Confirmatur iſta opinio ex his quæ quotidie in ſignatura iuſtitiæ in ſimili caſu practicãtur,videlicet,quando cauſa penſionis cõmittitur cum clauſula abſq; retardatione ſolutionis penſionis. Nam illa clauſula concedit etiam auditori iuriſdictionem ſub cõditione,quia illa verba, ſine retardatione,ſunt ablatiui abſoluti,quæ reſoluuntur in conditionem.vulg.l.à teſtatore.ff.de cond.& demonſtr. Adeò, quòd iudex non poſſet procedere,niſi prius ſoluta penſione.Et tamen illa conditio recipit limitationé, & declarationem

**Intellectus ad illa verba, videlicet, abſq; retardatiõe ſolutionis penſionis.**



tionem ex interpretatione ſignaturæ, & Rotæ ſimilem caſui præcedenti,videlicet,niſi ex productione bullæ reſeruationis ipſius penſionis reſultaret exceptio, per quam iuſtè denegari poſſet ſolutio,quia tali caſu non diceretur retardari,& iudex ſiue auditor procedere poterit,etiam non facta ſolutione,per ea quæ dicit Bart.in l.j.§.& parui.ff.quod vi aut clàm. Et eſt aduertendum, quòd iſto caſu ſignatura dat commiſsionem conſtito de bono iure,vt iudicauit Rota annis præteritis in vna Toletana præſtimoniorũ coram * me pro domino Petro Pacheco cõtra Ioan.de la Raya,quæ ſententia poſtea confirmata fuit per R. P. D. Marcellũ. Et ille caſus fuit magis difficilis, quàm iſte de quo agitur, ex eo,quia ibi D. Petrus fuerat iam prius cõdemnatus per auditorem cameræ ad ſoluendam penſionem,& nihilominus data fuit illi commiſsio, quòd conſtito ex eiſdem actis de bono iure,& non iure aduerſarij, ego procederem ſine illa clauſula abſque retardatione.

*Caſus notabilis in ſignatura deciſus.*

¶Et per prædictam doctrinam Bart.in d.§.& parui.fuit etiam in ſignatura deciſus alius notabilis caſus in propoſito,vt refert Dom.Anton.de Burgos Hiſpanus in quibuſdã notis ſignaturæ,videlicet,quidam Titius habebat facultatem transferendi penſionem,quam faciebat ſibi Gaius beneficiatus ex forma bullæ,cum hac tamen cõditione, quòd quando Titius penſionem in alium transferre vellet,deberet prius infra tres menſes intimare ſibi tranſlationem fiendam: aliàs tranſlatio eſſet nulla. Accidit,quòd Titius non facta aliter intimatione Gaio tranſtulit penſionem in Martinum,Martinus adueniente termino ſolutionis petit penſionem ſibi tranſlatam à Gaio debitore,contra quem recuſantem ſoluere cõmiſit cauſam cum dicta clauſula ſine retardatione.Gaius negat ſe teneri ad penſionem,ex eo,quia ſibi infra tres menſes non fuerunt intimatæ bullæ tranſlationis,vt cauebatur in bulla. Martinus replicabat Gaium non eſſe audiendum ante ſolutionem propter illam clauſulam commiſsionis,ſine retardatione ſolutionis penſionis. fuit concluſum in ſignatura Gaium audiendum,& eſſe dandam illi commiſsionem directã eidem auditori,quòd conſtito de exceptione illa Gaij reſultante ex inſpectione literarum,nõ teneretur interim ſoluere.verum,quia ſuper hoc

mul

multum contendebatur, fuit de conſenſu partium ſic modi
ficata cõmiſsio, cum hac clauſula, videlicet, data tamen cau
tione in forma depoſiti de penſione ſoluenda in euentũ ſuc
cumbentiæ, & ſine iſta clauſula commiſsio fuiſſet conceſſa,
ſi pars vltro cautionem non obtuliſſet.

¶ Et eſt aduertendum, quòd licet inferiores à Papa poſsint
ſuper beneficijs penſiones imponere in caſibus notatis per
Paulum Romanum in tractatu penſionis. q. j. num. 10. n. &
q. iiij. num. 10. & habetur in c. paſtoralis. de his quæ fi. à præ-
lat. & in c. niſi. vbi Abb. in fin. de præben. Tamen in illis pen
ſionibus de ſtylo ſignaturæ nõ ſolet in cõmiſsionibus appo
ni dicta clauſula, ſine retardatione: ſecus eſt in penſionibus
impoſitis per Papam. Ratio diuerſitatis eſt, quia inferiores
à Papa non poſſunt, niſi certis caſibus, & cauſa expreſſa im-
ponere penſiones, quæ nõ tranſeunt ad ſucceſſores, vt not.
Ioan. Baptiſta de S. Seuerino in trac. penſ. q. iiij. & doct. in c.
extirpandæ. §. ſi. de præben. Et quia dubitari poteſt, an pen
ſio impoſita fuerit ex iuſta cauſa, & in caſibus permiſsis,
propterea in talibus penſionibus impoſitis per inferiores à
Papa, non ponitur dicta clauſula, quia non eſt honeſtum,
quòd ilico ſine aliqua diſcuſsione habeant executioné pa-
ratam. Sed in Papa non attinet dubitare de poteſtate, cum
omnia poſsit. ideò penſiones ab eo impoſitæ non poſſunt
recipere dubium quin valeant, ideo debent ſtatim executioni
propterea in eis apponitur dicta clauſula, & ita ſit differen-
tia inter ſuperioré & inferiores. Et quia etiã eſt honeſtum
quòd penſio aſsignata ex mandato Papæ debeat magis ef-
ficaciter ſolui & impleri, quàm impoſita per inferiores. arg.
c. ſi quando. de reſcrip. ¶ Præterea eſt aduertendum circa
dictam clauſulam ſine retardatione, quòd quando præde-
ceſſor meus diu non ſoluit penſionem, datur commiſsio ſu
per inualiditate penſionis ſine dicta clauſula ſine retarda-
tione. Ratio eſt, quia eſt præſumptio, quòd pẽſio fuerit ex-
tincta, cum non ſit veriſimile, quòd tanto tempore negle-
rit eam petere. arg. cap. ſuper hoc. de renun. Et ideo præſu-
mitur eam habere pro derelicto, iuxt. not. per Abb. in cap.
contingit. de dolo & contum. Et iſta præſumptio eſt fauo-
rabilis eccleſiæ, quæ ſic liberatur à ſeruitute, & benignior
reputatur in dubio illa interpretatio quæ pro libertate fa-
cit

Penſiones imponere ſuper beneficijs.

Clauſula illa, videlicet, ſine retardatione.



cit. cap. pen. de re iud. Hinc eſt, quòd licet impoſitio penſio-
nis requirat authoritatem Papæ, & partiũ obligationem,
quia grauatur beneficium ſeruitute, vt in cap. prohibemus.
de cẽſib. caſſatio tamen, ſiue liberatio penſionis fieri poteſt
ſine authoritate Papæ, ſola ſimplici cedula, vt dicit Alex. in
cap. Agatoſa. lxiij. diſt. cuius dictum approbatur à Rota.

Interpꝛtatio, q̃ pro libertate facit, benignior reputatur.

¶ Eſt & alius caſus in quo non apponitur dicta clauſula, vi
delicet, quando ſucceſſor committit cauſam nullitatis pen
ſionis impoſitæ ſuo prædeceſſori per arbitros à collitigan-
tibus electos. pro quo facit dictum Rom. conſil. ccclxix. in
iiij. dubio. in ij. colum.

¶ Eſt & alius caſus in quo dicta clauſula ſine retardatione
poni non debet, videlicet, quando vnus impoſuit penſio-
nem, puta centum ducatorũ ſuper pluribus beneficijs ſuis.
Nam ſi poſtea ille moriatur, & beneficia diuidantur in plu-
res, & penſionarius velit quemlibet poſſeſſorem beneficij
inſolidum ad ſoluendũ penſionem cõuenire, ſub prætextu,
quia penſio habet executionem paratam, & obligatos om-
nes, ſicut obligatio in forma cameræ, nihilominus non da-
bitur ei commiſsio ſine retardatione. Ratio eſt, quia poſ-
ſeſſores beneficiorum non tenentur ad totam penſionem
inſolidum, ſed pro rata. Vt concluſit Rota die xvj. Martij *
M.D.xxxiiij. coram Dom. Ioan. Clerici in vna deciſ. per di
ctum Abb. in cap. conſtitutus. per illum tex. de relig. domi.
Et quouſq; iudex cognoſcat, quæ ſit rata penſionis, & diſcu
tiat valoré omnium beneficiorum, penſio nõ poteſt dici li-
quida, ideo nõ debet dari clauſula ſine retardatione.

¶ Et eodem mudo quando Epiſcopus imponeret penſio-
nem ſuper beneficio iuriſpatr. laicorum ſine patronorum
conſenſu, quod videtur poſſe facere, dummodo non tranſ-
eat ad ſucceſſores, vt not. gl. in cap. ad hæc. de offic. vica. &
licet Præpoſitus in cap. quando. verſic. quid ſi rector. ſentiat
contrarium, tamen iudicio meo non debet concedi dicta
clauſula, quia poteſt dubitari de poteſtate imponentis pen-
ſionem, per dicta Rochi in tract. iuriſpatr. in verbo hono-
rificum. in iij. quæſt. & interim pẽſio non debet habere exe-
cutionem paratam.

¶ Et eodem modo eſt dicendum in caſu in quo peteretur
penſio à beneficiato, qui fecit plures impenſas in recupe-
rando

rando beneficio,& eius poſſeſsionem,& vult quòd penſio-
narius contribuat. Nam licet contribuere nō teneatur,ni-
hilominus quia hoc recipit probabile dubiū propter diuer
ſitatem argumentorum,quæ poſſent fieri de l.ij.§.ſi cōſer-
uatis.circa fin.& l.amiſſæ.in fin.& l.nauis.ff.ad l.Rhod.de
iac.Et quia ſemper debet ſolui penſio donec declaretur nul
la.cap.querelam.de elect.propter iſtas probabiles dubita-
tiones non debet dari clauſula ſine retardatione. Et idem
eſſet,quando ille in quem tranſlata eſt penſio,in alium eam
de facto tranſtuliſſet de conſenſu beneficiati, quia hoc caſu
clauſula ſine retardatiene non debet dari.

¶Eſt tamen vnum aliud notandum,quòd de ſtylo ſignatu
ræ in caſibus,in quibus datur dicta clauſula ſine retardatio-
ne debitori ob non ſolutionem penſionis,non conceditur
beneficium.cap.Odoardus. ¶Tamen ad hoc eſt aduerten
dum,quòd putarem ego ſtylum iſtū procedere, quando de-
bitor penſionis conceſsiſſet eius impoſitioni perſonaliter.
Nam tali caſu ex quo in eius conſenſu ineſt iuramētum,&
obligatur in forma cameræ,non eſſet honeſtum poſtquā
habet beneficium,ad cuius regreſſum ſe obligauit, ob non
ſolutionem,quòd iuuetur exceptione dicti cap.Odoard.
vel alia ſimili,per ea quæ dicta ſunt , quia potius debet di-
mittere & reſtituere beneficium quod accepit.Nam non eſt
honeſtum,quòd retineat beneficium , & quòd non ſolu
aliàs facile illi daretur occaſio & anſa peierandi. Nec in
caſu ſi denegatur illi auxilium d.cap.Odoardus,fit illi iniu
ria,quia ſcienti & volenti non fit fraus neq; iniuria.vulg.
ſcienti.de reg.iur.lib.vj. Et quia iuramentum eſt perſona
le,debet per ipſum iurantem impleri in forma ſpecifica.
debitores.& cap.ad noſtram.de iureiur. Sicut etiam vide-
mus,quòd beneficium illius cap.nō datur , etiam condēna-
* to per tres ſententias,vt cōcluſit Rota in vna Senen.coram
D. Chriſtophoro Panigarola. x. Decembris M. D. xxiii.
per no.per Bald.in l.j.C.qui bon.ced.poſſ. Aretin.& Iaſo.
§.fin.inſtit.de action.ſed prædicta nō militant quando cō-
ſenſus per alium eſt præſtitus. Hinc eſt,quòd de ſtylo Rota
& curiæ quando quis conſenſit perſonaliter reſeruationi
penſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis,illas cenſuras & pœ-
nas incurrit,ſi in tempore non ſoluit,etiam ſine aliqua ali

Benefic.cap. Odoar.nō datur cōdemnato per tres ſen tent.

Scienti, volētique non fit fraus nec iniu ria.

Cōſenſus per ſonalis.



literarum intimatione.Secus eſt quando conſenſit per aliū,
quia tunc requiritur intimatio , prout in vna Ladisladien.
canonicatus, & præbendæ iudicauit Domi.Guliel.Caſsio-
dorus de menſe Aprili M.D.XXI.ſuper quo latiſsimam deci-
ſionem ipſe ſcripſit, quæ incipit,dubitaui in vna &c. quam
non curo referre.

¶Eſt bene verum, quòd aduerſus debitorem penſionis per
prædeceſſorem impoſitæ,poſſet procedi per viam commiſ-
ſionis in vim monitorij per auditorem cameræ ad ſolutio-
nem penſionis abſq; alia intimatione literarum : tamen nō
poſſet contra illum procedi ad pœnas , vel cenſuras,niſi,vt
præfertur,perſonaliter cōſentiret, de quo quidem ſtylo etiā
meminit idem D.Guliel.in quadam alia deciſione ſignatu-
ræ poſita inter deciſiones Rotæ , quæ incipit,propoſui etiā
commiſsionē &c.vbi quaſdam ſuper hoc rationes aſsignat,
quæ poſſunt ibi videri.

## REGVLA DE SVBROGANDIS COLLITIGANTIBVS.

ITEM,*idem dominus noſter litium ſuccin
dere cupiens anfractus, & ne noui colliti-
gantibus aduerſarij dentur , prouidere:uo-
luit,ſtatuit,& ordinauit,quòd quotiens de-
inceps aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio colli
tigantem in iure,uel ad ius (ſi quod forſitan eius aduerſa-
rio in dicto beneficio competierit) ſubrogari conceſſe-
rit, dummodo præfatus collitigans in dicto beneficio in-
truſus non ſit, nec ſuper eo contra dictum aduerſarium,
poſtquàm illud per triennium pacificè poßederit, lis tunc
mota fuerit aliorum quorumlibet de præmiſſò iure , ſiue
tunc uacet , uel tunc uacauerit,impetrationes.* (Hæc *uer-
ba addidit* Leo x.*uel conceßionis etiam motu proprio*)
*infra menſem ante conceßionem huiuſmodi factæ , nul-
lius ſint roboris uel momenti.* Hadr.VI. & S.D.N.Pau-

*lius* III.*hæc uerba quæ ſequuntur, addiderunt, uidelicet:*
*Et nihilominus ſrē Pauli* II. *&* *Innocentij* VIII.*ac*
*Hadriani* VI.*Romanorum Pontificum, prædeceſſorum*
*ſuorum ueſtigijs inhærendo, cupiens eorum fraudibus*
*obuiare, qui uiuentium beneficia illorum præſertim, qui-*
*bus aut propter ſenium, aut infirmitatem imminet uitæ*
*periculum impetrant, ut illis decedentibus, tanquam colli*
*tigantes in illorum iuribus facilius ſubrogentur: uoluit*
*ut deinceps nullus in iure, uel ad ius in beneficio defuncti,*
*quod illo uiuente in caſibus præmiſsis, uel ſimilibus impe-*
*trauit, aliquo modo ſubrogetur, ac ſubrogatio, & gratia*
*ſi neutri, ſi nulli, ſeu nouæ prouiſionis, aut perinde uale-*
*re, taliter impetranti nullatenus ſuffragetur, quod etiam*
*ſtrictiſsimè obſeruari mandauit in impetrationibus bene-*
*ficiorum per priuationem & amotionē ex quibuſuis cri-*
*minibus, & exceſsibus forſan perpetratis, etiam ſi uſque*
*ad diffinitiuam ſententiam, quæ tamen in rem non tranſi-*
*uerit iudicatam, proceſſum foret.*

PRAEFATIO.

Regulæ origo.

ORIGO iſtius regulæ antiqua eſt, à Io. XXIII. initium
habens, qui duas in iſta materia regulas condidit ſimili-
tares, non tamē omnino concordantes cum noſtra Moder-
na. Nam prima eius regula diſponit, quòd nullus collitigans
valeat ſubrogari in beneficio, vel ad ius collitigātis vacans
per eius obitum, contractum matrimonij, ingreſſum reli-
gionis, vel alium caſum, niſi prius auditori cauſæ de colla-
tione ſibi facta, vel alio colorato titulo docuerit, aut ſaltem
iurauerit cauſam ipſam nō malitioſe, nec fraudulenter, ſed
purè, & bona conſcientia inchoaſſe: ipſiq; etiam auditori
hoc ipſum ex veriſimilibus cōiecturis ita viſum fuerit, quo
caſu ad prædictam ſubrogationē procedat. Alioquin prædi-
cta ſubrogatio, commiſsio, & quæcunq; inde ſequuta, nul-
lius voluit eſſe momenti, quę habere locum voluit etiam in
cauſis per appellationem indeciſis pendentibus. Hæc in ſum
ma



ma prima regula cōtinebat, ad quam adaptatur deciſio Egi
dij cxvj. incipiens, ſi petens.
¶Secunda eius regula habet aliquam ſimilitudinem cum
noſtra moderna: nam voluit idē Io. Papa XXIII. quòd ſub-
rogatus in ius collitigātis præferatur alteri non collitigan
ti habenti prouiſionem ſub eadem data. Et idem voluit ſer-
uari in gratia ſi neutri.
¶Primam regulam Ioānis Martinus Quintus innouauit.
de ſecunda verò nullam mentionem fecit, ſed aliam ipſe di-
uerſam regulam ab illis duabus regulis fabricauit, quæ fuit
publicata nono Calendas Nouembris, anno eius tertio. In
qua voluit, ſubrogationes, vel gratiam ſi neutri, ad benefi-
cia, vel eius collitigantis non valere, ſi apparuerit ipſos im-
petrantes cum ſola & nuda ſupplicatione poſſeſſorē ipſum
in cauſam traxiſſe, quas tāquam fraudulenter & doloſe ob-
tentas, irritas & inanes decernit, ac nullius eſſè voluit robo
ris vel momenti. Ex qua quidem regula poſtea idem Marti-
nus extrauagantem quandam perpetuam fecit, quam ha-
beo inter antiquas nō impreſſas, quæ incipit, cum nōnulli.
quæ plenior eſt quàm illa, de qua miror doctores nullam fe
ciſſe mentionem, quod fortè accidit, quia extrauagantes ex
quo extra certum corpus ſingulariter vagātur, ſolent de fa-
cili permutationes Pontificum obliuioni tradi (vt experien
tia quotidiana experimur) etiam in multis extrauaganti-
bus impreſsis accidit, quæ facilè ignorantur. Itaque iſta ex-
trauagans ex quo non reperitur correcta, hodie in cauſarū
deciſionibus allegari poſſet. Et quia eius deciſio rationabi-
lis & vtilis videtur, & pauci eam habent, hîc ad verbum inſe
rere libuit. Tenor talis eſt: CVM nonnulli ſuper beneficijs
eccleſiaſticis, eis, vt vacantibus, conferendis, gratias obti-
nuerint, quarum vigore literis apoſtolicis deſuper non con
fectis poſſeſſoribus illorum litem mouiſſe, & eos in cauſam
traxiſſè dicuntur, & conſequenter poſſeſſoribus ipſis defun
ctis in ius eorum, & ad poſſeſsionem huiuſmodi beneficio-
rum, lite pendente ſubrogari, aut aliàs in forma ſi neutri,
prouideri obtinuiſſe, non diſcuſſo ſeu viſo, an gratiæ vali-
dæ, ſeu inutiles fuerint, ſeu an ſuper eis literæ apoſtolicæ po
tuerunt aut debuerunt expediri. Nos talibus fraudibus ob-
uiare cupientes, & omnes, & ſingulas literas ſubrogationū,

Extrauagantes.

ſeu in forma ſi neutri, ſeu aliàs lite pendente, ſuper talibus beneficijs per nos de cætero concedendas, in quibus non apparet impetrantem, aliàs quàm nuda ſupplicatione poſſeſſorem in cauſam traxiſſe, tanquam doloſas & fraudulentas, volumus & decernimus irritas & inanes. Hæc ſunt quæ ſuper iſta materia ædidit Martinus.

¶ Eugenius Quartus nullam regulam ſuper hoc fecit, nec prædictarum aliquam innouauit, ſed ſub ſilentio tranſiuit. Sed Nicolaus V. regulam iſtam eo verborum tenore, quo nunc in modernis regulis deſcribitur, primus omnium introduxit.

¶ Moderni verò Pontifices, vt Leo, & cæteri ad illam regulam Nicolai, vnam clauſulam addiderunt: nam poſt verbū impetrationes, poſuerunt hæc verba: vel etiam cōceſſiona motu proprio &c. & hoc fecerunt, vt tollerent dubitationem, de qua hîc diſputat Gloſſator propter verbum impetrationes, quod videbatur excludere gratias motu proprio conceſſas, iuxta l.j. & quæ ibi not. C. de peti. bon. ſub. lib. cum inter illas ſit magna diuerſitas, vt in cap. ſi pluribus de præbend. lib. vj. Hadrianus Papa v i. ſolus hanc regulam, ſicut & plures alias mutauit, ſeu potius limitauit. Nam voluit hanc regulam locum non habere in impetrantibus beneficia viuentium ſeniorum aut infirmorum, vel per priuationem aliquorū, in quibus caſibus noluit ſubrogationes, nec gratias nouæ prouiſionis, vel ſi neutri, valere. Et quidam dicunt hoc ideo factum fuiſſe, quia ante iſtam prouiſionē Hadriani expeditum erat, ſubrogationes factas de infirmo, & ſene, valere, ex eo, quia per citationem factam contra tales infirmos, vera litis pendentia inducebatur, in qua erat de iure ſubrogationi locus, vt dicit hic Felyn. Hadrianus tamen ſubrogationem valere noluit. Tamen hæc inuentio aut limitatio ad iſtam regulam, licet tempore Hadriani nouiter prodierit, non fuit Hadriani, ſed Martini Quinti, qui quandam aliam ſuper hoc extrauagantem fecerat. Cuius tenor talis eſt: Quorundam &c. Sed nonnulli ambitionis ardore feruentes, in diuerſis regionibus, viros eccleſiaſtica beneficia obtinētes fortè ſenio, vel infirmitate confractos explorant, ipſoſq; ſuper criminibus & delictis falſò deferunt, & obtinēt reſcripta iudicibus directa de priuādo prætextu talium



criminum beneficijs huiuſmodi, & eiſdē delatoribus prouidendo, & conſequenter eos ſenes & infirmos, vigore cōmiſsionis huiuſmodi, ſuper delatis criminibus citari faciant, nihil, aut parum amplius proſequētes, & deinde poſt eorum obitum beneficia huiuſmodi prætextu citationis factæ, litigioſa prætendētes, & nullum præter Romanū Pontificem poſſe conferre vacantia tanquā litigioſe impetrata, & procurāt ſe in ius defuncti ſubrogari, aut eadē eis beneficia cōferri, volentes talibus inſidijs & fraudibus obuiare, ex quibus etiā aperitur via machinationis in mortem. Perinde declaramus per citationē huiuſmodi, aut alium inde ſequutum proceſſum citra priuationē citati beneficia minimè litigioſa, neq; litem ſuper his pendere cenſeri, ſi per annum ſteterint, quòd litē per citationem cōtinuè proſequuti. Quinimò de beneficio huiuſmodi per obitū poſſeſſoris per illos, ad quos aliàs diſpoſitio pertinet, liberè poſſe diſponi &c. ¶ Ex iſta quidē extrauagāti apparet limitationem Hadriani fuiſſe antiquam. quinimò ipſe idem Martinus per duas alias extrauagātes cōſtitutiones cōſtituit, quòd ſi quis moueret litē, antequam prius ſibi ius cōpeteret, ſiue haberet titulum ad beneficiū ſuper quo litē mouit, eſſet inhabilis ad illud beneficiū, ac poſſeſſori in ius vocato condēnaretur in expēſis, damnis, & intereſſe. Statuit etiā, quòd per quācunq; litis pendentiam in Romana curia, in qua nō fuerint ſeruati omnes termini, & doctū de iure actoris per ſuorū iurium productionē poſt annum à die præſentatæ cōmiſsionis, & omnis eius lis huiuſmodi fuerit introducta, non cenſeatur beneficiū ſic liti affectū, quin per illum, ad quē aliàs collatio & diſpoſitio pertinet, poſsit liberè prouideri. Et licet hoc Hadriani additamentū prius Martini v. fuerit, vt ſuperius dictum eſt, & aliàs ſalutare videatur, nihilominus Clemens v i i. de hoc Hadriani additamēto nō curauit, ſed ſequutus eſt Leonē fratrem eius patruelem, nihil aliud ad regulā addens. Sed Paulus Papa i i i. nūc feliciter viuens, Hadrianum in omnibus eſt imitatus. Et licet iſti Pontifices inter ſe varij videātur, omnes tamē in effectu ad eundē finē tendunt, & in regulis ſuis concordant, exceptis limitationibus Hadriani & Pauli i i i. Et ideo ego eundem finem ſequutus, regulam ipſam iuxta communem literam in libris Rotæ ſcriptam

cõmẽtabo. In reliquis verò faciã, ꝑut opportunũ videbitur. ¶Illud tamen ante omnia non eſt omittendum, quia deſeruire poterit ad multa inferius dicenda, quòd regula iſta (vt ex eius prooemio innuitur) eſt fauorabiliter amplianda. Et quo emanauit ad tollendũ & amputandũ litium anfractus, iuxta vulg. l. properandum. C. de iudi. de quo latius in reg. de annali dicam. Poſtremo pro intelligentia dicendorum præmittendum eſt, quòd duo ſunt genera ſubrogationum. Primum eſt per obitum collitigantiũ. Et ſi ſunt plures collitigantes, ſuperſtites omnes poſſunt ſe infra menſem bis in regula deſignatum ſubrogari facere, & hoc genus ſubrogationis non deberet cõcedi, cum derogatione iſtius regulæ, alteri, quàm collitigantibus, niſi pro Cardinalibus, vt dicam ſuper hoc latius infrà in xv. quæſt. quod procedit quando beneficium vacat in curia, quia tunc cum difficultate hodie conceditur derogatio, niſi trãtactum fuerit interim notabile tempus, puta duorum vel trium menſium, intra quod veriſimile eſt colligantem fuiſſe in negligentia: ſed ſi collitigans moreretur extra curiam, datur ſubrogatio, etiam pro non collitigante ſine derogatione regulæ. & ita ſe habet vſus & ſtylus ſignaturæ. Secũdum genus ſubrogationis eſt, quando collitigans, lite pẽdente, cedit in alium tertiũ non collitigantem, & iſto caſu hodie ſubrogatio conceditur ſolum cum derogatione iſtius regulæ, & additur in ſupplicatione clauſula, dummodo non cedat in potentiorem, & quatenus ſit vera lis, vt de hac dicã infrà in prima quæſtione. & in xij. & xiiij. q. Si verò ceſsio facta eſt per collitigantẽ, lite pendente, non in tertium, ſed in collitigantem, & iſto caſu non requiritur derogatio regulæ, neque apponũtur in iſta ſubrogatione prædictæ clauſulæ, quia in effectu non dicitur propriè ſubrogatio, ſed noua prouiſio, quæ cõceditur cum auocatione cauſæ & extinctione litis ſimpliciter.

Regula fauorabiliter amplianda.

## QVAESTIO PRIMA.

IGITVR primo de intellectu illorum verborum regulæ, videlicet, infra menſem ante cõceſsionẽ huiuſmodi &c. quid importent?

¶SOLVTIO. Fely. hic dicit, quòd communis intellectus iſtorum verborum dari ſolitus in curia, eſt iſte, videlicet, quòd collitigans debet ſe infra menſem ſubrogari facere, quo ad hoc, vt fruatur beneficio regulæ, & tũc impetrationes quorumcunque aliorum non collitigãtium ante iſtam ſubrogationem collitigantis factæ non valent. Et ideo inoleuit ſtylus ſignaturæ ſecũdum Fely. quòd ſubrogatio collitigantis facta infra mẽſem, licet poſt impetrationem tertij ſemper illi deroget. ¶Iſta tamen procedunt de plano, niſi ille tertius nõ collitigans derogationem iſtius regulæ obtinuit. Derogatur enim illi ſæpe, præſertim pro perſonis qualificatis abſolutè, prout olim fuit derogatum pro dilecto filio Ioanne Boerij Archidiacono Conchen. vt notauit Reuerend. Bo. me. Lau. Cardinalis Sanctorum Quatuor in quodam libro ſuo derogationũ. fol. lxxxvij. & pro alio ibidem annotato fol. cxvij. cum alijs, vt ibi. Sed pro Cardinalibus paſsim derogatur, de quo dixi aliquid in regu. xxv. de non iudicando ſecundum formam ſupplicationum. q. fin. vbi materiam ſignaturæ iuſtitiæ attingo, & de iſta ſubrogatione Cardinalium tractaui, & licet, vt dixi, pro Cardinalibus derogatio paſsim concedatur, non tamen videtur honeſtum, quòd derogetur in præiudicium collitigantis, quia de iure beneficia litigioſa conferri non debent niſi collitiganti, ne lites in longum procedant, aliàs prouiſio non valet. vt patet in c. j. & ij. vt lite penden. lib. vj. & clemẽ. j. eod. tit. tamen hoc aliquãdo fit cum mentione litis, & tũc valet prouiſio, ſed obſtat iſta regula niſi derogetur.

Infra mẽſem.

Subrogationum genera duo.

¶Hodie tamen quando vnus ex collitigantibus vult cedere in alium non collitigantem, lite pendente, datur derogatio regulæ, cum clauſula, dummodo non fiat ceſsio in potentiorem. & iſta clauſula ponitur ad iſtum effectum, vt tollantur fraudes & ſimulatæ ceſsiones, quæ multotiens fiunt ad effectum, vt aduerſarius collitigans cogatur vi, vel metu potentioris aduerſarij cedere, vel dimittere litem. Quæ omnia per dictam clauſulam purgantur. Et dicitur iſto caſu potentior ceſsionarius, quando ille habet poteſtatem, ſiue ſuperioritatem iuriſdictionalẽ in ſuperſtitẽ collitigãtem, vt dicit Inno. & Hoſt. in c. ij. de alienan. iudi. mu. cau. fac. Et refert deciſio j. ſub eodẽ tit. in no. aliàs eſt nu. clxxvij. incip. ceſsio facta. & Ro. in conſi. dxviij. incip. in caſu propoſito. Et iſta eſt communis opinio, declarando tamen eam, vt per Iaſonem in l. j. C. ne lice. poten.

Clauſula, dũmodo ceſsio &c.

Ceſsionarius potẽtior quãdo quis dicat.

¶Dicitur etiam potentior aduerſarius, quando ceſsio fit
in clericum per laicum: nam clericus hoc caſu reputatur po
tentior ſecundum ſtylum Cancellariæ, vt dicit Collecta in
cap. j. in fin. de alie. iudi. mu. cau. fac. & ita ſeruari atteſtatur
Hieronymus Paulus in illo vulg. libro practicæ Cãcellariæ.
fol. xliiij. verſicul. clericus in Cancellaria &c. Tamen Can-
cellaria teneat quicquid velit, illud de iure verum non eſt,
quòd clericus ſit laico potentior: nam cõtrarium tenet Ho.
ſtien. in ſumma de alien. iudic. §. fi. qui voluit quemlibet la-
cum potentiorem clerico, ex eo, quia laici ſunt terribilio-
res. c. alicui. & cum multis. ij. q. vij. Et quia clerici laicis ſunt
infeſti. c. clericis. de immunit. eccle. lib. vj. Ideo concluden-
dum eſt ſecundum veras & communes cõcluſiones, quòd ſi
clericus in quem ceſsio fit, cauſa mutandi iudicium non ha-
beat ſuperioritatẽ iuriſdictionalẽ ſuper laicum, non dici-
tur potẽtior, prout tenet idẽ Collecta. & alij in c. ij. eo. tit.
Et reaſſumit Rota in d. deciſ. j. in no. vel niſi dicamus, quòd
clericus dicatur potentior, quando eſſet potens ex magna
domo & bellicoſa, prout Columnenſium, vel Vrſinorũ, vel
Cãcellariæ ſtylus poteſt defendi, ratione fori, vt clericus di-
catur laico potentior. ¶Et iſta quæ dicta ſunt de ceſsione
non faciẽda in potentiorẽ, limitantur non procedere, quan-
do vna ſententia fuiſſet lata procedente collitigante, quia
tali caſu poſſet collitigans pro ſuo libito in quemcunque re-
nuntiare, & derogatur regulæ. Ita fertur dixiſſe Bo. me. Tr
uultiũ tenuiſſe Rotam. Et ita reperio fuiſſe deciſum, quod
eſt valde notandũ: temporibus tamen meis non accidit iſte
caſus, ſed non videtur ſine ratione illud dictum, quia quãdo
collitigans ſentẽtiam pro ſe habet, omnis præſumptio ma-
litiæ ceſſat, quòd propterea in potentiorẽ ceſſerit, quia di-
fidebat de iure ſuo, quod melius facere ſperabat, conſtituen-
do ſuo collitiganti duriorem aduerſarium. arg. l. qui ſtipen
dia. C. de procur. Et ſentit Abb. poſt Specul. in c. ij. in ij. col.
verſ. aduerte tamẽ ad vnum dictũ notabile &c. de alie. iudi.
mu. cau. fac. Et ad hoc facit bene tex. in l. ſi inſtituta. §. fi. ff.
de inoffi. teſt. vbi propter primã ſententiã debet quis ali ab
hærede, etiam pendente appellatione, vbi aliàs non deberet
ali, vt in l. qui de inofficioſo. eo. tit. ¶Sed eſt aduertendum,
quòd iſta ſentẽtia debet eſſe lata cõtra omnes collitigãtes
non

Cleric⁹ an ſit laico potentior.

Ceſsio non facienda in potentiorem.



non autem ſufficeret, ſi contra vnũ tãtum proferretur, alio
in lite remanente: vt in notabili caſu proponebatur diebus
preteritis in Rota, in vna Illerden. parochiali de Alcaras co
ram R. P. D. Marcello, quæ fuit poſtea cõcordata, quem pro-
pter eius ſingularitatem referam caſum. Quidam Antonius
Carreres prætendens habere ius ſuper dicta parochiali, cõ-
miſit cauſam cõtra quendam Ludouicum Caſtellar, & Dio
nyſium Molner, & cõtra ambos ſeruauit terminos. Tamen
quia Dionyſius non comparuit, nec miſit procuratorem,
Antonius obtinuit ſententiam per audientiam contradict.
contra Dionyſium, præſtita cautione, Ludouico in lite re-
manente, de reſtituendo beneficio cum fructibus in euen-
tum ſuccumbentiæ, prout quotidie de ſtylo fieri ſolet. Acci-
dit, quòd dictus Antonius obijt, & dictus Ludouicus obti-
nuit ſe ſubrogari tertia Nouẽbris anno primo Pauli. Qui-
dam Carolus de Marchionibus etiam ſub eadem data, ſibi
prouideri per obitũ Antonij de dicta parochiali obtinuit,
in cuius ſupplicatione erant hæc verba: Et cum derogatio-
ne regulæ de ſubrogandis, quo ad dictam parochialem tã-
tum, attento, quòd dictus Antonius defunctus ſuper illam
rem iudicatam reportauit. Fuit diutius diſputatum, & dubi
tatum in Rota. vtrũ dicta derogatio regulæ præiudicaret
dicto Ludouico, cõtra quẽ Anto. non obtinuerat rem iudi-
catam, ſuper quo caſu cõſulti fuere Abbreuiatores de par-
co maiori, qui dixerunt Papam cõſulendum. Tamen quòd
ipſi non expedirent ſuper tali derogatione bullã cum præ-
dicta derogatione. Sed eam poſtea lõgo interuallo dictus
Dionyſius per cameram expediuit, cum derogatione regu-
læ, & ſine illis verbis, quòd Antonius rem iudicatam repor
taſſet &c. Et ideo Rota remiſit bullam ad corrigendum, &
ita poſtea concordarunt. Ita ſe habuit facti ſeries, ſuper qua
plura dicta fuere. ¶Mihi tamẽ pro nunc videtur, quòd bul
la legitimè expedita, cum omnibus clauſulis contentis in
ſupplicatione, non officit Ludouico, quia Papa non voluit
concedere Carolo, niſi tantum ius Antonij, qui cõtra Dio-
nyſium ſentẽtiam obtinuerat: ius verò Ludouici Papa non
tetigit, quia ſaluum manet, vt prius, niſi dicamus, quòd in
hoc grauatur Ludouicus, quia ſibi debetur ſubrogatio per
obitum collitigantis ex priuilegio iſtius regulæ, quæ pro-

Caſus notabilis.

hibet nouos collitigantibus aduerſarios dari,vt litiũ ſit fi-nis.Ita quòd Ludouico debebatur ius Antonij,non Carolo. Tamen hoc non ſufficit quando Papa expreſsè derogat huic regulæ,qui poteſt hoc facere. Nam nulli iniuriã facit ſi ſuo iure vtitur,præſertim,quia non tollit ius ipſius Ludouici per dictam derogationem.Nec obſtat,quòd ius Antonij debebatur Ludouico collitiganti,per prouiſioné iſtius regulæ,quia reſpondetur eſſe verum non nata derogatione,quia conſtat Papã ius Antonij poſſe dare cui velit,dummodo nõ præiudicetur iuri dicti Ludouici. Experietur igitur Ludouicus de iure ſuo,& ſi apparuerit eſſe melius,iure Antonij obtinebit:ſin autem non erit melius,prout ſi Antonius viueret,& litem proſequeretur,vtiq; ſuccumberet,ita & cum Carolo periculum faciet.

Cautela ad euitandam regulam.

¶Inuenta eſt tamen modernis temporibus vna cautela ad euitandam iſtam regulam caſu quo non daretur illius derogatio.Nam procurabam clàm quòd vnus tertius non collitigans,in quem cedere intendebã,hoc beneficium litigioſum impetraret,& cauſam contra me poſſeſſoré committeret:nam tali caſu ceſsio facta in illum nouum collitigãtem valebat,& ſic ſatisfactum erat regulæ. Et idem eſt,quando ille in quem cedere volebam,impetrat gratiam ſi neutri,& poſtea faciat ſibi cedi per poſſeſſorem,nam ceſsio valet.Et tamen iſto modo deluditur verus collitigans. Quibus fraudibus & cautelis regulæ Hadriani,& S.D.N.Pauli III.hodie ſubueniunt & occurrunt,quæ fortè propter huiuſmodi technas emanarunt, quamuis in dicta regula Hadriani dicatur hoc prius Paulum II.& Inno.VIII.præuidiſſe.tamen ego in regulis illorum non inuenio,niſi fortè regulæ ad partẽ fecerint,quæ vt audio,ſolent imprimi in modernis deciſionibus Rotæ.vtcunque ſit,hodie illis fraudibus ſatisfactũ eſt.

QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, vtrum iſta regula habeat locũ extra curiam coram ordinarijs & legatis?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic col.fi.tenet regulam in illis habere locum,cum ſit vniformis ratio quo ad omnes,iuxta cle.j.de electio.cũ vulg.Nec obſtat,quòd verba regulæ innuunt eam in Papa tantum loqui:vt patet in illis verbis,ſubrogari conceſſerit, &c. Quia reſpódet Gloſſator,



Exempla non reſtringunt regulam.

ſator,quòd exempla non reſtringunt regulam.Nam ſi Papa per iſtã regulã imponit ſibi legem,à fortiori imponere intédit alijs inferiorib.vt in cle.j.de reliq.& vener.ſanct.cum ſimilibus.de quibus hîc per eum. ¶Adde pro iſta opinióe, quia quãdo regula eſt fauorabilis,recipit latiſsimam interpretationem etiam ad caſus non expreſſos.c.j.vbi gl.in verbo Italiæ.de temporibus ordinandorum.lib.vj.gl.in c.ſtatutum.de præben.lib.vj.cum vulg.vt ſcribit Iaſon in l.fi.ff. de in ius voc.Sed regula iſta eſt huiuſmodi,igitur erit latiſſimè extendenda:quòd ſit huiuſmodi,apparet ex eius proœmio ibi,litiũ cupiens ſuccindere anfractus &c. Nam omnis conſtitutio abbreuians & auferens lites,iudicatur fauorabilis,& bonum publicum cõtinens, vt dicam in regula de annali.q.ij.Et clarum eſt,quòd odia reſtringi debent,& fauor ampliari,vt dicitur in vulgata regula iuris, odia. Concludo igitur,quòd quicunque inferior à Papa,qui poteſt ſubrogationem collitigantis concedere,ſub regula iſta comprehenditur tãquam fauorabilis. ¶Eſt tamé aduertédum, quòd licet iſta regula debeat ſeruari extra curiam,in Britannia tamen non habet locum propter conſtitutionem Calixti,vt dicit hîc Fely. Quid autem illa conſtitutio cótineat, videre nõ potui. Reliqua quæ in genere ſuper hac quæſtione dici poſſunt,dixi in proœmio regularũ.q.ij.& in regula de infirmis reſig.& alibi ſæpe,vbi hanc ſimilem quæſtionem repeto.

Imponens Papa legem &c.

Regula fauorabilis.

Conſtitutio omnis,fauorabilis iudicat.

Regula an habeat locum in Britannia.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, nunquid regula iſta procedat, quando ille qui cõmiſit cauſam literis non expeditis petit ſe ſubrogari per obitũ illius cõtra quem cauſam commiſit,& in iudicium vocauit?

¶SOLVTIO.Iſte caſus deciſus olim videbatur per regulam Martini V.de qua in euidentialibus feci mentionem. Sed licet regula expirauerit per eius mortem,ratio tamé remanet:ex qua idem dicendum videtur, videlicet,quòd regulæ non ſit locus,quia vbi nulla eſt lis,dici non poteſt aliquis collitigans,ſed committens cauſam literis non expeditis, cum non tribuit aliquam iuriſdictionem per eius commiſſionem,vt dicit regula XXIX. infrà eod. non poteſt dici ibi

eſſe

Priuatio præſupponit habitum.

eſſe litem, vbi non eſt iudicium. Nam priuato præſupponit habitum, & vbi non eſt habitus, neque priuatio. cap. ad diſſoluendum. cum vulg. de deſpon. impuber. & vulgò dicitur non entis nullas eſſe partes. l. eius. cum ſimilibus. ff. ſi cert. petat. Regula igitur iſta de collitigantibus loquens, iſtum caſum non comprehendet.

¶ Tamen contrarium poteſt de facili ſuſtineri ex eo, quia negari non poteſt per cōmiſsionem & citationē decretam, & executā litem induci, & beneficium effici litigioſum quo ad partes, licet quo ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis ſufficeret ſolum decretum citationis, iux. gloſſ. in clem. ij. vt lit. pen. tradit Abb. in cap. fi. col. fi. de offic. leg. cum concor. traditis per Gloſſatorem in regula de annali. vbi dicā, & latius dixi ſuprà in regula proxima. q. fin. Executio igitur & notitia citationis eſt illa quæ conſtituit duos collitigantes: vbicunque igitur iſta concurrunt, regula locum habebit. Nec obſtat, quòd iuriſdictio eſt nulla literis non expeditis, quia illud procedit ex poſt ex parte iudicis, quando de dicta regula xxix. opponeretur ad effectum, vt in cauſa ad vlteriora non procederet, ſed à principio iuriſdictio valida eſt, & citationis decretum, & executio, qua quidem executione facta reus comparans poteſt excipere de dicta regula xxix. & iuriſdictionē annullare: ſed iam manet prius beneficium litigioſum, & hoc procedit quando eſt data in dicta regula xxix. Cæterùm ſi de illa non exciperetur, rectè de plano procederet. Et ideo nō abs re ſignatura apponit in commiſsionibus, quibus petitur cauſa committi literis nō expeditis illam clauſulam, dummodo ante terminum ad articulandum literæ expediātur, & quòd interim beneficium non cenſeatur litigioſum quo ad effectum regulæ de ſubrogandis, vt dixi in præcedenti regula. Clarū igitur eſt, quòd ſi ſubrogatio tali caſu non valeret, fruſtrà illa clauſula apponeretur, quod non eſt dicendum.

Beneficiū quo modo efficiatur litigioſū.

Citationis decretum.

Iuriſdictio nulla literis non expeditis.

¶ Præterea, quia videmus per commiſsionem, literis non expeditis, & per citationem vigore illius decretam & executam, adeò beneficium effici litigioſum, quòd citatus non poteſt poſtea regula de triennali iuuari, vt tenuit Rota in pluribus cauſis, quas in dicta regula enarrabo. Ergo ſi beneficium eſt litigioſum, debet habere locum ſubrogatio.

Citatus iuuari non poteſt.

¶ Præ



¶ Prædictis tamen non obſtantibus prima opin. eſt verior, quam tenuit Rota, vt atteſtatur quidam Moder. Sabinen. in quibuſdam Apoſtillis dictæ regulæ xxix. aſſerentes ſe habuiſſe ab Alexandro de Ceſena, tunc antiquo & practico procuratore.

¶ Et iſta opin. ratione efficaci comprobatur, quia quando opponitur de regula illa xxix. clarum eſt omnia acta retro facta per iudicē cum tota ſua iuriſdictione eſſe nullius momenti, vt aliàs ſæpe iudicauit Rota, & dicam in reg. de annali & de triennali. Et per conſequens cum citatio decreta nulla fuerit, non potuit inducere litis pendentiā, vt in vna Syracuſana Rota concluſit in dicta regula de annali. vbi ponam: non enim præſtant impedimentum, quæ de iure non ſortiuntur effectum, vt dicit regula iuris, & tradit latè Fely. in cap. ex tenore. de reſcript. vbi igitur lis non eſt, ſubrogatio locum non habet, ſed ſimplex prouiſio. Et regula iſta quæ in lite fundatur, hoc caſu non procedet. faciunt ea quæ dicam inferius in octaua q. Nec obſtat, quòd fruſtratoria fuiſſet clauſula illa, quæ quotidie in commiſsionibus ponitur, etiam quòd beneficium non cenſeatur litigioſum, quo ad effectum iſtius regulæ, quia reſpōdetur non eſſe per hoc ſuperfluam, quia apponitur ad maiorē declarationem, & ea quæ ad magis dilucidandam mentem impetrantiū fiunt, licet tacitè inſint, ſuperflua non dicuntur, vt in l. qui mutuā. ff. man. & in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. cum alijs de quibus per Moder. in l. teſtamētum. C. de teſtam. & quia magis timeri & obſeruari ſolent, quæ ſpecialiter repetuntur, quàm quæ generali probatione ſunt dicta, vt dicit tex. in c. ſi aduerſus. de hæretic.

Acta omnia retro facta p iudicem, nullius ſunt momēti.

Impedimentū non præſtant quæ de iure, &c.

Superflua quę dicantur.

Obſeruari magis ſolēt, &c.

¶ Et iſta interpretatio vtilis eſt reipublicę, quia ſic per eam lites reperiuntur, & finem capiunt, quæ per nouos ſubrogatus ſuſcitantur. Nec obſtat, quòd lis mota per illum qui tempore commiſsionis literas expeditas nō habuit, ſufficit quo ad impediendum curſum regulæ de triennali: quia reſpondetur hoc non eſſe omnino ſine dubio. Sed poſito quòd ita ſit, prout Dominus Saganta antiquus procurator retulit, ſuo tempore iudicatum fuiſſe in Rota, vt dicam in dicta regula de triennali. Tamen illud procedit, non ex eo, quia per talem cōmiſsionem dicatur introducta lis, cum clarum

ſit

ſit litem non fuiſſe introductam obſtāte dicta regula xxix. Sed ex eo, quia per talem moleſtiam deſinit ille qui conuenitur eſſe pacificus, quæ quidem qualitas pacificæ poſſeſſionis requiritur in dicta regula de triennali. Quam quælibet moleſtia facti interrumpit, vt dicunt doct. in clem. gratiæ. de reſcrip. Et ſecundum hoc, aliud eſt eſſe beneficium litigioſum, aliud non eſſe pacificum, quia ſtant iſta ſimul, quòd non ſit pacificum, nec litigioſum. Verùm quia iſta, quæ mihi ſatis ſolida non videntur in regula de annali, in illa quàm citatio nulla interrumpat pacificam poſſeſſioné, latius attingam. Ideo ad ibi dicta me remitto.

Beneficiũ eſſe litigioſum aliud eſt, aliud verò non eſſe pacificum.

Poſſeſsio pacifica.

¶ Primo pro prædicta opin. facit quod in fortioribus terminis, præteritis annis, deciderat Rota in vna Hipponigien. parochialis coram dom. Nicolao de Aretio de menſe Iunio M. D. xxj. in qua cauſa Rota voluit litem motam per non habentem mandatum, tamen ratificatam per dominum, poſt mortem collitigantis non proficere, ad effectum iſtius regulæ, quæ requirit verã litem, imò fortius nō proficere, etiam ſi ratificata eſſet poſt ſententiam ante obitũ collitigantis, per ea quæ dicit deciſ. j. tit. de procur. in antiq. Et per dictum Cald. in c. cum olim. de offic. deleg. relatum per Felyn. in cap. cauſam. el. j. in penul. & vlt. col. de iudic. Et ita aſſumit D. Guliel. in Collect. deciſ. fol. ccxiij. Si igitur in caſu, vbi aliàs communis opin. tenuit valere ratificationem quo ad introducendam veram litem, Rota tenuit non ſufficere ad concedendum ſubrogationem iuxta formam iſtius regulæ, quanto fortius ſubrogatio locum habere nō debet in caſu noſtro, quando nulla fuit iuriſdictio, citatio, nec proceſſus inde ſecutus, obſtante diſpoſitione dictæ regulæ xxix. Cum igitur non dicantur tales collitigantes, in eis regula locum non habebit.

*

Lis mota per non habẽtem mandatũ, &c.

¶ Et eſt aduertendum, quòd licet vbi nulla eſt lis, nō ſit dare verum collitigantem, poſſunt tamen ſic nulliter in iudicio contendentes appellari aduerſarij. Et ſtatuta loquentia de aduerſarijs habebunt locum in iſtis: vt tradit Decius in cap. j. in ij. notabili. de iudic. & eſt tex. & ibi not. Decius in ſecundo notabili. in cap. cæterum. de reſcript.

¶ Poſtremo quantum attinet ad illam clauſulam, dummodo literæ ante terminum ad articulandum expediantur, de qua



qua ſuperius aliquid dixi, videnda ſunt quæ latius ſcripſi in regula proximè præcedenti.

QVAESTIO QVARTA.

QVAERO, vtrum illa verba hîc poſita, videlicet, dummodo in dicto beneficio collitigans intruſus non ſit, &c. comprehendant illum ſubrogatum collitigantem, qui obtinuit poſſeſsioné, vigore executorialium ſine intimatione, vel citatione facta parti condemnatæ?

Dũmodo in dicto beneficio, &c.

Intruſus.

¶ SOLVTIO. Plura poſſent hîc diſputatiuè pro vtraque parte dici, ex quo materia eſt fœcunda: tamen vt ſtudeam breuitati quantum poſſum, ſine aliqua diſputatione cōcludendum eſt, illum non comprehendi ſub dictis verbis regulæ. Et ita Rota in vna Brixien. parochialis coram R. P. D. Iacobo Simonetta de menſe Martio M. D. xxj. concluſit. Quia ille, qui virtute executorialium poſſeſsionem capit, non dicitur verè intruſus. Ratio eſt, quia quando à ſententia appellari non poteſt, quia tranſiuit in rem iudicatã, ſententia poteſt executioni mandari ſine aliqua citatione partis, vt not. Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & in l. meminerint. C. vnde vi. qui alleg. Innoc. in cap. cum ſuper. de re iud. & iſta opin. eſt communis, vt dicit Alex. in d. §. in venditione. & ſequuntur Moder. poſt Abb. in c. cum cauſa. eod. tit. præſertim, quia hodie in executorialibus ſecundum ſtylum Rotæ apponitur clauſula, quòd propria authoritate capi poſsit poſſeſsio, qui ſtylus adiuuatur dicto Bart. in l. iuſte. ff. de acq. poſſ. ita quòd qui facit, lege concedente, non dicitur peccare, nec per conſequens intruſus dici poteſt, quia qui habet titulum coloratũ ad aliquid faciendum, intruſus non dicitur, vt tradit Felyn. in cap. in noſtra. de reſcript. ergo non cōprehenditur ſub diſpoſitione iſtius regulæ. Et pro iſta parte plura argumenta & motiua ſcribit D. Guliel. in collect. deciſionum. fol. ccvj. deciſ. incip. gratia ſubrogationis, quæ nō curo referre, cum ibi videri poſſint. Ex quo eius recollectæ iam in manibus omniũ curialium verſantur, & moris mei nō eſt trãſplantare dicta aliorum de charta in papyrum. Et licet iſta de iure ita procedãt, tamen Rota neſcio quo pacto introduxit illum ita poſſeſſionem, ſine preambula intimatione executorialium capiẽtem, quodammodo attentare. Nam poſſeſsio reuocatur in

*

Sentẽtia trãſiens in rem iudicatam, &c.

Attentare.

pristi

priſtinum ſtatutum,rationem ponit Felyn.in cap.ad pro.
bandum.col.iiij.de re iudic. Tamen iudicio meo ille nõ at-
tentat,vt eſt deciſ.cccxvij.incip.item ſi pro ſpoliato.col.ij.
in not.tenet Philip.Peruſi.in cap.eum qui.§.j.de præbend.
lib.vj.Felyn.in cap..cum cauſa.de offic.delegat.& in cap.
de cætero.de re iud.& ita refert Angel.de ceſsis ſe obtinuiſ-
ſe in vna Tolletana ſpolij,vt eum refert Iacob.de Nigris in
quibuſdã Apoſtillis ad illã deciſioné. Tamen pro ſtylo Ro-
tæ optimè facit deciſio Rotæ.cj.incip. nota ꝙ vbi aliquis
in antiq.& deciſ.xxiij.in no. Et ſi hodie delerentur illa ver-
ba propria authoritate poſita in executorialibus,ſtylus Ro
tæ magis iuſtificaretur,ſed etiam ſi non deleantur,poteſt ſu-
ſtineri per text.in cap.ſi beneficia.de præbend.lib.vj.Iunctis
dictis prędictæ deci.cj. Sed etiam ſtante iſto ſtylo Rotæ pr
vero,licet capiens poſſeſsionem per executoriales dicatur
quaſi attentare,tamen intruſus non dicetur, ex quo habet
titulum coloratum,& ſufficit ſecundum Abb.in c.cum no-
ſtris.de conceſ.præbend.

QVAESTIO QVINTA.

Subrogat⁹ in iure.

QVAERO, quid ſi aliquis litigat cum familiari alicuius
Card.qui lite penden.moritur, vtrum ſubrogatus in
iure,vel ad ius illius familiaris teneatur facere
mentionem nominis,& tituli Cardinalis, vel ab eo cauſam
ſum petere,iuxta formam regulæ xxx.infrà eodem edita
in fauorem Cardinalium?

¶SOLVTIO. Gloſſator in dicta regula xxx.in iiij.col.&
hîc col. penul.ponit quæſt. in terminis, & poſt plura con-
cludit,quòd talis ſubrogatus non aſtringitur ſeruare con-
tenta in dicta regula de impetrantibus beneficia per obit.
familiarium Cardinalium. Ratio eſt,quia de beneficijs liti-
gantibus nullus inferior ſe intromittere poteſt, niſi ſolus
Papa,vt dicitur in cap.j.& ij.vt lit.penden.lib.vj.Et tale pri-
uilegium non reperitur conceſſum Cardinalibus in dicta
regula,neque hîc excipitur iſte caſus: ergo dicemus ſub re-
gula comprehendi. Et pro iſta parte faciunt alia motiua
quæ ſcribit Gloſſator in dicta regula xxx.quæ non curo
referre: ſatis eſt, quòd ita hodie ſeruat Rota. & Gloſſator
in dicta regula dicit etiam Rotam ita iudicaſſe, vt in dicta
regula xxx.latius dicam

QVÆ



QVAESTIO SEXTA.

Verba regulæ, iuris, vel ad ius.

QVAERO,nunquid verba iſtius regulæ,ibi,iuris, vel ad
ius,poſsint verificari,ſeu habeant locũ in iure ad rem
quod competebat defuncto?

¶SOLVTIO.Iſtam quæſt.reperio diſputatam per Collecta
rium in c.accedens.de conceſ.præben. Et tandem concludit
cum opi.Pet.& Bo.videlicet locum nõ habere ſubrogatio-
nem,& per conſequés non erit locus iſti regulæ.Ratio præ-
dictorum eſt, quia per obitum habentis ius ad rem,tale ius
euaneſcit,ex quo nõ fuit ſolidatum in perſona ſua. Et pro-
pterea tale ius deuoluitur ad alios expectantes, quia eſt ius
in ſpe tantum conſiſtens. Et ſecũdum hoc de illo beneficio,
ad quod defunctus habebat ius ad ré,nõ erit prohibitus or-
dinarius diſponere,nec patronus pręſentare,quia per obitũ
illius nihil dicitur vacare,ſecus auté de iure. Et ideo ex iſtis
infertur,quòd non habet locũ ſubrogatio in tali iure ad ré.
Et per conſequens regula non procedet. Nam illa verba po
ſita hîc in regula iuris,vel ad ius,debét in dubio intelligi in
potiori ſignificatu,ſicut intelligũtur in l.j.§.in perpetuũ.ff.
ſi ager vectig.Iſta eſt opin. Collectarij per me ita declarata.

¶Tamen contrariam opi.puto veriorem,ex eo, quia text.
in c.j.vt lit.pen.lib.vj.prohibet aliquem diſponere ſuper iu
re collitigantis,& tamen illud ius,de quo ibi tex.loquitur,
verificatur in iure, quod præſentationem ſolam tribuit, vt
dicit Calde.in conſi.j. vt lit.pen.cum concor.vt ſcribit Ro-
chus Curtius in tract.iur.pat.in verbo,honorificũ.q.xxiij.
Et tamen negari non poteſt per præſentationem tribui tan
tum ius ad rem, & nõ in re,vt tradit Abb.in c.quòd autem.
de iur.pat.Et idem Abb.& ibi latius Moder.in c.cũ Bertol-
dus.de re iudi. Ergo eodé modo habebit locum in tali iure
iſta regula.

¶Breuiter pro declaratione iſtius q.de iure ad rem diſtin-
guendum eſt, prout latè dixi in regula de non tollendo iu-
re quęſito.q.j.vbi plures ſpecies diſtinxi,& ſecundũ illos mo
dos facile colligi poterit, vtrũ habeat locũ regula. Nam in
iure quæſito per præſentationé collitiganti defuncto,puto
procedere iſtam regulam. Ex quo factum eſt beneficium li-
tigioſum,de quo patronus non poteſt præſentare,per ſupe
rius dicta.vt in d.c.j. Et ideo Papa liberè de illo diſponere

A

poterit.& ſic eſt dicendum de alijs iuribus ad rem conſiderabilibus,de quibus in dicta regula dixi. Primam tamen opi. ſequitur Bonifac.Rotæ auditor in clem.j.in iiij.col.verſic. tertia cõcluſio,vt lit.penden.vbi latius diuagatur,cuius rationes mihi ſatis applaudent. Sed quia caſus pendent,non me extendam vlterius.

QVAESTIO SEPTIMA.

Priuandus beneficio.

QVAERO,nunquid regula iſta habeat locũ quando agitur ad priuandum aliquem beneficio ſuo in forma iuris,vt videlicet,quia commiſit homicidium,vel ob non ſolutionem penſionis,vel alijs ſimilibus cauſis?

¶SOLVTIO.Iſte caſus accidit tẽpore Sixti in vna Lugdu. præceptoriæ, in qua plures egregij viri pro vtraque parte conſulerunt,inter quos fuit Ioachinus de Narnia,tunc primarius aduocatus. Et iterum etiam caſus accidit in alia Hiſpalen.prębend.vt refert hic Gloſſãtor col.v.vbi dicit Rotã tenere regulam iſto caſu locum non habere.Rationem adducit: quia talis cauſa non eſt beneficialis,ſecundum gloſ. in verſi.finita.in c.ij.vt lit.penden.lib.vj.quia priuandus poteſt quandocunque vult renuntiare antequàm priuetur.

Priuandus.

Et hoc procedit ſecundum eum quando propter illud crimen beneficiatus,contra quem cauſa committitur, eſſet priuandus beneficio.Secus ſi eſſet priuatus ipſo iure, quia tali caſu putat Gloſſãtor locũ eſſe ſubrogationi.Subdit tamẽ Gloſſator col.fi.intellexiſſe à quodam clientulo ſuo obtinuiſſe in primo caſu ſubrogationem.Nam licet ille qui priuandus titur,antequam priuetur,renuntiare vel permutare poſſit, tamen à Papa ſubrogatio peti poteſt,antequàm beneficium vacet iſto modo,vt ſi cõtigerit prædictũ priuandum,lite huiuſmodi pendente,mori vel cedere,quòd tali caſu dignetur impetrantem ad illud ſubrogari. Hæc ſunt quæ Gloſſator dicit. ¶Tamen aduertendum eſt,quòd diſtinctio Gloſſatoris de priuato ipſo iure,vel per ſententiam hodie in practica vera non eſt, quia licet magna ſit differentia inter vnũ caſum & alium,vt ego latius proſequar in regula de annali quæſt.xlij. Tamen quo ad effectum iſtius regulæ nulla eſt differentia, vt patet ex regulis Hadriani VI.& Sanctiſſimi D.N.Pauli III. qui hoc in indiuiduo declararunt in notitia ſtylo curiæ.Et ratio eſt in promptu, quia regula iſta loquitur



tur quãdo cauſa eſt beneficialis,quia agitur ſuper titulo beneficij,vt patet text.vnde non poteſt aptari ad caſum priuationis,in qua de titulo beneficij non agitur,ſed de punienda perſona beneficiati propter delictum commiſſum,meritò gloſ.in d.c.ij.vt lit.penden.& communiter Doct.ibi voluerunt talem cauſam non eſſe beneficialem, ſed profanam. Et iſta ratio militat,ſiue aliquis debeat beneficio priuari,ſiue ſit ipſo iure priuatus, quia licet à lege priuatio ipſo iure inducta ſit, non propterea beneficium vacat de facto, quia requiritur declaratoria ſententia, & amotio à poſſeſſione, vt in cap.cum ſecundum.de hæred.lib.vj.& in c.licet epiſcopus.de præbend.eo.lib.& talis priuatus ipſo iure poſſet ante ſententiam declaratoriam poſsidere pacificè per triennium,& defendi regula de triennali,vt ibi latius dicã:quod tamen mortuus collitigans, de cuius ſubrogatione loquitur iſta regula,hoc facere non poſsit. Hinc eſt quòd in huiuſmodi lite priuationis de ſtylo gratiæ non dantur,ſi neutri,vel ſi nulli. Regula igitur iſta ſimpliciter loquens de vacatione, debet intelligi & interpretari ſecundum mentem iuris cõmunis, videlicet de vera vacatione iuris & facti, vt in cap.cum noſtris.& c.literas.de conceſ.præben.& ibi notant omnes: non autem de vacatione iuris tantũ, aliàs abſurdum eſſet dare ſubrogationem ad beneficium viuentis, vt in cap.j.de conceſſ.præbend. non enim ſolet dari ſubrogatio ex ſtylo curiæ ad beneficium vacaturũ, ſed poſtquàm vacat de iure & de facto.c.ij.de conceſſ.præbend. Cum igitur in caſu noſtro tempore impetrationis in forma iuris nõ vacet omnino ius collitigantis,nec conſtet Papæ certitudinaliter de vacatione propter delicta, ſed ſperatur vacatio ex euentu litis,præcedẽtibus legitimis probationibus, nec verificẽtur verba regulæ,quę de collitigãte defuncto loquũtur,meritò regula iſta ad iſtum caſum adaptari non poteſt, quæ loquitur quando ſubrogatio ſub iſto prętextu petitur, quia impetrãs eſt collitigans ſuper beneficio, & ſic ceſſant mens & verba regulæ. Pręſertim,quia ab vſu patriſfamiliâs, & vt apparet ex textu regulæ,ſubrogatio non datur, niſi in caſu ſucceſsionis vel obitus. Et tamen ſub iſtis caſibus caſus priuationis non comprehenditur,vt tradit Fely. poſt alios, quos ibi alleg.in c.in noſtra.in xxxvij.correl.de reſcrip.Et

Beneficium vt vacet per alicuius priuationẽ,quid requiritur.

Gratiæ nõ dãtur,&c.

Subrogatio quando datur.

dicam latius in regula de impetr. benefi. per obitum famil.
Cardinaliū. Et ita pro iſta parte, tempore meo, ego ex con-
ſilio dominorum iudicaui in vna Aninionen. canonicatus
* die vltima Ianuarij M.D.XXXII. in qua agebatur ad priua-
tionem ob non ſolutionē penſionis: & concluſum fuit, illū
qui ob prędictā cauſam nō ſolutionis pēſionis priuari pete-
tur, priuilegio regulæ iſtius nō iuuari, nec etiam quo ad ſe-
queſtrum, quia tali caſu nō procedit cle. j. de ſequeſtra. poſſ.
& fruct. vt ſingulariter declarant domini in deciſione iiij.
de ſequeſtra. poſſ. in nouis. quę eſt repetita in antiquis. num.
cccxciiij. Limitantur tamen iſta quæ dicta ſunt non proce-

Subrogationi locus per priuationem.

dere, quando iam eſſet lata vna ſententia priuationis, quia
tali caſu locus eſſet ſubrogationi. Ratio eſt, quia per ſenten-
tiam prouidetur de beneficio, vt in cle. auditor. de reſcrip.
Et ideo practici in ſupplicatione priuationis apponūt, et
apponi faciunt iſtam clauſulam, & cum decreto. quòd ſi pri-

Clauſula, Et cum decreto, &c.

uandus metu priuationis poſt accuſationem & inſcriptio-
nem beneficium huiuſmodi, in alterius quàm oratoris fauo-
rem reſignauerit, iudices nihilominus ad executionem lite-
rarum priuationis procedere poſſunt, perinde ac ſi reſigna-
tio huiuſmodi minime facta fuiſſet. Et Referendarij ſolent
addere poſtea hæc verba, poſt primam priuationis ſenten-
tiam. Et iſtæ clauſulæ habent iuris fundamētum, vt patet in
deciſionibus, quas allegabo in dicta regula de annali. et c.
Quibus pro pleniori cognitione iſtius materiæ priuatio-
nis, addenda ſunt aliqua quæ hodie practicantur in ſigna-
ra iuſtitiæ, de quibus Hiſpanus noſter in practica Cancella-
riæ, & antiqui Referendarij tractant in quibuſdam notis ſi-
gnaturæ iuſtitiæ, quæ iam per manus plurium verſantur.

Priuationes.

¶ In primis igitur ſciendum eſt, priuationes prędictas non
ſolere ſignaturam committere in curia, niſi delictum fuerit
ibi perpetratum, vel cenſuræ, ob quarum incurſum petitur
quis priuari, ſint in curia fulminatę, vel priuādus ſit præſens
ſeu reſidens in curia, quia in iſtis caſibus priuandus ſortitur
ibi forum, vt in l. j. C. vbi de crimine agi opor. not. in c.
poſtulaſti. & in cap. fi. de foro competen.
¶ Item ſciendum eſt, quòd quando impetrans narrat multa
delicta per priuandum perpetrata, & poſtea in concluſione
petit committi probis viris, vt ſi eis de præmiſſis, vel altero
præm-



præmiſſorum conſtiterit, dictū N. priuent &c. ſemper con-
ſueuerunt illa verba caſſari, vel altero præmiſſorū. Quia di-

Impetrās, diffamās aliquē.

ctus impetrans, diffamans aliquem, de pluribus criminibus
debet arctari ad probandum omnia, de quibus illum diffa-
mat. Et propter iſtam rationem euitatur text. qui videtur
contrariū probare in c. inter cæteras. de reſcrip. Et quod per
illud dicit deciſ. Rotæ lxviij. incip. licet. in nouis. & deciſ.
D X V. in antiq. declarando, vt per Fely. in c. ij. in xj. col. cum
tribus ſequen. de reſcript. Et tāgunt Moder. in c. ſignificāte.
de appel. Si enim nō probat omnia, tenetur ad pœnā talio-
nis, vel ſaltē ad pœnam diffamationis, iuxta c. ſuper hi. de
accuſa. & in c. licet Heli. de ſimo. vt ibi latius dixi in lectura
mihi ſubrepta Patauij. Hinc eſt quòd in priuationibus, &
alijs cauſis criminalib. puta iniuriarū, quando agitur crimi
naliter, nō datur, & quod ſummariè &c. quia, vt dixi, inter-
eſt partis propter pœnā talionis. Sed in cauſis ciuilibus da-

Proceſſus ſummarius.

tur ſummarius proceſſus, ſed ſolent caſſari hæc verba, ſola
facti veritate inſpecta, niſi ex fauore. Qui verò ſint caſus, in
quibus quis ſit priuandus, vel ſit ipſo iure priuatus, latè tra-
dunt Moder. in c. ij. de reſcript. & in c. querelam. de iur. iur.
& latius nouiſsimus repetēs Andreas Tiraquellus in rep. l. ſi
vnquam. C. de reuoc. dona. Sed vltra ipſos exēpli gratia enu

Caſus, in quibus qs ſit priuandus.

merabo aliquos caſus. ¶ Primus eſt, quando quis exiſtens
excōmunicatus celebrauit, quo caſu propter irregularitatē
incurſam, eſt priuādus beneficijs. c. latores. & c. poſtulaſti. de
cle. excom. miniſt. Sed hoc ita demū eſt verum, quādo excō-
municatio eſſet impoſita ab homine, & ille clericus cele-
brans ſaltē habuiſſet notitiā excōmunicationis per ſolā fa-
mam: nam tūc priuari debet beneficijs, vt declarat Abb. in c.
illud. in tertio notabili. de cle. excom. miniſt. Sed quādo eſ-
ſet excōmunicatus à iure, non requiritur aliqua notitia vel
monitio, quia præſumitur ſcire ex quo iura ſint notoria. Et
ideo in tali impetratione priuationis excōmunicati ab ho-
mine ſolet apponi iſta clauſula, dummodo excōmunicatus
declaratus, & publicè denuntiatus celebrauerit, & hoc pro-
pter extrauag. Martini, factā in cōcilio Baſil. quam declarat
Fely. in c. ad probādū. de re iudi. & in c. ij. in iij. col. de ſpōſa.
& tūc iſtis concurrētibus conceditur ſupplicatio priuatio-
nis: ſed in excōmunicato à iure, illa clauſula non requiritur.

¶ Et eſt aduertendum, quòd in prædictam pœnam priua-

Clericus excõmunicat⁹.

tionis non incurreret clericus excommunicatus celebrans post pœnitentiam incœptam, licet non finitam, vt tradit Fely. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic.

Priuatio ob non ſolutionẽ penſionis.

¶ Secundus caſus in quo conceditur ſupplicatio priuationis, eſt ob non ſolutionem penſionis, propter quod inciderat in cenſuras: ſed iſta priuatio non cõceditur alteri, quàm ipſi penſionario, cuius intereſt. arg. c. cum inter. de elec. & c. non ſolent. ij. q. vj. Rota tamen ex quadam æquitate excuſat debitorem penſionis à priuatione, quando offert penſionario omnes ſolutiones temporis prẹteriti, & reficit expẽſas:

* Prout accidit in vna coram domino Camillo de Balionibu, pro Ioan. Melendes Priori Burgen. cõtra quem D. Martinus Romam agebat ad priuationem ob non ſolutionem pẽſionis. Quod eſt verum, niſi magna fuerit debitoris proteruia, & doloſa cõtumacia: nam tunc Rota procedit ad priuationem, vt fecit Rota in vna Cremonẽ. prioratus coram dom. Chriſtophoro Panigarola. ¶ Poſtremo quo ad iſtam materiam datur vna regula generalis, quòd nũquam ſigna-

Impetratio p̃ priuationem.

tur impetratio per priuationẽ, niſi forma iuris, id eſt, niſi de iure ille veniat priuandus. Nec debet apponi clauſula conditionaliter, ſi priuandus eſt, propter honorem ſignaturæ, quæ proprer aſsiſtentiam principis videtur habere iura in ſcrinio pectoris, & tamen ſi conditionaliter reſcriberet, videretur argui de ignorantia iuris, vt in ſimili ſignatura dicit Gloſſator in regula xxv. in iiij. col. s̃. eod. Nam vt dicit tex. in l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. turpe eſt patritio, & cauſas agenti, ignorare ius in quo verſatur. & idem Cice. dicit in oratione pro Cluentio. Hinc illud ortum habuit, quod dicitur in Euãgelio Io. iij. c. Tu es magiſter in Iſrael, & hæc

Oxom. epiſcopus ab Alex. Papa reprehẽſus.

ignoras? Vnde meritò Alexan. Papa III. Oxomen. epiſcopũ reprehenderat, qui cùm eſſet præditus ſcientia, Sanctorum patrum conſtitutiones ignorare non debuerat. vt patet in c. cum ſis. de conuer. coniuga. Sic etiam à Cicerone Publius

Pub. Conſa reprehẽſione dignus.

Conſa reprehendi meruit, qui cum tanquam teſtis interrogaretur, & ille nihil ſe ſcire diceret, Cicero in eius imperitiam iocatus, Diſce quęſo, an forſan de iure te interrogari

Iuriſperito dolo aſcribitur, ſi &c.

credis? Dolo enim aſcribitur iuriſperito ſi iura ignoret, vt dicit Bald. in c. j. §. iudices. de pace iura. fir. ſequitur Moder.

Aquen.



Aquen. in l. j. col. iij. ff. de leg. Cum igitur Referendarij, & omnes aſsiſtentes Papæ in ſignatura ſunt iuriſperiti, verecundum videretur ſi interrogari de iure ipſi alijs reſpondendum committerent: iſta enim procedunt, niſi caſus priuationis propoſitus eſſet valde dubius, quia tali caſu nõ eſſet inconueniens ſignare commiſsionem in forma, & prout de

Caſus exorbitantes à peritis ignorari poſſunt.

iure, quia tales caſus exorbitantes poſſunt aliquando à peritis ignorari, vt dicit Ioã. Faber, & Ang. in §. ſuſpectus. el ij. circa fi. inſti. de ſuſpec. tut. & Saly. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. refert Iaſ. in l. quòd te. col. fi. ff. ſi cert. pet. cum cõcor. vt ſcribit Fely. in c. de quarta. in viij. col. de præſcript.

Sẽten. lata cõtra ius ambiguum.

vnde non ab re voluit Bal. in c. fi. de cõſt. quòd ſententia lata contra ius ambiguum valet & excuſat. plura refert Fely. in proœ. decretal. in ij. col. plures alios caſus, in quibus clerici ſint beneficijs priuandi cumulaui in tract. de offi. poteſtate, & ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ, quæ hîc non curo repetere. Et an tales priuandi antequam priuentur faciant fructus ſuos, latè ſcribit Fely. in d. c. de quarta. nu. xxxij. & ſeq.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, ponamus duobus litigantibus ſuper beneficio ſuperueniſſe ad litem, quẽdam alium tertium pro ſuo intereſſe producẽs fortè acceptationẽ virtute gratiæ expectatiuæ, & vnus ex primis litigãtibus moriatur. Alter verò ſe ſubrogari petit, cũ clauſula, quatenus alicui nõ tollatur ius quæſitũ. Dubitatur, nũquid ſubrogatio valeat, attento quòd de iure tertij acceptãtis cõſtat in actis?

Acceptãs de iure.

¶ SOLVTIO. Quæſtio iſta non videtur habere dubitationem ſtante iure acceptantis in actis, de quo niſi expreſsè Papa mentionẽ faciat, ſubrogatio non valebit, quia illud ius per acceptationem acquiſitum, quo ad iſtum effectum præſeruatur per dictam clauſulam quatenus non tollatur ius quæſitũ. vt eſt deciſio in termis Egidij de Bellamera in conſil. ſuo xxxv. col. fin. vbi bonas & legitimas rationes ponit, quæ ibi videri poſſunt, & mihi ſatiſfaciunt. Cæterum quòd ius competat acceptanti, & quanti ſit ponderis, dixi latius in regula de non tollendo iure quæſito. q. j.

QVAESTIO NONA.

Subrogatus q̃ ad litem.

QVAERO, an ſubrogatus quo ad litem, & ius defuncti, cenſeatur etiam ſubrogatus quo ad poſſeſsionem?

A 4

¶Solvtio. Iſta quæſtio reperitur terminata per Egid. deciſ.ccclj.quæ quidem deciſio ita diſtinguit, quòd in aliqua parte ſubrogationis facta eſt mẽtio poſſeſsionis,& tũc impetrans cenſetur ſubrogatus ad illam,quia videtur Papa de illa cogitaſſe. Aut verò in nulla parte fit poſſeſsionis mẽtio,& poſſeſsio non comprehenditur ſub illis verbis ſubrogationis.ita concludit ibi Egid.cum quo concordat deciſ. in antiquis.ccclxxxv. incip.nota,quòd ſubrogatio. Et Bonif.de Vital.in cle.j.vj.col.verſ.nona concluſio.vt lit.pend.

¶Sed aduertendum eſt,quòd in prędictis ineſt quidam ſcrupulus,qui prædicta omnia turbare videtur.Nam deciſiones prædictæ poſſeſsionem iam acquiſitam eſſe iuris fatentur, dum allegant l.peregrè.ff.de acqui.poſſ.& l.licet.C.eo.tit. & not.in c.cum noſtris.de conceſ.præben. Et tamen nolũt eam ſub ſubrogatione litis & iuris comprehendere, cuius contrarium dici debet. Quia videmus regulam xv.de iure quæſito non tollẽdo.poſſeſsionem acquiſitam comprehendere,licet de ea mentionẽ non faciat,vt tenuit Rota in quadam cauſa,de qua ibi mentionem feci in j.& v.q.ergo eodem modo dicendum videbatur iſto caſu.

Regula de iure quæſito nõ tollẽdo an cõprehẽdat,&c.

¶Et ideo,vt ſcrupulus iſte tollatur,poſſent iudicio meo in hac materia diſtingui plures caſus. Primus,quando aliquis eſt ſimpliciter ſubrogatus in litem & ius defuncti,& tali caſu ſi in nulla parte gratiæ eſt facta mentio poſſeſsionis,ad illam non cenſetur ſubrogatus,& ita procedũt dictæ deciſiones.Secundus caſus,quando ſubrogatio facta fuit non ſimpliciter ad ius, ſed ad omne ius,quod defuncto quomodolibet competebat,& tũc venit poſſeſsio ratione illius dictionis vniuerſalis omnis,quæ de ſui natura aliàs non comprehenſa comprehendit,vt probat Dy.in rubrica de regul. iur.lib.vj.& ad hoc eſt expreſſa deciſio dominorum ſub titulo,vt lit.pen.in no.deciſ.v.quæ hoc tenet,& ſequitur eam Fely.in rub.de reſcrip.in iij.col.verſ.& ideo dicit Rota.

¶Tamen adhuc iſta non omnino ſatisfaciunt,ex eo,quia Egid.in deciſione loquitur etiam per verba vniuerſalia ad omne ius,& tamen vult poſſeſsionem comprehendi,niſi de illa ſit facta mẽtio. ¶Quamobrem putarem,vt hæc omnia contraria ceſſent,faciendam differentiã inter ſubrogationem gratioſam & commiſſariam,ſiue mandatum de ſubrogando



gendo,vt primo caſu talis ſubrogatio,quia fauorabilis cõprehendat poſſeſsionem. argumento c.ſi pluribus.de præben.lib.vj.Et ita procedant,quæ dicta ſunt de regula xv.de non tollendo ius quæſitum.quia ex quo regula eſt fauorabilis,concordans cum iure communi,latè interpretãdo,poſſeſsionem capit, ne aliquis etiam in minimo indebitè damnum patiatur.Sed in ſecũdo caſu quando ſubrogatio in forma iuris eſt,ex quo commiſsiones ſunt ſtricti iuris,& in eis tantum comprehenditur,quantum exprimitur,vt not.in c.j.& in c.diſpendia.de reſcrip.lib.vj.Ideo in tali mandato de ſubrogando,poſſeſsio non comprehenditur,niſi exprimatur.& ad iſta conferunt, quæ dicam in regula de annali.q.lxviij.vel dicas quòd deciſ.Egid.in interdicto vnde vi,procedit,concernẽs poſſeſsionem,quia illud nũquam transfertur per quæcunq; verba generalia ſubrogationis,niſi ſpecialiter concedatur,vt dicitur in d.deciſione Egidij,quæ in hoc communiter per Rotam approbatur,vt vidi in pluribus cauſis,& ita ſe habet ſtylus ſignaturæ.Deciſio verò v.vt lit.penden.in no.cum alijs procedant in poſſeſsione ſimplici,& non quando defuncto,vel cedenti interdictum competebat,quod not. & faciunt ad iſta, quæ dicam in regula de triẽnali.q.xj.Et per iſta videtur poſſe decidi difficultas,quæ modo per aduocatos diſputatur in cauſa Zamoren.beneficiorum coram R.D. Marſicano.

### QVAESTIO DECIMA.

Qvaero, à quo tempore incipit computari menſis de quo hîc fit mentio,an à tempore datæ ceſsionis per collitigantem in alium tertium factæ, an verò à tempore conſenſus apud notarium Cancellariæ præſtiti?

Menſis à tempore datæ, an verò à tempore conſenſus præſtiti cõputari debeat.

¶Solvtio. Mihi videtur illum menſem computari debere à tempore præſtiti conſenſus,prout dicitur in regula de infirmis reſignantibus.de computatione illorum viginti dierum.Et hoc ratione fundatur,quia antequam conſenſus præſtetur,non poſſumus eſſe certi per ſolam ſupplicationem ſignatam,an collitigãs verè ceſsit,cum poſſet alius eo inſcio ſupplicationem ceſsionis finxiſſe. Itaque reſignatio non poteſt dici perfecta,nõdum conſenſu præſtito,& hinc eſt quòd quis ante præſtitum conſenſum,etiam ſupplicatione ſignata pœnitere poteſt. Et tenuit Rota annis præteritis

* in vna Placēti. Archidiaconatus de Trugillo,& in alijs plu
ribus cauſis, quia nihil dicitur actum, cum aliquid ſupereſt
ad agendum. c. cum ſuper. de offic. deleg. l. fin. C. ad Sillan.
Et hoc manifeſtè probatur per regulam Cancellariæ, num.
43. inferius poſitam, quæ prohibet reſignationes expediri,
niſi prius quis per ſe, ſi præſens eſt, vel per procuratorē ſuum
ſpecialem in Cancellaria expreſsè conſenſerit & iurauerit,
vt moris eſt. Apparet igitur ante præſtitum conſenſum reſi
gnationes nihil proficere: à die igitur pręſtiti cōſenſus, quo
tempore reſignatio dicitur perfecta & conſequi effectum, il
le menſis numerari debet. Et ita videtur ſentire Fely. hic in
quadam apoſtilla, licet propter vitium ſcriptoris conſtru
ctus verborum eius intelligi vix poſsit. Sed maior eſt diffi
cultas ſcire quando incipit menſis ſubrogationis fiendæ à
collitigante per obitum collitigantis, an à tempore mor
tis collitigantis, an verò à tempore notitiæ ſubrogātis? So
lutio. Putarem tempus computandum à die obitus colliti
gantis, vt tollatur omnis occaſio fraudis, prout etiam com
putatur in c. ſtatutum. de præben. lib. vj. quia in dubio tem
pus debet eſſe continuum, vt per gl. in rubrica. ff. de perp.
& temp. præſcrip. Eſt bene verum, quòd ſi collitigās eſt ab
ſens, vel habeat aliquam iuſtam cauſam ignorantiæ, tali ca
ſu menſis inciperet à die notitiæ, vt declarat Abb. in c. quia
diuerſitatem. in vltimo notabili. per illum text. de conc.
præbē. & quia principium notitiæ poſſet eſſe incertum, in
cipiet menſis à data ſubrogationis, dato legitimo impe
dimento, de quo dixi in regula de infirmis reſignantibus.

Actū nihil dicitur, cum aliquid ſupereſt ad agendum.

Mēſis ſubrog. &c. an à tempore, &c.

QVAESTIO VNDECIMA.

QVAERO, an regula iſta habeat locum ſi lis moueatur
propter reſcriptum, ſiue commiſsionē ſubreptitiam?
¶ SOLVTIO. Dicēdum eſt quòd non, quia re
gula iſta loquitur de lite & de collitigantibus: ergo debet
intelligi in dubio de lite valida, quia lis inualida litis pen
dentiā non inducit, nec de illa opus eſt mētionē facere, per
tex. in c. j. & ij. vt lit. penden. lib. vj. in tali lite locum habē,
vt dicit deciſio lxxv. incip. nota, quòd attentata. in titu. de
appella. in antiquis. ſequitur Fely. in cap. ex tenore. in ij.
colum. de reſcrip. Imò voluit Martinus in quadam ſua con
ſtitutione, de qua mentionem feci ſuprà in procemio iſtius
regulæ, & de qua meminit hic Felyn. quòd beneficiū non di
citur litigioſum quo ad validitatē ſubrogationis, niſi pro
ceſſum fuerit ad omnes terminos ſubſtātiales. & dicit idem
Felyn. illam cōſtitutionem factam fuiſſe, propter vnum qui
citauerat quēdam Odoardum Portugalen. dum morieba
tur. pro quibus facit deciſ. cccx. in no. Sed omiſſa illa conſti
tutione Martini quantū ad propoſitum quæſt. noſtræ quan
do lis eſt introducta per reſcriptum ſubreptitiū, res non ha
bet difficultatem: quia vbi nullum eſt ſubiectum, litis cor
relatiuum corruit, vt dicit Bald. in cap. j. de feu. guar. Et ſic
non poſſunt dici collitigantes, ſine quibus regula iſta veri
ficari non poteſt: faciunt pro iſta parte quæ dixi ſupetius.
quæſt. ij. quæ dicentur infrà quæſt. proxima.

Commiſsio ſubreptitia.



QVAESTIO DVODECIMA.

QVAERO, qui dicantur collitigantes ad effectum iſtius
regulæ?

Collitigātes.

¶ SOLVTIO. Illi collitigantes dicuntur, qui
principaliter agunt cauſam, & ventilant, vnde ſi ego com
miſi cauſam contra Titium, & ille comparet, vel contuma
citer ſe ſubtrahit, ille dicitur mihi, & ego illi collitigans. l.
ſimul litigantes. Sed ſi Titius, cui ego ſum collitigans, com
mittit cauſam contra Ioannem ſuper moleſtationibus, & il
le comparet, non dicitur ille Ioannes mihi collitigans, ſe
cundum Rotam: vt dicit hic Felyn. qui refert ſe propoſuiſſe
in ſignatura ſupplicationem ſubrogationis pro tali, & Pa
pa noluit talem ſubrogare, quia non diceretur collitigans.
Requiritur ergo quòd mutuò ligent ſuper tit. eiuſdem be
neficij, ad effectum, vt dicantur collitigantes, vt priuilegio
iſtius regulæ fruantur. ¶ Et eodem modo ſi vnus ex duo
bus correis à me cōuentis cedit iuri & liti, & alter correus,
qui licet fuerit à me in commiſsione nominatus, nō tamen
fuit citatus, petat ſe ſubrogari illi cedenti, narrans ſe colli
tigantem, & litem motam, quòd tali caſu ſubrogatio non
valebit: ſed ego actor qui illum cedētem citaui, potero me
ſubrogari petere illi cedenti cui verè ſum collitigās, & ſub
rogatio alterius correorū erit nulla. Et ita hîc refert Fely.
fuiſſe mentem Papæ, dum irritat hic prouiſiones ante men
ſem factas. ¶ Sic etiam ſi Titius ſuper vno beneficio citat
me

me coram vno auditore,& Gaius ſuper eodẽ beneficio trahit me coram alio auditore, & Titius cedat lite pendente, in tertium, Gaius ſe ſubrogari petere nõ poterit, quia non eſt collitigans Titij, licet litiget mecum ſuper eodem beneficio, ſed vtrique ſunt bene mei collitigantes, & ego illis potero ſubrogari, & illi mihi, ſecundum iſtam regulam. Et quamuis videatur hoc caſu ceſſare ratio poſita hîc in regula, videlicet: Ne noui collitigantibus aduerſarij dentur, & per cõſequens ceſſare debet hoc caſu regulæ diſpoſitio, cum Gaius non ſit mihi nouus collitigans, cum iam ante ceſſionem Titij mecum ſuper eodem beneficio litigaſſet. Tamen licet illa ratio nõ militet, militat tamen alia, quia Gaius nõ dicitur collitigans Titij, & iſta regula ſubrogationem nõ concedit niſi collitigantibus. pro qua opin. eſt optima deciſ. Rotæ in nouis. xij. tit. de reſcript. quæ probat, quòd ſi ego committo cauſam contra A. & B. & ſuccumbam, nec poterit auditor cognoſcere inter A. & B. quia illi collitigantes non ſunt, nec habet inter eos iuriſdictionem vigore meæ commiſsionis: quia debet inter eos noua inſtantia ſiue iudicium incipere, vigore alterius nouæ cõmiſsionis. Et idem dicit deciſ. ij. eod. tit. in antiquis. cum quibus concordat Egid. deciſ. ccccxlviij. incip. commiſſa cauſa, & ſi prima tamen opin. viget deciſ. eiuſdem Egid. xcvj. incip. licet actor &c. quæ innuit, quòd vbicunq; aliquis poteſt prætendere intereſſe in beneficio, de quo litigat, licet ille non ſit collitigans cum ſuperſtite, nihilominus ſubrogatio locum habere poteſt. Et auditor, mortuo actore, reum ſuperſtitem ab inſtantia iudicij abſoluere non debet, propter ſubrogandos, & illos quorum intereſt, ita ibi Egid. Tamen tenendo primam opinionem, quæ mihi videtur verior, ad illam deciſionem Egidij patet multiplex ſolutio. Prima, quia illo tempore iſta regula prohibens alijs collitigantibus ſubrogari, adhuc ædita non erat, vt patet in prooemio iſtius regulæ. Secunda, quia Egid. intelligi debet, quando remanent illi, quorum intereſt, qui etiam fuerunt collitigantes, alias male diceret Egidius: quia in alios auditor nullam haberet iuriſdictioné per prædictas deciſiones. Item quo ad effectum iſtius regulæ non dicitur collitigans qui appellat extraiudicialiter ad curiam. Nam licet illa appellatio deuoluat



uoluat cauſam, non tamen inducit verã litem, quo ad iſtum effectum, vt colligitur ex deciſ. cccx. incipien. ſi reus & poſſeſſor. in nouis. de qua plura dicam in regula de triennali, vbi accidit caſus.

¶ Poſtremo non dicuntur illi collitigantes qui vigore reſcripti nulli inſtruunt litem, quia per reſcriptum nullũ non datur iuriſdictio. c. j. de reſcrip. lib. vj. & ideo illi non dicuntur collitigantes, quia nõ entis nullæ ſunt partes. Nam collitigans à lite nomen capit: & vbi non eſt lis, non collitigantis nomen nõ competit: quia ſi re priueris, nec nomen habere mereris, vt dicit tex. in l. à nullo. C. de ferijs. & in c. dicat. xxxij. q. iiij. cum concor. vt per gloſ. fin. in c. quæ ipſis. xxxviij. diſt. & in cap. cor epiſcopi. lxix. diſt. Et licet iſti collitigãtes nõ dicãtur, tamen aduerſarij denominari poſſunt, vt tradunt Moder. in cap. j. de iudic. quia aduerſarius non tam ex lite quàm ex voluntate & animo contendendi denominationem capit. faciunt ea quæ ſuprà q. proxima dixi. Aduerſarij nomen vnde denominationẽ capiat.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVAERO, quid ſi vnus ex duobus præſentatis collitigantibus moriatur, an patroni poſsint præſentare alium ad dictum beneficium, & ſic dare nouum collitigantem?

¶ SOLVTIO. Lapus alleg. xxij. tenet quòd non, quia text. in cap. j. vt lit. pẽden. lib. vj. habet locum in præſentatione, & iſta eſt cõmunis opin. vt apparet ex his quæ Rochus Curtius congerit in tract. iuriſpatr. in verbo honorificũ. quæſt. xxiij. Et iſtam opinionem ſequuti ſunt Reuerendi P. & domini mei auditores in vna Barchinonen. beneficij ſancti Chriſtophori, corã R. P. D. Marcello pendente xxvj. Nouembr. M. D. xxxv. quicquid dixerit quidam Modernus in nouo tract. iuriſpat. fol. ccviij. cuius dicta non refero, quia vidẽtur ſatis verboſa, & implerẽt ſex bonas papyri paginas.

¶ Solum huic cõcluſioni obſtat vnum, de quo ſolus aduertit Fely. hic in quibuſdam mendoſis & breuibus apoſtillis, vix tamen legibilibus, videlicet, quia ſi dicimus patronum non poſſe præſentare, ſequeretur hoc inconueniens, quòd alteró ex præſentatis collitigantibus decedente, ille ſuperſtes, qui non haberet concurrentem compræſentatũ, poſſet obtinere in illa lite iniuſtè, prout fuit dictũ in quadam cauſa Pi- An patronus poſsit præſentare alium ad benefic.

ſa Piſana, quod tamen cauendum eſt.

¶ Tamen tenendo primam opin. ad iſtam rationem facilis eſt reſponſio, quòd non debet præſumi illum iniuſtè obtinere poſſe, quia iſte collitigãs ſuperſtes propter ſubrogationem innititur iuri ſuo, & mortui collitigantis: & verũ eſt dicere penes aliquem illorum remanere ius ſaltem reſultans ex clauſulis generalibus, aliàs ſupradicta ratione attenta, idem dicendum eſſet quando alter ex electis collitigãtibus moreretur, vt videlicet, eligentes deberent alium eligere propter illam ſuſpicionem, quod tamen fieri prohibet text. in d. cap. j. Et ideo lex ſuſpicari vetat triſtem euẽtum, vulg. l. inter. §. ſacram. ff. de verb. obliga. Præſertim in caſu noſtro, in quo per prohibitionem alterius præſentationis lites ſopiũtur. vt hîc dicitur in principio iſtius regulæ. Quæ quidem ratio nedum priuatam vtilitatem concernit, propter quam poſſet Papa ius beneficij vni auferre, & adiudicare alteri. vulg. l. Lucius. ff. de euictio. Et iſto caſu ratio & timor Felyn. euitatur, quia ſuperſtes obtineret virtute illius text. in d. c. j. & quod fit lege permittente, legitimè & iuſte fieri dicitur, vt in vulgata l. Gracchus. C. de adulte. quãuis prædictus Modernus, nomine Cæſar Lambertinus, in dicto nouo tract. iuriſpat. conatur nouum intellectum dare, ad dictum c. j. per quem contendit probare illum text. non habere locum in præſentatione, quibuſdam ſatis argutis rationibus, quæ magis diſputationis cõgreſſus, quàm vbi agitur de bono, & æquo, prout in iudicando procedere poſſent. Tenenda eſt igitur iſta opinio, quam Rota nõ ſolum, vt dixi meis temporibus, ſed etiam antiquis, Sixti & Alexandri eſt imitata.

**Lex ſuſpicari vetat triſtem euentum.**

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

**Collitigans.**

QVAERO, quid ſi quidam tertius non collitigans obtinuit ſe ſubrogari in locum, & ad beneficium illius qui iam obtinuit executoriales contra aduerſarium, qui illis nondum executis deceſſerat, nunquid ſit locus regulæ?

¶ SOLVTIO. Deciſio iſtius caſus pendet ab illa difficultate, vtrum per ſententiã quæ trãſiuit in rem iudicatam, nondum tamen executam dicatur finita lis: quam q. latè attingam, in regula de annali. q. xlij. & in regula, de triennali. Nam



Nam ſi lis eſt finita, prout innuitur in c. j. de lit. conteſt. lib. vj. & in l. cauſas. C. de tranſactio. non erit locus iſti regulæ, quia vbi nõ eſt lis, nõ eſt aliquis collitigans, qui ſubrogari poſsit. Sin verò adhuc poſt rem iudicatã reliquiæ litis manent, prout innuitur in l. inter. ff. de arbit. regula locũ habebit. ¶ Quid igitur dicendum iſto caſu omiſſa iſta controuerſia, de qua latius ſcribã in dictis regulis? Crederem in q. propoſita, non eſſe locum huic regulæ, quia lata ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, licet reus condemnatus poſsit adhuc dici & appellari aduerſarius, per ea quæ Moder. ſcribunt, in c. j. de iudic. Tamẽ collitigans dici non poteſt, cum lis ſit finita quo ad iſtum effectũ, & hoc viua ratione probatur, quia ſi lite pendente vnus collitigantium cedit tertio, alter collitigãs peti poterit ſe ſubrogari: ratio eſt, quia lite pendente dicitur innouare in præiudicium collitigantis, qui fortè ex litis euentu poſſet victoriam & ſententiam canonizatoriam ſui iuris, & adiudicatoriam beneficij reportare: ſed iſta ratio ceſſat quando vnus ex collitigantibus obtinuit ſententiam, quæ iam tranſiuit in rem iudicatam, ſuper qua executoriales decretæ fuerunt: quia ſi talis cedit, collitigans nihil prætendere poterit, nec ex illa ceſsione in aliquo ſibi præiudicatur: ergo nõ poteſt vti priuilegio iſtius regulæ, quod datur vero collitiganti, vt ſe à iactura, & litium anfractibus propter nouos aduerſarios liberet, quæ omnia hîc ceſſant. ¶ Nec obſtant ea quæ in dicta regula, de annali & triennali dicam, litem non extingui poſt rem iudicatam non executam, quia illud procedit quo ad quæſtionem, de qua ibi tractatur. Sed quantum ad iſtam q. illa non conueniunt, & ideo diuerſa ratio diuerſum parit iuris effectum. ¶ Limitarem tamen prædicta, niſi reus condemnatus per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam aduerſus ſententiam reſtitutus fuiſſet, quia tali caſu efficeretur verus collitigans, vt prius erat, quia reſtitutio reponit rem in primum ſtatum. l. j. C. de ſen. paſsis. & l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. Et ideo credo in eo habere locum regula, quia virtute reſtitutionis dicitur adhuc lis pendêre: cõſequenter ſua ſubrogatio infra menſem poſt impetrationem alterius erit potior, & præualebit impetrationi alterius tertij, niſi regulæ derogatũ eſſet in im-

**Aduerſarius quis dici poteſt.**

**Litem non extingui &c. q. modo procedat.**

**Ratio diuerſa.**

**Reſtitutio.**

petratione illius tertij, cui ſæpe ſolet derogari, vt dicetur inferius.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, quando iſti regulæ ſoleat, & quomodo derogari? ¶SOLVTIO. Iſti regulæ ſæpe vidi derogari in beneficijs litigioſis vacantibus per ceſſum, vel deceſſum, & adnotauit Reuerēdiſsimus bo.me. Laurentius Card. ſanctorū Quatuor in lib. derogationū regularū. Et certè eſt malè factum iudicio meo, quia tex. in c. ij. vt lit. pen. lib. vj. prohibet ſubrogationes, ne propter nouos aduerſarios malitioſe interdū litigia in eccleſiarū diſpēdium prorogari cōtingat: aliquādo tamen propter iſtā rationem fuit talis derogatio denegata, niſi pro magnis viris, & Cardinalibus. ſed ratio dicto c. ij. magis militare videtur, quando ſubrogatio datur Cardinali, vel aliis potētioribus, quibus facilius denegari deberet, quia atrocem, terribilem, & minacē vultum oſtēdere poſſunt aduerſariis ſuis. arg. l. ij. C. ſiqua præd. pot. & in l. j. C. ſi rect. prouin. Et ideo nō immeritò iactura cauſę afficiuntur, qui potentiorū patrocinium inuocant, vt diſponitur in l. j. & ij. C. ne lic. pot. Quare laudari meruit tēpore Inno. Octaui, Cardina. Alar. tunc ſignaturā obtinens, qui duobus Reuerendiſsimis Cardinalibus, videlicet Cardinali ſancti Petri ad Vincula, qui fuit poſtea Papa Iulius II. & Reue. Card. de Fuxo, quibus tunc reſpectiuè ſibi commendari omnia beneficia per obitum quorundā ſuorum familiarium tunc vacātia, etiam litigioſa cum derogatione iſtius regulæ: denegauit expreſſe derogationē regulæ, licet plurimum ſuper hoc ſollicitatus & importunatus fuiſſet. Et ideo bona fuit illa prouiſio quæ in ceſsionibus collitigantiū in perſonā tertij apponitur, videlicet dummodo orator nō ſit cedēte potentior, de quo dixi ſuperius in procemio iſtius regulæ, verſ. fi. & in j. Et licet, vt dixi, tēpore Innocētij, etiam Cardinalibus non cōcederetur derogatio iſtius regulæ: Tamen hodie indifferenter Cardinalibus cōceditur, prout alia ſingularia in eorum fauorem introducta ſunt cōtra regulas iuris, vt dixi latius ſuprà in regula proxima, tractando materiam ſignaturæ iuſtitiæ, propterea nō ſine cauſa prælati procurant per ſaxa, per ignes fieri Cardinales. Eſt tamen aduertendum, quòd

Subrogatio.

Potentiorū patrociniū inuocantes, &c.

Derogatio regulæ.



quòd quādo Cardinalibus datur ſubrogatio, & derogatio regulæ per obitum ſuorū familiarium, tunc ponitur quòd diſpoſitiuè familiaritas & cōtinua commēſalitas dicti Cardinalis exprimatur. In quorum fauorē etiam introductū eſt de ſtylo ſignaturæ, quòd in prouiſionibus beneficiorum vacantium per obitum familiariū eorundem Cardinaliū non detur derogatio iſtius regulæ, vt dicam in regula de beneficijs vacan. per obitum familiarium &c. Non datur etiā derogatio iſtius regulæ in beneficijs conſiſtorialibus, hoc eſt in monaſterijs virorum valorē ducentorum Florenorū auri ſecundum com. æſti. exceden. quia talia beneficia ſunt per quandā regulam reſeruata, & ſolet de illis conſiſtorialiter prouideri per viam cedulę, de qua vnā regulam fecit ad partem Clemens VII. Et hoc procedit, niſi per viam cōſiſtorij eſſet data prius ſubrogatio, vel facta prouiſio. Et ita ſeruat ſtylus, qui habetur pro lege, vt in c. quàm graui. de cri. fal.

Conſiſtorialia beneficia.

Stylus habetur pro lege.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

QVAERO, quæ eſt ratio quare mouenti litē contra triennalem poſſeſſorem hîc non datur ſubrogatio?

¶SOLVTIO. Eſt clara, quia ex quo lis quæ mouetur contra triennalem poſſeſſorem eſt improbata per regulam de triennali, & cenſetur quo ad iſtū effectum calumnioſa. Nam nō videtur bonum ius cōpetere litiganti quod elidi exceptione regulæ poteſt, vt in l. ſi vnus. ff. de pact. tradit Decius conſil. ciiij. & dixi in §. j. inſti. de actio. vnde qua ratione impetrātes contra ſenes & infirmos prohibētur hîc ſubrogari, quia præſumūtur improbi litigantes, & non fouere bonū ius eadem ratione, & illi qui mouent litem triennalibus poſſeſſoribus pacificis. noluit enim Papa approbare hîc talem litē ad effectū ſubrogationis. Tamen, licet quo ad beneficium mēſis, de quo loquitur iſta regula, huiuſmodi litigātes contra triennalem poſſeſſorē non iuuentur, iuuantur tamē beneficio iuris cōmunis, de quo in c. ij. vt lit. pend. lib. vj. Nam collitigās aduerſario triēnale mortuo, poterit proſequi ius ſuū, & ſententiā obtinere, vt tenet etiā Fely. hîc.

Mouens litē.

Ius bonū non videtur cōpetere litiganti, &c.

Litigantes improbi qui dicantur.

Collitigās aduerſario.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO de notabili q. Duo litigant: mortuo vno ex illis, quidam tertius non collitigans obtinuit primo ſubrogari ſine derogatione iſtius regulæ. Secun

Collitigās ſub rogationē ob- tinens.

do loco quidam alius etiam non collitigans obtinet ſubro
gationē cum derogatione regulæ. Tertio loco collitigans
ſuperſtes infra menſem hîc deſignatum ſuam ſubrogationē
impetrat. Quæritur modo quis iſtorum præferatur?

¶ SOLVTIO. Videbatur dicendum ſecundo loco ſubroga
tum debere præferri, ex quo habebat derogationem iſtius
regulæ. Nam licet eſſet ſecūdus in data, primus illi nō præ-
ferebatur, quia non habuerat regulæ derogationem, neque
etiam collitigans videbatur illi præferēdus, ex quo erat po-
ſterior in data.

¶ Breuiter prædictis non obſtan. contrarium fuit deciſum,
videlicet collitigātem, qui tertio loco ſubrogationem in-
fra menſem impetrauerat, & erat vltimus in data, debere o-
mnibus præferri, per iſtam rationem: quia clarū erat, quòd
quando ſecundus impetrans obtinuit ſubrogationem cum
derogatione regulæ, iam beneficium erat plenum in perſo-
nam primi, & illi iam fuerat per prouiſionem ſibi factā ac-
quiſitum ſibi ius in re, abſque eo quòd conſecutus fuerit poſ-
ſeſsionem, vt not. Ioan. And. in c. præſenti. de offi. ordi. lib.
vj. de cuius prouiſione ſecundus impetrans mētionem non
fecit. igitur ſecunda ſubrogatio erat nulla prima non caſſa-
ta, iuxta no. in c. auditis. de elect. & tradita per Imol. in c.
cū noſtris. de cōceſ. præben. & Fely. in c. in noſtra de reſcri.

¶ Nec obſtat, quòd primus impetrās non habuerat deroga-
tionem regulæ, quia hoc non reddidit gratiam conditiona-
lem, licet redderet reſolubilem, data poſtea oppoſitione re-
gulæ. Interim tamen gratia primi erat pura, ſimplex & vali-
da, cuius validitate extante, ſecunda ſubrogatio nō vale-
vt eſt dictum. Modo iſte primus impetrans ſine derogatio-
ne regulæ, licet vincat ſecundum impetrantem, vt eſt dictū
non tamen vincit collitigantem tertio loco ſubrogationē
impetrantem, ſed vincitur ab ipſo collitigante, per diſpoſi-
tionem iſtius regulæ, quæ vult collitigantem infra menſem
ſubrogatum vincere omnes alias impetrationes anterio-
res, non habentes derogationem regulæ. Et licet iſte colli-
tigans à ſecundo impetrante vincatur propter regulæ dero-
gationem: tamen quia ſecundus impetrans vincitur à pri-
mo, & primus à collitigante, locus fuit diſpoſitioni. cap. au-
thoritate Martini. de conceſ. præben. vbi ponitur regula in
ris,



ris, quòd ſi vinco vincētem te, à fortiori vinco te. Et ita per
iſtam rationem determinauit iſtam quæſt. Rota ante dire-
ptionem vrbis in vna Tiraſonen. canonicatus, & præla. de *
Tudela coram D. Guliel. Caſsiodoro, vt D. Martin. Rom.
egregius & antiquus procurator, tunc adnotauerat, vt ipſe
mihi retulit.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

QVAERO, quia hîc dicitur, quòd intruſo prius in bene-
ficio non datur ſubrogatio. Quid ſi à principio litis
fuit intruſus, ſed lite pendente deſinit eſſe, vtrū
poterit ſe ſubrogari in beneficio per obitum collitigantis?

Intruſus à principio litis.

¶ SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non, quia ſufficit,
quòd ſemel fuerit intruſus. Nam qualitas ſemel poſita im-
plet diſpoſitionem, licet poſtea ceſſet, vt eſt gloſ. notabilis
in verbo, canonicis. in cap. ſtatutum. de reſcript. lib. vj. & ibi
dixi. facit ad hoc notabile dictum Bald. & Salic. in l. genera
liter. C. de epiſco. & cler. vbi volunt, quòd ſi detur dos mu-
lieri ſub prætextu paupertatis, ſufficit quòd à principio fue
rit pauper, vt dotem habeat, vnde ſi poſtea fiat ditiſsima, ni
hilominus habebit ipſam dotem. & hoc dictum ſequitur
Ioan. Rogerius de la Mota, in rubrica de cau. poſſ. & pro-
prie. fol. vij. faciunt ea quæ in ſimili ſcribit Decius in conſil.
xxiiij. incip. & pro virili, &c. Accedit, quod dicit etiā Ioan.
And. in cap. decet. de reg. iur. lib. vj. quòd ſi conceſſa fuerit
immunitas propter numerum xij. filiorum, non debet illa
ceſſare, ſi contingat aliquos ex illis mori. quod dictum ſe-
quitur Imol. in conſil. lxxviij. viſis &c. circa fi. faciunt ea quę
dicit Bald. in conſi. cj. verba domini. in iij. vol. & Alex. poſt
Bart. in l. ij. §. non ſolum. ff. de excuſ. tuto. cum concord.
vt ſcribunt Moder. in l. etiam. ff. de quæſt.

Qualitas ſemel poſita, &c.

Dos ſi detur mulieri ſub p̄textu paupertatis, &c.

Immunitas cō ceſſa mulieri.

¶ Tamen iſtis non obſtan. cōtrarium videtur verius, quia
negari non poteſt, quòd qualitas adiecta verbo debet adeſ-
ſe tempore verbi. vulg. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Sed iſta
regula diſponit intruſo non dandam ſubrogationem: er-
go debet intelligi, quòd ſit intruſus tempore ſubrogatio-
nis, & hoc veriſimile videtur, quia Papa noluit intruſo ſub-
rogationē dare, ne quis in ea perpetuò ſe confoueret: nam
intruſus non meretur præmiari, ſed caſtigari, vt in c. eum
qui. de præbend. lib. vj. Sed iſta ratio non militat in eo, qui

tempore ſubrogationis iam non eſt intruſus, ergo ceſſare debet diſpoſitio. Nec obſtat, quòd qualitas ſemel poſita &c. quia illud procedit quando agitur de inducendo fauore & commodo, vt prædicta iura loquuntur: ſecus verò vbi agitur de damno & odio, quia tali caſu qualitas nocens requiritur tempore actus, vt in l. in delictis. ff. de noxali. argum. eorum quæ dicit Bart. in l. item ſi in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

QVAESTIO DECIMANONA.

Benef. vacans per obitũ, &c.

QVAERO, vtrum beneficium vacans per obitum vnius ex collitigantibus poſsit ante menſem iſtius regulæ acceptari per expectantes?

¶SOLVTIO. Si attendamus literam antiquam regulæ vſque ad tempus Alexandri, gratia expectatiua proculdubio excludebatur, quia illa ſolet concedi motu proprio, vt dixi in tract. expect. poſt Abb. in cap. j. de iudic. Et tamen iſta regula loquitur de impetrationibus, quæ ſunt diuerſæ à gratia motu proprio, vt in vulg. cap. ſi pluribus. & c. ſi motu proprio. de præben. lib. vj. Et tradũt omnes in l. j. ff. quod quiſque iuris. Si verò attẽdamus literam modernã regularum in quibus expreſſe de gratijs motu proprio fit mentio, tunc aliter dicendum erit.

¶Sed aduertendum eſt, quòd iſta procedunt, quando expectatiua conceditur lite iam pendente ſuper aliquo beneficio: ſed ſi conceſſa fuiſſet ante litem, Egid. tenet in conſ. ſuo xxv. acceptationem valere de beneficio litigioſo vacante per obitum alterius collitigantis. Et idem refert Egid. in cap. ij. in vj. quæſt. vt lit. penden. libro vj. communis tamen opinio eſt iſta, quòd expectans non poſsit talem beneficium acceptare in præiudicium ſuperſtitis, & ita videtur iudicare Bonifac. Vitalinius Rotæ auditor per Cardi. Numanſen. in clem. auditor. in fin. verbis. de reſcript. poterit tamen admitti talis expectans, vt intereſſe putans ex ſuo iure, non ex iure mortui, vt eſt deciſ. dlxxxviij. incip. verum cap. ſi hi contra quos. in antiquis. Et declarat idem Boni. Vitalinius in clem. j. in vj. colum. vt lite penden. Et Oldra. in conſil. ccxcix. quidam Vgo. colum. fin. & illa deciſ. dlxxviij. reperitur ſub tit. vt lit. penden. deciſ. xij. in no. & eſt repetita in antiquio. Biſegneti, eod. titu. deciſ. ij. Et ideo ſubrog-

Expectãs qui acceptauit beneſic. litigioſum.



rogatio valebit extra caſum præiudicij lit. pend. de iure cõmuni, per ea quæ Card. in pluribus conſilijs dicit, quos refert Decius in cap. j. de confir. vtil. vel inutil. ſed attenta diſpoſitione iſtius regulę, putarem ſubrogationẽ nullam quo ad omnes effectus, ne valeat collitigans moleſtari, aliàs fruſtratorium eſſet procœmium iſtius regulæ: quod tamen limitatur tripliciter. Primo, niſi expectans habeat gratiam ſuã, etiam ad litigioſa. Secundo, niſi expectatiua ſua eſſet ad certum beneficium, ſuper quo poſtea moueatur lis, vt colligitur ex dictis Bonifacij in d. cle. j. in v. col. Tertio limitatur niſi lis mota fuerit in forma iuris, videlicet quando ageretur ad priuationẽ pretextu homicidij, vel alterius criminis. Nam ſi lite pendente moriatur, poſſeſſor beneficij poterit tale beneficium non obſtãte illa lite acceptare. Ita dicit deciſ. ccccxcj. in nouis. incip. Titius erat.

Beneficium litigioſum acceptari poſſe limitatur tripliciter.

¶Sed hîc ſuboritur notabilis difficultas, quæ pridie deciſa fuit per dominos. Ponamus quòd expectãs acceptet beneficium per obitum alicuius collitigantis, quando non poteſt acceptare, & obtineat ſe ſubrogari, & ita continuat vigore gratiæ expectatiuæ litem contra alium collitigantẽ ſuperſtitem ſuper dicto beneficio, & tandem obtinere canonizari ſubrogationem ſuã, poſtea vigore dictæ gratiæ expectatiuæ acceptat aliud beneficium, alter dat & excipit de conſumptione gratiæ, ex quo prius acceptauerat beneficium prædictum, & obtinuerat vigore ſubrogationis, dubitabatur nunquid illa ſubrogatio, vigore cuius obtinuit beneficium, expectans dicatur gratiam cõſumpſiſſe. Hoc dubium fuit propoſitum per domi. Ioan. Paulum in vna Tullen. cano. & præben. de Remaricamonte. Et fuerunt varia motiua hincinde allegata, & deducta per aduocatos & procuratores vtriuſque partis. Nam quidam dicebant gratiam cõſumptam, ex eo, quia ſubrogatio fuit conceſſa ratione litis motæ vigore gratiæ expectatiuæ, & ſic expectatiua fuit cauſa, quòd ſubrogatio canonizaretur. Alij totum oppoſitum dicebant. Tandem Rota, re diſcuſſa, concluſit die x. Octobr. M.D.XXXIX. gratiam non eſſe conſumptam. Ratio fuit, quia *
licet lis, quæ dedit cauſam ſubrogationi poſtea canonizatæ, fuerit mota vigore gratiæ expectatiuæ, non tamen expectatiua fuit cauſa immediata ſubrogationis, ſed mediata &

Subrogationis diffinitio.

Cauſa remota.

remota, quo caſu cauſa remota ad nocẽdum non debet at-tendi, ſed cauſa proxima & immediata, vt not. omnes Mod. in l. certi condictio. poſt gloſ. ibi. ff. ſi cer. pet. & Fely. in cap. ſolitæ. de ma. & obe. cum concor. vt ſcribit Decius in rubrica C. qui admit. col. iiij. numer. 40. in vltima lect. & tradi. Imol. in. l. j. §. fi. ff. de dona. & Corneus conſil. cliij. col. fi. lib. ij. & conſi. cclxiij. col. ij. vol. iiij. Nam clarũ eſt, quòd ſubrogatio eſt noua, & ſimplex gratia de per ſe non depẽdens à expectatiua: ergo ſi vigore illius fuit acquiſitum beneficiũ, non poteſt dici acquiſitum vigore gratiæ expectatiuæ, cum ſubrogatio ſine gratia expectatiua, imò non exiſtente aliqua lite concedi poteſt, vt ſuperius eſt in alijs. qq. dictum. Et per hoc apparet, quòd deciſ. ccccxxviij. in nouis. nõ obſtat, quia ibi vigore acceptationis & prouiſionis nullæ percip: rat vtilitatem ſpectans, puta fructus, quod hoc ceſſat. Ne

Noua prouiſio.

obſtat, quòd noua prouiſio quæ habet effectum, etiam ei gratia nulla conſumit gratiam: quia hoc ideo eſt, quia noua prouiſio præſupponit primam gratiam in neceſſarium antecedens, vt tenet Gloſſator infrà, regula lxij. alias non valet, vt deciſ. xiiij. de conceſſ. præben. in antiq. & Pe lamera deciſ. cxvj. & illa prima gratia eſt cauſa immedia. nouæ prouiſionis, quia noua prouiſio fit ad iſtum effectum quia orator dubitat gratiam ſuam expectatiuã, & acceptionem inde ſecutam viribus non ſubſiſtere, &c. ideo noua prouiſio conceditur ratione primæ gratiæ, & ideo non e ſimplex prouiſio: meritò ſi illa habet effectum, cõſumit. Se ſubrogatio non præſupponit aliquẽ titulum pręambulum, ſed eſt ſimplex gratia de per ſe ſubſiſtens: ideo ſi vigore illius acquiro beneficium, non dicitur illud habere ratione gratiæ expectatiuæ, quod eſt bene notandum.

## REGVLA DE VERISIMILI NOTITIA OBITVS.

ITEM *uoluit & ordinauit, quòd omnes gratiæ quas de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cum cura, uel ſine cura, ſecularibus & regularibus per obitum quarumcunque per*



*perſonarum uacantibus in antea fecerit, nullius roboris uel momenti ſint, niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi tãtum tempus effluxerit, quòd interim uacationes ipſæ de locis, in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint, ad notitiam eiuſdem Domini noſtri ueriſimiliter potuerint perueniſſe.*

### PRAEFATIO.

Regulæ author.

REGVLA iſta ſancta & ſalutaris videtur, quia per eam fraudes coercentur, & cupidæ ambitionis audacia refrenatur. Eius primus author fuit Ioan. XXIII. qui eam ædidit xiij. Calend. Maij. Pontif. ſui anno iiij. vt in eius regulis apparet. Deinde Martinus V. per eadem verba approbauit, nihil ad eam addens. Poſteriores verò pontifices vſque ad Nicolaum V. de iſta nullam mentionem fecerunt: Nicolaus tamen ſuſtulit procemium regulæ, quo vſi fuerant Io. XXIII. & Martinus, quod breuitatis cauſa factũ opinor, cum aliàs indignum videretur tam ſalutare procemium, ex quo mens & intentio colligitur conditoris ſuſtuliſſe. Nicolaum tamen in hoc omnes Rom. Pontif. eius ſucceſſores hucuſque ſunt imitati, quia nullus eorũ procemio illo vſus fuit. Imò, quod eſt magis mirandum, quòd cum regula iſta varias habuerit in cauſis decidendis difficultates, vt ex diſcurſu operis apparebit, nullus eorum verbũ aliquod addidit, vel mutauit ad regulam Nicolai, ſed integra manſit vſque in hodiernum diem, cum tamen aliæ regulæ aliquam receperint mutationẽ. Et illa regula Nicolai, dẽpto proœ. in omnibus alijs cõcordat cum illa Io. XXIII.

Procemiũ Io. xxiij. deſcribitur.

Procemiũ verò Io. XXIII. tale fuit: Itẽ, vt in habẽdis beneficijs eccleſiaſticis fraudes euitentur, ſeruetur cõſcientię puritas, & ambitionis via præcluditur ambitioſis, &c. hactenus habetur procemiũ Ioan. Ex quo colligitur manifeſtè ratio finalis iſtius regulæ, quæ concordare videtur cum æquitate iuris cõmunis, & ideo fauorabiliter erit & latiſsimè interpretãda, per ea quæ gl. iij. dicit in c. iij. de prębẽ. lib. vj. quod faciet ad multa inferius dicẽda.

Regula fauorabiliter interpretanda.

### QVAESTIO PRIMA.

Impetratiões ordinariorũ.

IGITVR primo, vtrum iſta regula habeat locum extra curiam in impetrationibus ordinariorum & legatorum?

¶SOLVTIO. Prima facie dicendũ videtur quòd non, quia
regula loquitur in Papa, vt ex eius verbis apparet: ergo nõ
procedit in ordinario, quia ex diuerſis nõ fit illatio. Et quia

Ordinari⁹ an poteſt conf. benef.

ordinarius poteſt conferre beneficium ſub conditione ſi va
cat, etiam ignoranti vacationẽ, ſecũdum gl. & omnes in c.
ij. de elect. lib. vj. & Lap. alleg. vj. & Rota deciſ. clxj. in antiq.
ſufficit enim quòd beneficium vacauerit, & veritas attenda
tur, per ea quæ not. Gemi. in c. ne captandæ. in iiij. colum. de
conceſſ. præben. lib. vj. facit c. veritate. viij. diſtin. Nec debet
morari, nec fruſtrari prouiſio proptet talem conditionem
ſi vacat, quæ eſt de præſenti, licet ignoretur exiſtentia con-
ditionis eiuſdem. l. multum. ff. de cõd. & demon. Nec enim

Temporis anguſtia.

nocet anguſtia temporis. l. ſi mihi & tibi. ff. de leg. j. not. in

Si mulier non certificata.

c. in præſentia. de ſpõſa. vbi ſi mulier non certificata de mor
te viri contrahit matrimonium, tenet ſi in veritate maritus

Vacationis modum exprimere.

erat mortuus: vnde in collatione beneficij non eſt neceſſa-
rium modum vacationis exprimere, licet bonum ſit illum
exprimere, vt not. gl. quamuis. in clemen. j. de præben. Do-
mi. in capitulo ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. & gl. vacationi-
bus. in c. cupiẽtes. de elect. lib. vj. Item iura dicunt, quòd be
neficia non conferantur antequam vacẽt: vt in capitulo nul
la. de cõceſſ. præben. ergo ſi vacent, licet vacatio ignoretur
valet collatio, iuxta dicta Bald. in rubrica, qui ſint reb. vbi

Collatio de beneficijs vacantibus.

dicit valere collationẽ Epiſcopi de beneficio vacante, licet
nõ vacaret, vt credebat Epiſcopus: quod dictũ dicit eſſe mi-
rabile Fely. in c. ſciſcitatus. in penul. col. de reſcrip. facit de-
ciſ. xxxvj. de præbẽ. in antiq. præſertim, quia collationes or

Ordinariorũ collationes fauorabiles.

dinariorũ ſunt fauorabiles & naturales, propterea amplian
dæ. c. peruenit. xj. q. & no. in cle. fi. de offi. ord. Et pro iſta par
te dicit Glaſſator hic, quòd iudicauit Rota, & idem dicit in
regula de ſubrogãdis collitigantibus. in fi. vt dicebat etiam

Principiũ & finis habilia, &c.

tũc D. Coronatus aduocatus. nam ſatis erat, quòd princi-
piũ & finis ſint habilia, licet mediũ inutile ſit, vt ibi per eũ.
¶Iſtis tamen non obſtantibus contraria opinio eſt verior
& communis, quam in primis tenet Gloſſator hîc, dicens,
quòd iſta regula habet locum extra curiam, quia cõcernit
vtilitatem animæ, ex quo emanauit ad tollendas fraudes &
ambitiones: vnde dato quòd aliàs eſſet exorbitãs & pœna-
lis, propter fauorem animæ recipit extẽſionem, vt dicit Io.
And.



Andr. in c. ex tenore. qui filij ſint legit. nam, vt ipſe inquit,
negari non poteſt, quòd iſta regula cõcordet cum iure com
muni, vt non detur occaſio captandæ mortis alterius, iuxta
capitulum ſecundum & tertium. de conceſſ. præben. Hæc di
cit Gloſſ. ¶Addo, quòd iſtã etiam opinionẽ tenet Decius
in conſil. cccxcviij. incip. in cauſa domini. col. fi. vbi expreſ-
ſè concludit, quòd regula iſta habet locũ in ordinario, quia
licet loquatur in ſummo Pontifice, tamen ex quo emanauit
ad obuiandum fraudibus, latè debet interpretari & extendi
à paritate rationis, quia etiam ſi materia odioſa ſit, fit talis

Extenſio ĩ materia odioſa quando fiat.

extenſio, vt fraudes remoueãtur: vt probatur in c. ſi ciuitas.
de ſenten. excõ. lib. vj. & gloſ. fi. in c. quanquam. de vſur. lib.
vj. Præſertim, quia per iſtam regulam ambitio coercetur,

Ambitio repellit à beneficio.

propter quod vitiũ quis repellitur à beneficio, vt not. Abb.
per illum text. in c. cum iamdudum. in princip. de prębend.
Nam ſicut ius commune reprobat ambitionẽ, vt in c. quia
in tantum. de præben. ita & iſta regula idem facit. ex quo ſa
tis infertur, quòd dixerat Gloſſator hic, quòd habeat con-
formitatem cum iure communi, & ſic habebit locum in or-
dinario. & ita dicit Decius iudicatum fuiſſe in parlamento
Delphinatus. ¶Et ſecundum iſtam opinionem reperio no
uiſsimè conſuluiſſe Ioan. Franciſcum de S. Nazario de Ri-
pa in conſil. xvj. poſito in lib. j. de legi. & longa conſuet. in
operibus ſuis impreſsis, vbi poſt multa concludit, quòd iſta
regula habeat locum extra curiam coram ordinario, ex eo,
quia non exorbitat à iure communi, aliàs non eſſet regula,
vt in l. j. ff. de reg. iur. Nam ſecundũ eum iſta regula fuit con
dita ſecundum ius commune, & ſecundum rationem & na-
turalem ſenſum. Nam aſſeuerans mortem ante veriſimilem
notitiam, præſumitur conſcius alicuius conſpirationis fa-
ctæ in mortem alterius, & acceleraſſe impetrationẽ ne præ-
ueniretur: & iſta fuit ratio dictæ regulæ, quæ locum habet
in ordinario. & hoc latius confirmat idem Ripa in cap. ij.
col. penult. de reſcrip. vbi concludit, quòd iſta regula habet
locum in legato & ordinario, quia extracta fuit de corpo-
re iuris communis, videlicet, ex ratione cap. deteſtanda. de
conceſſ. præben. lib. vj. vt tollatur occaſio captandę mortis,
vt ibi latius per eum. ¶Et iſtam eandem opinionem poſt
longam diſputationem tenẽt Moderni in tract. beneficio-

rum.in xlvj.q.iij. partis.Et ante ipſos doctus Gloſſator antiquus pragmaticæ Franciæ,in tit.de collationibus.in verbo,faciendas.à quo quicquid dicunt Moder.in dicto tract. beneficij,acceperunt. Et tamen concludunt prædicti doctores quòd iſta regula procedit in ordinarijs, quia fuit facta ad obuiandum fraudibus,quæ fiebant in curia ad præueniendum ordinarios:& non eſt dicendum,quòd Papa qui aliorum iura vult ſeruare,ſua negligat,vt in c.licet.de ſupp. neg.præla.cum alijs concor.vt ibi per eos. Nam niſi iſta regula haberet locum in ordinarijs,quotidie fraudaretur Papa,& ad obuiandum ſimilibus fraudibus factum fuit.cap. ſtatutum. de præbẽ.lib.vj.ibi,in diœceſi exiſtentes.Et quod ibi not.per doct. Et collationi videtur ineſſe tempus tacitum,quo collator potuerit veriſimiliter ſcire vacationem, vt in ſimili not.in §.loca.inſtit.de verbo.oblig.& not.in l. ij.ff.de eo quod cer.lo.& in l.interdum.ff.de verbo.oblig. Et dicunt ſuper hoc vidiſſe quandam conſtitutioñe Othonis legati,de qua ibi per eos. ¶Non obſtant in cõtrarium adducta,quia vltra quod ex prędictis apparet ad ea ſolutio, ad ea etiam reſpondet Iaſ.in conſil.ciiij.col. penul.lib.j.qui hanc opi.tenet,vt ibi per eum.

Papa, qui alio rum iura vult ſeruare,ſua ne gligat.

QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, nũquid iſta regula procedat in gratia facta motu proprio?

¶SOLVTIO. Diſtinguendũ eſt de motu proprio. Nã ſi loquimur de motu ꝓprio impetrato ab eo in fauoré cuius fit prouiſio,qui doloſè impetrat,& ſciés ſe,non veriſimilẽ notitiã habere,quæſtio nõ haberet difficultaté,quia pręſumitur ille motus ꝓprius procuratus,& nõ iuuat,licet hodie per abuſioné talis dicatur etiã motus proprius,vt alias latè dixi in alijs regulis:ſed vbi quidã tertius hoc ignorãs porrigit ſupplicatioñe pro alio,& Papa eam ſignat motu proprio,tunc tres domini voluerũt in Rota locũ non eſſe regulæ,quia iſte eſt verus motus proprius,& tali caſu verum eſt dicere Papã,qui ex ſeipſo mouetur ad cõcedendum gratiam,non velle ſe huic regulæ ſubijcere. Tamé iſtis non obſtan.alij domini vnà cum Fely.in vtroque caſu iudicarũt regulam obſtare impetrãti,vt refert hîc Fely.in quibuſdam apoſtillis.Ratio deciſionis fuit,quia Papa prouidendo motu pro



tu proprio,credit nuntium veniſſe debito tempore:nam ex quo non fuit certificatus de tempore,præſumitur ignorare qualitatem eius, cum ſit facti,& conſiſtat in facto. cap.j.de conſti.lib.vj.Et per conſequens non viſus fuit cogitare de generalitate iſtius regulæ.Et pro hoc facit,quia talis præſumitur mens Papæ concedentis qualis eſt iuris,ſed de iure eſt,quòd quilibet non præſumitur ita eſſe ambitioſus,vt præproperè,& in tempore non veriſimili impetret. argu.l. interdum.ff.de verbo oblig.& in l.ij.ff.quod cer.loco.ergo talis præſumetur mens Papæ, quia quilibet præſumitur in dubio impetrare infra ordinarium tempus veniendi ad vrbem,& nõ tempore extraordinario.arg.l. Seio.§.medico. ff.de ann.lega. Et pro iſta opin.videtur text.hîc vbi annullantur omnes gratiæ,& ſic comprehendit gratiã motu proprio,quia qui totum dicit,nihil excludit,vulga.l. Iulianus. de leg.iij.c.ſi Romanorum.xix.diſtin.& in c.ſolitæ.de ma. & obed.Et cum iſta concluſione videtur concordare Iaſ.in conſil.ciiij.incip.circa quatuor.col.penul.lib.j.

Papa concedens qualis eſſe dicatur.

Ambitioſus non adeò præſumitur quis, &c.

Totum qui dicit, nihil excludit.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an regula iſta comprehendat illam ſpeciem vacationis obitus,quæ includi poſſet ſub clauſula,ſeu alio quouis modo appoſita in reſignatione?

Species vacationis obitus.

¶SOLVTIO. Exemplum poteſt poni in caſu,qui contingit tempore Sixti in Rota ſuper Abbatia Auicien.ſancti Petri de Turio, in qua quidam Petrus de Rupe abbreuiator de anno M.cccclxvij.die decima Iulij dedit mandatum ad reſignandum ſuam Abbatiam in fauorem Ioann.de Claramonte,miſſo mandato ad curiam, dictus Petrus reſignans ante factam reſignationem per ſuum procuratorem,obijt extra curiam xiiij. prædicti menſis Iulij,& ſic per obitum eius mandatum fuit reuocatum. Sed procurator obitum ignorans reſignauit Abbatiam in manibus Papæ,qui prouidit dicto Io.cum clauſula,ſiue præmiſſo,ſiue alio quouis modo &c.Deinde quidam Io.Perini habens notitiã de obitu dicti Petri,impetrauit per obitum à Papa,& cõmiſit cauſam cõtra dictum Ioannem de Claramonte iam intruſum, qui comparens allegabat ſibi ius competere in dicta Abbatia,licet non vigore reſignationis ſibi factæ,quæ non valebat propter defectum mandati : competebat tamen virtute clau

clauſulæ,ſiue alio quouis modo, quæ capit vacationem per obitũ. Replicabat Ioan. Perini, quòd obitus Petri reſignantis fuit in tam breui tempore, quòd veriſimiliter tempore prouiſionis factæ dicto Ioan. non poterat haberi notitia in curia. & ſic obſtabat iſta regula, dicens eam comprehendere quécunque obitum, ſiue expreſſum in gratia, ſiue comprehenſum ſub dicta clauſula, alter verò dicebat contrarium. Ex qua quidem diſceptatione fuerat datũ præfatum dubium per auditorem, & quæſitum, quid iuris?

¶Solutio. Iſte caſus etiam temporibus Modernis ſæpius contigit in Rota, vt inferius apparebit, ſuper quo varie ſenſerunt domini: tempore verò Sixti in quo contigit caſus ſuperius enarratus, nihil fuit deciſum quod viderim. Sed circa illa tẽpora reperio hoc dubium in terminis fuiſſe motum per quendam egregium doctorem antiquum, in commento concilij Baſilien. inſerto in pragmatica Franciæ. tit. de collationibus beneficiorum. in verbo, faciendas in fin. vbi concludit, quòd prouiſio per obitum reſultãs vigore illius clauſulæ ſiue aliàs quouis modo, valeat: & quòd non obſtet iſta regula, rationem adducit, quia procurator qui venit ad curiam, non venit ad impetrandum per obitũ, ſed ad reſignandum: & ſic venit propter alium modum vacationis, ſi poſtea Papa conceſsit clauſulas, propter quas reſultat alius verus modus vacandi, ille debet ſibi prodeſſe, cum non fuerit in dolo, quia origo prouiſionis inſpicienda eſt. l. tutor. ff. de fideiuſſ. & l. iij. C. ad Macedo. ita concludit dictus doctor cui nomen Coſmas Guimier in dicto loco.

**Prouiſio p obitum reſultans.**

¶Et iſtam opinionem Coſmæ ſequuntur ad literam Moder. in tractat. beneficij. in tertia parte. q. xlvj. nihil penitus addentes. Et cum iſtis videtur cõcordare Gloſſator hic in tertia col. vertic. item quia iſta regula loquitur &c. qui licet ponat quæſtioné per contrariũ, & ſe inuoluat, tamen ratio, quam ponit, cõcludit ad iſtã quæſtionem. Dicit enim, quòd cum regula iſta ſit exorbitans, & ceſſat in caſu captãdæ mortis, non debet extẽdi niſi ad caſum expreſſum, nõ ad alium.

¶Sed prædictis non obſtantibus contraria opinio eſt verior, pro qua tempore Sixti conſuluit quidã aduocatus, hac ſola ratione, quia iſta regula ſolum habet reſpectum ad vacationem per obitum, non autem reſpicit formã impetrationis:



tionis: vnde ex quo de obitu indiffinitè loquitur, cõprehendit omnem modum per quem deuenitur ad illam vacationem, ſiue directè, ſiue per clauſulam alio quouis modo. Hæc ille. Et ſecundum iſtam opinionem reperio caſum propoſitum in Rota tempore Iulij Papæ ſecundi, vt refert Fely. hîc in quibuſdam apoſtillis, dicens, quòd Guiliel. & maior pars Rotæ fuit in iſta opinione ipſo cõtradicẽte, videlicet, quòd talis reſignatarius virtute illius clauſulæ, ſiue alio quouis modo in ſupplicatione reſignationis poſita, non poterit habere per obitum, ſed illa clauſula tantum comprehendebat alium caſum ſimilem renuntiationi, puta vacationem, per capitulum de multa, vel cõtractum matrimonij, vel per non promotioné, iuxta cap. licet canon. vel ingreſſum religionis, & ſimiles. Felynus tamen dicebat contrarium, ex eo, quia verba debent in gratia aliquid operari. Et tenendo dictam opinionem, illa clauſula quouis modo nihil operaretur, contra ea, quæ dicunt Doct. in cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. Et quia in tali interpretatione comprehenſiua mortis ceſſat mens & ratio regulæ, quæ conſiderat ambitionem ex illa præpoſtera præuentione curſus, & votũ captandæ mortis. Subdit tamen, quòd licet eſſent plura vota pro alia parte, nihil tunc fuit deciſum, quia regula loquitur in vacante per obitum. Hæc ibi Felynus. Adde, quòd ego reperio modernis temporibus, pro opinione illa maioris partis dominorum contra opinionem Felyn. fuiſſe in Rota iudicatum.

**Reſignatari⁹.**

¶Nam reperio quondã Reuerend. P. Dominicum de Iacobatijs, tunc temporis primarium auditorem, qui meritis exigentibus, creatus fuit poſtea Cardinalis in quibuſdam iſtius regulæ apoſtillis, ſuper iſta quæſtione ſcripſiſſe manu propria hæc verba formalia, videlicet, fuit obtentũ in cauſa Libicen. vicariæ, in qua ego pronuntiaui, licet contra votum meum, quòd regula iſta haberet locũ in eo, qui de partibus conſtitutus procurator reſignaſſet in fauorem certæ perſonæ, cui fuit prouiſum cum clauſula, ſiue alio quouis modo. Quod mihi fuit viſum contra voluntatem ædentis regulam, & in meo voto fuit Accoltis, & primo Fely. in ſecunda inſtantia coram me variante, ſed ſuperueniente Antonio de Zocchis in Rota ſenſit idem quod ego. Et dominus

**Reſignare in fauorem certæ perſonæ.**

BIBLIOTECA

nus Chriſtophorus de Porcarijs dubitauit, quia in prima inſtantia, in qua pronuntiauerat, Nicolaus de Vbaldis dicebat non interfuiſſe, & ideo fui coactus confirmare primam ſententiam: mihi tamen ex pluribus videbatur cõtrarium, quia ceſſàbat ratio regulæ, quæ eſt propter fraudes. Item, quia ceſſàbat votũ mortis. Item, quia regula loquitur quando impetratio fit principaliter per obitũ, hîc nõ principaliter impetratur per obitũ. Item, quia exquo procurator bona fide venerat de partibus cum mandato, & illi fuerat prouiſum ſi dixiſſet & narraſſet Papæ, dubito, quòd interim reſignans ſit mortuus: omnino Papa dediſſet: maximè, quia in prouiſione etiam apparebat, quòd derogauit regulæ. Item, quia videtur caſus omiſſus quando per reſignationem, & in conſequentia capit ex clauſula generali per obitum. Etiam vnus adduxit regulam. l. ij. ff. de verb. oblig. quòd ſub ſimplicibus &c. licet modicum videretur facere, quia communiter habetur illa clauſula in ſupplicationibus, & alio quouis modo, & regula d. l. ij. procederet, vbi appoſita nõ fuiſſet. Aliqui ponderabant verba regulæ ibi, gratiæ. Alij verò dicebant, quòd ſatis per obitum habet: & ſi dediſſet, ſatis eſt, quòd non apparet datum. Vnus ex dominis fuit qui dedit curſum ſtateræ ratione (vt tunc domino Iacobatio videbatur) puerili, & non vera, videlicet, quòd clauſula, ſiue aliàs quouis modo non habet locum hoc caſu, quia circumduxit Papã, cui dixit, ꝙ reſignabat in manibus ſuis. Et pro opinione ſua Iacobatius dicebat benefacere, quia videtur regula conſideraſſe quando ad impetrationem partis gratia obtinetur, ſed clauſulã, ſiue alias quouis modo, Papa ponit ex ſeipſo ex quodam ſtylo. Iſtud tamen tollitur, quia regula dicit, omnes gratiæ. Item, quia ſtylus nõ apponit dictam clauſulã, niſi ſit in ſupplicatione. Iſta ſunt quæ de verbo ad verbũ R.D. Dominicus de Iacobatijs reliquit ſcripta ſuper iſta regula. Ex cuius verbis manifeſtè colligitur Rotã iudicaſſe propter generalitatẽ verborũ regulæ illi eſſe locum.

¶ Poſtremò ſecũdum iſtam opinionem, quòd regula procedat iſto caſu, iudicauit Rota in vna Gebenen. parochiali * coram D. Gulielmo de menſe Maio, vt ipſe idem refert in quadam deciſione, rationẽ deciſionis ponens, quia ex quo per illam clauſulam generalẽ non datur alia vacatio, quàm per



per obitum, obſtabit regula, nec attendi debet, quòd impetratio in modo expreſſo ſit per reſignationem, ex quo re vera vacat per obitum: & in tali vacatione tantum verificatur prouiſio, in qua regula loquitur, ſiue per modũ expreſſum, ſiue per generalia verba colligatur modus verus vacandi, & ita dicit ſe audiuiſſe maiores tenuiſſe olim.

¶ Et prædicta omnia procedunt in caſu ſuo, non autem in caſu contrario, videlicet, quando quis impetrat per obitũ, & verè vacat per reſignationem, prout in caſu tunc contingenti, quia tunc regula non procedit, quia ſolum loquitur quando per obitum, & extendi non debet in alium caſum. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Ita concludit idem dominus Guliel. in d. deciſ. pro qua faciunt, quæ adducit hic Gloſſator pro iſta opin. in iij. col. verſic. item, quia iſta regula loquitur de obitu &c.

¶ Hactenus recitauimus opin. antiquorum & modernorum patrum ſuper iſto dubio. quid dicendum?

¶ Certè licet iſta opin. videatur ſuffulta iuribus & rationibus. Tamen adhuc pro prima opinione, videlicet, quòd iſta regula non habeat locum, iſto caſu poſſet adduci vna concludens ratio, quia certũ eſt leges nouas intarpretationem & declarationem recipere à lege veteri. l. non eſt nouum. cum l. ſequenti. ff. de leg. ſed in regula iſta veteri ponitur, & aſsignatur in ipſo proœmio iſta ratio, videlicet, vt fraudes euitentur, & ambitionis via præcludatur &c. clarum eſt, quòd iſta ratio proœmij inducit cauſam finalem. vt in l. fin. ff. de hæred. inſtit. & tradit Bald. in l. vt liberis. C. de colla. ceſſante igitur ratione proœmiali & finali, ceſſat ipſa diſpoſitio. l. generaliter. C. de epiſc. & cleric. cum ſimilibus. Sed in caſu noſtro ceſſat dicta cauſa finalis, quia hîc non eſt ambitio, non eſt aliqua fraus, igitur locus non erit regulæ. pro qua opinione faciunt alia motiua adducta per Iaſ. in cõſil. ciiij. col. penult. lib. j.

Leges nouæ à lege veteri interpretationẽ recipiunt.

Proœmialis ratio.

¶ Tamen pro contraria parte, & ſic pro deciſione dominorũ facit, quia ex quo illa clauſula ſiue alio quouis modo, in caſu noſtro non poteſt verificari, niſi morte, perinde eſt, ac ſi in ſpecie facta fuiſſet impetratio per obitum: quia genus, quod non poteſt verificari, niſi in vno indiuiduo, habetur pro ſpecie. cap. ex parte. de offic. deleg. l. j. & ij. ff. de lib. & poſthum. ſed in ſpecie fuiſſet facta impetratio

Gen⁹ quod nõ poteſt verificari, &c.

tratio per obitum, regula iſta obſtaret: ergo eodem modo obſtabit vacationi comprehenſæ ſub clauſula generali, quia ſi verba regulæ adaptãtur, militat diſpoſitio.l.ille, aut ille.§.cum in verbis.de leg.j. ¶Præterea, quia talis præſumitur mens iſtius impetrantis, qualis verba indicãt, cum in

Sentẽtia in ambiguis capienda.

ambiguis illius ſententia & declaratio capienda eſt, quæ ex verbis comprehenditur.l.in ambiguis.ff.de regul.iur.& l. ſi quis intentione.ff.de iudic. Sed verba illa alio quouis modo implicant caſum mortis, ergo impetrans viſus fuit de eo li cogitaſſe, & ſic attẽta mẽte ſua ambitioſa obſtabit regula. ¶Sed pro concordia opin. poſſet ſic diſtingui, quòd aut impetrans per reſignationem cum dicta clauſula alio quouis modo, ita eſſet impetraturus per obitũ, ſi ſciret vacationẽ etiam non veriſimilem, ſicut impetrauit per reſignationem: & res eſt expedita per ſuperius dicta. Si verò eſſet impetraturus per obitum, & tunc per dictam clauſulam nõ veniet caſus mortis, ſed alius caſus vacationis ſimilis expreſſæ, cum

Impetrare in genere qs præſumitur.

nõ præſumitur quis velle in genere impetrare, quod in ſpecie non eſſet impetraturus, quia intentio impetrantis non extenditur ad illud.l.obligatione generali.ff.de pig.& ca. not.Io.And.in reg.in generali. ¶Sed qualiter hoc probabitur, putarem relinquendum eius iuramento, iuxta c. fin.qui mat.acc.poſſ.& cap.ſignificaſti.de homi.& hoc conſiderata qualitate perſonæ iurantis. Nam in caſu propoſito nulla videtur ſuſpicio ſi iuramẽtum procuratori deferatur qui pro alio impetrauit, nec agit de proprio commodo, ſicus eſſet in impetrante nomine proprio: quia ſi beneficium eſſet pingue, ſubdubitarem de iuramento præſtando, propter rationem text.in cap.clericos.de cohab.cleric.& mu. quia, vt dicit Bald.in cap.quia veriſimile.de præſump. propter dulcedinem beneficiorum ſtudium adhibetur corrumpendi teſtes. Iudex igitur arbitrabitur hoc caſu.

Beneficiorum dulcedo præſtat ſtudiũ corrumpendi teſtes.

QVAESTIO QVARTA.

QVAERO, nunquid iſta regula procedat in cõmendis. ¶SOLVTIO. Moderni Sabinen. hîc in quadam ex ſtilla dicunt prima facie videri quòd non, tamen contrarium aſſerunt eſſe verum, & nihil aliud dicunt. ¶Dominus Guliel. hîc in deciſione quadam dicit, quòd detur prima facie dicendum, quòd non habeat locum, quia



quo commenda non dicitur vacare per obitum, ſed ceſſante cõmenda vacat eo modo quo prius, vt dicit Fede. de Senis in tract. permutat. benef. q. xv. & Ludo. Rom. conſi. cccl. Et Rota in antiquis prima. de conceſſ. præbend. Et iſta opi. eſt in curia vulgaris apud omnes, preſertim Abbreuiatores.

Cõmenda nõ dicitur vacare per obitũ.

¶Accedit ad hoc, quia regula eſt aliquatenus exorbitans, & in exorbitantibus fit reſtrictio ad caſum expreſſum, quia odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, vulg. c. odia.

Reſtrictio. Odia reſtringi, fauores ampliari conuenit.

¶Iſtis tamen non obſtantibus maior pars dominorum in vna cauſa cuiuſdam beneficij per obitũ Regini ceſſante cõmenda, cum daretur de iſta regula, contrarium concluſit, vt etiã R. D. Iacob. Simonetta auditor retulit. Ratio fuit, quia * licet verba regulæ non videantur amplecti iſtum caſum, tamen mens & ratio regulæ includit cõmendam, quæ fuit, vt fraudes euitentur, & tollatur ambitio. Sed clarum eſt, quòd iſta ratio militat in commenda: igitur vbi eſt eadem ratio, debet eadẽ eſſe in vtroq; diſpoſitio. gl. in c. ſi poſtquàm. de elect. cum vulg. Non obſtat, quòd per obitum non detur vacatio, quia eſt verum: propriè tamen in commendis noſtri temporis negari non poteſt, quin detur aliqualis vacatio.

Ratio eadem vbi eſt, &c.

¶Adde pro iſta opi. videri tex. hîc in verbo, omnes gratiæ &c. ſub quo de natura verbi commenda videtur cõprehendi, cũ ſit gratia. Et quia dictio omnes, eſt vniuerſalis omnia complectens. l. Iulianus. de leg. iij. Et quia videmus, quòd quaſi omnes regulæ iudiciales, licet generaliter loquantur, tamen commendas comprehendunt, vt latè dixi in regula de infir. & de idio. & dicetur latius in reg. de impet. benefic. famil. Cardi. & in reg. de annali & triennali. Et alibi ſæpe, quæ ideo non repetam, ne faſtidium generent.

Regulæ iudiciales.

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, an iſta veriſimilis notitia obitus, de qua loquitur iſta regula, debeat attendi computando dietas per terram, an verò per mare?

Obitus veriſimilis notitia.

¶SOLVTIO. Ratio dubitationis eſt, quia iter terreſtre eſt certum, & poteſt facilè per milliaria computari à communiter accidentibus, vt in l. cõtinuus. ff. de verb. obligat. ſed iter maritimũ eſt penitus incertũ, quia aliquando ex Hiſpania per mare decurritur ad Vrbem in x. diebus, aliquãdo in vj. vt experientia docet.

* ¶Breuiter iſte caſus ſæpe accidit. Nam tẽpore Calixti fuit propoſitum in Rota per D.Io.Pintor Auditorem in cauſa Detruſen.beneficij,in qua conſuluerunt aliqui periti,& tandem fuit cõcluſum, quòd à communiter accidẽtibus eligendum eſt iter per mare & per terram, ſecundum quod magis communiter accidit,non ſecũdum quod raró, quia iura nõ adaptantur ad ea quæ raró, & cum difficultate fiunt, & hoc indicat tex.regulæ noſtræ,quæ non vult præciſe, quòd notitia obitus deueniat ad notitiam Papæ, ſed quòd veriſimiliter potuerit deuenire,vt in ſimili dicit etiam tex.in clem. cauſam.in verſic.verum.de elect. Et in iſto veriſimili iudex arbitrabitur ſecundum communem curſum itinerantiũ,vt dicit hic Gloſſator accidiſſe tempore Sixti,in vna cauſa Valentina. Nam verbum potuit,poſitum hîc,non denotat neceſsitatem,ſed potentiã,cum ſit prolatũ affirmatiuè.ad hoc clem.auditor.in verſi.poteſt.de reſcrip.& in c.conſuluit.de offic.deleg.& c.gratia.eo.tit.in vj. Potuit enim peruenire vacatio ad Papam,licet fortè non peruenerit,& ſic attenditur, quòd poſsit peruenire, vnde ex Barchinona poteſt viij.vel ix.diebus peruenire notitia ad Papam de obitu, licet non peruenerit actu : & illud quod potuit, cõſideratur regula,non quòd exiſtat, ſed quòd exiſtere poſsit : propterea dicit tex.veriſimiliter,nõ quòd ita ſit verum, ſed quòd ſimile vero,vt dicit Bal.in l.ea quidem.in iij.col.C.qui accu. non poſſ.facit l.miles.§.mulier.ff.de adult. Et hoc, vt dixi, arbitrariũ eſt,vt dicit Card.& alij in d.cle.cauſam.in verſ. verum.ſic igitur ſufficit, quòd illud veriſimile ſit poſsibile, vt not.Bal.in l.ſcripturæ.C.de fi.inſtr. Et iſta veriſimilitudo aliter debet arbitrari per mare, & aliter per terrã,quia vt dixi,licet mare ſit incertum, tamẽ à communiter accidentibus citius fit iter per mare,quàm per terrã,vt not.in c.ubi periculum.de elect.lib.vj.habetur tamen in hoc ratio temporis, quia tẽpore hyemis aliter cõſideratur iter maritimũ, aliter æſtatis tẽpore,vt tradũt Doct.poſt Io.And.in c.olim. de reſcrip. Nã quinquaginta milliaria per mare ſunt minus quàm vna dieta per terrã,vt dicit Bart.in tract.de inſula in iij.col. Et de iſtis cõputationib.dietarũ, & quæ ſint meliora itinera,an maris,vel terrę, latè tradũt Mod.Bonon.in §.his igitur.inſt.de iuſt.& iur.& Fely.in c.olim.in ij.col.de excep.

Iura non adaptantur ad ea quæ, &c.

Potuit, verbum,quid denotet.

Iter à communiter accidentibus.

Dieta vna per terram maior quàm &c.

QVÆ



## QVAESTIO SEXTA.

QVAERO,ponamus quòd aliquis impetrauit beneficiũ eodem die obitus cum derogatione iſtius regulæ, an ei impetranti incumbat onus probandi obitũ præceſsiſſe,an verò aduerſario?

¶SOLVTIO. Prima facie videtur dicendũ, quòd impetranti incumbat onus probandi,quia ex quo agit ad canonizationem ſui tituli,tenetur probare vacationem tempore impetrationis.l.ij.de proba. Nam quilibet tenetur probare cõtenta in ſua gratia,vt not.Moder.in c.ad aures.de reſcript. nec ſufficere videtur, quòd probet diem obitus, niſi etiam quòd obitus veriſimiliter præceſſerit ſuam impetrationem, quia illa probatio non concluderet.vulg.l.matrem. C.de probat. ¶Iſtis tamen non obſtantibus domini concluſerunt cõtrarium in vna decanatus eccleſiæ Capuanæ, quam impetrauerat Card.Ferrarien.cum derogatione iſtius regulæ. Nam voluerunt iſto caſu præſumere obitum præceſsiſſe prouiſionem,vt refert dominus Guliel.in quadam deciſione,ſub titulo de præbend.in collectan.ſuis. Ratio fuit, quia quando ſumus in dubio quis actus præceſsit, capitur interpretatio, quòd ille actus in dubio præſumatur præcedere, qui eſt neceſſarius ad validitatem actus, vt actus valeat potius quàm pereat, vt per plura exempla probat Fely.in c.paſtoralis.in iij.col.verſi.ad identitatem.de reſcrip. Et in notabili caſu tradit Iaſ.in l.iiij.§.condemnatũ.in ij.col.ff. de re iudi.præſertim,quia aliter interpretando, eſſet præſumere delictum in dubio,quod eſſe nõ debet, vulgatis iuribus. Nam capienda eſt ſemper interpretatio per quam excludatur delictũ.in c.fi.de præſumptio.& not.per Bart.in l.nõ ſolum.§.ſed & reprobari.ff.de ope.no.nun. Et eſſet delictum aliàs impetrare beneficiũ viuentis,vt patet in regula xx.vbi dixi.igitur &c. Et per hoc reſpõdetur ad l.hæres inſtitutus. cum ſeq.ff.de acquir.hære. ¶Et iſta omnia de plano procedunt in caſu noſtro,data derogatione regulæ : aliàs verò ſi exciperetur de regula impetrãti,incũbit onus probãdi veriſimilẽ notitiã obitus,& ſic ſatisfeciſſe regulæ, vt fuit aliàs concluſum tẽpore Calixti in vna Dertuſen.beneficij coram Io.Pintor tunc Rotæ Auditore, de quo tamen videndũ eſt, quod dixi in dicta regula xx.de impet.benefi.viuent.

Impetrans beneficium.

Probare contenta.

Actus qs præcedere dicitur,quãdo ſumus in dubio.

Interpretatio capienda,&c.

C 2

## QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO, ponamus quòd Papa abſit ab vrbe per plures menſes, prout contigit tempore Clementis, & nunc S.D.N. Pauli III. Niciam proficiſcentis, & moriatur aliquis Romæ, & beneficium impetretur à Papa longiſsimè diſtante ab vrbe, vtrum ſit locus iſti regulæ?

Curia videtur eſſe Romæ, &c.

¶ SOLVTIO. Iſte caſus modo pendet, & videtur dicendum regulæ locum nõ eſſe, ex eo, quia curia videtur eſſe Romæ, & reputatur eadem cum illa Pontificis, quando remanet ibi audientia cauſarum, vt not. omnes in clemen. ne Romani per illum text. de electio.

¶ Ex diuerſo ſuadet ratio regulæ, vt dicamus iſto caſu habere locum, ſi tanta ſit diſtantia temporis, quòd veriſimiliter in tam breui tẽpore non poſsit adiri Papa: pro qua parte plura in informationibus deducuntur, ſed quia cauſa pendet, ſubſiſto donec Rota in alteram partem inclinet.

## QVAESTIO OCTAVA.

Derogationis regula, &c.

QVAERO, nunquid iſti regulæ ſoleat derogari? ¶ SOLVTIO. Stylus ſignaturæ habet, quòd derogatio iſtius regulæ non detur, niſi ſolum in Francia, ſed extra Franciam ſemper caſſari ſolet derogatio, ſed pro qualificatis perſonis aliquando ſolita eſt derogari. Et ita reperio in libro derogationum bo. memo. Laurentij Cardinalis Sanctorum Quatuor, pluries derogatum fuiſſe, vt patet ibi folio lviij. & lxxij. & lxxv. & folio xcix. Sed Alexand. VI. in bulla reformationis curiæ, quando tractat reformationem ſignaturæ, poſuit vnam regulam, quam voluit appellari infallibilem, videlicet, Quod regulis de veriſimili notitia, neque de ſubrogandis collitigantibus nũquam derogetur, ſed quòd ſtent immobiles, & certè honeſtum videretur: tamen, vt dixi, ſignatura ex gratia pro bene meritis perſonis aliquando derogat, & non ſeruat illam conſtitutionem Alex. Modus autem ſeu forma qualiter derogari debeat, & quibus verbis, ponit Hiſpanus noſter antiquus in illo vulgato libro Prouinciali eccleſiarum, ſiue practicæ Cancellariæ (qui eſt liber approbatus à Sede Apoſtolica) vt dicit Card. in clem. ij. §. irritum. in tertia quæſtione. de electio.

REG



## REGVLA DE IMPETRANTIBVS BENEFICIA VACANTIA PER OBITVM FAMILIARIS CARDINALIVM.

ITEM *uoluit, quòd impetrans beneficium uacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen & titulum ipſius Cardinalis. Et ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus, aliàs deſuper gratia ſit nulla. Et idem ſeruari etiã uoluit, ſi dicti familiares ipſorum Cardinalium, familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem trãſierint, quo ad beneficia, quæ durante familiaritate priori obtinuerũt: & in quibus, ipſa familiaritate durante, ius eis competierit: Ita, quòd ad illa Cardinales, quorum familiares prius fuerunt, ſuum habebunt adhibere conſenſum.*

### PRAEFATIO.

Regulæ quis prim⁹ fuit author.

ISTA regula variè reperitur ab antiquis & modernis ſummis Pontificibus ædita. Eius primus cõditor fuit Grego. XI. vt colligitur ex deciſione Egidij dcxxxij. Quod ex eo apparet, quia prædeceſſores ſummi Pontifices in ſuis regulis nullam de iſta fecerãt mentionem. Imò, quod magis mirandũ eſt, neq; etiam inter regulas Gregorij XI. reperitur. Quarũ apud me tria reperiuntur exemplaria, & ea quidẽ diuerſis temporibus ſcripta, nec in aliquo diſcrepãtia. In quibus, vt dixi, non reperitur hæc regula, de qua Egidius mentionem fecit: fortè fuit aliqua extrauagans, vel aliquod priuilegium, vt innuit idẽ Egid. in cõſi. xix. col. j. Et eſt conſiderandũ, quòd pręter iſtam regulã, de qua Egid. meminit, quæ in corpore regularũ Gregorij nõ inuenitur, Gregorius nihil aliud dignũ in fauorem Card. in ſuis regulis ædidit. Sed ante Gregoriũ, primus omniũ Benedictus XII. fuit, qui dignitatem tantorũ patrũ iuſto fauore proſecutus fuit, plures alias diuerſas reg. in eorũ fauorẽ conſtituẽs. Nam ꝙ gratiæ beneficiales D. Cardinaliũ, motu proprio cõceſſæ cẽſerentur, etiã ſi in ſupplicationibus nihil de motu proprio dice-

Benedicti xij. fauor in Cardinales.

retur,& quòd in gratijs illorũ diſpẽſatio opportuna etiam non petita apponeretur,ac quòd qualitates beneficiorũ certo modo vacantiũ,vel vacaturorũ,ac etiam beneficia quæ obtinerent in eiſdem literis pro expreſsis haberentur,primus omniũ ſtatuerat,plures alias regulas iudiciarias condens. Quas deinde nemo Pontificum eſt imitatus. Gregorius tamen,licet nihil aliud præſtiterit,quod fauorem Cardinalium concerneret, nihilominus iſtam regulam magis fauorabilem fecit,quàm fecerint moderni Põtifices. Nam voluit in beneficijs vacãtibus per ceſſum ipſorũ familiariũ Cardinaliũ,vel aliàs quouis modo,locũ habere ſuam ipſius ſtatuti rationé,qua motus fuerat,in eiuſdem regulæ procemio exprimens,videlicet,vt honori dominorum Cardinalium deferatur,vt refert Egidius in d. deciſione. quod quidem fauorabile Gregorij prooemium neſcio qua de cauſa Pontifices moderni ſuſtulerunt,ad regulam iſtam ad beneficia per obitum tantum vacantia reſtrinxerunt. Quorum ordinem in hiſce noſtris commentarijs imitabimur.

## QVAESTIO PRIMA.

IGITVR primo,ibi, impetrans,&c. an iſta regula habeat locum quando Papa concedit gratiam motu proprio?

Gratia poteſt dici impetratio.

¶ SOLVTIO. Videtur dicendum quòd ſic. quia gratia motu proprio poteſt dici impetratio,vt tradit Bald. in cap. ne ſpecialis. in verſicu. pone quòd in literis. de offic. leg. Facit quod dicit Card. conſi. xc. incip. videtur vnio. ſequitur Decius in c. ij. in ij. col. de reſcrip. ¶ Præterea videmus diſpoſitionem §. fi. cle. j. de conceſſ. præben. quæ loquitur de impetrante, verificari in gratia motu proprio, vt ibi dicunt Card. & Imo. Sic etiam extrauagãs, ſedes Apoſtolica. Ioan. XXII. poſita in tit. de conceſſ. præbend. quæ loquitur de impetrantibus, habet locum in gratia motu proprio, prout ibi dicit Gloſſator in verbo, conceſſæ. Ergo pariformiter dicendum eſt de iſta regula.

Regula exorbitans.

¶ In contrarium facit,quia regula iſta eſt odioſa & exorbitans,vt dicit Egid. deciſ. dcxxxij. Et loquitur de impetratione. Ergo non habet locũ in gratia motu proprio: quia iſta videntur cõtraria impetrare,& motu proprio obtinere,vt in cap. ſi motu proprio. & cap. ſi pluribus. de præbend. lib. vj. & hoc probat text. in l. j. C. de pet. bon. ſub. lib. x. vbi notant



notant omnes. & in l. iij. ff. quod quiſque iur. Quæ cum ſint diuerſa,ad poſitionem vnius ſequitur excluſio alterius. cap. qualis. xxv. diſtinctione. In quam opinionem videtur inclinare Gloſſator hic in penulti. colum Qui etiam tradit cautelam ad iſtam regulam excludendam,vt videlicet procuretur haberi gratia motu proprio. Et eſt de mente Lapi in dicta clemen. j. Nam ſufficiet,ſecundum aliquos,Papam dicere,talem eſſe familiarem Cardinalis,licet alia requiſita hic non exprimat. Quia Papa ex certa ſcientia,hoc exprimendo,videtur habere certam notitiam regulę,per quam videtur induci diſpenſatio & derogatio regulæ,iuxta tradita in l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tuto. Quæ ratio ceſſat in gratia impetrata. ¶ Accedit,quia iſto caſu ceſſat fraus & dolus illius,qui gratiam habuit motu proprio, vt dicit Io. And. in capitulo fin. ſuper gloſſ. fin. de offic. lega. libro vj. in nouis. Ergo ceſſat diſpoſitio: non enim poterit illi ſubreptio, aut defectus intentionis Papæ opponi,cum iſta omnia per certam ſcientiã & motũ proprium cenſeantur eſſe ſublata.

Impetrare, & motu proprio obtinere, contraria.

Cautela ad regulam excludendam.

Deciſio communis.

¶ Non obſtat deciſio communis Doctorum ad d. clem. j. §. fi. de conceſſ. præbend. videlicet, quòd ille text. procedat in gratia motu proprio,licet loquatur de impetrante,quia illud procedit ex eo,quia tota cle. loquitur indiſtinctè: & ratio eius æquè militat in vtroq; caſu. Secus verò in materia odioſa,in qua verba propriè debent capi,vt hîc. Quia talis interpretatio locum non habet,quia gratia motu proprio non eſt propriè impetratio,vt dicit Card. in d. clem. j. & dicam in regula de annali latius.

¶ Quid dicendum? Teneo primam opinionem,quæ eſt verior & æquior,pro qua ter iudicauit Rota, modernis temporibus: primo tempore, bonæ memoriæ D. Petri Andr. Gammari,tunc Auditoris, vt ipſe in terminis refert & adnotauit,in tract. de offi. leg. lib. iij. fol. lviij. Et iterum tempore meo hoc idem iudicauit Rota in cauſa Auinionen. canonicatus,coram D. Io. Maria,octaua Martij. M.D.xxxij. * Et nouiſsimè in vna Maclouien. Prioratus coram R. D. Raynaldo Petrutio de menſe Iulio M.D.xxxix. * hoc idem,quod prius firmauit Rota. Ratio deciſionis fuit,quia hoc priuilegium regulæ datur Cardinalibus propter magnas impenſas & onera,quæ in alienis familiaribus ſubeũt, vt dicit de-

ciſio Rotæ,licet corruptè,in tit.de præbēd.deciſ.xvj.incip. Nota,quòd vbi dominus.in antiquis &c.Et iſta ratio mili- tat æquè in gratia motu proprio,ſicut in gratia impetrata. Igitur,&c. Et conſiderata prædicta ratione,iſta regula eſt latè interpretanda in eorum fauorem & præiudicium con- cedentis.iuxta cap.quia circa.de priuileg.& notata per Do min.in c.ij.de fil.presby.lib.vj.& quę latè tradit Pet.de An- ch.conſil.ccxcv.& ccxcvij. Et ſi contrariũ diceremus,facilè priuilegia Cardinalium deluderentur,cum vnicuiq; facil- limum eſſet habere gratiam motu proprio. Et intentionis Papæ non eſt per talem gratiam motu proprio alicui præiu dicare,vt dicit deciſio Rotæ cxij.in no.& deciſio ccccxlv.in antiq.præſertim Cardinalibus,vt etiam tradit Felynus in c. ad aures.in v.colum. verſic.tertius caſus.de reſcrip.Et ideo hac ratione Domini voluerunt, quòd regula xvj. de non tollendo ius quæſitum,haberet locum in gratia motu pro- prio,vt dixi in ſexta quæſtione. Et quia gratia motus pro- prij non includit ea quæ exprimenda ſunt,vt dicit Felynus in c.cum apoſtolicæ.de excep. Ergo qua ratione dicimus in gratia impetrata requiri expreſsionē nominis & tituli Car dinalis,vt hîc dicitur, eodem modo in gratia motus pro- prij eſt dicendum. Et poſito,quòd motus proprius & cer- ſcientia principis inducant diſpenſationem,de quo tamen dixi latius in dicta regula, quæſtione viij. Non tamen indu- cunt derogationem iſtius regulæ,niſi de ea indiuiduo fiat mentio,vt latè dixi in quinta & ſexta quæſtione proœmij, & cum hoc iam pluries fuerit per Rotam deciſum,nõ cura- bo amplius inſiſtere.

Gratia motus proprij.

Regula qualiter ſit interp- tanda.

QVAESTIO SECVNDA.

Cardi. familiaris.

QVAERO, ibi(beneficium,&c) quid ſi familiaris Car- dinalis habuit aliquod officium durante familiarita- te,nunquid habet locum regula?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non, quia appel- lationę beneficij non venit officium,vt dixi latè in regula de infirmis reſignantibus : & dicam in regula de annali & triēnali,& in pluribus alijs locis,vbi me remitto. Et de iſtis officijs tradit Paulus Romanus antiquus in tractatu pen- ſionis.in ſeptima quæſtione.fol.xxj.& xxiiij.

QVAE



QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, ibi, (vacans,&c.)nunquid regula iſta pro- cedat in mandato de prouidendo, reſeruatione, vel expectatiua de beneficio vacaturo?

Regula nunqd procedat &c.

¶SOLVTIO. Tempore Sixti accidit iſte caſus in cauſa Sa- gien.Archidiaconatus,vt in quibuſdam memorialibus cu- iuſdam Ioan.Alo. Tuſcani,tunc Auditoris cameræ reperio adnotatum.Et iterum tempore meo iſte caſus fuit propoſi- tus in Rota,& deciſus in cauſa Auinionen.canonicatus co- ram Dom.Ioan.Maria de menſe Martio M.D.xxxij.Et cõ- cluſum fuit per maiorem partem Dominorum,quòd non. Cum qua opinione reperio antiquos Abbreuiatores de Parco concordaſſe. Nam hoc tenuerunt Anton.de ſancto Seuerino,& Ioan.de Ferrera,illorum,temporum primarij, prout eos refert Paulus de Caſtello in quodam ſuo indice notabilium.folio xxxv. Nihil tamen allegant præter ob- ſeruantiam ſtyli.Sed pro opinione Rotæ allegantur iſta. Primo,quia regula loquitur de beneficio vacanti:ergo non habet locum in vacaturo,vt legitur & notatur in capitulo, conſtitutus.& in c.ex tenore.& capitulo fin.de conceſ.pręben- dæ.Faciunt,quæ dicit Felynus in capitulo,in noſtra.in xxxvij.correl.in ſecunda columna.in fi.de reſcrip.Iſta enim ſunt inter ſe diuerſa. Ergo de vno ad aliud nõ debet infer- ri:quia ex diuerſis non fit illatio.capitulo,in preſentia. de probatio.Sed potius ad poſitionem vnius,ſequitur alterius excluſio.c. nõnne.cum vulg.de præſumpt. Cum igitur re- gula iſta irritet gratiam conceſſam poſt obitum familiaris, non debet extendi ad gratiam conceſſam ante obitum:quia limitata cauſa limitatum effectum producere debet.capitu- lo, ſuſceptũ. de reſcrip.lib.ſexto.& vulg.l.in agris.de acqui- rend.rerum dom. Et iſta omnia in ratione fundantur,quia non eſt eadem ratio quo ad iſtam regulam,in gratia de va- caturo, & gratia de vacanti. Quia in gratia de vacaturo, ideò non debet ſeruari iſta regula, quia non poſſumus eſſe certi de perſona,per cuius obitũ beneficium vacauit,an erit familiaris vel non.Et ideò nomen,nec titulus certi Cardi- nalis exprimi poteſt. Et propterea iudicari non debet gra- tia ſubreptitia.Quia de his quæ poſſunt ſe habere ad eſſe,& non eſſe,ſi de illis non fiat mentio,gratia non annullatur,

Diſpoſitio loquens de beneficio &c.

Cauſa limitata,&c.

Gratia non annullatur, &c.

vt latè probat deciſio Rotæ xxv.in nouis.titulo de reſcrip. columna tertia. Neque ſi vellem ad cautelã derogare huic regulæ,hoc cõcederetur. Quia ſecundum ſtylum ſolet denegari talis derogatio. Imò cum ſæpe alijs regulis præteritis temporibus derogatum ſit,vt particulariter adnotatum reliquit laborioſiſsimus,& proinde excellẽtiſsimus vir Laurentius Puccius Cardinalis Sãctorum Quatuor,in quibusdam memorialibus derogationum regularum:non tamen in dicto libro reperitur huic regulæ derogatũ, niſi ſemel, vt patet ibi fol.xcj. Itaque in dictis gratijs de vacaturo,non poteſt iſta regula obſeruari. Quæ omnia ceſſant in gratia de beneficio vacanti. Cum igitur regula iſta ſit exorbitans, iuxta gloſſ.penul.in clem.ij.de offi.ordin.& ſecundũ Egidium vbi ſuprà. Item etiã ſit pœnalis,cum annullet actum, iuxta notata per doctores in capitulo ſecundo.de conſtitutio.& quæ tradit Baldus in l.non dubium.C.de legibus,per text.in l.Senatus.ff.de contrahenda empt. Eſt concludendum regulam procedere in caſu de quo loquitur, videlicet in beneficio vacanti. argumen.tex.in cap.ſtatutum.de electione. libro ſexto. ¶Et hoc quod dictum fuit de gratia beneficij vacaturi,procedit etiam ſi gratia fuiſſet facta reſpectu certæ perſonæ,quæ fuiſſet familiaris alicuius Cardinalis,prout in regreſſu conceſſo per obitum Titij qui fuit familiaris Cardinalis: quia in eo regula iſta non procedit per ſuperius dicta. Ex quo prouiſio fit de beneficio vacaturo,prout refert tenuiſſe Rotã dominus Iacobus Simoneta,tunc Cardinalis digniſsimus,in ſuis memorialibus,vt ipſe mihi retulit. Quæ deciſio non alibi certè fundatur,vt dixi,niſi quia iſta regula eſt odioſa,loquitur in certo caſu videlicet,de beneficio vacãti. Ergo debet in eo reſtringi,vt in c.ſuſceptũ.de reſcriptis.libro ſexto. Et faciunt ea quæ dicam in alia q.de gratia ſi neutri.& in q.ſequenti.

## QVAESTIO QVARTA.

*Beneficiũ vacans.*

QVAERO, ibi(per obitum,&c) quid ſi beneficiũ vacat per renuntiationem familiaris Cardinalis in manibus Papæ,an habeat locum regula?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic tenet quòd non,quia iſti ſunt diuerſi modi vacandi:& regula iſta exprimit modum vacandi per



di per obitum. Ergo per expreſsionem vnius modi excluditur alius diuerſus,videlicet,per reſignationem,vt dicitur in capitulo ſuſceptum.de reſcript.libro ſexto. Et hoc idem reperio tenuiſſe curiam tempore Sixti. Et ita pro expedito fuiſſe dictũ in cauſa Sagien. Archidiaconatus,meminit Io. Alo. Tuſcanus Mediolanenſis,tunc aduocatus,& Auditor cameræ,in quodam ſuo conſilio incipien.vtrum bulla perinde valere,&c. poſito inter ſua conſilia.libro primo.fol. vj. Et certè in ratione cõſiſtit iſta opinio: quia negari non poteſt iſtum caſum fuiſſe omiſſum in regula. Ergo relinquitur ſub diſpoſitione iuris. Et ad hoc ſufficit.d.cap.ſuſceptum.vbi eſt caſus expreſſus pro iſta opinione,pro qua faciunt ea quæ dicta fuerunt in præcedenti q.

*Expreſsio vnius modi excludit aliud diuerſum.*

*Caſus omiſs⁹.*

¶Sed aduerte, quòd regula Gregorij vndecimi, quæ fuit antiquior iſta, comprehẽdebat iſtum caſum: quia loquitur de beneficijs vacantibus per ceſſum vel deceſſum, vt refert Egidius deci.dcxxxij. Vnde ex quo regul. iſta eſt poſterior, debet in dubio interpretari ſecundum antiquam.arg.l.non eſt nouum.ff.de legib. ¶Sed ad hoc replicari poteſt,quòd motiuum procedit,quando regula iſta dubitatiuè loqueretur,tunc enim in dubio reciperet interpretationem à regulis antiquis etiam correctis,vt tradit Bartol.in l.ſi.ff.de falſis. Sed hîc non egemus declaratione,cum iſta regula loquitur clarè de beneficio vacante per obitum,& de vacante per renuntiationem omittit,prout etiam omittebant antiquæ regulæ,quæ in hoc noluerunt Cardinales priuilegiare. Relinquendus igitur erit iſte caſus ſub diſpoſitione iuris.d.c. ſuſceptũ. Et ita in ſpecie,in diſcurſu cuiuſdã q.regulæ de infir.reſignantibus dicit fuiſſe iudicatum,de anno M.D.xiiij. in Rota dom. Guliel.in Collectaneis deciſionum,pro qua opinione faciũt optimè motiua Andreæ Siculi,de quo mentionem faciam inferius in q.vij. *

¶Et ex iſtis poteſt etiã inferri, quòd facultas conceſſa per Papam familiari Cardinalis de permutandis beneficijs ſuis, prout fuit conceſſa tempore Pauli II.cuidam Gulielmo familiari Cardinalis Rothomagen.non ſubijciatur huic regulæ. Quamuis contrariũ fuerit tunc per aliquos doct.conſultum. Et iſta de plano procedunt de iure loquendo. Tamẽ hodie Cardinales,tam ex priuilegio,quàm ex capitulis factis

*Facultas conceſſa per Papam,&c.*

factis in cõclaui, obtinuerunt iſtos modos vacandi per ceſ-ſum vel deceſſum, vt referunt Moderni in tract. reſeruatio. xvij. effectu. Et ita ego reperio latiſsimè conceſſum fuiſſe Cardinalibus in capitulis Sixti, Alexand. vi. & Iulij ii. c. iij. quorum exemplaria ſunt penes me.

QVAESTIO QVINTA.

Vacatio mortis fictæ.

QVAERO, an regula iſta habeat locũ in vacatione mortis fictæ, prout eſt illa inducta per regulam de infirmis reſignantibus. Nam regula, ibi, in caſu illo, fingit beneficium vacare per obitum, cum verè vacet per renuntiationem?

¶ SOLVTIO. Caſus iſte bis fuit ventilatus in Rota, & tandem deciſus pro parte negatiua. Nam tempore Sixti accidit in cauſa Sagien. Archidiaconatus: anno M.cccclxx. mense Nouembri. Et iterum, de anno M.D.xiiij. Quo tempore fuit deciſa difficultas, vt meminit dominus Gulielmus in Collectaneis deciſionum. fol. lxxv. deciſione incip. vnus familiaris, &c. Et licet deciſio illa ponat mixturã caſus, reſolutio tamen eius hoc ſolo motiuo concluditur. Quia in quæſtione propoſita ſecundum terminos regulæ de infirmis, principalis actus, qui fuit ibi factus corã Papa, fuit reſignatio. Et iſte fuit verus & naturalis actus. Vacatio vero mortis quæ infra viginti dies reſultat, eſt vacatio accidentalis, & contingens de futuro: & ideo illa conſiderari nõ debet, iuxta l. qui habet. ff. de tutel. vbi traditur regula, quòd

Actus naturalis, non accidentalis.

actus naturalis, non accidentalis attendi debet. & idem dicit Bart. in l. j. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. vbi per hoc infert, quòd ſtatutum loquens de gemmis, debet intelligi de veris, nõ de fictis. Et iſta in caſu iſto magis militãt, quia regulæ ſunt iuris ſtricti, & non egrediuntur terminos ſuos. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff. de acquiren. hæred. præſertim, quia iſta interpretatio eſt fauorabilis, quæ reducit nos ad libertatem iuris cõmunis, iuxta l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. cum alijs ſimilibus allegatis hîc per dominũ Gulielmum. Præterea, quia actus de quo in præmiſſa quæſt. & vacatio inde reſultans erant de præſenti. Illa verò quæ ex poſt cõtigit per obitũ, erat actus futurus, qui tẽpore reſignationis poterat ſe habere ad eſſe & non eſſe. Ideo ſubreptio propter non expreſsionem nominis



minis & tituli in talibus actibus qui contingunt de futuro, non vitiatur, vt tradit Felyn. notabiliter in c. in noſtra. in vij. correl. de reſcrip. Et ante ipſum deciſ. xxv. in nouis. tit. de reſcrip. col. penul. repetita per Egid. deciſ. dccxlix. col. fi.

¶ Addo pro iſta opinione, vltra D. Guliel. Quia tempore quo fuit facta reſignatio, beneficiũ adhuc non vacabat per obitum verum vel fictum, vnde impetrans tale beneficium impetrauit vacaturum, videlicet, in euentum, quòd contingeret reſignãtem mori infra viginti dies. Et tamen clarum eſt regulam iſtam locum non habere in vacaturo, vt patet ex tex. & dixi ſuperius in iij. quæſt. & eſt deciſ. Rotæ in no. quòd impetrans per non promotionem non poteſt conſequi per illius poſtea contingens. Et ideo tanquam caſus omiſſus relinquitur ſub diſpoſitione iuris. vulg. c. ſuſceptum. de reſcript. lib. vj.

Impetrãs per nõ promotionem.

¶ Suadetur hoc, quia vera vacatio de præſenti erat per reſignationem: quia aliàs non tenuiſſet collatio de beneficio viuentis nõ vacanti, vt ſuperius dicitur in regula xx. & tex. in cap. j. & ij. & cap. cum noſtris. de conceſ. præbend. Neque potuiſſet validari ex ſuperexiſtentia vitæ reſignãtis poſt lapſum viginti dierum, tanquàm à principio nulla. cap. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj. Et licet Papa poſsit per regulã facere, quòd moriẽte illo qui reſignauit infra viginti dies, cenſeatur beneficium vacare per eius obitum: tamen hæc vacatio ſic inducta erit ficta & interpretatiua, non autem vera: quia hoc facere non poſſet. Nam poteſt Papa facere, quòd factum habeatur pro non facto, iuxta text. in clem. j. de immunit. eccleſ. Tamen non poteſt facere, quòd fictum ſit verum, & factum non ſit factum. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. Remanet igitur vera vacatio per reſignationem, & ficta per obitum. Vnde infertur, quòd ex quo regula iſta loquitur de vacatione per obitum, debet in dubio intelligi de vera, propria, & naturali vacatione obitus, & non de ficta: prout quælibet diſpoſitio iuris communis & ſtatutaria intelligitur, vt eſt gloſſ. in cap. placuit. el. ij. xvj. quæſt. j. Nam iſta eſt communis opinio Canoniſtarum, quòd appellatione mortis intelligimus de naturali, niſi in caſibus à iure expreſsis. vt dicit gloſſ. in cap. ſuſceptum. de reſcript. lib. vj. ſequũtur Moder. in l. ex ea parte. §. inſulam. ff. de verb. oblig. Et hoc idem

Mortis appellatione, quæ mors intelligatur.

idem eſt dicendum in quolibet actu, qui in dubio debet in-telligi de vero & naturali, non de ficto, vt ſuperius eſt dictũ. & tradit in notabili caſu Alexand. in cõſil. lxv. viſa quadam conſtitutione in iij. col. volum. iiij. Et Franciſcus Cremen-ſis in ſingularibus ſuis, notabili lxxxij. cum pluribus alijs concordantijs. quæ præter iſta cumulat Felyn. in rubric. de ſponſal. in iiij. colum. Cum igitur regula iſta nihil aliud ſit, quàm ſtatutum, quod loquitur de vacatione per mortem, debet ergo intelligi de vera, non autẽ de ficta, niſi aliud ex-primatur: faciunt, quæ notat Bart. in l. iij. §. hæc verba ff. de neg. geſt. & text. in cap. nuper. de bigam. Præſertim, quia dato, quòd extenſio caſus veri ad fictum non ſit contra ius, ſed tantũ præter ius, tamen nunquam fit extẽſio, niſi reperiatur de iure parificati caſus verus & fictus. vt not. Domi. in cap. fin. in princ. de conſuet. in vj. & gl. in d. cap. placuit. Si igitur hoc diſponitur in caſibus, qui ſunt præter ius, quan-to magis in caſu iſtius regulæ militat, quæ eſt contra ius. Nam de iure nulla qualitatis taciturnitas vitiat gratiã, niſi illarum qualitatum quæ ſunt in iure expreſsè, vt in c. ij. de offic. ord. & in c. fin. de offic. leg. lib. vj. & in clem. j. de præ-bend. cum multis concord. de quibus per Moder. in tract. benefic. in xj. q. tertiæ partis. verſi. quarta qualitas, pro qui-bus omnibus faciunt ea quæ dicentur inferius. q. vij.

## QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, nunquid regula iſta procedat in beneficio commendato familiari Cardinalis, per cuius obitum impetratur?

¶ SOLVTIO. Varias reperio ſuper iſto dubio ſcribẽtium opiniones. Nam Ioan. Bapt. Caccialupus, & Ricius de So-nis, aduocati illorum temporum celeberrimi, tenuerũt ex-preſsè regulam non habere locum in commenda: & ita re-ferunt ſe vidiſſe iudicari in facto, ſuper quo longiſsima cõ-ſilia contexuerunt, quæ habeo in xij. volum. allegationum fol. cxliij. cum ſequenti. vbi poſt plura verba ſuperflua, tan-dem ad hoc tenendum mouentur iſto motiuo magis effica-ci, videlicet, quia regula iſta loquitur de vacatione, quæ li-cet ex verbis vltimis regulæ maximè in verbo obtinuerit videretur intelligi poſſe de vacatione reſultante ex ceſſa-tione commẽdæ. Tamen ille terminus vacatio, poſitus hic in



in text. in dubio intelligi debet de vacatione iuris & facti, vt in cap. cum noſtris. de conceſſ. præbend. capit. præſenti. de præbend. libro vj. cum multis alijs concord. per eos alleg. Cum igitur commendatarius non dicatur poſſeſſor iuris, cum non habeat titulum, vt in cap. dudum. de electio. Sed ſit merus detentor, & depoſitarius. l. licet. §. rei. & l. Lucius. ff. depoſiti. Eſt concludendum per obitum eius nihil vacaſſe, & per conſequens regulam in tali ceſſatione commendæ non verificari. Nam per commendam nõ extinguitur prima vacatio, vt tradit Fede. in tract. de permut. benefic. quæſt. xv. hoc in ſumma dicunt prædicti doct. qui poſtea magno verborum ambitu, ſuper iſto puncto referunt omnia fundamẽta. Ludouic. Rom. in conſil. cccl. & Oldradus conſil. clxxix. quæritur, &c. quæ non curo referre. Quibus etiam conferunt ea quæ dixi in regula xviij. & xxxij. & latiſsimè in regula de triennali, vbi copioſius tractaui iſtam quæſtionem.

*Vacatio in dubio, quæ ſit intelligenda.*

¶ Sed vlterius pro iſta parte adde, quòd iſtam eandem opinionem tenuerunt tẽpore Sixti A. de Capharellis, tunc aduocatus excellens, & quidã alij qui allegabant pro iſta opinione ſtylum inueteratũ Cãcellariæ, quæ hoc tenuit, cuius ſtylus proceſsit à iure, vt dicit Specul. tit. de legat. §. ſuper-eſt. verſic. vltim. conſulo. Imò facit ius, vt dicit deciſio dccx. in antiquis. & tollit dubietatem facti, vt dicit Oldr. conſil. ccxc. Nam ipſius obſeruantia præſumitur ſuſcepta cum plena examinatione iuſtitiæ. arg. cap. apoſtolicæ xxxv. quæſt. ix. Et quædam alia fundamenta generalia ſuper hoc allegant, quæ breuitatis cauſa, ac etiam, quia mihi non videntur ſtringere, non refero. Et ita etiam reperio illis temporibus pro iſta parte fuiſſe iudicatum per quendam Io. Eug. tunc auditorem in fauorem Lactantij, cõtra quendã Ioan. Gruelli, vt ibi reperi adnotatum. Et nouiſsimè eandẽ opinionem tenuit Rota in caſu occurrenti, vt refert bonæ me. D. Dominicus Iacobatius, tunc Rotæ auditor primarius, * & poſtea Cardinalis, in quibuſdam ſuis apoſtil. ad iſtam regulam, qui dicit tunc ſuper hoc dubitatum fuiſſe, & Rotam, reſpondiſſe regulam in commenda locum non habere, licet ipſe ſuper hoc dubitaret. Hæc ille.

*Cancellariæ ſtyl⁹ facit ius.*

¶ Poſtremo pro iſta opinione faciunt verba iſtius regulæ, quæ

quæ loquuntur de beneficio vacanti,ſed per obitum fami-liaris beneficium non vacat,ſed ceſſat depoſitum, vt dicu[nt] doct.in cap.nemo.de elect.& in cap.ſi conſtiterit.de accu[ſ]. igitur in tali ceſſatione regula non habet locum. Hinc e[ſt] quòd expectatiua quæ conceditur ad beneficium vacãs,v[el] cum primum vacauerit,non capit beneficiũ vacans per ceſ-ſationem commendæ,quia vltra, quòd tale beneficium e[ſt] effectum per appoſitionem manus Papæ,per obitum fami-liaris non dicitur vacare. Ita cõcluſit Rota die xxix.Octo-br.M.D.xxxix.in vna Valentina parochialis de Pego co[ram] R.D. Ioan.Paulo. Non obſtante cõſil.Socini xxxij.& al[ijs] pluribus tunc deductis in informationibus iuris, pro ea decisione faciunt ea quæ in caſu ſcribunt Moder.Sabin[us] in tract.reſerua.fol.xiij.verſicul.beneficia commendata.

Benef.per obitũ familiaris vacans.

Expectatiua, quæ conceditur,&c.

* 

¶Contrariam tamen opinionem inuenio obſeruatã te[m]-pore noſtro. Nam in primis D.Guliel.in diſcurſu i[l]-[lius] quæſtionis,vtrum regula de infirmis reſignantibus pro[ce]-dat in commenda,refert,Rotam tenuiſſe regulam iſtam [ha]-bere locum in commenda, iſta ratione: quia priuileg[ium] iſtius regulæ conceſſum fuit Cardinalibus propter im[men]-ras expenſas,& onera quæ ſubeunt in gubernanda e[ccleſia et] familia,iuxta deciſionem xvj.de præbend.in antiquis.[Quæ] ratio militat æquè in commendatarijs, ſicut in titular[ibus]. Ergo idẽ debet eſſe ius, & nihil aliud dicit,& idẽ tenu[it] Guliel.hîc. ¶Felynus tamen in quadam Apoſtilla [ſuper] regula xix.& ſuper iſta refert Rotam variare. Nam d[icit] quòd cum iſtud dubium in vna cauſa proponeretur,[om]-ni quaſi concorditer concluſerunt, iſtam regulam non [ha]-bere locum in commenda. Et poſtea dixerunt,& iudica[runt] contrarium: quia reperiebant ita aliàs fuiſſe cõcluſum p[er] iſtam rationem, quia licet ſtante commenda,beneficiu[m] dicatur vacare: mortuo tamen commendatario negari [non] poteſt,quòd vacat largo modo,quæcunque ſit illa vacatio ſiue cõtinuatiua,ſiue inductiua per vſum. Quæ vacatio [ve]-nit largo modo appellatione dicti verbi, vt tradit Pauin[us] in tract.de offic.& poteſt.capituli ſede vacante.in vltim[o] prælud.Satis enim eſt, quòd de præſenti quando impe[tra]-tur,verè vacat per obitum,id eſt,quòd ratione illius obit[us] commendatarij reuiuiſcit, & quodammodo inducitur [ad] va[cationem]

Commendatarius mortuus.



vacatio nunc.Ergo regula in ea debet habere locum, præ-ſertim cum per omnia ſit eadem ratio.Et pro iſta opin.facit quod dicit Socin.in conſi.xxxij.in vj.col.verſi.& pro prædi-cta.vbi tenet,quòd expectatiua ad beneficia vacatura com-prehendit beneficium per obitum commendatarij vacans. ſequitur Aeneas de Falco.in tract.reſerua.in iiij.q.principa li.in xxxviij.effectu.& licet contrarium deciderit Rota, vt ſuperius dixi.Illud fuit,quia conſiderauit affectionem,quæ maximè ibi conſiderari debebat propter perſonam Cardi-nalis, cui illa parochialis fuerat commendata. Sed præſup-poſita deciſione indiſtinctè vera,in caſu noſtro attendi de-bet ratio dicti,quia per obitum commẽdatarij perpetui be-neficium quouis modo vacat.Nec iſta regula in hoc eſt mul tum exorbitans,ſed potius continet æquitatem, quia tenen do iſtam opi.ſic fauemus Cardinalibus, & ex hoc etiã con-ſeruatur ſpes ſeruientium eis. Faciunt ad hoc ea quæ tradit Rom.conſi.ccccxcviij.

¶Addo etiã pro iſta opi.quæ mihi videtur verior, quòd in dubio talis interpretatio in quacũq; conſtitutione capi de-bet, per quam magis inuitentur homines ad bene faciendũ, vt probatur in §.fi.in proœm.inſti.& in extrauag.execrabi lis.§.nos itaq;.Sed iſto modo interpretando iſtam regulam inuitãtur magis,ac animantur Cardinales ad capiẽdos plu res ſeruitores doctos & venerabiles, quod tendit ad decus eccleſiæ Rom.vt in c.ſuper ſpecula.de magiſtris.Et etiã ad honorem eorundẽ Cardinalium pertinet, quòd à pluribus aſſociẽtur,vt dicit Iuuenalis Satyra vij.quod no. And.Sicu. in c.ex parte.in ij.col.de conſti.Nam tanto maior quis repu tatur,quãto pluribus famulis & dignioribus præeſt,vt pro-bat D.Gundiſaluus Hiſpanus,auditor Rotæ in tract.de di-gnitate Vicecãcellarij.q.ij.allegat text.in authen.de defen. ciuit.§.nos igitur. Facit illud Prouerb. xiiij.c.In multitu-dine populi dignitas regis.Facit etiam tex.in c.ecce.xcv. di ſtin.Vnde meritò Virgilius in primo Aeneidos, laudãs Di donem in iſto apparatu famulorum,ait,Quinquaginta in-tus famulæ,quibus ordine longo Centum aliæ, totidemq; pares ætate miniſtri,&c.Nam huiuſmodi impẽſæ, quæ fiunt ſeruitorib.& miniſtris,cẽſentur factæ intuitu eccleſiæ pro-pter honorem inde reſultantem, vt tradit Philippus Frãcus

Interp.in quacunq; conſtit. capi debet.

Cardinalib.quod à pluribus aſſocientur,conueniens eſt.

Maior tanto, &c.

Regis dignitas in multitudine populi.

D

in c.pręſenti.§.porrò.in ij.not.de offic.ordi.lib.vj.Et ideo iuuandi ſunt Cardinales fauorabili interpretatione priuilegiorum huiuſmodi, vt procliuiores exinde reddantur ad ſubeundas maiores impenſas: propter quas multi pauperes,clerici,nobiles,& literati,in eorum domibus conſolantur,& viuunt. Et ita multorum neceſsitatibus ſubuenitur. Et hoc modo decentius decus Sedis Apoſtolicæ ſuſtinetur. Et per huiuſmodi viam familiaribus datur firmior ſpes ſeuiendi,quando patronorum maior eſt & huberior diſponendi de beneficijs poteſtas. Et ſic iſta opinio tanquam æquior, & vltimo,& pluries per Rotam approbata, tenenda eſt: ſecũdum quam refert Aeneas de Falconibus,doctor certè curioſus & eruditus,in quadam ſua apoſtilla ad iſtã regulam, Rotam in quadam cauſa ſua,ſecundum iſtam opinionẽ per tres ſententias iudicaſſe. Et reſpondet ad illa verba poſita hîc in regula,videlicet,beneficium vacans per obitum: quia illa non obſtant: cum in regula xxviij.ſuprà eodem, ſint poſita eadem verba. Et tamẽ Rota longæua obſeruatione tenuit illam regulam habere locum in commenda, prout ait ibi, & in regula de infirmis reſignantibus, meminit do. Guliel. Nec obſtat, quòd verbum vacãs, hîc poſitum debet intelligi de vacatione iuris. Quia hoc eſt falſum, quia etiam verificatur in vacatione de facto, quam talis reſeruatio comprehendit, ſecũdum Rotã deciſ.cclxxiiij.in antiquis. Quã ſequitur Præpoſ.in c.Clementis.xvj.diſtinct. Ad alia motiua patet reſponſio ex his,quæ dicam in regula de publicandis,& latiſsimè in regula de triennali.

Cardinales iuuandi &c.

### QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO iuxta prædicta, an impetrans beneficium vacans ipſo iure per priuationem familiaris Cardinalis teneatur ſeruare contenta in iſta regula?

Impetrãs beneficiũ vacãs, &c.

¶SOLVTIO. Gloſſator concludit quòd non, quia regula loquitur de vacatione per obitum, & nihil aliud dicit. Et cum iſta opinione ſimpliciter tranſit Fely. hic nihil allegãs. Reperio tamen, quòd iſtam quæſtionem in terminis latiſsimè diſcutit Andr. Sicul. in conſil. lxxxij. libr. iiij. per totum. Vbi relatis argumentis partis affirmatiuæ, pro ratione dubitandi factis, quæ non curo referre, poſtea concludit contrarium, videlicet, regulam iſtam non habere locum in impetrante per priuationem. Et inter plura fundamenta quæ pro hac parte ſcribit, tria principaliter videntur conſideratione digna, clarius tamen per me declarata, & rationibus corroborata, quàm ipſe fecerit. Primum igitur fundamentum quod facit, eſt de text. in clementina, ne Romani. §. irritum. de electione. de quo multũ gloriatur. vbi eſt tex. quòd conſtitutio loquens de morte Papæ, ita demum comprehendit priuationem, quando lex vlterius procedit, extendendo diſpoſitionem ad caſum priuationis, vt patet ibi in illis verbis, per mortem, vel aliàs deficere quouis modo. Iſta enim verba (vel aliàs) indifferenter prolata cõprehendunt omnem modum vacandi. Cum igitur in iſta regula ſolum ſit prouiſum in caſu mortis, debet intelligi de naturali, non ciuili. l. ex ea parte. §. in inſulam. ff. de verb. oblig. cum cõcor. vbi in gl. Et ſi voluiſſet Papa caſum mortis ciuilis comprehendere, expreſsiſſet, vt fecit in dicta clemẽtina, præſertim in materia odioſa exorbitanti, qualis eſt iſta.



Cõſtitutio de morte.

¶Comprobatur vlterius iſta opinio, & hoc erit ſecundum motiuum. Nam in cõcilio Conſtantien. in quo Benedictus Vndecimus, & Ioannes XXIII. priuati fuerant, fuit dubitatum, an electio Romani Pontificis per priuationẽ alterius expectaret ad Cardinales, an verò ad concilium generale. Et fuit concluſum, quòd quando Pontificatus vacabat per obitum, tunc expectaret electio ad Cardinales. Quia iura tribuentia electionem Cardinalibus, loquebantur de vacatione per obitum, non quando vacabat per priuationem. Vnde ex quo iſte erat caſus omiſſus à iure communi, pertinebat electio ad concilium. Refert Abb. in c. licet. in vltimo notabili. de electio. Et ſequitur Fely. in c. ad petitionem. in princip. de accuſa. Sic videtur hîc dicendum, quòd diſpoſitio iſtius regulæ, quæ loquitur de vacatione per obitũ, procedat in caſu ſuo, non autem in vacatione per priuationẽ.

Electio Rom. Pontificis.

¶Tertium motiuum fit à deficiente intentione condentis regulam: quia non putauit Papa, quòd in domibus Cardinalium eſſent viri flagitioſi, ac priuatione digni: quia de iure, pro illuſtri eorum dignitate, præſumuntur habere familiares honeſtos, vt dicit Innocen. & alij in cap. in literis. de teſti. & in cap. inſinuante. de offi. deleg. Ex qua præſumptione reſultat illa limitatio communis ad d. cap. in literis.

Cardi. præſumuntur honeſtos familiares habere.

Familiares idonei teſtes.

quod diſponit, familiares non eſſe idoneos teſtes, vt iſtud dictum non procedat in familiaribus Cardinalium & Epiſcoporum: quia non præſumuntur habere perſonas ſuſpectas domi, ſed probatæ vitæ & exemplo, vt dicit Bal. in l. etiam, C. de teſti. & ſequũtur Moderni in tract. teſtium. fol. viij. in ij. col. Et latius reaſſumit Firmanus in tracta. de Epiſcopo. in v parte. lib. iiij. fol. lj. in iiij. col. & Aret. & alij in d. cap. in literis. & in l. ij. C. de teſti. Cum igitur defecerit mens concedentis, iſte caſus omiſſus relinquatur ſub diſpoſitione iuris: quia mens & intentio concedentis debet ſemper in reſcriptis attendi, ſecundum Innoc. in cap. cum eccleſiaſticæ. circa medium. de excep. ſequitur Bald. in l. reſcript. col. pen. C. de pre. imp. offe. Et reaſſumit Fely. in c. cauſam quæ. in viij. col. verſi. prædicta declara. &c. de reſcrip. Et hac ratione dicunt Valerius, M. Tullius in lib. Offic. & alij plures bonarum literarum profeſſores, Solonem non tuliſſe legem de parricidijs, quia non putauit filiũ ad illud facinus potuiſſe quacumque iniuria moueri, vt patrem occideret. Ang. in l. propter inſidias. C. qui accuſ. Vbi igitur deficit mens condentis, diſpoſitio ceſſat.

Concedentis mens & intentio.

Parricidij legem quare Solon non tulit.

¶ Vel etiam quarto dici poteſt. Nam poſito quòd Papa iſtũ caſum cogitauerit, noluit tamen in hoc Cardinales priuilegiare, regulam extendendo, vt per hoc eos cautiores redderet in ſuſcipiendis bonis miniſtris & famulis, & receptis caſtigandis. Nam videntes regulam non habere locum, quando ob delictum petitur priuari aliquis familiaris, fortè vigilabũt magis ſuper familiam ſuam, vt ſic in bono erudiatur, quòd ſimilia de ea ſperari non debeant: vnde ſi contrarium eueniat, in pœnam priuantur Cardinalis commodo, ſeu priuilegio iſtius regulæ: ſicut videmus in epiſcopis obſeruari. Nam in pœnam epiſcoporum inductum eſt, quòd licet criminoſi non admittantur ad accuſandum regulariter. cap. j. de accu. & c. ſunt qui. ij. q. vj. Tamen vbi familiaris epiſcopi reperitur criminoſus, in pœnam tolerantis talem in domo, ipſum epiſcopum accuſare poteſt. Ita eſt tex. in cap. nullũ. de accuſ. quia talis præſumitur quis eſſe, quales famulos habere dignoſcitur. Sic econtrà apud Platonem loco prouerbij vſurpatur: Quales principes, tales ſolere eſſe ciues. Et ideo Lud. Rom. in l. cum mulier. ff. ſol. ma. in xiij. col. dixit, ad epiſcopos

Criminoſi.

Principes quales.



ſcopos pertinere, bonis & honeſtis vti famulis. Ne ſi cõtrarium appareat, præſumatur epiſcopum famulos diſcolos nutrire, ad effectum, vt dolos inſtruant, & ſuppleant defectũ probationum, vt ibi latius per eum. ¶ Vltimo, ne aliquid remaneat intactũ, pro iſta opinione Andreæ Siculi & aliorum videtur in fortioribus terminis dictum Tho. Faſtoli in dubio Rotæ xlvj. vbi dicit, quòd in materia ſtricta reſcriptum cum clauſula cedente vel decedente, non extenditur ad priuationem. Secus ſi materia non eſſet odioſa, vt in d. cle. ne Romani. Quia tali caſu licet exprimatur vacatio per obitum, includitur omnis vacatio, vt tradit Abb. in diſput. epiſcopus. Ex cuius dictis poteſt etiam capi reſolutio ad d. cle. alleg. in contrarium per Barba. & ſequitur Fely. in cap. licet. col. fi. de offic. deleg. Et ante ipſum Ioan. Franc. Paui. in tract. de offic. & pot. cap. ſede vac. in ſecundo euidentiali. & illud dictum Faſtoli ſequuntur Moder. in tract. beneficiorum. in ij. parte. Et ante ipſos Fely. in c. in noſtra. in xxxvij. corr. col. ij. de reſcrip. Faciunt etiã pro iſta opinione ea quæ dixi ſuperius in iiij. & v. q. & quæ dicentur inferius q. xxiiij. & in regula de annali ſuper iſta eadem quæſtione.

Reſcriptũ cũ clauſula cedẽte, &c.

¶ Et prædicta omnia procedunt quando priuatio fieret in curia: quia ſi extra curiam, nulla eſſet difficultas: ex quo ibi cenſeretur vacare beneficium, vbi quis priuatur, vt dicit deciſ. lxxxvj. in antiquis. Sequitur Pauinus in tract. de offic. & pot. cap. ſede vac. in ſecundo præludio. Quod eſt verũ, quando eſt ibi perſona, vbi priuatur: quia ſi eſſet alibi, cẽſeretur vacare ibi vbi eſt perſona. Vnde dicimus, quòd priuatus ob nõ ſolutionẽ penſionis, in partibus, ſi eſt Romę, eius beneficiũ cenſetur vacare in curia, & eſſe reſeruatũ, vt dicit quædã deciſio allegata per Paui. in d. loco: & ibi videri poſſunt plures modi vacãdi, in quibus exemplificari poteſt iſta regula.

Priuati beneficium vbi vacare cenſetur, &c.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, an regula iſta debet obſeruari in ſubrogatione facta per obitum collitigantis familiaris Cardinalis, vel in gratia ſi neutri, perinde valere, vel ſimilibus impetrationibus?

¶ SOLVTIO. Gloſſator hic in iij. fol. tenet quòd non. Rationem aſſignat, quia iſta regula non collit beneficiũ regulæ de ſubrogandis collitigantibus. Nam licet iſta regula

*Vltima tollere priora.*

iſta regula ſit vltima ſecundum ordinem, & vltima tollant priora, iuxta c.j. de cōſt. libro vj. nihilominus quando conſtitutio prima non eſt contraria vltimæ, ſed poſſunt ſe compati, tunc vltima conſtitutio non tollit priorem, etiam ſi vltima habeat clauſulam derogatoriā cum clauſula non obſtan. vt not. Bart. in extrauag. ad reprimēdam. in verſic. non obſtantibus. Et ita dicit fuiſſe tentum in Rota, vt hîc latius per eum: & idem dicit Gloſ. in regul. de ſubrogādis. fol. iiij.

¶ Adde pro iſta opinione Fely. hîc qui aſſerit, ita concorditer hanc opinionem tenuiſſe Rotam. Et hoc idem adnotauit Barth. de Petra ſancta, auditor Rotæ in calce cuiuſdam informationis factæ tempore Iulij, ſuper vno beneficio Hiſpalen. Et idem adnotauit D. Petr. Andr. in quodam repertorio deciſionum. Et ita hodie tenetur, & quamuis omnes prædicti Doct. aſſerant ita iudicatum fuiſſe, nullus tamen prædictorum aſsignat rationem deciſionis prædictæ, niſi Gloſſator, quem ſuperius retuli. Et tamen illa ratio Gloſſatoris, iudicio meo, non videtur multum efficax. Ideò forſi quidam antiqui aduocati, Paulus Pontanus, Andr. de ſancta Cruce, & Ioannes de Barancellis, & nonnulli alij excel. doctores, illa ratione non obſtāte, in quadam cauſa Maguntin. præbend. contrarium conſuluerunt: iſta ratione, quia regula iſta priuilegiatiua Cardinalium non continet in ſe, niſi vnicam rationem, videlicet, vt Cardinales per iſtum modum præſtandi conſenſum habeant priuilegium diſponendi, & ſic valeant alium familiarem loco deperditi vel defuncti pro ſuis ſeruitijs ſubrogare. Et in hoc principaliter eſt fauorabilis regula, quæ præſtat hoc humanitatis ſolatium Cardinali, qui perdidit familiarem ſuum, vt in ſimili dicit tex. in l. iure ſuccurſum. in princip. ff. de iur. dot. Vbi defuncta filia iuſtum eſſe putat Iuriſconſultus conſolari patrem, vt ſolatij loco reddatur ei dos. Et eodem modo in l. ſi filius. de bo. damna. conſolatur pater ex morte filij militis, ſi illi ſuccedat in caſtrenſi peculio. ad idem text. in l. iiij. §. cum autem ff. ad leg. Rho. de iact. Et idem dicendum eſt in caſu contrario, vt dicitur in l. iij. §. ſed vtrum. verſi. quidergo. ff. de mino. quem ad hoc allegat Bald. in l. fin. C. de viſ rei iudi. Nam honeſtum eſt, & iuxta dictum Apoſtoli, humanitate plenum, quòd Cardinalis qui ſocius fuit tribulationum

*Regula vnicā rationem continens.*

*Filia defuncta patri dos reddat loco conſolationis.*



num & onerum gubernando familiarem ſuum, ſit etiam particeps & ſocius conſolationis. Quia de iure naturali eſt, vt qui habet onus, debeat etiam habere commodum, vt dicit tex. in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Et iſta ratio pariter militat in ſubrogatione, ſicut in impetratione. Ergo eadem eſſe debet diſpoſitio.

*Onus qui habet. &c.*

¶ Et pro iſta opin. facit, quia licet beneficiū, ſuper quo impetratur ſubrogatio, ſit litigioſum, illa qualitas non facit differre beneficium à beneficio, quia quæ differunt qualitate, non differunt ſpecie. l. ſi. ff. de fundo inſtru. notāt Moder. in rub. de proba. Cum igitur iſta regula indiſtinctè, & generaliter loquatur de impetrante beneficium, verificari debet in impetrante beneficium per viam ſubrogationis. Quia generalis diſpoſitio capit omnes ſuas ſpecies, etiam qualitate differentes, vt notat Bal. in l. in fraudem. ff. de teſtamen. milit. per tex. not. in l. prima. §. quod autem. ff. de aleato. not. Decius in cap. ij. de præbē. & alibi ſæpe. ¶ Nec obſtat, quòd regula iſta ſit exorbitās: quia licet negari poſſit, cum videatur potius principaliter fauorabilis, licet ſecundario odioſa, vt dicitur de Velleiano, in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. Nihilominus, tenendo quòd ſit exorbitans, in exorbitantibus fit extenſio à paritate rationis, etiam ad caſum non proprium: ſed qui ſublata ſignificatione vocabuli poteſt comprehendi, vt patet in gloſſa, eligatur. in clemen. j. de electio. cum ſimilibus. Ad idem eſt gl. quę iuncto tex. loquitur de beneficio litigioſo. in cle. auditor. in verſi. beneficiū. de reſcrip. Facit optimè tex. iūcta gloſſa in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Et iſta amplificatio & extēſio ad iſtum caſum fieri debet, contemplata ratione perſonarum, de quibus loquitur regula. Quia diſpoſitio ſolet reſtringi, vel ampliari ſecundum qualitates perſonarum. l. plenum. §. Equitij. ff. de vſu & hab. cum concor. vt ſcribit Fely. in c. cauſam quæ. in xij. columna de reſcript.

*Qualitates ſpecie differētes.*

*Diſpoſitio generalis capiens ſpecies.*

*Extenſio ī exorbitantibus.*

*Diſpoſitio ſolet reſtringi, &c.*

¶ Iſtis tamen non obſtantibus, teneo primam opinionem Rotæ, quæ iuſtior, ac magis iuridica videtur, iſtis rationibus, in primis, quia certum eſt, quòd beneficia litigioſa in curia ſunt adeò affecta ſoli Papæ, quòd ſi vnus ex colligātibus moriatur in curia, nullus de illis prouidere poteſt, niſi Papa. Et ſi ſecus actum fuerit, eſt irritum & inane. c. ij.

D 4

vt lit.penden.lib.vj.& cle.j.eod.tit. Et talis diſpoſitio perti
nens Papæ intelligitur libera,vt dicitur in d.clem.j.in fi.Et
ſic non requirens conſenſum alicuius,ergo neque Cardina

**Liberũ quid dicatur.**

lis.Quia illud dicitur liberum,quod poteſt fieri ſine alterius
conſenſu,vt not. Abb.in cap. de multa.in iiij.notabili.per
illũ text.de præbẽ.& eſt tex.in l.j. C.de ſacroſanct.eccleſ.&
ibi Mod.cum cõcor.vt ſcribit Alex.in cõſil.xcvj.in prin.in
v.vol.Sed ſubrogatio fit de beneficio litigioſo.Igitur,&c.
¶Accedat,quia ab vſu patrisfamiliâs,qui debet attendi,iu
xta l.vel vniuerſorum.ff.de pig.act.& l.ſi ſeruus pluriũ.de

**Impetratio aliud,aliud ſubrogatio.**

leg.j. Aliud eſt impetratio,& aliud ſubrogatio.Et licet ſub-
rogatio veniat appellatione impetrationis,ſicut arrogatio
appellatione adoptionis, nihilominus ſimpliciter ſumptæ
inter ſe differunt re,ſicut differunt nomine,aliàs ad quid di
uerſis nominibus nuncuparentur,iuxta l.ſi idem.C.de codi
cil.Impetratio igitur ab ſtylo curię eſt illa,quæ purè & prin
cipaliter fit de beneficio:ſed ſubrogatio,gratia ſi neutri,p
rinde valere, & ſimiles quæ fiunt in aliquos euentus,& pro-
pter aliquam cauſam præcedentem,appellantur gratiæ a
ceſſoriæ & ſecundariæ . Regula igitur iſta quæ loquitur de
impetratione, intelligetur de illa primæua,& principali
non autem de ſubrogatione,quæ ſecũdario fit,quæ non ſo-
let appellari ſimpliciter impetratio,ſed gratia adminicula
tiua : & ſic impetratio qualificata, & ſecundum quid. Ver-

**Verba in dubio de impetrat. &c.**

ba igitur in dubio de impetratione loquentia debent intel
ligi ſimpliciter,non ſecundum quid.l.j.ff.de dona.l.hoc le-
gatũ.ff.de leg.iij. Et iſta opinio vlterius ſuadetur,quia ſub-
rogationes à iure ſunt inuentæ propter vtilitatẽ publicam
eccleſiarum,ne propter nouos aduerſarios,qui interdũ ca
litioſè petitoribus ſubrogantur, litigia in eccleſiarum di-
ſpendium prorogari contingat:vt dicitur in d.cap.ij.vt lit.
pend.lib.vj.Et ideo ſubrogatio debetur collitiganti ex be-
neficio iuris,propter prædictã rationem,vt litigia iam in-
cœpta citius terminentur.Sed ſi in iſta ſubrogatione obten
ta per obitum familiaris collitigantis fortè ab aliqua perſo
na ignota ipſi Cardinali,vt ſæpe contingit,requireretur
conſenſus Cardinalis:clarum eſt quòd à communiter acci-
dentibus Cardinalis non facile conſenſum pręſtabit,ſed po
tius in longum differet,vel certè negabit. Quia talis con-
ſen



ſenſus Cardinalis quodammodo æquipopollet cõceſsioni,
vt in c.paſtoralis.de donatio.quæ facilè non fit ignotis:&
ſic eccleſiæ diutius vacabunt contra vtilitatem publicam,vt
dicitur in d.cap.ij. Eſſet igitur alienum à mente iuris & æ-
quitatis,quòd in talibus ſubrogationibus requireretur cõ-
ſenſus,per quem poſſet vel retardari,vel impediri actus : &
quòd regula de ſubrogãdis,quæ eſt iuri conſona & æquita
ti,per hoc reddatur fruſtratoria,quod non eſt dicendum.
¶Poſtremo facit,quia,vt dixi,ſubrogatio fit de beneficio li
tigioſo,de quo nullus habet diſpoſitionẽ,niſi Papa:& ideo
non requiritur conſenſus.d.c.ij.vt lit.pen.lib.vj. Nam ſicut

**Beneficium iurispatronat⁹. &c.**

beneficiũ iuriſpatronatus laicorum poteſt per Papã liberè
conferri ſine derogatione,quando eſt litigioſum,vt eſt cõ-
munis ſtylus ſignaturæ,vt eſt tex.in d.cle.j.& tradit Fely.in
tracta.quãdo lit.apoſtolicæ,&c.eodẽ modo & beneficia fa-
miliarium Cardinaliũ quãdo ſunt litigioſa,poterũt etiam
per Papam ſine aliquo cõſenſu alicui ſubrogari.Hoc tamen
putarem procedere,quando ſubrogatio fieret collitiganti,
quia videtur illi quodammodo debita: ſecus ſi alteri nõ col
litiganti,quo ad hoc,vt Cardinalibus in iuribus ſuis mi-
nus præiudicetur,quàm ſit poſsibile.
¶Ex quibus etiam infertur, quòd iſta regula non habet lo
cum in gratia ſi neutri, quæ fit de beneficio litigioſo,vt te-
nuerunt Domini in cauſa inferius alleganda. Imò fortius
voluit Rota in vna Naneten.aliàs Meten.canonicatus, &
præbendæ pro Petro Caireti, contra Gerardum hominis
coram domino Marcello,de menſe Decembri M.D.xxxj.
quòd hoc procederet , etiam ſi gratia ſi neutri eſſet impe-
trata pro futura lite,ex eadem ratione : quia ex quo dicta
gratia non habet effectum,niſi quando conſtiterit per euen
tum litis,neutri litigantium ius competere,ille euentus de-
bet conſiderari,& tunc quando de tali euentu tractatur,di-
ſcuti debet de virtute regulę quod fit in ipſa lite. Et licet gra
tia ſi neutri,eo tempore fuerit impetrata quo non erat lis,
nihilominus gratia erat valida ipſo iure, quia regula iſta
non annullat,niſi quando producitur,& produci non po-
teſt,niſi durante lite,quo tempore gratia ſi neutri recipit ro
bur,& eſſe ſuum,nec attenditur initiũ impetrationis eius.
Quia quando principium habet relationem ad finem,at-

tenditur finis,& non principiũ.l.ſi pater.& l.cum apud C.
de hæred.inſti.& l.eam quam. C.de fidecommiſ.& reaſſumit
exemplificando notabiliter Baldus in l. prima.ff. de orig.
iur. Sic dicimus econtra,quòd quando finis habet neceſſa-
riam cõſequentiam ad principiũ,attenditur principium,&
non finis,vt dicit tex.in.l.damni infecti.la prima.§.Sabin.
ff.de.dam.infect.quod eſt notandum.

QVAESTIO NONA.

**Declaratoria facta inconti-nenti,&c.**

QVAERO, nunquid in declaratoria facta incontinen-
ti ad primam gratiam, in qua fit mentio de familia-
ritate Cardinalis,debeat ſeruari iſta regula?

¶SOLVTIO. Ioan.Aloiſ. Tuſcanus aduocatus quondam
celebris in quodam ſuo conſilio reddito in cauſa Sagien. ar-
chidiaconatus,incip.vtrum bulla. poſito in primo volumi-
ne conſiliorum ſuorum.fol.vj.tenuit quòd non,etiam ſi
dicta declaratoria augmentaretur ius primum. Quia li-
talis declaratoria poſſit dici donatio, quia qui confirmat
donat.l.obuenit.ff.de verb.ſig. Et per conſequens in ea re-
quiretur eadem expreſsio,quæ in gratia principali,per tex.
in capit.ſi apoſtolicæ.de præbend.lib.vj. Tamen illud pro-
cedit,quando talis declaratoria fuiſſet facta ex interuallo
vt loquitur text.in d.cap.ſi apoſtolicę.& Archi.in cap.ſi mo-
tu proprio.eod.tit.& doct.in c.cum aliquibus.de reſcrip.
lib.vj.& in clemen.fin.de offic.ord. Secus autem ſi declara-
toria fuiſſet facta incontinenti, videlicet, ſucceſsiuè vna
poſt aliud,eodem die:quia tali caſu pro eodem reputantur.
nec requiritur expreſsio iſtorum requiſitorum in regula in
eo,quia quæ incontinenti fiunt,ineſſe dicũtur.vulg.l.leſtu.
verſi.dicebam.ff.ſi cer.pet.cum vulg.Et propterea videmus,

**Proteſtatio declaratoria voluntatis.**

quòd proteſtatio declaratoria voluntatis, intelligitur re-
tita in actu,qui geritur incontinenti,non autem in eo qui
geritur ex interuallo,vt declarat D.Ant.in c.cum M.ferrarien-
ſi.Bart.& alij in l.non ſolũ.§.morte.ff.de ope.no.nunc.per
tex.in l.per retentionem.C.de vſuris.cum concord.ibi
per eos.& Saly.in l. pacta nouiſsima.C.de pact. Facit etiam
pro iſta opinione notabile dictum Bald.in l. iuriſiurando.
C.de teſtib.& quæ dicit Aret.in cap.de teſtibus.de teſtibus
cum concor.vt ſcribit Fely.in c.qualiter.el.j.in xvj.colu.
de accuſa.& quod notabiliter dicit Alexan.in conſil.xxii
co.



colum.penult.lib.iiij.Sicut videmus , quòd perinde valere,
quæ fit in ipſa gratia,non requirit expeditionem literarũ,li
cet det robur gratiæ : ſecus ſi fiat ex interuallo : & ſic limita
tur regula de non iudicãdo,niſi per literas expeditas , vt ibi
dixi. Præſertim,quia in his quæ fiunt incontinenti , dicitur
abeſſe præſumptio fraudis,vt tradit Iaſ.in l.iiij.§.condem-
natum.in iij.col.ff.de re iudic.poſt Abb.in cap.ſuſcitata.de
reſtit.in integr.

¶Sed aduertendum eſt diligẽter,quia ſi prædicta eſſent ve-
ra,multum reſtringerentur & limitarentur dicta Archi.in
d.cap.ſi motu proprio.& notata in d.c.ſi apoſtolicæ. Ideo
dubito certè,an ſit vera illa reſtrictio , ſeu limitatio, ex eo,
quia declaratoria augmentatiua iuris primæui,dicitur no-
ua conceſsio,& principalis de per ſe,vt dicunt præfati do-
ctores. Vnde qua ratione in prima gratia debet ſeruari iſta
regula,eadem ratione &in tali declaratoria,vt tenet Rom.
in conſil.ccclxxxiij.in propoſito caſu.in principio.& ſequi
tur Felyn.in cap.in noſtra.in xvj.corr.de reſcrip.Et iſta ra-
tio pariter militat in declaratoria facta incõtinenti ſub ca-
dem data ſicut facta ex interuallo, vt dicit Domin.in cõſil.
cxxviij.in ſecundo dubio. Vbi loquitur de gratia perinde
valere,eiuſdem datæ,cum prima. Et tamen ex quo erat au-
gmentatiua noui iuris,tenet per plures rationes in ea requi
ri expreſsionem eorum omnium,quæ requirebantur in pri
ma gratia. Et hoc idem tenet etiam Felyn.in cap.ad aures.
in ij.col.de reſcrip. ¶Nec obſtat,quòd ea quæ incõtinen-
ti fiunt,cenſentur ineſſe : quia illud eſt verum,quando illud
quod fit incontinenti,non inducit aliquid de nouo quod al
teret.& ita procedit deciſio in no. cclxxiiij.cum alijs ſupe-
rius allegatis. Secus quãdo inducitur aliquid de nouo,quia
reputatur corpus de per ſe,& nõ ineſt,quia eſt diuiſa ratio,
vt patet in exemplo tradito per Moder.de Monteferrato
in tract. teſtium.num.ccxxxj.& Saly.poſt Cy.in l.iuriſiu-
randi.in ij.q.C.de teſt.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quinimo.
in ij.& iij.notabilibus.ff.de pact.Cogita tamẽ, quia res nõ
eſt ſine dubio,& poteſt de facili vtraque pars ſuſtineri , ma-
ximè cum regula iſta ſit exorbitans à iure communi.Et cir-
ca iſtam declaratoriam videnda ſunt,quæ dixi in regula de
non tollendo iure quæſito.in xiij.quæſt.

Conceſsio noua, declaratoria.

Incontinenti facta cẽſentur ineſſe.

QVAE

## QVAESTIO DECIMA.

**Conſenſus an poſsit præſtari, &c.**

QVAERO, quid ſi tempore impetrationis beneficium erat litigioſum, quo tempore Cardinalis debebat præſtare conſenſum: ſed antequàm illum præſtaret, mouetur lis ſuper beneficio, an poſt talem litem poſſit conſenſus præſtari?

¶ SOLVTIO. Pro reſolutione iſtius quæſtionis diſtinguendi ſunt quatuor caſus. Primus, quando lis mouetur huic impetranti per ſecundum impetrantem, qui habet conſenſum Cardinalis. Et tali caſu tenet Gloſſator, quòd ſecũdus præferatur, per text. in cap. ſi pro te. de reſcrip. lib. vj.

**Intellectus ad text. in cap. ſi pro te.**

¶ Tamen aduertendum eſt, quòd iſte caſus eſt ſatis dubius ex eo, quia tex. in d. c. ſi pro te. procedit in gratia prima conditionali. Et in quæſtione noſtra nulla fuit gratia conditionalis, ſed pura, quo caſu d. cap. ſi pro te. non procedit. Quinimò d. c. ſi pro te. non procedit abſolutè in omni conditione, ſed tantum in ſuſpenſiua cõditione, quæ nihil præter ſpem ponit ineſſe, vt in l. cedere diem. ff. de verb. ſig. Et in tali conditione non impeditur ante eius euentum fieri & conſummari, vt in exemplo d. c. ſi pro te. Sed vbi conditio eſſet reſolutiua, quæ præſupponit ius purum præſtere, licet reſolubile, prout in caſu noſtro d. c. ſi pro te. non procedit, vt in terminis declarat Oldr. in conſil. cclxx. ij. colum. qui alleg. ad hoc text. in l. proponebatur. ff. de caſtren. pecul. & in l. ſeruum filij. in prin. ff. de leg. j. Et colligitur hæc diſtinctio ex l. ij. ff. de in diem adiectio. & l. ij. ff. de empto. cum alijs concor. vt ibi per eum. Faciunt etiam pro hac parte ea, quæ de cõditione reſolutiua ſcribunt Mod. in cap. cæterum. de reſcript. Accedunt etiam quæ dicuntur in l. fin. iuncta gloſſ. C. qui admitti. & in l. j. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edicto. & l. ſi filio. §. contra. ff. de inoffic. teſt. In quibus iuribus cauetur, quòd durante deliberatione primi gradus, non admittitur ſecundus vel vlterior gradus. Quæ omnia in caſu noſtro militant. Nam ſiue teneamus, quòd prima impetratio fuerit pura, ſiue ſub conditione reſolutiua tacita vel expreſſa, ſecundus nunquam admittitur, donec primus poteſt habere conſenſum. Sed in caſu noſtro præſupponitur primum impetrantem ante litem ſibi motã per ſecundum non petijſſe cõſenſum Cardinalis, ſed poſt litem

**Gradus primi deliberatione durante, &c.**



ſibi motam, & ſic lite pendente. Ergo ſecunda impetratio non faciens expreſſam mentionem de prima, non debet valere, vt in puncto tradit Domin. in conſil. cvij. in vlt. col.

**Impetratio ſecunda.**

¶ Nec obſtat, quòd conſenſus Cardinalis fuit præſtitus primo impetranti poſt litem motam, & impetrationẽ alterius, quia nihil refert. Nam ex quo impetratio prima fuit pura, ſub tacita cõditione reſolubili, talis cõſenſus poteſt quandocunq; præſtari, dũmodo præſtetur antequàm opponatur de iſta regula. Nec habet locum diſpoſitio d. cap. ſi pro te. vt ſuperius eſt dictum. Et quòd talis conſenſus poſsit quandocunque præſtari, tenet Innoc. in cap. cum conſuetudinis. de conſuet. quem refert Socin. in conſil. xxiij. in v. col. lib. iiij. cum pluribus concor. quæ congerit Rochus Curtius in tract. iur. patr. in verbo, pro eo quòd. in iiij. q. Et ſecundum iſtam opinionem videbatur inter loquẽdum inclinare Rotam, dum iſta difficultas proponeretur de menſe Ianuario M. D. xxxv. in cauſa Meten. canonicatus coram D. Marcello, licet nihil tunc firmaret pro certo. *

¶ Secundus caſus eſt, quando ſecundus impetrans opponit de regula in iudicio, antequàm præſtaretur primo impetranti cõſenſus. Et iſte caſus eſt magis dubius, ex quo, quando Cardinalis præſtat conſenſum primo impetranti, iam gratia erat nulla ipſo iure per oppoſitionem regulæ. Et tali caſu conſenſus debet à principio præſtari, non poſt actum nullum, vt dicit Innoc. in d. c. cum conſuetudinis. & ſequitur Socinus, vbi ſuprà.

¶ Tertius caſus eſt, quando ſecundus impetrans non habet derogationem regulæ, & primus opponit de ea, & etiã ipſe ſecundus opponit contra primum de regula. Et iſto caſu ſi ſecundus impetrans non habet gratiam ſi neutri, & non eſt poſſeſſor, eſt dubium ſi poſsit excipere, cum ſua nõ interſit, ex quo nullũ habet ius. de quo videndũ eſt in deciſ. ccccxix. in antiq. incip. Nota an reus. & deciſ. clx. in nouis.

¶ Quartus caſus eſt, quando ſecundus impetrans non opponit de iſta regula. Et iſte caſus eſt expeditus per not. per Felyn. in cap. j. de re iudic. quia tali caſu regula non annullat, niſi opponatur: & ſic valebit prima impetratio.

¶ Finaliter concludendum eſt, quòd cõſenſus poteſt ad primam gratiam præſtari per Cardinalem etiam lite penden.

aliàs

aliàs per oppoſitionem regulæ gratia redditur nulla.

QVAESTIO VNDECIMA.

Beneficiũ vacãs per obitũ ſui familiaris. Conſenſus qd ſit.

QVAERO, quid ſi ipſemet Cardinalis impetrat pro ali beneficium vacans per obitum ſui familiaris: aut in tercesſit pro impetrante, vt gratiam conſeque retur, vel cõſenſit verbo, quòd aliquis prædictũ benefici impetraret: nunquid ſatisfactum ſit iſti regulæ, non fa aliter mentione in gratia de familiaritate, nomine, & ti lo, vel conſenſu Cardinalis?

¶SOLVTIO. Iſta q. cõtinet tres caſus. Primus eſt, quan ipſe Cardinalis pro alio impetrat. Secundus, quando non impetrat, ſed intercedit pro impetrãte. Tertius, qu do verbo contentus fuit, quòd alius impetraret benefi ſui familiaris.

¶Circa primum videtur dicendum hîc eſſe duo conſi randa. Primum circa expreſsionem familiaritatis, no nis, & tituli. Secundum circa expreſsionem conſenſu primo non videtur mihi ſatisfactum eſſe regulæ. Qui lis expreſsio familiaritatis in impetratione requiritur p pter reuerentiam & honorem Cardinalis, talis ratio ipſomet Cardinale impetrante, vt dicit ſummarium Egid. dcxxxij. & hoc tenent ſub dubio Moder. in tra ſeruatio. in iiij. q. principali. in xvij. effectu. verſic. te eſt. Et pro iſta opin. facit ratio text. in cap. dilecti. de

Conſenſus requiſitus ad, &c.

vbi dicitur, quòd conſenſus requiſitus ad aliquem a gis exprimitur actu, quàm verbis. Et per hoc dicebatur bus præteritis in vna Hiſpalen. beneficiorum coram R. D. * Silueſtro Dario, quòd ex quo Cardinalis in impetra cuiuſdã Laurentij de Ortega reſeruauerat penſioné qu quaginta ducatorum, & addiderat ad ſupplicationem lineas manu ſua propria, quòd ex hoc videbatur ſatisfa regulæ requirentis expreſsionem familiaritatis, & aliis quibus ibi: pro quibus faciunt ea quæ Moder. Peruſini dunt in cap. commiſſa. in ſecundo notabili. de elect. lib & Archi. in cap. ſi ſeruus. poſt medium. liiij. diſtinct.

¶Circa ſecundum, nunquid per huiuſmodi actus videa Cardinalis præſtitiſſe conſenſum, vt requirit regula: pu

Cõſenſus quãdo præſtãtus.

rem quòd non, quia regula iſta, quæ de conſenſu præſtando loquitur, debet intelligi de expreſſo, non autem de taci conſe



conſenſu elicito per interpretationem, iuxta ea quæ not. Card. in clem. ſæpe. §. ſi tamen. in ſecunda opp. de verb. ſig. quod ratione fundatur. Nam ex quo conſenſus nihil aliud eſt, quàm duorum ſimul ſenſus, vt dicit Bald. in l. fin. col. j. C. ad Macedo. ille ſenſus percipi non poteſt, niſi verbis vel ſcriptura exprimatur, vt in l. ſed & ſi quis. §. penult. col. iij. verſic. venio ad q. ff. ſi quis caut. cum concor. vt ſcribit Dec. in l. ſicut certi. in iij. col. C. de teſtam. milit. facit l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. & l. j. §. fin. ff. de verb. oblig. & not. Bal. in l. pacta nouiſsima. col. fin. verſic. & vltimo facit. C. de pact.

¶Et ideo ex quo iſta regula pro forma requirit Cardinalis aſſenſum, debet intelligi de expreſſo: nec tacitus conſenſus ſufficit, vt Rota tenet in deciſ. xv. de offic. deleg. in no. Nec ex eo, quia Cardinalis impetrans videtur expreſsè conſenſum præſtare: quia aliud eſt impetrare, aliud conſentire: ſicut aliud eſt contrahere, aliud contrahenti conſentire, vt dicit Bald. in l. j. in fin. C. de pact. & facit text. in l. aliud eſt eſt vendere. ff. de reg. iur. ſicut etiam aliud eſt eligere, aliud electioni conſenſum præſtare. vt not. Innoc. in cap. cum in iure. de elect. ſequitur Bald. in margarita. in verbo, conſenſus. qui allegat text. in l. ſi pater. §. fin. de ma. vin. Et per iſta tenuit præteritis annis Rota in vna Tullen. parochialis me præſente, quòd priuilegia militum S. Petri aliter ſuffragantur militi agenti pro ſeipſo, quàm nominato ab ipſo, quia in primo eſt verus actus, in ſecundo eſt ſolus cõſenſus. Iſta enim ſunt diuerſa, actum facere & conſentire, vt tradit Bald. in l. ij. col. antepenult. C. de reſcin. vend.

Cõtrahere, & cõtrahenti cõſentire, differunt.

* S. Petri militũ priuilegia, &c.

¶Concludo ergo quo ad iſtum primum caput, quòd ſola impetratio Cardinalis non habetur pro conſenſu, ſed requiritur quòd Cardinalis per ſuam cedulam conſenſus fide faciat in Cancellaria, & ita ſe habet ſtylus, vt refert Hieronym. Paulus antiquus Cãcellariæ vicecorrector, in illo lib. practicæ Cancellariæ. fol. lxxxiij. verſic. Item quando cõfertur beneficium vacans, &c. & ſequuntur Moder. Sabinen. in tract. reſeruatio. in iiij. q. principali. in xvij. effectu. in fin.

¶Nec obſtat text. in l. cum quis. ff. de reg. iur. quòd paria ſint, actum facere, vel facienti conſentire, quia illud procedit in actibus, in quibus quis tenetur conſentire de neceſsitate: nam in tali caſu faciens actum conſentit, vt dicit text. in l.

Actum facere.

in l.in ædibus.§.penult.ff.de donat.tradit Iaſ.in l.quæ do-
tis.num.66.ff.ſolut.matrim. Et ita limitatur per Federic.
de Senis tex.in l.aliud eſt vẽdere.ff.eod.tit.qui procedit in
conſenſu voluntario.ita declarat Feder.cõſil.primo.in iij.
col.vol.paruo.vbi alias limitationes ponit.& ita declara-
tur dicta Bald.in l.filiusfamil.ff.de procur.& Aretin.in l.
Gallus.§.forſitan.in iiij.col.ff.de libe.& poſth.& circa hoc
alias limitationes ſcribit Moder.Purpuratus in l.fin.num.
97.cum ſequen.C.de pact.poſt Decium ibi.vj.col.& aliter
Bald.in l.ſi vt proponis.C.de ſer.pig.dato manu.& Decius
in cap.ſuper eo.in iij.col.de offic.deleg.& in c.ij.in vj.col.
de iudic.poſt Iaſ.in l.j.in xix.colum.num.121.ff.de leg.j.&
Corneum conſil.cxliiij.in princ.lib.iij.& ante ipſos Bart.
l.poſt dotem.in iiij.col.num. 13.ff.ſolut.matr.quæ om-
vltra doct.in d.l.aliud.ſunt notanda ad declarationem
concor.d.l.cum quis.& d.l.aliud.quæ duæ leges in propo-
to iſtius materiæ multum faciunt.

¶Secundus caſus q.eſt,quando ipſe Cardinalis non im-
trat,ſed interceſsit pro impetrante,an per hoc videatur
ſenſum præſtare?

¶Solutio. Videtur prima facie dicendum ſatisfactũ
iſti regulæ,prout de hoc videtur eſſe in terminis deciſ.
dij dlx.incip.concluſio,quòd ſi p.& c.vbi circa med.

Cardinalis quãdo gratiã pro alio procurauit,&c.

net,quòd quando Cardinalis gratiam pro alio proc-
non eſt neceſſaria mentio familiaritatis ipſius Card.
quia tunc non poteſt dici Cardinalis deceptus.arg.
quis.C.de reſcin.vend.

¶Tamẽ circa hoc aduertendũ eſt ad duo,quæ ſunt hic
ſideranda.Primũ ratione expreſsionis familiaritatis,n-
nis,& tituli:& de hoc loquitur Egid.Secundum eſt ratio-
conſenſus. Circa primũ dicetur in ſequẽti membro,vbi
caſus qui eſt illi ſimilis,decidetur. Circa ſecundũ de cõſ.
dicẽdum,vt ſuperius dixi in primo caſu.Nam attento
concludendũ eſt, nõ eſſe iſti regulæ ſatisfactum,quia vt d-
ctum fuit in proximo capite, conſenſus expreſſus hic p-
forma requiritur,& quòd per cedulam Cardinalis præſta-
tur:ſed licet per interceſsionem Cardinalis conſenſus vi-
deatur induci,ille tamen conſenſus eſt tacitus,in quo fa-
cili fraus committi poteſt.& ideo concludendum eſt illam

Conſenſus tacitus.



non ſufficere,ſed requiri conſenſum expreſſum, quia in formalibus tacitus non ſufficit,vt in cap.ſtatutum.§.in nullo quoque.de reſcrip.lib.vj.& ad prædicta faciunt,quæ in notabili caſu ſcribit Socin.in conſi.cxvj.iij.volu.

¶Tertius caſus eſt,quãdo Cardinalis verbo cõſenſit, quòd aliquis impetraret beneficium ſui familiaris defuncti, non facta aliqua mentione in ſupplicatione familiaritatis, vel conſenſus.Et licet iſte caſus ſit dubius ſecundũ Egid.deciſ. dcxxxij.inci.ſuppoſita,&c.in fi.verbis. in qua deciſione iſtũ caſum latè diſputat,& ponit rationes pro vtraque parte, in quo Domini fuerũt varij,& vt vtar verbis deciſ.xvj.de reſt. ſpol.in not.quaſi diuiſi per mediũ.Nam quatuor fuerũt pro parte affirmatiua,& quatuor pro negatiua,quorũ auditorũ nomina Egid.ibi exprimit:nihilominus Egid.ibi tenet regulæ non eſſe ſatisfactũ,quod probat quinq; rationib.quas nõ curo referre,cũ ibi videri poſsint.& iſta opi.mihi placet, cum qua tranſeunt Moder.Sabinen.in d.tracta.reſeruat.in xvij.effectu.verſic.ſecundum eſt.pro qua opin.à fortiori militant omnes rationes ſuperius poſitæ in primo caſu,& tex. in d.l.aliud eſt vendere.cum remiſsio.ibi poſitis,quæ nõ repetam breuitatis cauſa.Et pro iſta quæſt.faciunt ea quæ dicam inferius quæſt.xix.

### QVAESTIO DVODECIMA.

Cardinalis impetrans beneficium,&c.

QVAERO,quid ſi vnus Cardinalis impetrat beneficium familiaris alterius Cardinalis,nunquid teneatur ſeruare contenta in iſta regula?

¶SOLVTIO.Iſta quæſtio incidit in illud dubium,an in generali diſpoſitione comprehendantur Cardinales, quod ſæpius in pluribus regulis huius commentarij tractaui.Ideo hîc ero breuis, ſolum conſiderando aliqua motiua quæ in dictis locis non poſui.

¶Dico igitur quòd in iſta quæſt.ſunt cõſideranda duo capita.Primum eſt illud de quo diximus.Secundũ eſt, an Cardinalis priuilegiatus contra pariter priuilegiatum debeat vti priuilegio iſtius regulæ. ¶Circa primum vltra ea quæ dicta fuerunt in alijs regulis, adde quòd iſtam quæſtionem diſputat D.Gundiſaluus de Villadiego, quondam auditor Rotæ in ſuo tract.Cardinalium quæſt.xij. Et diſtinguit tres caſus,ex quibus in ſumma non refero, niſi vnum,faciens ad

Cōſtitutio generalis & rationabilis.

propoſitum iſtius quæſtionis, videlicet quando conſtitutio eſt generalis & rationabilis, qualis eſt iſta, licet ſit pœnalis, & tunc Cardinales comprehenduntur, vt patet in capitulo, ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. Vbi hoc notat Archid. cum cōcor. alleg. ibi per eum. Et eodem modo per eãdem rationem dicimus, quòd capitulum, de multa. de præben. comprehendit Cardinales, ſecūdum Abb. in capitulo, eccleſia. el ſecundo. de elect. & alibi ſæpe, vt dixi latè in repetitione mea d. cap. de multa. Et idem eſt dicēdum in pluribus alijs ſimilibus diſpoſitionibus generalibus, quæ curioſus facilè inuenire poteſt. Et iſtius dicti ratio in hoc concluditur, quia lex generalis omnes ſubditos cōprehendit, excepto ſolo principe. c. omnis anima. de cenſi. cap. j. de conſtit. vbi hoc notat Fely. in octaua col. & Moder. in l. cunctos. C. de ſum. Trin.

Auguſta, vna caro cum Imperatore.

¶ Nec obſtat, quòd Cardinales ſunt in illuſtri dignitate: quia videmus idem in Auguſta, quæ licet vna caro ſit cū Imperatore, & illuſtretur radijs dignitatis ipſius, nihilominus legibus imperialibus aſtringitur, vt dicit text. in l. princeps. ff. de legib. Et ſenatores, & alij maiores plebis, qui concurrunt cum principe in condendis legibus. vt in capitulo. le ij. diſtinct. & in l. humanum. C. de legib. nihilominus legibus aſtringuntur. Quinimò ipſe idem princeps ligatur ratione ipſius legis, vt tradit ſanctus Thomas j. ſecūdæ q. xcvj. articulo v. Plura alia ponit do. Gundiſaluus, quæ breuitati ſtudens non curo referre. Concludo ergo ex præmiſſis, quòd in generali diſpoſitione, etiam pœnali Cardinales comprehenduntur. Et ita domini mei cōcluſerunt die vi. Nouembris. M. D. X X X I. in vna Valentina Archidiaconatus in Xatiua, pro Conſtantino de Caſtillo corā me, in qua concluſerunt, quòd Cardinalis de Vich, tanquā diœceſanus, comprehenderetur in indulto conferendi beneficia vacatura in ſua diœceſi, conceſſo Cardinali Leodien. archiepiſcopo Valentino, licet nulla eſſet facta mentio Cardinalis.

¶ Sed omnia iſta limitantur non haberé locum, quādo diſpoſitio illa generalis non haberet locū in gratia facta motu proprio: quia tali caſu, ex quo Cardinales omnes hodie impetrant motu proprio, & in dubio eius gratiæ ita impetrantur per antiquas regulas, vt dixi in prin. huius reg. non procederēt ea quæ ſuperius ſunt dicta. Sed quo ad iſtam regulam



bene militant, propter ea quæ diximus ſuperius in ſecunda quæſtione prooemij iſtarum regularum.

Cardinalis patronus famil. mortui, &c. Cardinalis impetrans. Priuilegiatus.

¶ Secundum caput iſtius quæſtionis eſt, nunquid Cardinalis patronus familiaris mortui, vel alius impetrãs poſſit opponere contra Cardinalem impetrãtem, qui eſt pariter priuilegiatus de iſta regula. Certe prima facie videtur dicendum quòd nō, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio cōtra pariter priuilegiatum, vt eſt text. quem ibi not. Abb. in cap. cum cauſam. de præbend. Et ideo dicit Bald. in l. ij. C. de priuilegijs fiſ. per illum textum, quòd priuilegia quæ ſcholaribus tribuuntur per authen. habita. C. ne fil. pro pat. non habent locum, quando ſcholaris agit contra alium ſcholarem. Pari modo nec fiſcus vtitur priuilegio ſuo contra aliū fiſcum, vt dicit idem Bald. in c. j. col. ij. de proba. alleg. tex. in l. ſed ſi milites. ibi, paritas enim honoris, &c. ff. de excuſ. tuto. Per quem text. voluit idem Bal. in c. cauſam. el ij. de iudic. quòd diſpoſitio l. non eo minus. C. de procur. non procedit, quãdo minor agit contra minorem. Facit quod ſcribit Oldr. conſil. cxix. Titius. in fi. & Ioan. And. in regula, in iudicijs. Et eodem modo ſi duo habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus nō poſſint cōueniri, non habebit locum inter ſeipſos, vt dicit Pet. de Ancha. in conſil. xxxvj. in ij. col. Et plura exempla tradūt Moder. in c. j. & in c. in præſentia. de proba. quæ omnia applicata ad caſum noſtrum, videretur idem concludendum.

¶ Tamē conſiderandum eſt diligenter, quia in caſu noſtro prædicta motiua applicari non poſſunt, non ſolum illo reſpectu, quia Cardinalis impetrans nullum habet priuilegiū iſtius regulæ: quod ſolum competit Cardinalibus dominis familiarium defunctorū, de cuius familiaris mortui beneficio agitur. Ille igitur Cardinalis vtetur priuilegio iſtius regulæ, non Cardinalis impetrãs. Et ſic illud motiuum, quòd priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum non procedit, quando alter tantum ſit priuilegiatus in caſu de quo quæritur, vt eſt hîc. ita in ſpecie limitat illud dictum Abb. in capitulo, auditis. in pen. notabili per illum textum de in integr. reſtitu. & in capitulo, ad aures. de præſcrip. Bart. & Moder. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſ. Et hoc militat, vt dixi in caſu noſtro, quia

ſolum Cardinalis, cuius familiaris defunctus eſt priuilegiatus, reperitur per iſtam regulam, non autem Cardinalis impetrans, cui non competit hoc priuilegium regulæ, niſi propter obitum ſuorum familiarium, & poſt impetrationē beneficiorum eorundem.

¶ Concludendum eſt igitur, regulam iſtam habere locum iſto caſu, vt videlicet Cardinalis impetrans teneatur facere mentionem nominis, & tituli illius Cardinalis, de cuius familiaris mortui beneficio agitur, Alio tamen reſpectu Cardinalis impetrans tenetur ſeruare iſtam regulam, quia in ea tria requiruntur, Primum, quòd exprimat impetrans in impetratione ſua familiaritatem. Secundum, nomē & titulum Cardinalis. Tertium, habere conſenſum, Et licet duo vltima concernant prærogatiuam Cardinalis propter defunctum familiarem. Primum tamen requiſitum reſpicit Pontificem, cui beneficia familiarium Cardinalium ſunt reſeruata per regulas, vt patet in regula tertia, ſuprà eodē. Et ideo requiritur mentio familiaritatis, aliàs gratia eſſet ſubreptitia, vt dicit Rota in deciſione xv. de præben. in antiquis. Et in terminis hoc conſiderat Egidius in deciſ. dcxxxij. & reſumunt Moder. in tract. beneficiorum. in iij. parte quæſt. in iij. fol. & de hoc dicetur in alia quæſtione.

## QVAESTIO DECIMATERTIA.

Familiares q dicantur.

QVAERO ibi, familiaris, &c. Quos intelligemus familiares, quo ad effectum iſtius regulæ?

¶ SOLVTIO. Illos familiares appellabimus, qui actu deſeruiunt, & continuam in domo commenſalitatem habent, vt dicit tex. in c. fi. de verb. ſigni. lib. vj. & ibi notant omnes. Nam illa dicitur vera familiaritas, ſecundū Domin. ibi in pen. notab. quæ corpore & dentibus fit. Et tales appellat ibi text. domeſticos. Et licet text. hic de domeſticis non loquatur, illud tamen comprehenditur ſub verbo familiaritatis: quia omnis familiaris eſt domeſticus, vt latè declarat Felyn. in capitulo, in literis. in princip. & per totum de teſtib. Et quamuis iſta regula, vt dixi, non faciat mentionem de continua commenſalitate, ſicut facit text. in d. cap. fin. nihilominus verba ſimpliciter prolata in materia ſtricta & exorbitanti, ſicut iſta, debét intelligi verè & propriè, iuxta text. in capitulo penult. de ſentent. excommunic. & in l. fin.

Familiaris omnis eſt domeſticus.



l. fin. C. de ijs qui ven. ætа. impet. & l. j. §. hoc interdictum. el vltimo. ff. de fonte. Regula igitur iſta de familiari cōtinuo commenſali intelligetur. Et ita Rota intellexit, & interpretata eſt verba cuiuſdam facultatis conceſſæ per Leonem x. Legato Auinionen. In qua excipiebantur familiares Papæ & Cardinalium. Nam intellexit illam exceptionem de veris familiaribus commenſalibus, non de illis qui per priuilegium habentur pro talibus. Et ita cōcluſum fuit coram me in vna Seneſcen. Prioratus de mēſe Februario. M.D.XXXVIIJ. * Nec, vt dictum eſt, ſola commenſalitas ſufficit, niſi etiam actus ſeruitutis concurrat. Itaque copulatiuè videntur iſta requiri à iure, vt habetur in dicto capitulo fi. & notat in ſpecie Abb. de iſtis familiaribus Cardinalium loquens in capitulo, cū dilectus. in fi. de cleri. non reſid. cum concor. de quibus per Fely. in cap. in noſtra. in xxj. corr. de reſcript. qui inter cætera allegat, licet corruptè, Pet. de Ancha. in conſilio ccxxxiij. in primo inquirendum. Sed licet ibi Pet. de Anchara. loquatur in capellanis Papæ, de quibus etiam loquitur Card. idem tenens in conſil. cxxvj. colum. fin. verſic. quarto confirmantur. & Fely. in cap. ſi quando. in ij. colum. de offi. deleg. & And. Sicul. in conſi. lvij. in ij. col. in primo volumine. Nihilominus hoc expreſsius, & in terminis familiaribus Cardinalium tenet Pet. de Anch. in conſi. cccxcviij. De quo Fely. non meminit ibi, ſed in capitulo, inſinuante. col. ij. de offic. deleg. cum alijs concord. vt ſcribit idem Fely. in capitulo, per tuas. colum. fi. de maior. & obed.

Cōmenſalitas ſola.

¶ Prædicta tamen declarantur, niſi de ſtylo ſola familiaritas ſine obſequio ſufficeret, ſicut dicitur in collectore & ſubcollectore, in deciſ. xiiij. de præbend. in antiq. vel in Referendarijs, qui ſine exercitio priuilegijs gaudent, vt dicit Gloſſator per illum textum infrà in regula prærogatiuarū expectantium. Pro quibus faciunt ea quæ dicit Felyn. in capitulo, clerici. in ij. colum. de iudic. quia talis ſtylus attendetur, vt tradit idem Felyn. in d. cap. in noſtra. & ſequuntur Moderni in trac. beneficiorum. parte iij. quæſt. xj. Et in hoc attenditur etiam cōſuetudo. Domin. l. iij. §. ſi fundus. ff. de lege commiſſ. Specul. titul. de loca. §. poſtquàm. verſic. ponamus. Sed præſuppoſito ſtylo moderno in caſu, de quo hîc agitur, qui de vtraque qualitate debet intelligi. Iſta

quæ dicta ſunt, procedunt à principio, quando familiaritas
contrahitur, in qua requiruntur illa quæ dicta fuerunt, vi-
delicet commenſalitas & obſequium. Tamen poſtquàm fa-
miliaritas deducta fuit in eſſe, licet poſtea ceſſet morte vel
abſentia, vel alia iuſta cauſa, nihilominus regula procedit,
vt in ea dicitur expreſſe, vt in d.c.fi.& tenet deci. Bernar. de
Biſigneto.xx.de præbend.in antiquioribus. Et hoc idem ſta-
tutum legimus in regula tertia, ſuprà eodem. Quod factum
eſt propter extrauag. Pauli ſecundi, poſitam inter commu-
nes, in nouis impreſſionibus. in tit. de præben. quæ incipit
ad Romani Pontificis. quæ hoc determinat ad perpetuam rei
memoriam. Et videtur iſtam regulam, quæ ſimpliciter de fa-
miliaribus loquitur, declarare, & extendere ad continuos
commenſales. Et ita declarari debent quæ dicit Fely. in c.
de regularibus. in fi. de ſimo. & in rubrica, de magiſtr. in ſe-
cunda, & fina. col. Et Calde. in conſi. viij. in tit. de offic. le.
qui latius loquitur, & de quo Fely. non meminit.

**Commenſalitas.** ¶ Stat igitur cõcluſio, quòd iſta regula debeat intelligi
familiaribus actu ſeruientibus, & continuis cõmenſalibus,
quam commenſalitatem voluerunt Moder. Pontifices ...
re debuiſſe ſaltem per quatuor menſes, ad euitandas frau...
procurantium ſe recipi ad effectum priuilegiorũ, vt Leo ...
Hadrianus VI. & Sãctiſsimus Dominus Paulus III. in ...
regulis ſtatuerunt. ¶ Eſt tamen aduertendũ vlterius ...

**Cardinalis ſi pateretur &c,** ſi Cardinalis pateretur, quòd aliquis familiaris com...
commenſalis non actu ſeruiret, nihilominus regula ...
beret locum, & diceretur verus familiaris, & gauderet p...
rogatiuis, per quæ dicit Fely. in c. clerici. in ij. col. de iu...
Non tamen hoc econtrà procederet. Nam licet ſeruiret ...
tamen non comederet expẽſis Cardinalis, non compre...
deretur ſub iſta regula per dictam extrauag. Pauli, quæ re-
quirit commenſalitatem, & per ea quæ ſuperius dicta fue-
runt. Et iſta procedunt in familiaribus perſeuerantibus. Si
verò recederent, & poſtea pœnitentia ducti redirent, nõ di-

**Familiaris recedẽs, iterum rediens, an dicatur amplius famil.** ceremus amplius familiares, nec numerantur inter permiſ-
ſos, nec inter prohibitos ſecundum Ioan. And. in c. ſicut de
verb. ſig. in nouella. ſequitur Bal. in l. j. col. ij. C. de epiſcop.
& cleri. Hoc tamen ego intelligerem, quando Cardina-
lis eum iterum non recepit inter familiares: quia ex quo
fami



**Familiaritas perdita.** liaritas eſt quædã ſocietas, vt dicit Pet. de Anch. in di-
cto conſil. quæ ſola voluntate diſſoluta fuit: ideo vt illa de-
nuò reſtauretur, requiritur noua voluntas, per ea quæ Bald.
dicit in l. mandatum. C. manda. & Barba. in conſil. xxxj. col.
penul. lib. j. Et ita intelliguntur ea quæ dicit Domin. in di-
cto capitulo fi. pro quo videtur eſſe tex. in. l. ſi pœnituit. ff.
de diuor. Et hoc procedit in claris. In dubio tamen ille qui

**Familiaris ſeruiens, & habitans in domo, &c.** ſeruit & habitat in domo, præſumetur viuere expenſis Car-
dinalis, niſi contrariũ probaret, quia non præſumitur quòd
de vento vixerit, vt in. l. fi. C. de ali. pub. pręſt. & quod ibi no-
tat Bar. in. l. cum ſeruus. ff. de verbo. oblig. Neque minus ſer-
uiendo Cardinali, & habitãdo in eius domo præſumeretur
viuere expẽſis proprijs, quia pręſumptio eſt, quòd viuat ex-
penſis Cardinalis cui ſeruit, iuxta dictum Apoſtoli: Iuſtum
eſt, vt de fructu quem quis ſeminat, & metat. & contrarium
præſumere non videretur veriſimile, neque ſecundum iuſti-
tiam: quia honeſtum eſt, quòd quis alteri ſeruiendo, de ſuo
ſe ipſum paſcat, vt tradit Oldra. cõſil. ccxlix. quæritur. & Ma-
ria. Socin. in tracta. viſita. col. xxxiiij. Et ideò dicimus, quòd

**Altari ſeruiens, de altari viuere debet.** qui altari ſeruit, debet de altari viuere, vt in cap. cum ſecun-
dum. de præben. cum concord. de quibus per Rom. in con-

**Præſumptio qualis capi debeat.** ſilio cccxl. non eſt dubium. in principio. Talis ergo capie-
tur præſumptio, qualis de iure communi ratio dictat: quod
ius commune pręſumit, ex eo loco quem capere expẽſas de-
bere vbi laborat. pro quibus faciunt ea quæ ſcribit Oldra.
conſil. ccxj. ad propoſitum. poſt princ. & Alexand. in conſil.
cxvj. viſo. &c. colum. penult. lib. vj. Roma. conſil. lxxxv. cir-
ca fin. Et ita in ſpecie reperio cõſuluiſſe Ludouicum de In-
teramne quondam aduocatum inſignem, in quadam cauſa
Hiſpalen. beneficij de Mero. in quodam ſuo conſilio incip.
An reuerẽdus pater. in tertio dubio. qui licet prædicta non
adducat, allegat tamen not. in dicto capitulo fi. & quaſdam
rationes, quas non ſcribo, ex quo ſatis vrgere nõ videntur.
¶ Tamen eſt aduertendũ, quia licet prędicta colorata non
videantur. Nihilominus contrariũ hodie ſeruat Rota, quæ
nullum in dubio pręſumit commenſalem, niſi probet: quia

**Facta non præſumuntur, niſi probentur.** ex quo iſta conſiſtunt in facto, facta non præſumuntur, niſi
probentur. l. quicunque. ff. de publiciana. Eſt tamen verum,
quòd cõmenſalitate ſemel probata ſemper præſumitur du-

durare,niſi probetur contrarium. Et ita declarantur dicta

**Familiaritatis probatio.**

Domin.in d.cap.fi.per Rotam,& talis probatio familiari-
tatis,& continuæ commenſalitatis ad effectum excludendi
alium , requiritur quòd plenè probetur:nec ſufficit quòd
probetur per aſſertionem Cardinalis,quia illi non creditur
in præiudicium tertij.c.cum à nobis.de teſtib. Secus verò in
Papa aſſerẽte aliquem eſſe familiarem ſuum continuũ com-
menſalem , quia illi creditur etiam in præiudicium tertij,
clem.j.de proba. Et ita in ſpecie cõcluſit Rota in vna Sene-
* ſcen.prioratus,corã me de menſe Februario M.D.xxxviij.
Dum ibi Leo x.quendam Petrum protonotariũ creauerat,
& familiarem ſuum cõtinuum commenſalem fuiſſe aſſerit.
Nam Domini voluerũt,illud ſufficere ad excludendũ pro-
uiſionem Legati Auinionen.qui licet poterat de reſeruatis,
non tamen de beneficijs familiariũ Papæ prouidere. Etiã
de plano procedunt,quando agitur de familiaritate ad ef-
fectum prçcedentiæ,& prçrogatiuæ clauſulç alterius.Vbi ve-
rò ſolum de familiaritate ageretur,ad effectum expediẽ-
* gratis duntaxat,tunc nõ ita exacta probatio requiritur,&
fides Cardinalis ſufficeret,vt in vna Hiſpalen.tenuit Rota.
Quod procedit,quando non opponitur.

**Commenſalitas quo ad veram, &c.**

¶ Eſt tamen vlterius cõſiderandũ,quòd licet quo ad veram
familiaritatem requiratur cõmenſalitas,nõ tamẽ requiritur
quòd illa capiatur in domo Cardin. Nam poteſt capi ali-
quid pro victu quotidiano,& illud prçparari extra domum
Cardinalis,vt ſe habet ſtylus hodiernus.Nam plures Cardi-
nales hodierni dant portiones familiaribus ſuis in pecunia
numerata,ex qua emi faciunt neceſſaria,quæ præparari fa-
ciũt extra domũ Cardinalis in domicilijs eorũ.Alij autem
ſeruitores Cardinaliũ ſunt,qui recipiũt partẽ ſuam ex domi-
bus Cardinaliũ non in pecunia,ſed in pane,vino & carni-
bus,& ea comedunt etiã extra domũ cardinalis: ſeruiunt ta-
mẽ illi in neceſſarijs,licet comedãt & dormiãt extra domũ,
& nihilominus reputantur, habentur,& ſunt veri familia-
res,cõtinui cõmẽſales.Nam quãdo familiaris habitat in ali-

**Familiaris duobus in locis vnus eſſe poteſt.**

quo loco de voluntate domini,dicitur dominus ibidem fa-
miliariter habitare:quia vnus poteſt in duobus locis eſſe fa-
miliaris.c.cum quis.§.cum ab eo.de ſepul.lib.vj.facit quod
notat Ioan. And.in.c.ſuper eo.eod.titu.facit.l.aſſumptio.
&



& l. Labeo.ff.ad municipa. & bonus text.& ibi notat Bart.
in.l.prçdia maritima.ff.de fun.inſtruct.& clem.ne Romani.
§.ſanè.de elect.obſeruãda enim eſt in hoc cõſuetudo patriſ-
familiàs,& domini,& attẽdenda eſt volũtas eius,vbi volue
rit familiarẽ ſuũ habitare.l.vrbana.ff.de.verb.ſign.Habita-
tio igitur,& cõmenſalitas capta extra domũ,non faciunt fa
miliares obſequijs inſiſtentes deſinere eſſe tales. Eſt bene ve
rũ,quòd ſi tales habitantes,& comedẽtes extra domũ, licet
ex portione data in domo Cardinalis,nõ ſeruirẽt,Cardina
li nõ dicerẽtur familiares,cõtinui commẽſales,ad effectum
iſtius reſeruationis,quæ eſt odioſa,vt dicit Gloſſator in re-
gul.iij.§. eo.dum allegat Bald.in cap.ſciẽdũ.de feudi cogn.
vt ibi per eum.Et pro iſto facit quod dicit Abb.poſt Ioan.
And.in.c.cum dilectus.in fi.de.cle.non reſiden.vbi volunt
quòd familiares Cardinaliũ, licet habeant literas familiari
tatis,habitantes etiam extra domum:ſi tamẽ non ſeruiunt,
non gaudent priuilegijs familiariũ,quia nõ ſunt verè fami
liares. Tamẽ totũ hoc dependet,vt dixi, à voluntate Car-
dinalis,quia ſi Cardinalis habet talem pro familiari,& re-
cepit vt talem , & dat ei portionem victus ex domo ſua,li-
cet non ſeruiat ei,nõ deſinit eſſe talis,quia ſufficit quòd per
familiarẽ nõ ſtet,quominus ſeruiat.Nam poſtquam Cardi-
nalis ita patitur,illa patientia habetur loco ſeruitij ſibi im-
penſi,quia voluntas Cardinalis tali caſu conſideratur,vt di
cit tex.in l.ex facto.§.rerum.ff.de hæred.inſti.quem ad hoc
in terminis q.allegat excell.doctor Modernus referenda-
rius,& quõdam diſcipulus meus D. Franciſcus Niconitius
in prima parte allegationũ ſuarum nũc impreſſà, alleg.xx.
in fin. Talis enim voluntas domini pro facto reputatur.
l.fi.ff.de vſu & habi.notant Areti.& Iaſ.in l.à Titio.col.ij.
de verb.oblig.ſicut dicit Anto.de Butr.de ſcholari in proœ
mio Decretal.Quò d licet vagetur,gaudet tamẽ priuilegijs
ſcholarium : quia ſcholaris eſt. Nam,vt inquit Domin.in
proœm.vj.in vltima col.eo ipſo,quòd ſcholaris eſt matricu
latus,& intrat,& defert habitum ſcholaſticũ,licet nihil ſtu

**Scholaris matriculatus.**

deat,gaudet tamẽ priuilegijs ſcholarium. Et ita dicit fuiſſe
in facto obtẽtum.Sic erit hîc dicendum,quòd eo ipſo quòd
Cardinalis recipit aliquem in familiarem,& deſcribi facit
in tinelli rotulo,& comedit,licet nõ ſeruiat,ex quo tamen

hoc patitur Cardinalis, nec propterea eum de domo expel- lit, erit familiaris, continuus commẽſalis: quia durat illa vo- luntas receptionis, per quam videtur contracta quædam ſo- cietas, quæ non diſſoluitur, niſi per contrarium diſſenſum, ſecundum Pet. de Ancha. conſil. cccxcix. incip. præmitto. Se- cus verò ſi Cardinalis non recepit talem, vt familiarem, ſed vt beneuolũ & amicũ, iubẽs illi dari portionẽ panis & vini ex domo ſua, prout ſunt aliqui honeſti viri curiales domos habẽtes proprias, qui ſub prætextu alicuius fauoris conſe- quendi, aſſociant, & comitãtur Cardinalem, & dictam por- tionem in ſignum amoris & amicitiæ ex domo Cardinalis capiunt, non animo ſeruiendi Cardinali, ſicut faciunt fami- liares: & hanc portionem multi in curia diuites & miſeri ca-

*Veri familia- res.*

piunt. Nam tales non ſunt veri familiares, ſed ficti: & ideo non debent comprehendi ſub iſta regula. Et ita procedunt dicta per Paulum de Caſtro in conſil. cccxl. in fi. lib. j. & Ni- colai Milis in verbo, familiaris. Ex habitu igitur & quali- te perſonæ, receptione & intentione ſeruiendi, dicitur quis

*Familiaris qs.*

familiaris, vel non. Nec obſtat, quòd prædicti capiunt por- tionem ex domo Cardinalis, & illum aſſociãt, quia prædicti non dicuntur familiares, continui commenſales, quia illa voluntas ex vtraque parte non adeſt, quæ requiritur, vt di- xi, ad contrahendam huiuſmodi familiaritatem. Quinimo multi ex dictis officialibus diuitibus tales portiones in ſi- gnum auaritiæ, potius quàm amoris capientes dedignan- tur, & ad honoris diminutionem referent nominari, & in familiaribus Cardinalium teneri, ſeu reputari: ſunt enim plerunq; dicti officiales miſeri ipſis Cardinalibus ditiores. Et propterea tales portiones appellari poſſunt, portiones honoris. Sicut appellatur panis quem Cardinales quotidie

*Cardinales ca pientes panẽ, &c.*

à Papa ex palatio apoſtolico capiunt. Nam licet Cardinales illum capiant, ac etiam quotidie aſsiſtant, & obſequantur Papæ, nihilominus familiares Papæ non ſunt nec reputan- tur. Vt poſt plures informationes & propoſitiones conclu-

* ſit Rota octaua Nouembris. M.D.xxxj. in cauſa Valentina Archidiaconatus de Xatiua, pendente coram me, pro Con- ſtantino del Caſtillo contra nepotem Cardinalis de Vich & ita ego pronuntiaui: quæ ſententia fuit poſtea per duas alias cõfirmata. Nam tenuerũt in dicta cauſa Domini, Car- din.



dinales non eſſe familiares, nec continui cõmenſales Papæ, quia ab eo recepti non ſunt, neq; ipſi ſe, vt tales habẽt, neq; ab alijs ex communi vſu loquendi reputantur: nam habitãt de per ſe, vt domini, & à Papa potius collaterales & fratres, non autem ſeruitores appellantur. Et iſtam opinionem te- nuit Gloſſator regularum, quem in multis locis ſæpe appro bat Rota in regula tertia, circa fi. Nec obſtant conſilia Old. in conſi. xlviij. incip. ius cõmune. Nec Roma. in conſi. cccc- xcviij. incip. in caſu quo quęritur. Quia illa procedũt in his quę pertinent ad eorum fauorem, non ad eorum damnum, incommodum & odium, videlicet vt beneficia eorum ſint reſeruata, iuxta ea quæ in ſimili dicit Bart. in l. item qui in poteſtate. in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cum concor. vt ibi latè Moder. ſcribunt. Et licet iſte titulus honoris ſuf- ficere deberet ad effectum reſeruationis inducendæ, iuxta ea quæ dicit Rota deciſi. xj. titulo de præben. in no. aliàs nu. 207. & ea quæ dicit Gloſſator s̃. in regula vj. Nihilominus hoc non facit ad propoſitũ, quia quamuis verum ſit, quòd Cardinalium beneficia ſint reſeruata, quia attenta ſuprema ſummi Pont. dignitate Cardinales poſsint appellari ſerui- tores honoris per prædicta, non tamen ſunt familiares, con tinui cõmenſales. Nec obſtat, quòd Cardinales capiant pa- nẽ ex palatio: quia ille panis qui eis datur, nõ recipitur, niſi cauſa honoris, non familiaritatis: quia ad cõmenſalitatem aliud requiritur, quàm ſolus panis. Ideò lex voluit quòd ap

*Appellatione panis &, vini non veniunt fercula.*

pellatione panis & vini, non veniãt fercula, quæ etiã requi- runtur ad cõmenſalitatem. cap. vbi periculum. §. in concla- ui. de electio. lib. vj. quia nõ cum ſolo pane viuit homo. Et

*Panes hono- ris.*

tales panes vocantur hodie panes honoris, & poſſunt dici panes ciuiles, vt in §. ſimili quippe. in auth. de non alien. ſed quia illi panes aliter intelliguntur in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. & in l. bene à Zenone. §. qui omnia. C. de quadr. prę ſcrip. vt latè dixi in d. l. fi. in quibuſdã notabilib. meis. Ideò

*Panes Martij.*

alia de cauſa panis honoris dicitur, nõ vt illi panes Martij, qui etiã honoris appellãtur, cum ſolũ honoris cauſa in cõui uijs apponi ſoleãt. Quos optimè depinxit Hermol. in qua- dã enarrat. cœnæ, de qua habetur in quadã epiſt. ſua inter il las Ang. Politian. nu. 43. lib. xij. & in alia eiuſdẽ lib. xxviij. Nam illi panes ab iſtis, vſu quotidiano, & ſubſtãtia diſtin- guun

gũtur. Iſti igitur panes, qui dãtur hodie Cardinalibus, id[e] dicuntur honoris, quia cum cãdore cæteris pręſtant, ac et[iam] ſubſtantia & qualitate farinæ differant ab illis panibus, [qui] dantur familiaribus commenſalibus: ideo honoris ap[pel]lantur. Et ob eam cauſam panis iſte, olim panis procerũ ap[pellabatur], pellabatur, vt dicit Plinius lib. xix. cap. iiij. panis enim ſili[gineus], gineus, quia candore alios excedebat, primarius dicebatur: præcipue ex tritico Campano cõfectus, authore Varrone. Nam ſicut inter vina falernum, ita inter panes ſiligineus ha[bebatur], bebatur, qui ſolis imperatoribus & illuſtribus viris por[ri]gebatur. Quamuis inter imperatores ſolus Auguſtus pa[ne]

Panis ſiligineus.

Auguſtus ſolus pane primario abſtinuit, &c.

primario, ſiue ſiligineo abſtinuit: & ſecundario pane [et] vulgari, qui hodie dicitur panis familiæ, vſus fuit, vt Tra[n]quillus in Octauio meminit, qui quidem panis vulgaris [vt] quidam Phyſici voluerunt, magis ad robur & ſanitatẽ cor[]poris cõfert, qui honores phlegmaticos deſiccare & co[n]mere videtur. Ille igitur panis ſiligineus datur à Papa Car[]dinalibus cauſa honoris & amoris, referens ſiue repræ[ſen]tans panem illum cœleſtẽ, quem in primitiua eccleſia A[po]ſtoli in domibus ſuis comedebant. Propter quem aſſi[]dum quotidie dicimus, panem noſtrum quotidianũ d[a no]bis hodie. In ſignum igitur charitatis & amoris por[rigi]tur & capitur, vt ſic quotidie capientes, dantis mem[oriam] habeant. iuxta text. in cap. liquido. & in cap. hoc ſac[ramen]tum. de conſec. diſtin. ij. quem panẽ ſicut Apoſtoli à [CHRI]STO, ita Cardinales ab eius vicario capiunt: ſed hoc [inter] eſt, quia illi panem terreſtem, pariter & cœleſtem cap[iebant,] hi verò terreſtrem tantùm. Non omnes igitur qui cap[iunt] panem de palatio, dicuntur familiares, continui comm[en]ſales. Vnde exceptio familiaritatis facta in priuilegijs [&] regulis, de talibus non intelligeretur. Et licet prædicta [de] iure vera ſint, nihilominus vidi in Rota aliquãdo hanc [cu]rialium cum Cardinalibus amicitiam propter ſuſcepta[m] portionem poſt obitum dictorum curialium optima be[ne]ficia poſsidentium ad familiaritatem detorqueri, ad effe[ctum] conſequendi ſub iſto prætextu beneficia vacantia tanquã per obitum familiariũ: & ita vidi in vna cauſa Cordub[en.] ſeruari, vbi fuerat probata per quendam Cardinalem fa[mi]liaritas, & continua cõmenſalitas cuiuſdam, qui verè no[n]

Cardinales, vt curialiũ beneficia conſequantur, illis in familiares habere gaudent.

*

qu[ã]



quàm fuerat familiaris, ſed accedebat ad Cardinalem cauſa docendi eum in literis Græcis, Hebraicis, & Latinis: ob quam cauſam Cardinalis portionem panis & vini nõ tanquàm familiari, ſed magiſtro miniſtrari iubebat, vt erat notum. Et ideo aduertendum: quia ſub hac ſpecie, ſub bono & æquo plerunq; erratur, iuxta l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. & incidimus in dictum Bald. in c. quia veriſimi le. de præſump. Circa alios verò officiales capientes panem ex palatio ſæpe fuit dubitatum, nunquid per hoc cenſerentur familiares Papæ continui commenſales ad effectum reſeruationis beneficiorum: & illa difficultas non fuit vnquàm deciſa propter varias rationes pro vtraque parte militantes, quas, vt tolleret Sanctiſ. D. noſter Paulus Papa III. per quandam regulam, ſiue extrauag. ſuam ad perpetuã rei memoriam nouiſsimè conſtituit & declarauit, Omnes officiales capientes panem in palatio, vel cuſtodiam facientes, dici & cenſeri veros familiares, continuos commenſales, & non per priuilegium, adeò quòd eorum beneficia cenſeantur excepta ab omnibus regulis & indultis, & tantum Papæ reſeruata. Et quãuis de dicta extrauag. Cardinales ſæpe conqueſti fuerint Papæ, ſupplicãtes eam reuocare dignaretur, tanquàm illis multũ præiudicialẽ, ratione ſuorũ ſeruitorũ officialiũ, tamen Papa nunquam fecit, imò ſecundum iſtam extrauag. iudicatum fuit in Rota per duas ſentẽtias in vna cauſa Ferrarien. primo, coram domino Paulo Capiſucco, * ſecundo coram me de anno M. D. xxxvij. Eſt bene verum de menſe Octobri M. D. xxxix. dubitatum fuit in vna Sa- * gonien. parochialis de Chane corã R. D. Ioan. Paulo Ptolomæo, vtrum dicta extrauagans traheretur ad præterita, attento quòd in ea ſunt aliqua verba, quæ innuũt Papã velle declarare dubia antiqua: & Rota conformiter tenuit quòd non, tum propter maximum præiudicium, & ſcandalum inde reſultans, tum etiam, quia verba & mens conſtitutionis potius inclinare videntur ad futura, & in dubio talis interpretatio capi debet, quæ eſt conformis iuri communi, vt in cap. ij. & cap. fin. de cõſtit. Apparet igitur ex prædictis, quòd iſta omnia de conſtituendo aliquem familiarem, vel non, principaliter conſiſtunt, vt dixi, in voluntate & cõſuetudine Card. recipientis & tolerantis, & Papæ conſtituẽtis,

Officiales capientes panẽ, &c.

Familiaris quis.

adeò

adeò quòd ſi Cardinalis reciperet vnum in familiarem,&
ille ſciente & tolerante Cardinali,licet non mandante,ſe-
uiret magiſtro domus,nihilominus eſſet familiaris conti-
nuus commenſalis Cardinalis,vt eſt text.in l.ſi verò diuiſo.
ff.de ijs qui deiecc.vel effu.& in l.j.§.magiſtrum.de exer.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO, an diſpoſitio iſtius regulæ, quæ loquitur de
familiaribus Cardinalium,habeat locum in famili-
ribus familiarium eorundem?

**Familiares familiarium. Famulus filij mei, non dicitur,&c.**

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non,ex eo,quia fa-
mulus filij mei,non dicitur famulus meus, vt dicit gloſſ.in
verbo præteritæ.in l.ij.C.qui æta.lib.x.Sic etiam homo ho-
minis mei, nõ eſt homo meus,vt dicit Specul.tit.de feud.§.
j.col.xv.verſic.xiiij.quæritur.& gloſſ.in clemen.j.in ver.
exiſtere.de iur.iu.Nec ſocius ſocij mei dicitur ſocius me.
l.nam ſocij.ff.pro ſocio.Et idem dicimus,quòd colonus co-
loni mei, nec vaſallus vaſalli mei,dicũtur mei coloni vel va-
ſalli:vt tradit Bald.in.l.j.col.ij.verſ.quæro teſtator.C.com.
de lega.& in cap.j.§.ſi.ſi contro.fue.de inueſti.& eſt gl.
gna in.l.de acceſsionibus.ff.de diuer.& temp.præſcrip.
text.cum gloſſ.in cap.legitur.lxxxj.diſtin. Eodem mo-
bertus liberti mei non eſt meus libertus.l.Modeſtin.
de verb.ſig.l.ſi quis à liberis.§.ſicut liberti.ff.de lib.ag.
& in l.aliméta.§.j.ff.de alim.& cib.leg.cum concor.
bit Alexand.in conſil.xcix.habito ſuper narratis.in
verſic.& ſi aliter.in ij.vol.Similiter neque exemptus ex-
pti,à me dicetur exemptus meus.c.j.de præbend.lib.vj.Ne-
que donatarius donatarij mei , dicitur donatarius me.
in cap.abbate.§.allegabatur.de re iud.lib.vj.Neque ad-
rentes adhærentis mei,dicuntur mei adhærentes.Hinc
quòd pax facta cum inimico,non extenditur ad eius ad-
rentes,niſi expreſsè dicatur,vt in cap.ad apoſtolicæ.&
doct.poſt Innoc.de re iud.lib.vj.&Bald.in l.j.C.de epiſc.&
cler.Pariter etiam nec fautor fautoris mei,dicitur meus fau-
tor,vt colligitur ex c.j.in verſ.principalis.de off.deleg.Si-
cut etiã ſubditus epiſcopi,nõ dicitur ſubditus archiepiſco-
pi:quãuis epiſcopus ſit archiepiſcopi ſubditus.vt in c.paſto-
ralis. in princ.de off.ord. Ex quibus infertur etiam,quòd fami-
liares familiarium Cardinalis,non dicũtur eius familiares.

**Pax facta cum inimico,&c.**



Et hanc opin.tenet Guido Papa conſil.xxx.num.5.

¶Pro parte contraria,videlicet quòd tales famuli familiarium,dicantur etiam familiares ipſius Cardinalis vel Papæ, eſt in terminis doctrina Saly.in l.ij.in ſin.C.de epiſc.& cler. Vbi expreſsè tenet tales eſſe familiares Papæ vel Cardinalis.Rationem ponit,quia ſeruiendo familiari Papæ vel Cardinalis , dicũtur illis ſeruire.arg.tex.in.d.l.ij.& l.debet.§.ſi ſeruus.ff.nau.cau.ſtab. Et ita ſeruus vicarij, appellatur ſeruus ordinarij, & ſeruus domini.l.dominus.§.j.ff.de pecul. leg.Et pro hac parte dicit eſſe text.concludentem in l.quæſitum.§.ſed an inſtrumenti.ff.de fun.inſtruc.

**Seruiens familiari Papæ.**

¶Iſtam etiam opinionem tenet Gloſſãtor hic.& Modern. Sabinen.in tract.reſeruatio.in xxx.effectu.Et ſecundũ eam conſuluit Ludouicus de Interamne, quondam doctiſsimus aduocatus,& Rotæ auditor in conſil.incip.An reuerendus pater.in tertio dubio.vbi ſubdit,ꝙ ſufficit Papæ vel Cardinali,quòd ſciat familiarem ſuum habere famulum.Maximè quando eſt perſona,quæ honeſtè non poteſt,nec ſolet ſine famulo ſeruire,vt ſunt Secretarij , Magiſtri domus,& ſimiles perſonæ. Tali enim caſu illa ſcientia Cardinalis, etiam tacita,ſufficit,& per eam videtur cõtrahi quædam ſocietas cum famulis talium familiarium , quæ familiaritati æquiparatur : alleg.tex.in l.ſi verò diuiſo.ff.de ijs qui deic.& effu. & in l.j.§.magiſtrum.ff.de exercit.Allegat etiam rationem: quia quãdo nobiles in domo Cardinalis habẽt famulũ, per hoc dicũtur magis ſeruire Cardinali, & releuãtur in pluribus per ſeruitiũ famulorũ , & illud leuamen facit dominos magis expeditos &vacuos,quo ad ſeruitiũ Cardinaliũ.Igitur ſeruiendo eis,videntur tales famuli Cardinali ſeruire. Adde ad hoc bene facere conſilium Oldr.conſil.xj. Vbi per plures rationes,quæ conferunt prædictis,cõcludit legatum factum pauperibus comprehendere ſeruitores eorum per quod releuantur. Et ita Oldr.ſequuntur Iaſ.& Moder.Taurinen.in l.cui iuriſdictio.in j.col.ff.iuriſd.om.iudic.Facit etiam quod dicit Abb.in cap.quanto.in iij.notab.de cẽſib. vbi etiam de Oldr.meminit. Et Decius in l.lecta.in v.col. ff.ſi cert.pet.& in l.ſcriniarios.in j.col.C.de teſtam.milit. Accedunt quæ Alexand.dicit in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in iiij.col.num.8.ff.de dam.infect.& Moderni repetũt

**Legatũ factũ pauperibus, &c.**

in

in authen.habita.C.ne fil.pro pat.Vnde eadem ratione qua dicimus,quòd ſubdelegatus delegantis,dicitur ſubdelegatus primi delegātis.c.ſuper quęſtionum.in fin.de off.deleg. &vaſallus vaſalli,vt in c.ad apoſtolicæ.§.pręter hoc.de re iudic.lib.vj.Eodem modo & familiaris familiaris mei,dicitur meus familiaris. Habes igitur ex prædictis quæſtionem pro vtraque parte dubitabilem.

Familiaritas in iure diuerſi modè capitur.

¶Quid dicendum?Pro clara iſtius materiæ reſolutione eſt conſiderandum,quòd familiaritas in iure diuerſimodè capitur,vt notat Ioan.And.& Geminia.in cap.licet.de priuil. lib.vj.& in cap.fin.de verb.ſig.& declarat Bald.in l.j.C.de epiſcop.& cleric. Vbi dicit, quòd quædam familiaritas eſt poteſtatiua,quædam eſt ſocialis: poteſtatiua eſt multiplex, vt ibi per eum,& per eundem in l.qui teſtamēto.§.quicunque.ff.de teſtam. Quātum ad familiaritatem poteſtatiuam familiaris,familiaris mei,poteſt dici meus familiaris. Et ita procedunt allegata in ſecunda parte,& militant ea, quæ dicunt Gloſſator,Iacob.de Belui.Nico.de Neapoli.& Andr. de Iſer.in cap.j.§.illud.de prohib.feu.alien.per Federic.Et ſic familiares familiarium Papæ,dicentur eius familiares,familiaritate poteſtatiua. Quia ex quo habitāt in domo Cardinalium,habent poteſtatem ſuper eos, cum poſsint eos de domo expellere. Quod fieri poteſt etiā, ſi famulus familiaris mei nullas haberet impenſas à me, ſed ſolum habitet in domo mea. Et in iſta poteſtatiua non requiritur, quòd famulus ſit receptus de voluntate mea, vel non. Sed hoc concernit dominum ſuum familiarem meum, qui ei miniſtrat impenſas. Sed quo ad aliam familiaritatem,quæ dicitur ſocialis,quæ in plus ſe habet, & continet in ſe poteſtatiuam, illa non contrahitur ſine voluntate & acceptatione domini. Et illa voluntas à communiter accidentibus non habet effectum,niſi quando talis familiaris admittitur in domo, & in Tinello. Itaque ſit commenſalis: & de tali loquitur text.in d.cap.licet.& d.cap.fin. Et ita familiaritas dicitur vera familiaritas,in qua concurrunt mens & dens: & ſic voluntas & impenſa. Et talis familiaritas gaudet omnibus prærogatiuis iuris communis & regularum. Et in ea militant omnia motiua ſuperius facta pro parte affirmatiua. Et iſta familiaritas ſocialis,quæ cum commenſalitate coniungitur,



gitur,quo ad effectum priuilegiorum debet continuari per quatuor menſes,ſecundum diſpoſitionem iſtius regulæ, ita ab Alexandro,Leone,Hadriano,& Paulo ampliatæ. Alia verò familiaritas non habet tempus. Sic itaq; famuli familiarium meorum recepti de voluntate mea, & deſcripti in rotulo aliorum familiarium Tinelli, comprehendentur ſub iſta regula. ¶Sed aduertendum vlterius,quia Gloſſator ſuper illa regula Iulij Secundi, de prærogatiuis expectantiū, in ſeptima parte illius regulæ.q.vlt.tenet in quęſtione præſenti,familiares familiarium,quo ad hoc vt gaudeant prærogatiuis regularum debere habere tria. Primū,quòd Cardinalis miniſtret impenſas famulo,ſicut domino ſuo. Secundum,quòd dominus propter ſeruitium illius famuli reddatur diligentior,ac magis expeditus, & vacuus ad ſeruiendū Cardinali. Tertium,quòd ille famulus ſit certus, & non incertus. Quibus concurrentibus,talis famulus familiaris dicetur familiaris Cardinalis.alleg.tex.quem Ioan.xxij.dicit pro caſu iſtius quæſtionis allegaſſe,de quo Salic.loco ſuperius alleg.meminit,& dicit concludentem in d.l.quæſitū.§. ſed an inſtrumenti. ¶Sed conſiderandum eſt,quia text.in d.l.quæſitum.nō probat iſta requiſita. Nec me mouet, quòd Ioan.xxij.eum allegauerit: quia licet ille fuerit in iure noſtro doctiſsimus & multum curioſus, vt latius in proœ.regulæ dixi. Nihilominus nullibi conſtat, Ioan.ad hoc illum tex.allegaſſe:nec ſi conſtaret,ſtandum eſt ei,quādo male dicit. Non enim maiorem ſibi in iure allegādo poteſtatē vendicauit,quàm Innocentius Quartus:qui cum poſſet ex eius dictis leges condere,voluit tamen à quocunque melius ſentiente reprehendi,vt dicebat Hoſtienſis ſe multotiens ab eo audiuiſſe,quem refert Io.Andr.& Domin.in c.ſolet.de ſenten.excom.lib.vj. Concludo igitur,quòd vltra quòd text.ille non probat aſſumptum Gloſſatori dictū,etiam in ſe non eſt verum:quia iure cauetur,quòd Cardinalis famulos familiarium ſuorum cognoſcere debeat. Quibus licet ipſe Cardinalis impenſas miniſtret,non tamen ab ipſo eligūtur,ſed à patrono ſuo. Mandant enim Cardinales ſuis magiſtris domus,vt cuilibet ex familiaribus ſuis præcipuis habere famulum in Tinello,ac eos in rotulo deſcribi permittāt. Clarum eſt enim, quòd tales famuli per familiares electi Cardinali

Familiares familiarium.

Innocentius quartus.

non præſentantur,neque ad voluntatem eius capiãtur:ſed
quiſque familiariũ famulum pro ſuo arbitrio penitus igno
tũ Cardinali ſibi eligit, & ſufficit Cardinali, quòd det vni-
cuique impenſas. Nec etiã inſpicitur, an propter famulum
dominus reddatur promptior, aut diligentior ad ſeruien-
dum Cardinali. Quia vltra,quòd hoc à Cardinalibus non
indagantur nec conſiderantur, qui mulctari iubent contu-
maciter ſeruientes, nihil ad propoſitum cõmenſalitatis fa-
cit,an quis diligentior vel ſegnior reddatur, ſed ſolum in-
ſpicimus, an Cardinalis in domo ſua famulis deſcriptis in
rotulo impenſas miniſtret,inde pendent leges & prophetę.
¶ Putarem tamen vnum aliud requiri, quo ad effectũ præ-
dictæ familiaritatis ſocialis,videlicet,quòd famuli familia- *Famuli familiarium.*
rium ſeruiant in domo Cardinalis domino ſuo,& quòd ad
iſtum finem recipiantur.Quia tali caſu intelliguntur ſerui-
re Cardinali: Secus vero vbi famulus ſeruiret domino ſuo
non in domo Cardinalis, ſed extra domum, puta in vinea
eius,vel apotheca,vel alio loco remoto.Quia tali caſu non
comprehenderetur familiarium appellatione, vt declarat
Guido Papa in deciſionibus Parlamẽti, deciſ.dlj.in iiij.col.
dum reſpondet ad l.Modeſtinus. Et ante ipſum hoc dixit
Bart.in l.de acceſsionibus.in prin.ff.de diuer.& temp.præ-
ſcript.& in l.Claudius.colum.fi.ff.qui pot.in pig.ha.Et ita
procedit text.in d.l.nam ſocij. cum alijs argumentis partis
negatiuæ.Quæ omnia in ratione conſiſtunt, quia quando
famuli ſeruiũt dominis ſuis in domo Cardinalis, ex hoc do
mus Cardinalis ex multitudine ſeruientiũ illuſtrior ac ho-
norabilior redditur: quia tanto magis honor Cardinalis
augetur,quãto pluribus præeſt.arg.c.ex parte.de conſtit.&
dixi ſuperius in alia quæſtione. Non ſic quãdo extra domũ
ſeruiũt in negotijs non concernentib.domum, nec perſonã
Cardinalis.Et per hoc habemus vnam limitationẽ ad con-
cluſionem ſuperius factam. ¶ Secũdo limitatur iſta conclu
ſio,vt habeat locũ in famulo familiaris certo,non autem in
incerto.Exempli gratia,Cardinalis dat expenſas pro me,&
duobus familiarib.meis, ego habeo quatuor in domo Car
dinalis,& neſcimus qui ſint illi duo qui viuũt expenſis Car-
dinalis.Tali caſu ratione incertitudinis,nemo diceretur fa
miliaris.argu.l.duo ſunt Titij.ff. de teſtament.tutela.Ita li-
mitat



mitat Gloſſator in dicta regula Iulij ſecũdi,& in regula iij.
ſuprà eo.Et opinio eius videtur,iudicio meo,rationabilis.
Vt igitur huiuſmodi incertitudo tollatur, faciat eos deſcri
bi in rotulo.¶ Tertio,limitatur prædicta cõcluſio nõ pro-
cedere in famulis familiariũ ad tempus, & ad placitũ: ſecus
in perpetuis.Ita limitat Iaſon poſt plures alios, quos ibi al-
legat in l.ſcriniarios.in prin.C.de teſtam.milit. ¶ Tamen
aduertẽdum eſt,quòd iſta limitatio procedit in caſu illius l.
nec trahitur ad caſum noſtrũ.Nam hîc non quęritur princi
paliter,an omnia priuilegia quę dãtur perſonis dominorũ,
competant eorum famulis.Quia licet regulariter ſit tenen-
dum ꝙ ſic,per ea quæ latè ſuperius ſunt deducta, tamẽ mul-
ti ſunt caſus,in quibus illa priuilegia non cõmunicantur fa
mulis,vt ibi eſt caſus de priuilegio militis, propter rationẽ
quam ibi ponit Decius, & alij, qui non militat in famulo.
Sic etiã procedit dictũ Archid.in c.clericũ.el.j.xj.q.j. qui fa *Intellectus ad*
cit differentiã inter familiares habẽtes ſalariũ,& ſeruientes *dictum Archi*
ſine ſalario. Quia illa etiam differẽtia non valet in propoſi *diaconi.*
to,quia ſalarij perceptio nõ facit quem famulum ad effectũ
iſtius regulæ.vt in l.Herennius.ff. de decur. ſed cõmenſali-
tas & ſeruitiũ.Et clarũ eſt,quòd ita nobis ſeruiũt famuli tẽ-
porales,ſicut perpetui:& ita mercenarij, ſicut nõ mercena-
rij.Nam famulorũ commenſaliũ ſeruientium in domo Car *Famuli com-*
dinalium duæ ſunt ſpecies.Quidam ſunt mercenarij, & iſti *menſales.*
ſunt viliores cæteris,prout ſunt ſtabularij,coci, & alij ſimi-
les,infima ſeruitia exercẽtes, inter quos poſſunt annumera-
ri famuli famulorũ.Et prędicti mercenarij,licet ſint cæteris
viliores,ſunt tamẽ in domo Card.magis neceſſarij, & pro-
pter vtilitatẽ eorũ,quia non ita cũ Cardinali verſantur, mi
nus fauoris ſperãt: & ideo capiũt illud quod certius eſt, vi-
delicet ſalariũ.Et quia etiam tales cõmuniter ſunt pauperes
non habẽtes aliũde vnde ſibi neceſſaria cõparẽt, niſi ex ſala
rio, quæ quidẽ paupertas fortè plures ex iſtis ad hæc infima
& ſordida miniſteria deduxit,cũ aliàs fuerint in bona domo
nati:ſicut de Dionyſ.Syracuſano legimus,qui ex rege factus
eſt pædagogus.Alij ſunt famuli non mercenarij,vt ſunt ſcu-
tiferi,camerarij, capellani,& his ſimiles,de quib.intelligitur
dictũ Nicolai de Neap.in l.habitatio.ff.de vent.in poſſ.mit.
qui voluit meliores impẽſas tribui debere familiarib.Cardi.

quàm alijs:nã intelligitur de iſtis,qui, vt plurimũ in menſa, aut ſaltẽ in Tinello ſecreto ex reſiduo mẽſę Card.comedũt. Et ex iſtis omnibus nõ poteſt fieri illa diſtinctio inter perpetuos & temporales, vt facit Iaſon in dicta l.ſcriniarios. Eſſet enim ridiculum putare homines liberos, cuiuſmodi ſunt familiares prædicti, ſe perpetuæ ſeruituti dediſſe, ſicut ſerui. Sed omnes iſti ſunt temporales famuli qui in curia militant, & ſeruiunt in loco ſuo Cardinalibus, vel alijs Prælatis ſub ſpe melioris fortunæ: quæ cum primum obuenit, receptui canunt, vt ſibijpſis viuant: interim tamẽ non deſinũt eſſe familiares, & frui omnibus priuilegijs familiaritatis, etiam ſi non manerent, niſi per menſem in domo Cardinalis. Iſta enim eſt curiæ Rom. cõſuetudo, quòd familiares ſecundum arbitrium eorum & dominorum ſuorum, ac temporum & perſonarum occaſionem mutantur, & alij eorum loco recipiuntur, & nihilominus dicũtur, & ſunt veri familiares, continui commẽſales. Et ita etiam reiecta illa diſtinctione Archi. & Iaſ. tenet And. Sicul. in c.ij. de foro compet. Cum quo quotidiana experientia concurrit. Eſt tamen verum, quòd hodie Pontifices, vt tollantur omnes difficultates, faciunt vnam regulam, quòd quo ad hoc, vt quis familiaris & continuus commenſalis dicatur, & reputetur, requiritur ad minus, quòd in Tinello per quatuor menſes comedat, aliàs non gaudẽt priuilegijs familiarium, vt Hadr. dic. & Paulus voluerunt: quod qualiter procedat, alibi dicetur.

Familiaris, & continuus cõmenſalis dicitur.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

Reſeruatio cũ familiaritate reſeruans.

QVAERO, an ſi cum familiaritate concurrat alia reſeruatio, habeat locum iſta regula? Exemplum ponamus, quòd per obitum familiaris vacat prima dignitas in Cathedrali vel collegiata, quæ ſunt reſeruatæ ſuperius per regulam tertiam, an attendatur iſta regula?

¶SOLVTIO. Concludendum eſt quòd ſic. Nam videmus quòd ſi familiaris moritur in curia, beneficia ex tali vacatione in curia ſunt reſeruata, alia reſeruatione, quàm familiaritatis, vt patet in cap.ij. de præbend. lib.vj. Et tamen habet locum iſta regula, vt hic voluit Gloſſator. Ergo à fortiori quãdo eſt minor reſeruatio, prout eſt illa inducta per regulam iij.§. eod. Quia inter reſeruationes apud ſedem, nulla eſt maior illa. d.c.ij. vt dicit Rota deciſ.iiij. de præben. in an-

Reſeruatio apud ſedẽ quæ ſit maior.



tiq. Quia non ſolum eſt inducta de iure communi, ſed etiam eſt confirmata per regulas. Et tamen voluerunt Domini, ſecundum opinionem Gloſſatoris hîc, quòd iſta regula haberet locum in tali reſeruatione, propter illam rationem, quia ex quo Cardinales reſidẽt in curia, & vt plurimũ familiares ſui ibidem in eorum ſeruitio moriuntur, ſi non caperetur huiuſmodi interpretatio, regula deſeruiret eis de vento, & rarò haberet locum. Fuit igitur capta interpretatio, vt impetrantes talia beneficia ſic reſeruata, tenerentur iſtam regulam ſeruare. Et iſta ratio à fortiori habet locum, quando beneficium reſeruatum minori reſeruatione, vt eſt illa reſeruatio dictæ regulæ iij. Igitur à fortiori idem in ea eſt concludendum. Et ita ſecundum iſtam opinionem concluſerunt domini in vna Palentina Abbatiæ de Truſillos, die xviij. Februarij M.D.XXX. coram R.D. Petro Vortio pro * Patriarcha de Hieruſalem, cõtra Anto. de Aſtudilo. Et pro iſta deciſione facit, quia Papa faciẽdo poſtea iſtam regulam poſteriorem in fauorem Cardinalium, videtur illam regulam tertiam anteriorem modificare. argu. l. non eſt nouum. & l. nam & poſteriores. ff. de leg. videlicet, vt diſpoſitio talium beneficiorum per obitum famil. Cardinalium vacantium pertineat ad Papam, tamen cum conſenſu Cardinalis. Et ita per ſecundam conſtitutionẽ eiuſdem conditoris, receditur à prima, quo ad effectum iſtius priuilegij, vt notat Bart. in conſtitutionibus particularibus, loquens in extrauag. ad reprimendam. in verſi. non obſtante. circa finem. Quod pro notabili ſequitur Curt. in repet. c. fi. in xcj. col. de conſuet. & dixi latius in repet. mea. c.j. de conſtit. lib.vj. qui tex. ita declaratur. Et talis interpretatio capienda eſt in præiudicium cõcedentis, vt dicitur in c. quia circa. de priuileg. cum concor. vt ſcribit. Iaſ. in l. beneficiũ. ff. de cõſt. prin.

Conſtitutio ſecunda.

¶Sed aduertendum eſt, quòd cõtra iſtam opinionem quidam antiqui doctores conſuluerunt, dum iſte caſus accideret corã Graſſis in cauſa Redonen. Capellæ. Dicebãt enim, quòd regula iſta ſolum loquitur in vna reſeruatione inducta ratione familiaritatis. Ergo non debet habere locum in duplici, quia ſub ſimplicibus non continetur mixtum in materia reſtringibili, & exorbitanti à iure communi, ſicut iſta. l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthu. Quinimò licet in ma-

Materia fauorabilis.

teria fauorabili ſub expreſsione duorum ſimplicium veniat
mixtũ,vt in l. Titiæ textores.de leg.j.& l.legatis.§.ſi vnus.
de leg.iij.Tamẽ quando vnum tantum ſimplex exprimitur,
tunc nunquam comprehenditur mixtum,neq; de iure,nec;
de benigna interpretatione.l.hoc legatum.de leg.iij.& eſt
tex.etiam in ratione ſui in c.cum illis.§.ſi verò.de præben.
lib.vj.Ita in caſu noſtro eſt dicendum,quòd regula iſta ha-
beat locũ in beneficio reſeruato ratione familiaritatis tan-
tum. Nõ enim eſt veriſimile,quòd Papa voluerit in ſui præ-
iudicium concedere tale priuilegium Cardinalibus,videli-
cet,quando beneficium ex alia cauſa reſeruatũ fuiſſet,quod
Hadrianus & Paulus III.hîc conſtituerunt.

¶Sed iſtis non obſtantibus teneo primam opinionem,quæ
videtur verior & æquior.Pro qua ſunt præmittenda duo ad
euidentiam iſtius regulæ.Primum,quòd iſta conſtitutio re-
ſpectu Cardinalium,cui conceditur hoc priuilegium,eſt fa-
uorabilis:ſed reſpectu impetrantium eſt exorbitans.Quo-
nus igitur Cardinales cõcernit,lata interpretatione eſt ad-
iuuanda,contra ipſum concedentem,iuxta tradita per Mo-
dernos in l.beneficium.ff.de conſti. princip.& c.quia circa
de priuileg.& talis extẽſio eſt,ideo benigna eſt interpreta-
tione proſequenda. Quia conſeruat ſpem benè ſeruientium
vt dicit hic Fely.in alio propoſito de commenda loquens.
Sed quantum ad ipſos impetrantes,hæc conſtitutio,vt dixi,
exorbitãs iudicatur,& ideo cõtra eos ſtricto & proprio mo-
do interpretari debet,ne videlicet in pœnam in ea contẽ-
tam incidant.

Reſeruatio ad inducta per regulas dupliciter conſideratur.

¶Secundo,circa intellectum præſentis quæſt.& iſtius regu-
læ eſt præmittendum,quòd reſeruatio inducta per regulas
poteſt conſiderari dupliciter,aut ratione perſonæ,aut reſpe-
ctu rei. Declaro, reſeruatio quæ ex familiaritate reſultat
iſta eſt perſonalis,quia procedit intuitu perſonæ,ſicut eſt
etiã illa Protonotariorũ, collectorũ,& reliquorũ officia-
lium. Alia eſt reſeruatio,quæ concernit principaliter ipſam
rem,licet ſecũdariò perſonam,vt eſt illa reſeruatio prima-
rum dignitatum in cathedralibus & collegiatis,de qua in
regula iij.ſuprà eod.cum alijs ſimilibus. Nam licet illæ di-
gnitates adhæreant perſonis,in reſeruatione tamen conſi-
deratur principaliter locus & ipſa res,licet ſecũdariò per-
ſona



ſona.Et inter iſtas duas reſeruationes,perſonalis reſerua-
tio eſt dignior,licet aliquæ ex realibus reſeruationibus ſint
fortiores,vt eſt illa.c.ij.de præben.lib.vj.& quędam aliæ.Et
iſta ſtant ſimul,quòd vna res dicatur fortior,altera etiã ma-
ioris comprehenſionis,& quòd non ſit dignior:vt patet in
actionibus perſonalibus & realibus,& in iudice ordinario
& delegato.De quo per Iaſ.& Moder.in rubri.ff.de iuriſd.
omniũ iud.& in rubr.ff.de offi.eius.tradit latè Decius in ru
bri.de offi.deleg. In propoſito igitur perſonalis reſeruatio
dicitur reali dignior,ratione dignitatis perſonæ quæ attra
hit ad ſe aliam,iuxta l.iuſtiſsime.ff.de ædil.edict.

¶Modo ad propoſitũ q.dico ſic,quando familiaris Cardi-
nalis durãte familiaritate ſua obtinet dignitatem primam
poſt pontificalem in cathedrali,vel in collegiata, prout in
illa Abbatia de Truſillos,de qua ſuperius eſt dictũ,tunc con
currunt duæ reſeruationes in perſona vnius, videlicet,per-
ſonalis & realis. Tunc enim perſonalis tãquam principalis
debet eſſe in conſideratione,vt illa attrahat aliam tanquam
acceſſoriam.Itaq; diſpoſitio loquens de perſonali reſerua-
tione,ſi vna cum illa concurrit,realis ſub illa diſpoſitione
cõprehẽdetur.Maximè,quia hęc interpretatio tẽdit in fauo
rem Cardinaliũ contra concedentẽ,quòd admittitur,vt in
deciſ.xcvij.in no.Hinc dicit Egidius in deciſ.ccccxxv.quòd
ſi Papa concedit indultũ Cardinali quòd poſsit conferre be
neficia reſeruata,poterit conferre ea quæ ſunt duplici reſer
uatione reſeruata,ſecũdũ dominos,& ſequitur Fely.in c.in
noſtra.in vj.correll.de reſcrip.& Moder.in tract.reſerua.in
iij.q.ex quibus dictis prædicti Doct.voluerunt regulam vj.
Cancellariæ,quæ officia curſorũ & cubiculariotũ reſeruat,
habere locum quando vnus & idem eſt curſor & cubicula-
rius.Et ita procedunt ea quæ dixerũt Domini in illa cauſa.
Sed quando concurrerẽt in vna perſona,duæ reſeruationes
perſonales,vel duæ reales : tunc vtraq; eſt principalis de per
ſe,& non veniunt ſub diſpoſitione loquente de vna reſerua
tione,& procedit ſecunda opi. Et tali caſu præponderat po
tentior,quæ debet attẽdi in fauorem Pontificis conferentis.
Exemplũ,ſi familiaris Cardinalis fieret familiaris Papæ,vel
Protonotarius , collector, auditor,vel habet aliquod offi-
cium de contentis in regulis iiij.& vj.quod datur principa

Diſpoſitio loquens de perſonali reſeruatione.

Papa cõcedit indultum Cardinali,&c.

liter propter perſonam. Tali caſu regula iſta, quæ loquitur
de vna reſeruatione perſonali, non comprehenderet aliam,
vt tenuerunt ſæpe Domini, & tenet expreſsè Fely. hîc. facit
deciſi. xvj. de præben. in antiquis. Et ita in vna Seneſcé. Prio
* ratus, coram me, de menſe Februario M.D.xxxviij. dictum
fuit per dominos. Et de hoc meminit hîc Gloſſator, licet di
cat quòd de anno M.cccclxxxv. fuit practicatũ contrarium
in vno protonotario & ſcriptore, qui fuerat familiaris v-
nius Cardinalis, & beneficia fuerunt reſeruata Cardinali
ratione cõſenſus, iuxta diſpoſitionem iſtius regulæ. Sed di
cit hoc fuiſſe cauſatum propter quandam conſtitutionem,
ſiue capitulum factum in conclaui, tempore electionis do-
mini Innocẽtij, qua ceſſante tenendũ eſſet cõtrariũ. Sed ho
die hanc dubitationem, quo ad beneficiũ reſeruatum, colla
tum familiari ante familiaritatẽ, & quo ad reſeruationẽ of-
ficiorum, regulæ Hadriani & Pauli ſuſtulerunt: quæ volu-
runt Papam de talibus liberè diſponere poſſe. Sed quo ad ca
pitulum cõclauis, neſcio an illud iſtis temporibus, ſicut tem
pore Alexan. renouatum fuerit. Sed ſatis conſtat illud Sum-

**Capitula ĩ cõclaui facta, &c.**

mos Pontifices non obſeruare. Nam licet illa capitula facta
in conclaui, per nouũ Pontificem iurata fuerint. Nihilomi
nus ſunt plures Doct. qui tenuerũt, ea ſummum Pontificem
non ligare, vt Antonius de Butri. in c. j. de conſt. qui exem-
plum ponit in Gregorio duodecimo, qui iurauerat quædam
capitula in conclaui, & poſtea contrarium fecit. Et idem de
Paulo ſecundo refert Andr. Sicul. in c. in præſentia. in in-
iiij. col. de probatio. Et in c. j. in ij. col. nu. 7. de iura. calum.
Vbi dicit ſe conſuluiſſe in fauorẽ eiuſdem Papæ Pauli, quòd
non teneretur talia capitula obſeruare. Et illud conſilium
fuit tentum & obſeruatum, & poſtea miſſum Regi Franciæ,
vt idem ibi refert. Licet de illis capitulis non obſeruatis per
Paulum conqueratur, & doleat Card. Papien. epiſtola clxx-
vij. incipiente, Quid hoc eſt Paule? & contra illum inuehit,
& excãdeſcit idem Cardin. epiſtola ccccxix. incip. Egid. Et
quamuis ſuper hoc poſsint plura dici quæ tradũt Moder. in
tract. iuramenti. & Deci. in conſi. cl. nihilominus, quia non
faciunt ad propoſitum, omitto. ¶ Circumſcripta igitur ta-
li conſtitutione conclauis, concludo regulã iſtã iſto ſecun-
do caſu non habere locum. Quia concurrentibus in perſo-
na vni



na vnius duabus reſeruationibus perſonalibus vel realibus,
potentior attẽditur. Et in caſu iſto certum eſt, quòd ex iſtis
duabus reſeruationibus potentior eſt illa ſeruatio, ratione
officiorũ, vel familiaritatis Papę, quàm familiaritatis Card.
Quod ex eo patet, quod omnes ſummi Pontifices incipiẽdo
à Ioan. xxii. primo regularũ conditore, ſemper de huiuſmo-
di officialiũ reſeruationibus in ſuis regulis mentionẽ fece-
runt: de familiarium verò reſeruatione, nõ omnes. Et adeò
ſummis Pontificibus officialiũ reſeruatio chara & peculia-
ris fuit, quòd non contenti fuerũt ſolis regulis eorũ benefi-
cia & officia reſeruare, niſi etiam ſuper hoc plures extraua-
gãtes publicarent, vt patet in extrauag. Pauli ſecũdi, Ad Ro
mani, &c. & nouiſsimè hoc prouiſum eſt per regulã Hadria
ni & Pauli. Super quibus multæ deciſiones in cõtentione fa
ctæ reperiuntur. Et longe plures quæſtiones illarũ occaſio-
ne ſubortæ, quarum aliquas ſcribit Bartholomæus Belenzi
nus, quondã Rotæ auditor, in tracta. de chari. ſubſid. in vlti
ma parte. Et Gaſpar de Peruſio, & latius Moder. in tract. re-
ſeruationum. Itaq; ex prædictis concluditur, quòd dicta of-
ficialium reſeruatio tãquam principalis & importans debet
attendi, quo ad hoc, vt Papa liberè abſq; conſenſu Cardina
lis cõferre poſsit. Regula igitur loquens de vna reſeruatio-
ne iſto caſu, locum nõ habebit in alia. Sicut dicimus in dua
bus ſeruitutibus, quòd vna remiſſa, alia in ſtatu ſuo rema-
net, vt in c. ex tuarũ. de autho. & vſu pal. & l. ſi domus. ff. de
ſer. verba. prædi. Et ita in ſpecie, licet nõ per prædicta moti
ua, tenuit Rota in familiaritate Papæ, & Cardinalis concur
rentibus in perſonã vnius. Nam voluit illam Papæ debere
attendi, adeò, quòd non requiretur aliqua mentio familia-
ritatis Cardinalis, neq; illius conſenſus, tanquam quòd ma
ius lumen obfuſcet minus, iuxta c. volentes. de offi. leg. & c.
ſi omnia. vj. q. j. vt in terminis adnotauit domin. Gulielmus
Caſsiodorus in ſuis Collectaneis deciſionũ Rotę, deciſione
incip. Stãte familiaritate, &c. vbi pro iſta opi. aliquas ratio-
nes ſcribit, reſpõdendo ad quædã cõtraria, quę ibi videri po
terũt poſtquam ſunt impreſſæ. Eſt bene verũ, ꝙ adhuc illud
motiuũ, videlicet, quòd in materia exorbitãti ſub ſimplici-
bus mixtũ nõ cõprehendatur, valide obſtat. Adeò, quòd die
xx. Nouembris. M.D.xxxvj. in vna Romana pecuniaria, co

**Reſeruationibus duabus in perſona vnius concurrentibus, quæ attẽdatur.**

**Reſeruatiões officialiũ ſummi Pontifices charas & peculiares habent.**

**Seruitutes duæ.**

**Materia exorbitans.**

* ram R. dom. Ioan. Paulo pendente, Domini mei concluſerunt, illud dictum habere locum in regula de non appellando ante diffinitiuam ſentẽtiam. Nam illa regula, ex quo loquitur in commiſsionibus, per quas cauſa appellationis cõmittitur, voluerunt non habere locum in caſu mixto, videlicet in commiſsionibus, per quas nõ ſolum cauſa appellationis, ſed etiam negotij principalis cõmitteretur. Ratio fuit illa, quia ex quo regula eſt exorbitans à iure, & loquitur in vno caſu ſimplici, non debet habere locum in mixto, iuxta cap. ſtatutum. de electio. lib. vj. iuncto c. licet canon. eo. tit. & alijs motiuis, quæ breuitatis cauſa non refero. Quæ quidem deciſio poteſt in ratione ſui adaptari ad præcedẽtia: tamen ex diſtinctionibus ſuperius factis, facilè hoc obiectum tolli poteſt, ſicut & aliæ plures quæſtiones, quas ſignat hic Gloſſator, ex prædictis reſolui poterunt, quas ne ſim prolixior, omittam.

¶ Illud tamen non eſt omittendum, quòd modernis temporibus iſta difficultas pro maiori parte per modernos Pontifices, maxime per Iulium & Hadrianum, & ſanctiſsimũ do. noſtrũ Paulũ tertiũ, in regulis ſuis ſublata videtur, qui vltra alios plura ad regulas prædeceſſorum ſuorum addiderunt.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

QVAERO, dicitur hìc, quòd in impetratione benefi vacantis per obitum familiaris, nomen & titulus Cardinalis eiuſdẽ exprimendus eſt, aliàs gratis. Quid ſi Cardinalis fuit abſens tempore impetrationis de licentia Papæ, vel aliàs, an tali caſu requiritur expreſsio nominis & tituli?

Cardinalis abſens tempore impetr. &c.

¶ SOLVTIO. Gloſſator hic tenet in duobus locis, quòd ſic, ex eo, quia dantur duo priuilegia Cardinali, ſcilicet, quòd exprimatur eius nomen & titulus. Item quòd habeatur eius conſenſus. vnde licet abſentis Cardinalis conſenſus requirendus non videatur, debet tamen in literis de nomine & titulo eius mentio fieri, quia regula eſt iuris, quòd ex duobus, vno ſublato, non cenſetur aliud remoueri. arg. l. ſi domus. de ſeruit. vrb. præd. cap. ex tuarum. de auth. & vſu pal. Et ita dicit Gloſſator ſe in palatio meminiſſe ſentẽtiatum. Et iſta opi. mihi placet, quia eam ſequitur Fely. in quibuſdã apoſtillis ad regulam vij. ſuprà eo. qui dicit ita in Rota ſeruari



uari. Et ſic ſecundum iſtam opinionem hodie, quæ numeratur iiij. Iulij M.D.xxxix. iudicauit Rota in vna Maclouien. Prioratus coram R. D. Raynaldo Petrutio.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO, quid ſi Cardinalis fuit abſens à curia per duas dietas, venationis cauſa, vel aliàs: an ſicut nominis expreſsio, ita requiratur tali caſu eius cõſenſus?

Card. abſens à curia, &c.

¶ SOLVTIO. Gloſſator hic in ij. fol. tenet, quòd nõ: quod ſeruatur etiam in medijs annatis, de quibus non participãt abſentes, niſi eiſdem concedat Papa, quod non libenter facit. Et ratio iſtius opinionis eſt, quia iuſtum eſt, vt abſentes non gaudeant iſto priuilegio, ne ſic Papa ſolus & ſine conſiliarijs maneat, & adeò iſta opin. videtur vera, quòd etiam ſi Cardinalis abſens à Papa breue reſtitutorium obtineret, quòd collationes per obitum ſuorum familiariũ factæ abſque eius conſenſu non valeãt, illud breue intelligeretur in caſibus, in quibus requirebatur cõſenſus Cardinalis, ſi præſens eſſet. Ita in vna Calagurit. coram domino Iacobatio Ioan. Baptiſta de Senis quondã egregius aduocatus ſe obtinuiſſe retulit. ¶ Idem tamen Gloſſator hic in fi. ſui cõmenti ſe inuoluit, & propter literam mendoſam videtur eius opinio turbari. Sed, vt puto, videtur inclinare in contrariũ ſententiam, videlicet quòd habeat locum regula. Adde, quòd eandem opinionem tenet Fely. licet etiam corruptè, in apoſtillis vij. regulæ, ſuprà eod. & aſsignat rationem: quia talis exiſtens infra duas dietas cenſetur eſſe in curia, & habetur pro præſente, iuxta text. in cap. præſenti. de præbend. lib. vj. quem etiam allegat Gloſſator hic.

Exiſtens infra duas dietas, &c.

¶ Sed aduertendum eſt, quòd iſte caſus accidit tempore Pij ij. in perſona Cardinalis Papienſis, cuius extãt epiſtolæ illæ celebres, illorum temporum hiſtoriam cõtexentes. Et poſt longas diſputationes fuit tũc dictum, regulam non habere locum. Cuius cõcluſionis neq; ratio, neq; allegatio apud me extat, niſi quædã ſimplex memoria facti, quã reliquit mihi vir ille ſummus Lauren. Card. Sanctorum Quatuor. Sed quia hęc ſimplex & nuda facti memoria fortaſsis nõ omniũ animos mouebit, altius igitur hæc materia repetẽda erit, & in primis pro parte negatiua, videlicet, quòd non requiratur abſentis Cardinalis conſenſus, facit, quia regula iſta loqui

qui

quitur in conſenſu præſtando, quando Cardinalis in curia
præſens fuerit: ergo debet intelligi de vera præſentia, non
autem de illa quæ per interpretationem in certo caſu ſpecia
li extenſiuè fingitur, prout in d.c.præſenti. qui quidẽ textus
non procedit declaratiuè, ſed extenſiuè, cum id non eſſet de
iure antiquo, ſecundum Domin.ibi, in princ.in j.q. Nam in
dicto caſu ficto non poſſunt verificari verba regulæ, quæ de
eo qui eſt in curia loquitur. l.quicquid aſtringẽdæ.ff.de ver
bo.oblig.l.j.§.hæc verba.de neg.geſt. quia verba in dubio
debent intelligi de actu vero, non de ficto, vt notabiliter di
cit Bart.in l.j.§.hoc interdictũ.per illũ text.ff.de fonte. Ca-
ſus igitur dictæ abſentiæ qui ab iſta regula excipitur, relin-
qui debet, tanquàm omiſſus ſub diſpoſitione iuris commu-
nis, iuxta vulg.l.commodiſsimè.de lib.& poſthum. Secun-
dum quam iuris diſpoſitionem beneficia vacantia in curia
per Papam liberè conferuntur.cap.ij.de præbend.lib.vj. Et
hoc rationi & iuri conſonat, vt ita reſtringatur regula iſta,
cum ſit cõtra regulas iuris, & ſit odioſa, cum per eam poſſet
induci diuturnior vacatio, dum conſenſus Cardinalis pro-
curatur, quia nõ ita de facili per quemcunq; poteſt haberi.

**Intellectus ad textũ in c.prę ſenti.**

¶ Præterea videtur ex alio, quòd diſpoſitio d.c.præſenti.
non poſsit ad iſtam materiam adaptari, quia eſt multũ illa
ab iſta diuerſa. Nam ibi non fit reſeruatio beneficiorum va
cantium per obitum perſonarum ibi expreſſarum propter
meritum vel fauorem earum, quia ſint præſentes in curia,
ſed ſolum fit reſeruatio propter fauorem principis reſeruã-
tis. Ita dicit Ioan. And.in cap.ij.eod.tit. Vnde quantum ad
Pontificem nihil intereſt, an perſonæ de quibus agitur in d.
c.præſenti. ſunt verè præſentes, vel per fictionẽ, quia vtroq;
modo Pontifex conſequitur intentum ſuum. Sed bene in-
tereſt Põtificis, quo ad regulam iſtam, de qua præſentia de-
beat intelligi. Quia Papa dat Cardinalibus iſtud priuile-
gium regulæ, ex eo, quia ſecundum eorum officium aſsiſtũt
Papæ conſulendo, & in arduis ſedis Apoſtolicæ negotijs
operoſè agendo.cap.fundamenta.§. decet.de elect.lib.vj.
Hinc eſt, quòd ſine licentia recedere non poſſunt, cum ha-
beant alas ligatas, ſecundum Hoſtien.in cap.eccleſia veſtra.
el.ij.de elect. Cum ex eorum officio aſſumere debeant pon-
dus diei & æſtus, ſicut illi qui ſunt vocati in partem ſolici-
tudinis,



tudinis, iuxta text.in cap.decreto.ij.q.vj. Et ob eam cauſam
meritò priuilegijs honorantur, ſecũdum Oldr.conſ.xlviij.
incip.ius commune. Apparet igitur eſſe cõtra naturam ſui
officij, ſi Cardinalis de latere Principis ſe, vel paululũ ſub-
trahat. Ceſſat enim tũc cauſa priuilegij & fauoris, cum nec
tunc illuſtrantur comitatu lateris principis, cuius meritò
Cardinales aſsiſtẽtes eidem ſunt cæteris chariores.l.j.C.de
præpo.labo.lib.xij.ſecundum Bald.in rubric.ff.de off.con-
ſu.& in cap.olim.de reſcrip. Nam non ita æqualiter ſplen-
det, qui abeſt, ſicut qui præſens eſt. Secundum Bald.in l.cum
multa.C.de bonis quę liber. quia inter abſentes Cardinales,
etiam de licentia Papæ, & præſentes longum eſt diſcrimen.
Nam, vt dicit idem Bald.in cap.bonæ.el.j.de poſtul.prælat.
Cardinales reſidentes in curia æquiparantur ſtellis fixis,
quæ non mouentur niſi motu orbis, ſicut & Cardinales nõ
mouentur niſi motu Papæ. Sed Cardinales legati, qui de li-
centia Papæ abſentes ſunt, æquiparantur cõſtellationibus,
ſiue planetis, qui mouentur motu proprio, nutu Dei, ſicut
& legati nutu Papæ. Et ideo Cardinalis præſens reputatur
dignior abſente, vt dicit Andr.Sicul.in conſil.lvij.in v.col.
num.11.lib.j. Et latius hoc probat idem And. Sicul.in cõſil.
j.in xxj.col.lib.j. Hinc proceſsit, quòd Cardinales reſiden-
tes in Romana curia excuſantur à reſidentia ſuorum bene-
ficiorum propter aſsiſtentiam Papæ. Intelliguntur enim ex
hoc ſingulis eccleſijs deſeruire, vt dicitur in d.c.bonæ.& in
cap.cum dilectus.de clericis non reſid. Et ideo in cap.ex ge
ſtis.de cleric.nõ reſid. ille Cardinalis, de quo ibi text.loqui-
tur, priuatus fuit, quia non reſidebat in curia in titulo ſuo,
nec aſsiſtebat Papæ, vt dicit Ioan.Andr.in addit.ad Specul.
eod.tit.circa fin.& tenet Oldr.conſil.xlviij.incip.ius com-
mune. Itaque cum dictum miniſterium non poſſunt impen
dere, vagantes amœnitatis gratia, ceſſàt tunc fauoris præro
gatiua: nec poſſunt dici eſſe in curia, vt regula exigit. Te-
nentur enim aſsiſtere, vt dicitur in dicto §.decet. quod fieri
nequit ab eo, qui à conſpectu eſt remotus. Et licet per licen
tiam, quam fortaſsis Cardinalis tunc diſcedens cõſequi po
teſt, quo ad ordinarios fructus capellæ pro præſente haberi
deberet: nihilominus ex quo dicta abſentia eſt fauore pro-
prio conceſſa, non autem vniuerſalis eccleſiæ, cui familiari
tene

Cardinales quare à curia recedere non poſſunt ſine li centia Papæ.

Card. præſens dicit dignior abſente.

Card. reſid. in Rom. &c.

tenetur: iuxta cap.bonæ.de poſtul.prælat.non poteſt reputari præſens, quo ad ea quæ ſpeciali priuilegio dantur præſentibus, niſi ſpecialiter concedatur, vt voluit Ioan.Andr. in cap.fin.de cõſuet.lib.vj. ita limitans dictum Archid.ibi. & ſequitur Abb.in c.ex parte.de cler.non reſidẽtibus.in fin. Itaque fructum dictæ affectionis, ſiue beneuolentiæ, aut certè charitatis, abſens nullo pacto prætendere poterit. Iſta ſunt quæ trutinanti calamo pro parte negatiua adduci poſſunt.

Exiſtens corpore in vno loco, &c.

¶ Si quis tamen primam partem affirmatiuam tueri vellet, multa de facili dicere poſſet: quia materia eſt anceps, & patitur multas rimulas. In primis poſſet adducere illud, quod tradit Albe.in tract.ſtatu.parte iiij.q.viij.vbi dicit, quòd ille qui corpore eſt in vno loco, animo tamen & mente eſt in alio, cenſetur ibi eſſe, vbi mentaliter, non vbi corporaliter exiſtit. allegat inter alia l.nihil.ff.de capti. Sed Cardinalis abſens, cauſa venationis, habuit animum redeundi. Ergo exiſtimandus eſt ſemper Romæ fuiſſe.

Reuertendi animus.

¶ Accedit, quod dicitur in §.pauonum.inſtit.de rer.diuiſ. vbi dicitur, quòd animal quod noſtrum eſt, etiam ſi naturaferum fuerit, nunquam tamen noſtrum eſſe deſinit, donec animum redeundi habuerit. Reuertendi autem animũ nunquam quis amittere cenſetur, niſi poſtquàm reuertendi conſuetudinem deſeruerit. Ita dicitur ibi. Sed Cardinalis, qui abfuit cauſa recreationis, non deſeruit curiam, quia rediit. Igitur &c. Et pro iſta parte faciunt ea quæ tradit Abb.in c. in noſtra.in penul.& fin.col.de ſepult.

¶ Et in ſumma vltra prædicta, pro iſta parte faciunt duodecim fundamenta, quæ quidẽ Moderni curioſi in ſimili quæſtione cumularunt in quibuſdam allegationibus nouiter impreſsis, alleg.xx.quæ ibi videri poſſunt. Vbi dictus doctor conſuluit pro quodam parafrenario Cardinalis, qui abfuerat animo redeundi.

Priuilegia cõceſſa Cardinalibus.

¶ Poſtremo vltra prædicta, pro iſta parte facit, quia priuilegia iſtius regulæ cõceſſa fuerunt Cardinalibus propter tres rationes. Prima, vt honori eorum deferatur, vt refert Egidius deciſ.dcxxxij.in princ. Secunda, propter onera quæ ſubeunt in alendis familiaribus, iuxta deciſ.xvj.de præben. in antiquis. Ac vt ſpes bene ſeruientium tali priuilegio ſuſtinea

ſtinea



ſtineatur, vt Rom.dicit in conſil.ccccxcviij. Tertia, vt aſsiſtant lateri Papæ, vt ſuperius dictum eſt. Vnde licet iſta ratio aſsiſtentiæ ad tempus ceſſet, aliæ tamen rationes militant, in quibus poteſt iſtius regulæ diſpoſitio ſuſtineri, iuxta vulg.§.affinitatis.inſtit.de nup.& tradit Iaſ.in l.cum filio.col.xxiij.ff.de leg.j.in l.dedi.la prima.in primo notabili.ff.de condict.cau.dat.

Cauſæ connexæ.

¶ Tenendo tamen aliam partem ad iſta poſſet reſponderi. Primo ad adducta ſuperius, quòd procedant ſecundum fictionem, quæ non habet locum in caſu noſtro, per ea quæ dicta fuerunt. Ad iſtud vltimum de §.affinitatis.reſponderi poteſt ex traditis per Decium in cap.cum ceſſante.de appellat.quòd non procedant, quando cauſæ ſunt connexæ: quia tali caſu requiritur omnium concurſus, vt tradunt Moder.in amplo tract.præſcrip.fol.xvij.in fin.& Iaſon in l.in teſtamento.col.xij.C.qui teſtam.fac.poſ.& ſic limitatur d. §.affinitatis. Vel procedunt quando omnes rationes ſunt à iure expreſſæ, vt dicit Lanzello. Decius in l.ſingularia.in ij.col.ff.ſi cert.pet.Sed hîc nullæ prædictarum rationũ ſunt expreſſæ in regula. Igitur requiritur concurſus omnium, cum omnes ſint finales tendentes ad idem. Vides ergo ex prædictis, quòd quælibet pars in diſputationis cõgreſſu ſuſtineri poteſt. Tamen illa opin.eſt communior, quòd quando Cardinalis eſt longo tempore abſens, vel pro negotijs multum diſtat à curia, conſenſus eius requiri nõ debet. Ratio eſt, quia talis abſens reputatur pro mortuo, vt not.doct. in cap.præſentata.de teſtib.& Ioan.Andr.in cap.ſi contra. de offic.deleg.lib.vj. Imò etiam abſentia modici temporis multum de priuilegijs demit, per ea quæ dicit Ioan.de Platea in l.ij.C.vt dignit.ordo ſeruc.vbi voluit, quòd maioris eſt honoris electio facta, præſente cancellario principis, quàm ſi mittatur ſibi ad domum. Ex qua lege vnũ aliud inferunt ibi doct.quòd dignitas collata præſenti eſt honorabilior, & præfertur illa quæ confertur abſenti. Et propterea voluit gloſſa in rubric.ff.de offic.conſul.& gloſſa in rubr. de offic.proconſul.quòd conſul, qui eſt illuſtris, quando abeſt, non dicitur illuſtris, ſed ſpectabilis. Et ex iſtis poſſet etiam inferri ad curiales reſidentes in curia, qui ob eam cauſam plura conſequuntur priuilegia, vt latè ſcribit Bartholomæus

Abſens reputatur pro mortuo.

Modici tẽporis abſentia.

Dignitas collata præſenti, &c.

Conſul illuſtris.

lomæus

lomæus Caſſaneus in catalogo Gloriæ mundi.in vj.parte, in xxij.conſideratione.cum ſequentibus. Secus quando pa rum diſtat à curia illico reuerſurus, vt quando abeſt venationis cauſa.pro qua opi.faciũt ea quæ in præcedẽti q.dixi.

## QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Familiaris mortuo Cardinali,&c.

QVAERO, ſi familiaris, mortuo ſuo Cardinali ſe tranſfert ad alium Cardinalem,& moritur, nũquid iſte ſecundus Cardinalis debeat præſtare conſenſum, ex quo primus Cardinalis eſt mortuus?

¶ SOLVTIO. Gloſſator hic in penult.col.ponit quæſtionem,ſed inuolutè. Et ideo ſuper hoc diſtinguẽdi ſunt duo caſus. ¶ Primus eſt,circa beneficia acquiſita durãte ſecunda familiaritate,& in iſtis non eſt dubium, quòd ſecundus Card.debeat præſtare conſenſum,per text.hîc. Et in hoc pa to Gloſſatorem non dubitaſſe,licet obſcurè loquatur.

¶ Secundus caſus eſt,circa beneficia acquiſita per familia rem,durãte prima familiaritate Cardinalis primi domini. Et in hoc eſt ſubdiſtinguendum, quòd aut Cardinalis pri mus dominus viuit,& illius eſt requirendus cõſenſus, vt hîc dicit text. Aut verò eſt mortuus,& iſta regula ſuper hoc ni hil diſponit. Sed prima facie videtur dicendum diſpoſitio nem talium beneficiorum liberam ad Papam pertinere ex eo,quia per ceſſationem familiaritatis Cardinalis Papa regula tertia.s.eo.beneficia diſpoſitioni ſuæ reſeruauit: nihil debet in hoc facere ſecũdus Cardinalis,quia quod lex non dicit,nec nos dicere debemus.vulg.l.ait prætor.& ita interpretatio tenenda eſt in dubio tanquam fauorabilis, quia per eam reuertimur ad ius commune,de quo in cap. de præbend.lib.vj.quod voluit beneficia vacantia in curia

Recurſus ad ius cõmune.

ad liberam Papæ diſpoſitionem pertinere. Et iſte recurſus ad ius commune reputatur fauorabilis,vt dicit gloſ.magna in cap.iij.de præben.lib.vj.cum vulg.de quibus per Mode. in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.& in cap.cum acceſſiſſent. de conſtit. ¶ Et licet Gemi.in conſil.xciij. Et Egidius relatus per Thom.Faſtoli in deciſ.Rotæ in cauſa xxviij.dubio ij.aliàs dubio liij. Et Nicol.Milis in verbo,reſeruatio. §.vlt.voluerint huiuſmodi reſeruationẽ ceſſante familiaritate extingui.itaque dicta regula iij.non videretur habere locum. Nihilominus cõtrarium eſt verũ, videlicet,quòd reſer



Reſeruatio ſemel cauſata.

reſeruatio ſemel cauſata propter familiaritatem,non extinguitur ceſſante familiaritate,vt dicit deciſ.ij.in titu.de præbend.in antiquioribus.Et eſt clara extrauag.Pauli ſecundi. titu.de præbend.incip.ad Romani,&c.de qua ſuperius feci mentionẽ,quam miror præfatos doctores non vidiſſe,cum iam ædita fuiſſet.Illa igitur extrauagãs, de qua etiam in regulis Cancellariæ ſæpe fit innouatio, imponit finem huic quæſtioni,quòd talis reſeruatio non expiret,ceſſante familiaritate.Et ita in puncto concluſit tẽpore noſtro Rota, vt refert Dominus Pet.And.Gammarus in tract.legati.lib.iij. * fol.lxvj.per plures rationes & dicta doctorũ, quas breuitatis cauſa,& quia huc non pertinent, non refero. ¶ Sed redeundo ad quæſtionẽ, nunquid quando familiaritas primi Cardinalis ceſſat propter mortem primi Cardinalis,ſi familiaris tranſit ad ſeruitium alterius Cardinalis, eſt dubium, quòd mortuo familiari iſte ſecũdus Cardinalis debeat con ſenſum præſtare,vt dixi, Videtur quòd nõ,per regulam iij. ſuprà eod.Sed ſi bene conſideretur, illa regula non aperit quãdo primus Cardinalis fuiſſet mortuus, ſed loquitur indiſtinctè, & ideo debet declarari per iſtam regulam poſteriorem,quæ clarè loquitur quando familiaritas primi Cardinalis non fuerat diſſoluta per obitum Cardinalis.argu.l. ſed & poſteriores.ff.de legi. Et ideo nõ abs re Gloſſator hic ſe inuoluit,& allegat pro parte affirmatiua text.in c.j.§.fi. ne ſe.vac.lib.vj. & text.regulæ hîc in verbo, habebũt.Poſtea in contrariũ allegat d.§.fin. Et ſubdit ſe credere in curia primã opinionem practicari propter Card.viuẽtes, qui per fas vel nefas volunt habere prærogatiuas.Hæc Gloſſator.

¶ Sed aduertendũ eſt diligenter, quòd Gloſſator hic grauiter decipitur circa deciſionẽ iſtius quæſtionis. Nam omiſſo text.allegato per eum in d.c.j.ne ſe.vac.lib.vj.qui non facit ad propoſitũ,ex quo loquitur in requirẽdo conſilio,de quo hîc non loquimur,ſed de requirẽdo conſenſu. Inter quæ eſt magna differẽtia, prout dicit gloſſa ordinaria in verbo, cõ ſenſus.in cap.ſi pro te.de reſcript.lib.vj. Eſt conſiderãdum, quòd etiam ſi præſupponimus illum text.in conſenſu habere locum, nihilominus illud procedit in materia in qua eſt expeditum,cõſenſum requiri. Sed in caſu iſtius quæſt.illud eſt de quo dubitamus, ſi debeat ſecundi Cardinalis conſen-

ſus requiri. Et proculdubio ſi inſpiciantur verba iſtius regu læ, debemus cõcludere quòd non: quia regula requirit conſenſum Cardinalis, quo ad beneficia, quę durante familiaritate acquiſiuit. Sed iſte familiaris tempore familiaritatis ſecundi Cardinalis nihil acquiſiuit, ſed tempore primi. Ergo regula non procedit hoc caſu, quia cum limitatè loquatur circa beneficia acquiſita tẽpore familiaritatis, limitata cauſa limitatum effectum producere debet. vulg. l. in agris. de acquir. re. do. Et illa qualitas acquiſitionis durante familiaritate, debet adeſſe tempore quo præſtatur conſenſus. Cum igitur in caſu iſto non concurrant prædicta, concludẽdum eſt, collationem liberam prædictorum beneficiorũ pertinere ad Papam ſine aliquo conſenſu iſtius ſecundi Cardinalis. Imò quando verba regulæ non eſſent clara, ratio iuris ho[illegible] ſuadet: quia cum regula iſta, vt ſæpe dictum eſt, ſit exorbitãs à iure communi, impediens collationẽ liberam beneficiorum Papæ ſibi datam à iure, vt in c. ij. de præbend. lib. vj. debet ſtrictè interpretari. Cum etiam grauet impetrantes hoc onere, & ſeruitute exigendi conſenſum, qui ſæpe cum magna difficultate, vel nũquam haberi poteſt: quod etiam [illegible] dit in graue præiudicium eccleſiarũ, quarum diuturna [illegible] tio eſt periculoſa, iuxta cap. ne pro defectu. de electione.

Vacatio eccleſiarum diuturna periculoſa eſt.

¶ Confirmatur iſta opinio, quia clarum eſt huic regulæ [illegible] cum non eſſe, quando beneficia per familiarem poſt familiaritatem acquiſita fuerunt, vt patet in text. & clarius probatur in d. extrauag. Pauli, de qua in ſuperioribus quæſtionibus mentio facta fuit. Ergo eodem modo neque habebit locũ regula in beneficijs acquiſitis ante familiaritatẽ illius ſecundi Cardinalis, cum ſit eadẽ ratio: & tenet expreſſe Gaſpar de Peruſio antiquus doctor, & Epiſcopus Frequẽtinus in tract. reſeruationum. fol. viij. nuper à me typis datum. ¶ Sed qui vellet primam opinionẽ defendere, de facili poſſet, quia pro illa opi. videtur facere in indiuiduo conſilium Pet. de Anch. cccxcviij. Vbi apparet, quòd Benedictus xiii. acceptauerat vnum abſentem in familiarem qui ante familiaritatẽ beneficia acquiſiuerat, accidit, quòd eo mortuo, fuit dubitatum nunquid eius beneficia fuerint reſeruata, & Petrus de Anchara. videtur ibi ſentire quòd ſic, ex eo, quia Papa Benedictus ea, tanquam reſeruata liberè contulit: & tamen

Beneficia familiarium.



tamen illa beneficia non fuerant acquiſita durante familiaritate, ſed ante familiaritatem. Et licet Petr. de Anch. ibi teneat prouiſionẽ non valuiſſe, illo reſpectu, quia receptio familiaritatis non valuit. Tamen à cõtrario ſenſu videtur ſentire, quòd ſi receptio tenuiſſet, prouiſio valeret, pro qua opinione videtur eſſe text. in d. regu. iij. ſuprà eo. ſi rectè inſpiciatur. Vbi reſeruãtur beneficia, quæ familiares cõtinui cõmenſales obtinent, & in poſterum obtinebunt &c. Pondera verbum obtinent, quod denotat beneficia iam eſſe obtenta tempore quo reſeruãtur. Nam eſt verbum præſentis & præteriti. Itaq; illa regula non dicit, quæ obtinuerint durãte familiaritate, ſed quæ iam obtinent. Et ita reperio iſtam opinionem tenere per verba illius regulę iij. quendam doctum & practicum modernũ Sabinen. in tract. reſerua. in xxij. effectu. in verſ. ex eodẽ facto. cuius opuſculum ſub puluerib. & vmbris deliteſcens, præteritis diebus imprimẽdum tradidi. Tamen qui vellet aliam opinionẽ tueri, ad cõſilium Pet. de Anch. & ad dictam regulam poſſet reſpõdere, videlicet, negando Petrum de Anch. ex eo ibi tenuiſſe, collationẽ illam non valere: quia receptio non tenuit, quia hoc nõ apparit. Sed potuit ex alio capite moueri, ex eo, quia illa beneficia fuerunt ante familiaritatẽ obtenta: vnde cum clarè non appareat de eius mente, non poteſt in eo fieri fundamẽtum, arg. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. Et ad regulam tertiam poteſt dici, ꝙ illa verba dubia obtinent, intelligẽda ſunt, vt minus præiudicẽt iuri cõmuni, videlicet, de obtentis durãte familiaritate, præſertim cum iſta regula, vt dictum eſt, à iure cõmuni exorbitet. Et quia per huiuſmodi reſeruationes & regulas totũ ferè ius canonicum deſtrui videtur, vt dicit Decius in c. j. in ij. col. de elect. Et ideo in caſu iſto idem de beneficijs acquiſitis ante familiaritatem, ſicut de acquiſitis pòſt iudicare debemus, quia, vt dicit Bart. in l. ſingularia. in iiij. colum. verſi. tertio accidit. ff. ſi cert. pet. de his quæ fiunt ante vel poſt actum, idem eſt iudicium, vt in mirabili & notabili caſu tradit Claudius Aquenſis in rub. ff. ſol. matrimo. in iij. col. verſ. addo, quòd etiam cum concor. de quibus per Iaſ. in l. nõ ſolum. §. morte. in iiij. col. num. 13. ff. de ope. no. nunt. & in l. ſi mihi bona. §. iuſſu. in iiij. col. verſ. in iiij. parte. ff. de acquir. hære. ¶ Sed clarũ eſt, beneficia acquiſita poſt

Iudicium de his.

familiaritatem finitam, ſub iſta regula non includi, pari mo do nec ea quæ fuerunt acquiſita ante familiaritatem inclu di debere, cum in vtriſq; eadẽ ſit ratio. Et iſta omnia de pla no procedunt, niſi in reſeruatione de talibus beneficijs ca ueretur expreſſe, vel Cardinales, prout ſolẽt, hæc per ſua in dulta à Papa impetrarent. Quibus ceſſantibus, de iure vide tur iſta opinio æquior, quamuis vtraq; ſe iuſtis rationibus tueatur, ſuper quibus libenter viderem, quid Rota teneret.

QVAESTIO DECIMANONA.

QVAERO, ponamus beneficia familiaris vnius Cardina lis pertinere ad collationẽ alterius Cardinalis, ratio ne ordinariæ iuriſdictionis, an requiri debeat conſenſus?

Conſenſus.

¶SOLVTIO. Fely. hîc in quibuſdam breuiſsimis & mẽdo ſis apoſtillis tenet quòd non, quia iſte caſus eſt exceptus ab iſta regula: nullam tamẽ rationem allegat. Poteſt tamẽ iſte caſus terminari per diſpoſitionẽ Hadriani Sexti, qui ex mẽ te nonnullorum prædeceſſorum ſuorum iſtam regulam de clarauit, quòd quãdo Cardinalis ordinarius prouidet de beneficio vacante per obitum familiaris alicuius Cardina lis, tunc non habet locũ iſta regula. Si tamẽ beneficiũ vaca ret in curia, & Papa de illo prouidet, tũc bene in expeditio ne literarum requiritur conſenſus Cardinalis ordinarij, ſi præſens ſit in Rom. cu. aliàs nõ. Ita voluit Hadrianus, & ſe quuti ſunt alij Pontifices Moder. ¶Et ita per iſtã regulam * deciſus fuit caſus notab. in Rota de menſe Iulio. M. D. XIIII. coram R. P. D. Marcello Epiſcopo Marſicano in vna Cre monen. parochialis Sancti Apollinaris, in qua Reuerendiſ ſimus Cardinalis Simonetta habuerat cõſenſum à Reueren diſsimo Cardinali Rauennaten. ordinario, quòd poſſet ipſe Cardinalis Simonetta capere primum beneficium vacans in dicta diœceſi. Accidit, quòd vacauit dicta parochialis per obitum cuiuſdam familiaris dicti Cardinalis Rauennaten. collatoris ordinarij. Cardinalis Simonetta acceptauit, & obtinuit ſibi prouideri. Fuit illi oppoſitũ, quòd prouiſio non valebat, ex eo, quia in ea non erat conſenſus Card. Rauen naten. Replicabatur, quòd ſufficiebat ille primus conſenſus præſtitus de capiendo beneficia vacan. Triplicabatur illum conſenſum non extendere, nec ſufficere quo ad iſtam regu lam,



lam, ſed ille conſenſus ſolum reſpicit indultum ipſius Card. collatoris. Nam ex quo nulla expectatiua vel reſeruatio po terat concedi in d. diœceſ. Cremonen. ſtante indulto Cardi nalis ordinarij, ſi quantum ad indultũ præſtitit conſenſum, illi cõſenſus non ſufficit ad ſatisfaciẽdum iſti regulæ. arg. c. ex tuarũ. de auth. & vſu pal. quia ſunt diuerſa impedimenta. pro qua opin. faciunt quæ dixi ſuprà q. xj. Breuiter fuit con cluſum per illam reg. non impedire Cardinalem Simonettã beneficiũ acceptare poſſe, neque dari concurſus cum indul to, quia clarum eſt, quòd ſi ipſe idem Card. Rauennaten. or dinarius conferret beneficium ſui familiaris, ſibi non obſta ret regula iſta: ergo nec pari modo, ſi ipſe alteri conſenſit, obſtabit, cũ regula indulto deſeruiat & famuletur. Sed quã do collatio pertinet ad alium, ne inferatur præiudiciũ, de bet iſta regula ſtrictè intelligi: & tali caſu poſſent intelligi verba appoſita in gratia Card. Simonettæ, videlicet, dũmo do non vacet beneficium per obitũ familiaris alicuius Car dinalis viuentis, cuius conſenſus requirendus foret: nam ta lia verba intelliguntur de alio Card. quàm Rauennaten. or dinarij collatoris, cuius conſenſum habebat. arg. eorũ, quæ dixi in regula de non tollend. ius quæſi. in fi. primæ quæſt. & hoc modo non infertur alijs præiudicium, iuxta text. in l. fi. §. licentiã. & quæ ibi notãt Moder. C. de iure delib. In pro poſito igitur iſtius quæſtionis dicendum eſt, quòd ne alius ordinarius præiudicetur, tantũ fiet interpretatio hîc de be neficijs pertinentibus ad diſpoſitionem Papæ, contra quem facienda eſt latior interpretatio, vt ſæpe eſt dictum per ra tionem quam ponit text. in c. quia circa. de priuileg. Non ſic quando agitur de perſona tertij.

Collatio pertinẽs ad aliũ, &c.

¶In contrarium tamen facit, quia rationes finales iſtius regulæ, quæ fuerunt, vt honori Cardinalium deferatur, & vt ſpes familiarium bene ſeruientium conſeruetur, & Cardi nalium onera libentius ſuſtineantur: ac, vt in locum amici familiaris conſolationis vice alium ſubrogare poſsit, mili tant omnes iſto caſu. Ergo eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio.

¶Tamen tenenda eſt prima opinio, quam ita in curia ſerua ri Moderni Sabinen. dicunt in tracta. reſeruationũ. in xvij. effectu. verſic. ſextum eſt. Pro qua opinione mouentur iſta ratione, quia magis attendi debet facultas ordinaria illius

Cardinalis debētis conferre, quàm extraordinaria reſerua tio reſpectu familiaritatis. arg. l. eius militis. ff. de teſt. milit. Quia cauſa naturalis accidentali præfertur. l. iij. ff. de tutel. Faciunt pro iſta opi. quæ dicit Egid. deciſ. xiij. circa fin. Et iſta pro hac opi. ſufficiant.

¶ Eſt tamen aduertendum, quòd Iulius, Hadrianus, & Moderni Pōtifices, vt hoc dubiū tollerent, in regulis ſuis iſtum caſum expreſſerunt, vt hodie videmus. Tenēdum igitur eſt, quòd quando collatio pertinet ad cardinalem collatorem, non debet requiri conſenſus.

QVAESTIO VIGESIMA.

Sede vacāte.

QVAERO, quòd ſi ſede vacante, aliquis recipitur in familiarem alicuius Card. & antequam eligatur Papa, moritur familiaris, nūquid habeat locū regula?

¶ SOLVTIO. Moder. Sabinen. in tract. reſerua. in xvij. effectu. verſi. quartum eſt. iſtam quæſtionem in terminis ponit, & dicunt, quòd regulam iſtam non habere locum, ratio est,

Reg. Cancellariæ reſeruantes beneficia.

quia ſede vacante omnes reg. Cancellariæ etiam reſeruantes beneficia familiarium expirant, & reuocare conſentur. Remanent igitur illa beneficia ſub diſpoſitione iuriſdictionis, vt videlicet, nouus Pōtifex liberè de illis diſponere poſſit, tanquam de vacantibus in curia ſine cardinalis conſenſu. Nec extrauag. Pauli hoc caſu obſtat, quia illa benef. familiarium non reſeruat, ſed illa iam reſeruata ante obitum fuiſſe præſupponit. Itaque ſolæ regulæ Cancellariæ reſeruationem induxerunt, quæ, vt dixi, per obitum condētis [illegible] facto extinctæ fuerunt. Et iſtam opi. tenet etiam Gloſſa (licet in alio caſu) ſuprà in regula ſecunda. Pro qua parte plures aduocati vrbis, tempore Leonis, in cauſa monaſterij Seducen. que tractabatur in conſiſtorio, conſuluerunt, & Melchior de Baldaſsinis aduocatus tunc celebris refert in quodam ſuo latiſsimo conſilio. Et meminit Reuerendiſſimus dom. Laur. Cardinalis Sanctorum Quatuor in libro quodam adnotationum ſuarum. fol. iiij.

QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

Familiaris cardinalis canonicus &c.

QVAERO, ponamus, quòd vnus familiaris Cardinalis eſt canonicus in eccleſia non numerata, & moritur, nunquid ſit locus regulæ?

¶ SOLVTIO. Moderni Sabinē. in tract. reſeruationum in vltima



charta. mouēt quæſtionem, & non reſoluūt. Tamen ex verbis iſtius regulæ poteſt capi reſolutio. Quia regula iſta loquitur de beneficio vacāti per obitū, & tamen talis canonicatus in eccleſia non numerata, non dicitur vacare, ſed deſinere, ſecundū Pet. de Anch. in c. ſi gratioſe. in ij. col. verſic. & per hoc. de reſcrip. lib. vj. Nam in eccleſia nō numerata canonicatus & præbenda moritur cum canonico, vt dicit Egid. in deciſ. xiij. Et ideo diſpoſitio loquens de vacāti, non habet locum in tali, vt tradit Lapus alleg. xiiij. in vij. concluſ. & eſt gl. magna in cap. fi. de conceſſ. præben. lib. vj. Quam ſequitur Abb. in cap. ex parte. in penul. col. verſic. ſed eſt quæſtio. de conceſſ. præbend. & in c. cōſtitutus. ij. colum. verſi. ſed quæro. de reſcrip. Bal. in c. Cumana. colum. penult. verſic. clauſula. de elect. & alij plures, quos breuitatis cauſa non refero. Hinc infertur, quòd ex quo talis canonicatus per obitum poſſeſſoris non vacat, quòd capitulum non erit in mora eligendi. Itaq; non deuouetur propter hoc electio canonicorum ad Epiſcopum, vt dicit Imol. in c. cum eccleſia Vulterana. in princ. de elect. Et ita reperio, quod eſt adnotatum in practica Cācel. fol. lxxxiiij. in ij. col. & ibi alleg. Feder. in tract. permut. q. xxxij. & hoc idem expreſsè tenet Pauin. in tract. de offic. & poteſt. capituli ſe. vac. in ij. euidentiali. in antepenul. col. ver. & quòd eccleſia. Tamen, licet iſta ita de iure videantur, nihilominus in iſtis ſolet Cardinalis conſenſus requiri.

Canonicatus in eccleſia nō numerata &c.

QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

Cardinalis habens indultū.

QVAERO, dictum eſt ſuperius in alia quæſtione, quòd abſentis Cardinalis conſenſus non eſt requirendus: quid ſi habet indultum, quòd abſens omnibus priuilegijs præſentium, etiam iſtius regulæ gaudeat. Nunquid tali caſu poterit eius vicarius, quando Cardinalis abeſt, in locis remotis præſtare conſenſum?

¶ SOLVTIO. Iſta queſtio poteſt reſolui ex dictis per Arch. in cap. reatina. lxiij. diſtinct. vbi dicit, quòd ſi de conſuetudine ſit, quòd debeat requiri conſenſus Regis, comitis, vel archiepiſcopi ante electionem, & illi ſint abſentes, ſufficit, quòd eorundem vicarius conſenſum præſtet. allegat Compoſtellanus in cap. cum terra, de electio. vbi refert, ſic obtinuiſſe in cauſa Cantuarien. Archiepiſcopi, & canonicorum

Conſenſus regis, comitis, &c.

Roſſenſium. Et licet Rom. in ſingulari dcxciij. incipien. et longæua, &c. teneat contrarium, cum quo ſimpliciter videtur tranſire Fely. in cap. cum omnes. in iiij. col. de conſti. Nihilominus opinio Archidiac. eſt communis, & eam ſequitur Fely. ſibi contrarius. in c. ex parte. in iiij. col. de conſtit. Vbi latè reſpondet ad argumenta Rom. & idem Fely. tranſit etiam cum Archid. reprobato Rom. c. auditis. in ix. col. de præſcrip. & Iaſ. in l. in prouinciali. §. ſi ego. in iiij. col. ff. de ope. no. nun. & Dec. in d. c. cum omnes. in ij. lectura. col. iij. nu. 11. cũ alijs cõcor. vt nouiſſimi apoſtillatores ſcrib[illegible] ad Rom. Et ſecundum iſtam opinionem iterum iudica[illegible]
* Rota in cauſa Valentina Archidiaco. de Xatiua, coram [illegible] iiij. Iulij. M.D.xxxiij. quę omnia reducta ad caſum noſtrum auferunt difficultatem, vt de ſe patet.

## QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

Impetrãs ius in re.

QVAERO, quid ſi familiaris Cardinalis defunctus non habeat aliqua beneficia, ſed ius in re ad beneficium quod de facto alius poſſidebat, nunquid impetrãs huiuſmodi ius, debeat obſeruare cõtẽta in iſta regula?

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio reſoluitur ex verbis vltimis[illegible] us regulæ, ibi, & in quibus, ipſa familiaritate durante, ius competierit. Et hoc non ſolum habet locum in iſta regula, ſed in quibuſcunque alijs reſeruationibus, vt patet ſupra regula iij. quæ eundem modum loquẽdi ſeruat. Et ratio [illegible] quia beneficium dicitur illius qui ius habet, licet alius de facto poſſideat, vt in c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. Et [illegible] eam cauſam voluit quædam vltima deciſio in antiquis [illegible] reſcrip. quòd beneficium dicatur vacare per obitum illius, qui ſolam ſupplicationẽ habet, vt dixi in regula de non t[illegible] lendo ius quæſitum. & faciunt ad prædicta, quæ notabiliter tradit Collecta. in cap. cõſtitutus. verſ. ſed quid de quæſt[illegible] conceſſ. præbend. & Nicol. Milis in verbo, obtinere. qui no tabiliter loquitur.

Beneficiũ an dicatur illius, &c.

## QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

Conſenſus an ptineat ad cardinalem &c.

QVAERO, ponamus familiarẽ Cardinalis eligi in Epiſcopum, & antequam confirmetur mori in curia, dubitatur, an conſenſus pertineat ad Cardinalem iuxta formam iſtius regulæ?

¶ SOLVTIO. Videtur dicẽdum quòd ſic, per iſta verba po-



ſita in text. ibi (ius eis cõpetierit) & per ea quæ dicta ſunt in proxima præcedenti q. ¶ Tamen prædictis non obſtãtibus contrariũ videtur concludendũ, ex eo, quia ſi electus moriatur, beneficium nõ dicitur vacare in curia, & per conſequẽs Epiſcopatus non erit reſeruatus, & Papa, vt de tali non poterit conferre, vt tenet deciſio penul. in nouis. quæ eſt num. 492. & hoc idem tenet Philip. Frã. in c. quàm ſit. §. j. in prin. de elect. lib. vj. Et ratio prædictorum eſt, quia per mortem electi vacatio de nouo nõ inducitur, ſed illa vacatio durat, propter quam ille fuerat electus, vt tradit Collect. in c. eccleſia. in ij. col. verſ. ſed nunquid ſi celebrata. de ſortileg. & in c. cum in cunctis. verſ. ſed quid. de electio. Cum igitur reg. iſta loquitur de vacãti, verba regulę verificari nõ poſſunt in tali vacatione, & per cõſequẽs nec eius diſpoſitio habebit locũ.

Vacatio de nouo per mortem electi.

¶ Tenendo tamen primam opinionem, poteſt ad hoc reſponderi illud idem, quod dictum fuit de commenda ſuperius in vj. q. & pro iſta opinione vlterius facit, quia regula tertia ſuprà eodem, vtitur pinguioribus verbis, ex quibus iſte caſus poſſèt comprehendi. Nam dicitur ibi, quòd reſeruantur inter cætera quęcunq; beneficia, quæ familiares Cardinalium obtinẽt, & in poſterũ obtinebũt, & in quibus, ſeu ad quæ ius eis cõpetit, &c. Iſta verba, in quibus, ſeu ad quæ, comprehẽdunt iſtũ caſum: quia negari non poteſt, quòd electus habeat ius ad rem, vel in re: & data iſta reſeruatione, ſubintrat prouiſio Papæ, & per conſequens requiritur conſenſus Card. Et pro iſta expoſitione verborũ regulæ faciũt ea, quæ ſcribit Barth. Belenzinus quondã auditor Rotæ, in tract. de chari. ſub. q. cxx. cum ſeq. Niſi defendẽdo ſecũdam opinionem, dicamus, quòd regula iſta quæ eſt poſterior, noluit dare iſtam prærogatiuã Cardinalibus, de præſtando conſenſum, niſi in beneficijs, in quibus ius cõpetierit familiari, & ſic in quibus habent ius in re, non ad rem. Itaq; per iſtam regulam videtur reſtrictum iſtud priuilegium. Stant igitur iſta ſimul, quòd Papa conferat beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis, & quòd Cardinalis non pręſtet conſenſum, vt eſt in illis in quibus familiaribus competit ius ad rem, quæ ſunt reſeruata per dictam regulam tertiam, tamen non per iſtam, quod nota.

¶ Qui autẽ ſint modi per quos acquiri poſſit ius ad rem vel

in re, dixi latius ſ. in reg. de non tollẽdo ius quæſitum. q.j.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

Coadiutoria ſucceſsio.

QVAERO, nunquid regula habeat locum in coadiutoria cum futura ſucceſsione, quam quis habet ad beneficium quod poſsidet familiaris. Nunquid in ea debet fieri mentio nominis & tituli Card. &c.

¶SOLVTIO. Reuerẽdiſsimus bonę memorię d. Dominic. Card. Iacobatius, olim auditor Rotæ primarius, in quibuſdam apoſtillis per eum ſcriptis ſuper regul. iſta dicit hoc dubiũ tẽpore ſuo fuiſſe propoſitũ in Rota, & tunc dictũ fuiſſe per dominos, ꝙ reg. nõ haberet locũ, licet ſuper hoc dubitaſſet, & nihil aliud ſuper hoc dicit. Tamen ſi verba regulæ, ibi, vel ad quæ ius cõpetit. &c. cõſiderentur, iſte caſus incidetur ſub regula, quia tali caſu obtinens coadiutoriam, vel regreſſum non tenetur mortuo familiari in ſuis literis ſeruare iſtã reg. ex eo, quia viuẽte familiari fuit facta prouiſio de vtriuſq; voluntate, & Papæ prouiſione. Vnde in tali caſu regula non habet locum. Et ita procedit deciſio Rotæ.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

Conſenſus tacitus.

QVAERO, nũquid cõſenſus, de quo hîc fit mẽtio, debeat in dubio de expreſſo intelligi, an verò ſufficiat tacitus.

¶SOLVTIO. Iſte caſus poteſt decidi per dec. Rotę xv. tit. de off. deleg. in no. & ex his quæ dixi ſuperius q. xj. vbi videndũ eſt. Ex quibus cõcludendũ eſt, quòd debeat de conſenſu expreſſo intelligi. Ratio eſt, quia de illo debet per ſcripturã Cardinalis fieri fides in Cãcellaria quãdo literæ expediuntur, vt dicam in q. xxviij. infrà eod. de tacito verò illa fides fieri non poteſt, pro qua opinione faciunt, quæ ſcribit Abb. in c. cura. de iurepatr. & Card. in c. nobis. in ſi. notabili, poſt Ioan. Andr. de iur. patr.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

Card. renuntians honori.

QVAERO, an Cardinalis poſsit huic honori, quòd nomen eius in literis nõn exprimatur, nec eius conſenſus requirarur, renuntiare?

¶SOLVTIO. Egidius deciſ. dcxxxij. col. fin. videtur tenere quòd non, cum hæc ſit introducta in fauorẽ omnium Cardinalium. arg. cap. ſi diligenti. de foro compet. & hoc manifeſtè probatur ex prooemio regulę antiquæ Gregorij, quam ibi in principio deciſionis refert Egidius. Cuius initium erat, vt honori Cardinalium deferatur, &c. quæ verba concernunt collegium omnium Cardinalium: ergo illi honori per particulares renuntiari nõ poteſt, vt in d. c. ſi diligenti. facit quod dicit notabiliter Innoc. in c. accedentibus. de priuileg. quòd priuilegio honorabili eccleſiæ non poſſent omnes de eccleſia renuntiare, ſequitur Abb. in cap. pro illorum. de præbend. & in cap. cum acceſsiſſent. de conſtit. & ibi Moder. ita neque Cardinales poſſent hoc inducere.



QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA.

Cõſenſus Cardinal.

QVAERO, an conſenſus Card. poſsit interuenire pòſt?

¶SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Iaſ. ponit poſt alios in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acquirend. hæred. & latius Brunus in tract. formæ. in tit. de implemento & obſeruantia formæ. col. xxij. vbi diſtinguitur, an actus ſit nullus, & tunc conſenſus ex interuallo nõ validat, an verò ſit in ſuſpenſo, & tunc validat. Ex quorum dictis ſuper iſto puncto magna poſſet diſputatio cõponi. Nam plura etiam pro & contrà in ſimili quæſtione ſcribit Rochus Curtius in tract. iur. patron. in ver. pro eo, quòd de diœceſani conſenſu, &c. in iiij. q. ¶Sed omnibus dimiſsis quo ad præſentem q. concludo ſic, quòd conſenſus Cardinalis non requiritur de ſtylo curiæ tẽpore datæ, & ſic à principio: ſed ſufficit, quòd tempore expeditionis literarum interueniat. Nam de conſenſu Cardinalis non debet in literis ſicut de nomine & tit. ex quorum expreſsione familiaritas colligitur, fieri mentio. Sed ſufficit, quòd de dicto conſenſu Cardinalis per eius ſcripturam fiat in Cancellaria fides, & ita hodie practicatur. Et iſta practica hodierna ponitur in illo approbato libro Prouinciali eccleſiarũ (quem Moderni practicam Cancellariæ vocant) in rubrica de vacantibus reſeruatis. verſic. item quando confertur beneficium. fol. lxxxiij.

QVAESTIO VIGESIMANONA.

Cardinalis p̃ſtans conſenſum, &c.

QVAERO, quid ſi antequàm Cardinalis præſtet cõſenſum, ſecundus impetrat cum conſenſu Cardinalis, deinde primus impetrans obtinet poſt ſecundam impetrationem conſenſum, nunquid prima, an ſecunda impetratio valeat?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic, col. fin. verſ. ſed vidi dubitari. ponit q. in terminis, ſed in effectu neſcit quid dicat. Et ideo

dico

dico ſic, quia ex quo conſenſus Cardinalis non requiritur tempore impetrationis, ſed ſufficit, quòd de eo tépore expeditionis literarum fiat in Cancellaria fides, vt dictum eſt in proxima ſuperiori q. primus impetrãs nunquam eſt in mora, niſi quãdo bullas ſuas voluerit expedire: tunc enim ſufficit, quòd fiat de conſenſu fides. Nec tex. in cap. ſi pro te. hic allegatus per Gloſſatorem facit ad propoſitũ, quia ille tex. loquitur in gratia conditionali, & caſus noſter loquitur in gratia pura. Nam licet impetrans debeat habere cõſenſum Cardinalis, propter hoc à principio gratia nõ eſt nulla, neque eſt conditionalis, ſed eſt pura, licet reſolubilis in euentum, quòd impetrans non habeat conſenſum, & tunc non, niſi in iudicio cõtendatur, & opponatur de iſta regula. Magna igitur eſt differentia, an impetratio à principio ſit conditionalis vel pura, licet ex euentu reſolubilis, vt notabiliter declarando text. in d. c. ſi pro te. diſtinguit Oldr. in cõſ. cclxxxv. incip. allegationes. col. fin. de quo text. latè diſputat Iaſ. in rep. l. ſi is qui pro emptore. num. 338. cum ſeq. ff. de vſucap.

Impetratio an à principio ſit cõditionalis, &c.

QVAESTIO TRIGESIMA.

Card. conſentiens prouiſioni, &c.

QVAERO, quid ſi Cardinalis prouiſioni factæ per Pa[pam] nunquam voluit cõſentire, quid agendũ impetranti? ¶ SOLVTIO. Colligitur ex his quæ dicit Al[ex.] in conſil. lxv. incip. quidam Raynerius. volum. ij. in ij. dubio. & in cap. nullus. de iur. patr. vbi concludit, quòd tali caſu recurrendum ſit ad ſuperiorem qui cõſenſum præſtabit, vel actum ſine conſenſu expedire mãdet, pro quo plura ibi Moder. in apoſtillis, quæ tanquàm notoria omittam.

REGVLA DE ANNALI POSSESSORE.

ITEM *idem Dominus noſter, ut improbi lites exquirentium motus reprimatur, uoluit, ſtatuit & ordinauit, quòd quæcunque beneficium eccleſiaſticum, tunc per annum immediatè præcedentem, pacificè poſſeſſum, & quod certo modo uacare prætẽdit, deinceps impetrauerit: Nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud ipſe poſſedit, & ſpecificam & determinatam, ex qua clarè conſtare poterit, quòd nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competat, cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, cauſamq; extunc deſuper infra annum, uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè proſequi debeat & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde ſecuta, nullius exiſtat firmitatis. Et idem impetrãs de damnis & intereſſe, poſſeſſorem prædictum, propterea contingentibus, ei ſatisfacere. Et ſi poſſeſſorem ipſum friuolè ac indebitè moleſtaſſe repertus extiterit, quinquaginta florenos auri perſoluere Cameræ Apoſtolicæ ſit aſtrictus. Nec alius quàm præmiſſæ uacationis modus, etiam per literas, ſi neutri, aut ſubrogationis, uel aliàs ſibi quo ad hæc, ut huiuſmodi beneficium ea uice cõſequi uel obtinere ualeat, quomodolibet ſuffragetur, illudq; nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur.*



DIVISIO REGVLAE.

REGVLA iſta de annali poſſeſſore, communi diuiſione in duas partes principales diuidi ſolet. Nam prima pars regulæ reprimit motus non ſeruantis formam regulæ, quos tribus pœnis caſtigat: & ſic iſta prima pars requirit, quòd cuncta ritè procedant. Secunda verò pars, quæ incipit ibi, Et ſi poſſeſſorem ipſum, &c. obſeruationem formæ non concernit, ſed rectitudinem impetrationis, & ſic iuſtitiam: quam ſi poſſeſſor repertus fuerit non habere, tribus alijs & diuerſis pœnis caſtigatur, quæ qualiter procedant & intelligantur, dicam inferius in vltimis quęſtionibus. Sed propter ordinem procedendi ſecundum verba regulæ, cauſa clarioris intellectus, ego regulam iſtam in quatuor partes principales diſtribuendam duxi. Prima pars, modum & formam impetrationis concernit. Secunda, tempus præfinit infra

Regula in quatuor partes diuiſa.

quod

quod poſſeſſor ad iudiciũ trahi debet. Tertia,cauſam proſequi vſque ad ſententiã præcipit. Quarta, pœnas non ſeruantibus regulam apponit. Secunda ibi, & infra ſex mẽſes &c. Tertia ibi,cauſamq; &c.Quarta ibi,alioquin.&c.Rurſus prima pars in quatuor alias particulas ſubdiuidi poſſet,prout quatuor diuerſa requirit. In prima enim ibi,vt improbi cauſa finalis iſtius conſtitutionis ponitur. In ſecũda ibi,voluit,ſtatuit,&c.qualitas poſſeſsionis,ac impetrationis genus ponitur. Tertia ibi, & quot annis, &c.circa expreſsionem annorum ipſius poſſeſſoris verſatur. Quarta formam impetrationis docet ibi, Et ſpecificam, &c. Rurſus quarta principalis pars in tot particulas,quot pœnas varias continet,vt ſe patet,ſubdiuiditur. Continet enim tres pœnas ab alijs tribus ſuperius poſitis,diuerſas.

¶ Sequar igitur modum diuiſionis ſecundum ordinem literæ in diſcutiendis dubijs, vt cuilibet facilè ſit, perſpecto textu,quæſtionem,quam maluerit,inuenire. Sed non abs[illegible] erit,antequàm rem ipſam aggrediamur,pauca quædã p[illegible] de origine annalis præſcriptionis iſtius regulę præmitt[illegible]

PRAEFATIO ORIGINIS REGVLAE DE ANNALI.

Vnde habuit ortũ regula.

ANNALIS igitur poſſeſsio,quæ virtute iſtius regulæ beneficialibus maximũ iuris effectum inducit, or[illegible] habuit à pluribus iuribus de annali poſſeſsione loquẽtibus,allegatis per gloſſam in cap.plerunque.de reſcrip.[illegible] text.in §.ſi quis.verſic.fin.ſi de inueſtit.int.do.& vaſal.[illegible] quæ diſponunt vaſallum per annum poſsidentem,ſcien[illegible] & non contradicente domino, inueſtitum præſumi debere,adeò quòd ex tali poſſeſsione,ſiue titulo contra dom[illegible] ſe defendere poterit,quem text.ad hoc alleg.Gemi.in conſil.xiiij.in fin.col.concor.text.in cap.j.§.Titius.ſi de feud. defuncti conten.ſit inter do.& agnat.in cap.j.quo tempore miles.cum alijs iuribus ibi in gloſſ.allegatis. Quæ iura omnia cum in feudo loquãtur, quod beneficiũ quoddã dicitur,gaudium capienti tribuens, vt dicit text.in cap.j.§.in primis.in quib.cauſ.feu.amit.certè potuerunt dare cauſam, vt ad ſimilitudinem illorum iurium de annali poſſeſsione, in materia feudali loquentium, iſta regula conſtitueretur. Nam



Diſpoſitio de feudis.

Nam diſpoſitio loquens de feudis in beneficijs eccleſiaſticis trahitur,& procedit,vt latè probat Decius in conſil.lxxvj. Et latius dicam in regula de triẽnali.q.iiij.& ex diffinitione beneficij eccleſiaſtici manifeſtè apparet:quæ quidem diffinitio,eadẽ eſt cum illa feudali,vt ſcribit Abb.in c.j.in penult.not.de commod.& in cap.ad audientiam. in vltimo notabili.de præſcrip.& ſequuntur omnes poſt eundẽ Abb. in rub.de reſcrip. Et nõ ſolum in materia feudali,ſed etiam in pluribus locis iuris,annale tempus, plurimum iuris fomentum habet,vt patet in cap.plerunque.de reſcrip.& in §. ſi quis autem non implens.in authen.de hæred.& falc.& in cap.ſi ſeruus.el.ij.liiij.diſtinct.& in cap.rurſus.cum ſeq.xj.q. iij.cum alijs concord.quæ pro annali præſcriptione Dynus & Moder.in ſuis tract.præſcriptionum tradiderunt. Hinc eſt,quòd mãcipia dicuntur vetera, quæ poſt annũ ſeruiunt: noua verò,quæ infra annum.l.fin.§.quotiens.ff.de public. Imol.in cap.fin.col.penult.de feud. Sicut etiam nuptiæ nouæ appellantur,quæ infra annum celebrantur, vt dicit Archid.in cap.j.xxxv.q.viij. Et licet de iure communi paſsim, prout etiã in iſta regula,annalis poſſeſsio fauorabilis poſſeſſoribus ſit,imperator tamen in l.j.C.de annal.except.vt odioſam, & difficultatibus plenã ſuſtulit, eam tantum quo ad res Italicas intactam dimittens. Sed ille caſus ad propoſitum noſtræ poſſeſsionis nõ pertinet,cum iſta non ſit propriè præſcriptio,ſed potius quædam exceptio:magis igitur conueniunt hîc iura illa,quę in materia feudorum ſuperius allegata ſunt. Ex quorum ratione, vt creditur, Eugenius quartus,primus iſtius regulæ author, hanc regulam condidit. Illa tamen in multis diſcordat ab iſta moderna, & eſt magis copioſa in verbis: & propterea maiorem lucem, & æquitatis argumentum præſtat iſti modernæ regulæ, vt in progreſſu operis apparebit. Cuius quidem Eugenianæ regulæ,verba hîc deſcribere volui,ne quid antiquitatis penitus ignoretur,quæ adnotabuntur, cum res ipſa poſtulabit. Vnum vero ſciendum eſt, quod licet prædeceſſores Eugenij in ſpecie regulam annalem non ædiderint, Benedictus tamen Decimuſtertius viſus fuit in quadam regula ſua, aliquid ad iſtam regulam pertinens,tetigiſſe. Nam in vna regula voluit,quòd ſi quis beneficium ſpecialiter reſeruatum impe

Tempus annale.

Mancipia vetera & noua q̃ dicantur.

Annalis poſſeſsio fauorabilis.

Quis regulæ fuerit author.

impetrat,& illud per annum detentum fuerit: impetratio
huiuſmodi,niſi in eadem detentione & tempore huiuſmo-
di mentio fiat,viribus non ſubſiſteret.Hoc autem cum ver-
bis iſtius regulæ in principio concordat.Et licet Eugenius
indiſtinctè regulam ædiderit ea forma,qua inferius deſcri-
bitur,quæ parum à noſtra moderna,qua vtimur,differt.Ta-
men Nicolaus v. primus omnium iſtam regulam,cum illis
eiſdem verbis,quibus noſtra moderna ſcripta eſt,ædidit.A
qua ſucceſſores omnes de verbo ad verbum tranſcripſerūt,
excepto,quòd loco illorum verborum(cauſamque deſuper
infra annum proſequi debeat,&c.hîc poſita) ponuntur il-
hæc verba,cauſamque deſuper infra conuenientia(prout
lius iudex habeat arbitrari) tempora,proſequi debeat &
teneatur. Illa tamen Eugenij longè plura continet verba:
De quibus Benedictus nullam mentionem fecit. Sed vt r
ipſa oculis contempletur,verba regulæ Eugenij ſubmit
Item voluit,ſtatuit,& ordinauit,quòd quicunque impetra
uerit beneficium ab aliquo , per vnum annum pacifice p
ſeſſum,in ſua impetratione,poſſeſſorem, & illius grad
bilitatem,& quot annis poſſederit,cauſamque ſpecifica
determinatam,ex qua clarè conſtiterit, poſſeſſori nul
competere , exprimere , & qui prius beneficia per ali
poſſeſſa à ſede apoſtolica impetrauerunt,etſi ſuper h
ræ apoſtolicæ nondum emanarunt à die datæ præſen
& qui deinceps ſimiliter impetrabunt , à die impetra
eiuſdem computandos,infra ſex menſes , cum poſſeſſo
iure experiri poſſeſſorem coram iudice competenti cu
faciendo teneantur, cauſam extunc continuè proſequi
Alioquin impetratio,& inde ſecuta,ſint nulla. Ac impet
de damnis & intereſſe ſatisfaciat poſſeſſori. Quanqu
per euentum litis compertum fuerit,impetrantem fri
iniuſtè,& indebitè poſſeſſorem moleſtaſſe, idem impet
cameræ Apoſtolicæ in quinquaginta florenos auri,nullas
nus remittendos,nihilominus condemnatus & obligat
& ad beneficia huiuſmodi obtinenda inhabilis exiſtat.Ne
beneficium aliquod cenſeatur litigioſum,vel ex lite affect
ſi actor infra annum à die datæ cōmiſsionis deſuper ſign
tæ computandum,omnia iura ſua non produxerit. Nec o-
mnes termini in cauſa ſeruati fuerint, ipſoque benefici
pe



per ceſſum vel deceſſum extra Romanam curiam vacante,ille,ad quem aliàs diſpoſitio ſpectabit, de illo liberè diſponere,ſeu apoſtolicus expectās illud acceptare poſsint, lite pendente huiuſmodi non obſtante. Hæc Eugenius. Reliquum eſt (quod ad regulam iſtam pertinere videbatur) prærogatiuam deſcribere, & effectum primi numeri, quem veteres monadem,alij vnitatem appellauere. Verum cum de illius dignitate & effectu diffuſe ſatis diſſerāt Iodocus Clitoueus in eo libro,quem de myſtica numerorum ratione ſcripſit,& Gregorius Venetus in Harmonia mūdi.c.viij.quinti toni. & magiſter Bernardus de Buſtis in ſecūda parte Roſarij, ſermone xxxiiij.in refriuola tempus contererenon curaui.

Monadē ſiue vnitatē quid veteres appellare ſoliti ſūt.

## QVAESTIO PRIMA.

QVAERO,circa primam partem iſtius regulæ, an verba iſta regulæ,vt improbi,&c. inducant cauſam finalem iſtius diſpoſitionis?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum,quòd ſic,quia quæ dicuntur in procemio,cauſam finalem inducunt,iuxta vulg.text. l.fin.ff.de hæred.inſtitu.vt tradit Rom.in conſilio.clxxx.in antepenult.colum.& Alexand.conſil.xlij.colum.v.libr.j. & conſilio lv.in princ.eod.libr.cum concord.vt ſcribit Iaſ.in l.ſi pacto, quo pœnam.circa fin.C. de pact.Et ante ipſum Alexand.conſil.vij.in ij. colum.libr.ij. Et reaſſumit Andr. Sicul.in conſil.x.col.penult.in j.volu.Nam adeò potens eſt ratio procemij , quòd ſicut corpus ab anima , ita diſpoſitio ab ipſa ratione procemiali regulatur , vt dicit Iaſ.in l. qui quadringēta.colum.ij.ff. ad Trebel. Iuſtificatur iſta opinio ex natura, & vi dictæ dictionis, vt, hîc in principio procemij poſitæ. Nam illa dictio,vt, propriè cauſam finalem inducit,vt dicit gloſſ.prima,per illum textum.in clem.ij.de æta.& quali.Facit text.in cap.vt animarum.& ibi dixi de conſtit.lib.vj.Et ideo dixit Bal.in l.cum alijs.C.de ſecund. nup.quòd iſta dictio,vt,denotat veritatem. Et ita iſtam regulam,in iſtis verbis procemij,videlicet,quòd cauſam finalem denotarent,quidam antiqui aduocati, tēpore Calixti, in cauſa magni momenti tunc pendente ponderarunt. Et idem etiam Domini mei moderni Auditores in cauſa Teruiſina feudi,pendente coram R. D. Raynaldo Petrutio, de menſe Nouembri.M.D.XXXV.conſiderarūt eandem dictio-

Cauſam finalē inducunt quæ in procemio inducuntur.

Procemij ratio, quòd ſit potens.

H

BIBLIOTECA ... GRANADA

nem poſitam in prooemio priuilegij,de quo tunc diſputaba
tur, & tenuerunt, quòd ex quo in principio dicti priuilegij
Alexandri Papæ ſexti,in dicta cauſa producti,ſcripta erant
iſta verba, videlicet , vt nuptui filias tradere poſsis, &c.vo-
luerunt domini illa priuilegij verba cauſam finalem induce-
re,ponderando dictionem, vt, quæ hoc importat, vt notat
Card. Alexand.in cap.cum ceſſante.in primo notab.per il-
lum textum.de appel. Et propterea ceſſante cauſa illius pri
uilegij,priuilegium extingui iudicatum fuit. Quorum o-
nio ſuaderi poteſt,ex eo,quia in regula iſta alia ratio red-
non poteſt,quàm illa prooemij,videlicet,vt improbi exqui-
rentiũ lites motus reprimãtur,&c.Ergo habetur pro fina-
iuxta tradita per Moder.Papi.in l.quamuis.C.de fideicom.
poſt Bald.in l.quod vero.ff.de leg.cum ſexcentis concor-
cumulatis per Moder.in tract.de ſtatu.exclud.fœm.art.
Itaque per iſtam rationem dicemus , quòd licet in reg.
Eugenij,dicta verba prooemij non eſſent, nihilominus
ratio pro expreſſa habetur,ex quo alia reddi non poteſt
per hoc reſpondetur ad dicta Bald.in conſil.ccccxlix.in
ius naturale.in ij.colum.lib.iij.& in l.j.in prin.C.de le-
cod.confir.quia dicta ſua non procedunt,vbi à princip-
conſtitutione conſiderari non potuit, niſi vnica tantum
tio,vt hîc.

¶ Ex quibus verbis prooemij, vnum alium effectum ſin-
larem infero,deſeruiẽtem ad quæſtiones inferius diſcuten-
das. Quòd vbicunque aliqua conſtitutio, ſiue lex, iſtis,
ſimilibus verbis prooemij vtitur , videlicet, vt improbe a-
quirentium lites motus reprimantur,&c. Et ſuper hoc p-
ceps terminum , infra quem illæ lites finiri debeant, con-
tuat,prout in iſta regula præfigitur, ex hoc apertè collig-
tur,legem illam vtilitatem publicam concernere, quam-
eius verba priuatum commodum præ ſe ferant. Ita collig-
tur ex dictis Bal.in l.j.in v.notab.C.de nouo cod.compo-
in l.j.de fur.& tenet Alexan.in conſi.cxc.maturè digeſtis
penult.colum.lib.ij.& conſil.clxxj.viſis.col.iij.verſic.fort-
ficantur prædicta.lib.vij. Nam clari iuris eſt, extinctionem
litium ad conſeruationem congregationis humanæ per-
nere: ſicut econtrario,litium introductio,criminum o-
ſionem,& reipublicæ detrimenta præbere,notum eſt,vt

*Lex vtilitatẽ publicam concernens.*

*Litium extinctio ad reipu. commodũ pertinet.*



orditur notab.text.in clemen.dudum.de ſepul.& habetur
in l.ſi quis ingenuũ.§.in ciuilib.ff.de capti.& ſequitur Pet.
de Ancha.in rep.regulæ, poſſeſſor.col.iij.de reg.iur.lib.vj.
& pulchrã ſuper hoc conſtitutionẽ Martinus v.in cõcil.Ba
ſilien.tit.de cauſis,ædidit.Nihil enim magis reipublicæ con
uenit,quàm lites dirimere, contentiones ſopire ac diminue
re,vt tradit Bar.in l.hæc igitur.C.de nouo cod.fac.quod ex
pœna,quæ in iſta regula cameræ apoſt.applicanda imponi-
tur, manifeſtum redditur. ¶ Sed conſiderandum videtur
ſuper hoc,quia licet verum ſit,litium extinctionem ad reip.
commodum pertinere : iſta tamen regula principaliter in
omnibus publicam vtilitatem non continet, ſed aliquando
priuatũ intereſſe concernit. Nam præter pœnas L.floreno-
rum,extinctionis litis , & priuationis gratiæ,quæ reipubli-
cæ vtilitatem reſpiciunt , aliæ pœnæ, quæ hîc diſponuntur,
priuatum commodum concernunt,vt ex text.apparet. Ita-
que ex hoc notari poteſt,quòd vna,& eadẽ conſtitutio prin
cipaliter commodum publicum, & principaliter priuatum
continere poteſt, quod etiam in vlt.q.iſtius reg.declarabo.
¶ Et ex eiſdem verbis prooemij, vnum aliud à cõtrario ſen
ſu notandum erit , quòd argumenti genus de iure validum
eſt,vt in vulg.l.j.ff.de offi.eius.quòd vbi motus primus im-
petrantis in effectu improbus non eſt,ſed bono iure ſufful-
tus,regula iſta non ligetur,quæ vt apparet facta videtur,vt
temerarij & iniuſti litigantium motus caſtigentur,qua ceſ-
ſante ratione , diſpoſitio locum habere non videtur.l.adi-
gere.§.quamuis.ff.de iure pat.& l.generaliter.C.de epiſco-
pis & cle.Quod ſi verum eſſet,diſpoſitio iſtius regulæ mul-
tum reſtringeretur. Tamen dubito, an hoc ſubſiſtat, ex eo,
quia licet impetrans beneficium poſſeſſoris annalis,nõ im-
probo motu , ſed iuſta intentione & probabili credulitate
hoc faciat : regula tamen iſta contrarium arguit,& malitiæ
præſumptionem inducit , quæ antè dilui non poteſt , quàm
per euentum litis conſtiterit impetrantem ipſum, bonã cau
ſam,& legitimum ius fouere.Interim tamen,quòd ius illius
exceptione elidi poteſt , in dubio litigator improbus æſti-
mabitur.Nam ius bonum dici non poteſt,cui exceptio ob-
ſtat,vt probat Decius in conſi.cij.in j.colum.& conſil.ciiij.
colum.ij.& ante ipſum Andr.Sicul.in cap.Io.in xiij.colum.

*Diſpoſitio, ratiõe ceſſante, locum habere non videtur.*

de teſta. Et hoc in beneficialibus ſine dubio procedit, propter ſignaturam Papæ, quæ, pendẽte lite, ſemper aliquid noui adfert, propter quod dicimus, dubium eſſe euentum litis, vt in l. quod debetur. ff. de pecul. Ex effectu igitur metiemur impetrantem bonam, vel iniquam cauſam, vel ius bonum fouiſſe, iuxta l. ſed an vltro. §. fin. ff. de nego. geſt. Interim verò, dum hæc diſcutiuntur, impetrans quantumcunque iuſtus, iſtius regulæ formam ſeruare debet, vt ſingulariter notat Bald. in cap. j. in vlt. not. vt lite pendente. aliàs ex eius omiſsione male de illo preſumetur, quod inductum eſt propter odium, quod ex huiuſmodi impetrationibus de beneficijs poſſeſſorum viuentium factis, reſultat: contra quas impetrationes vna alia regula ſpecialis facta fuit, ſuprà ordine xx. cõtra impetrantes beneficia viuentium poſſeſſorũ.

*Impetrans bonam cauſam.*

¶ Et cauſa odij & ſiniſtræ præſumptionis contra tales impetrantes in hoc conſiſtit: quia impetrans beneficium annalis poſſeſſoris viuentis, ad hoc tendit, vt ipſum poſſeſſorem annalem iniuſtum reddat, & vt intruſum & improbum occupatorem arguat, & loco deijciat, ac beneficio priuet: quod impetrans, vacare, & de facto ſine titu. occupari, à poſſeſſore annali in ſua imprecatione prætendit. Hoc enim iure odioſum reputatur, & tanquam in ſe continens quandam ſpeciem illaudabilis & inhumanæ accuſationis à ſacris canonibus reprobatur. Et ideo non immeritò huiuſmodi genus impetrationis, ac motæ litis inuidiæ cauſa fieri præſumitur, vt dicit text. in cap. ſi omnia. vj. quæſt. j. Vnde non ab re tales impetrantes à lege damnantur, quia materiam ac fomentum criminibus dare videntur, vt dicitur in l. properandum. in princip. C. de iudicijs. quod multum reprehenditur in cap. ſi quis epiſcopus. ij. quæſt. vij. Non mirum igitur, ſi talis impetrans in dubio iniuſtus præſumi debeat, licet contingere poſsit, illum ſanam habere mentem, & bonum ius proſequi, ac iuſtam litigandi cauſam fouere. Et ob eam cauſam non ſine matura conſideratione inualuit ſtylus hodiernus in Rota, quòd quando huiuſmodi impetrantes condemnantur, ponuntur communiter in ſententia hæc verba, iniuſte, temerè, & de facto moleſtantes, &c. Et dicta verba ad iſtum etiã effectũ ponuntur, ne taliter impetrantes ab expẽſis excuſentur, cum aliàs prædictis verbis deficientibus poſſent iuſtam cauſam litigandi prætendere, & ſic ab expenſis excuſari, iuxta ea, quæ dicuntur in l. properandum. §. ſi autem alterutra. C. de iudi. quam iuſtam cauſam prætendere non poſſunt, data illorum verborũ expreſſione. quod quidem ſanctiſsimum Rotæ inſtitutum non ſolum ob prædictam rationem odij, ſed etiam ne lites ex litibus oriantur, introductum videtur: facile enim ſi verba illa in ſententia expreſſa non eſſent, contingere poſſet, quòd iuſta cauſa litigandi diſcuteretur in iudicio ad effectum excuſationis expenſarum, quæ poſſet, omiſſo negotio principali, diſputando trahi per tres ſententias, & ſic lis fieri immortalis, in graue partium præiudicium & diſpendium. Vt igitur occaſio litis procreandæ tollatur, Rota apponit prędicta verba temerè, & de facto &c. in ſuis ſententijs, ſuper quibus fundetur cõdemnatio expenſarum, ad quas ſemper ſolet Rota ſuccumbentes condemnare, niſi condemnatus fortè primam ſententiam pro ſe obtineret, quia tali caſu nõ fit condemnatio in expenſis, ſed compenſantur: quia per illam ſentẽtiam videtur quodammodo tolli ſuſpicio calumniæ, quæ ex impetratione reſultabat, vt dicit quædam deciſ. cclj. in no. & Peruſ. in cap. quoniam contra. in verb. expẽſis. col. iij. de proba. quod eſt verum, niſi illa prima ſententia ex eiſdem actis reuocaretur: tunc enim compẽſatio non fit: ſecus ſi ex nouiter productis reuocetur: quia talis preſumptio calumniæ ceſſat, & tunc apponi non debent in ſententia illa verba, temerè, & de facto, quia conſtat per primam ſententiã non temerè litigaſſe quãdo ex eiſdẽ actis nõ reuocatur.

*Odium & ſiniſtra ſuſpicio contra impet. benefi. viuentium.*

*Expenſarũ cõdemnatio.*

¶ Et iſta omnia magis de ſtylo, quàm de iure, ne occaſione modicarum expenſarum ingentes ſuſcitentur lites, vt aliàs factum fuiſſe tempore ſuo, ſuper cõtentione gallinacei pulli refert Signoroll. de Homod. in conſ. clxvij. incip. In curia Barani &c. Quod etiam tempore meo in vna Calaguritana vſus feretri, nullius momenti, magnis tamen impenſis ſæpius diſputata accidit. * Et in alia Cæſarauguſt. proceſsionis coram. D. Ioan. Clerici, ſeruari videmus.

¶ Redeũdo igitur vnde digreſsi ſumus, dum quæritur, nunquid regula propter verba prooemij comprehendat illum, qui in veritate fouet iuſtã cauſam litigãdi, ſi non ſeruat regulam, dicendũ eſt, quòd ſic. Nam ſi non deſiſtit, vel præſum

ptio contra eum militans, non tollatur per ſententiam in
eius fauorem latam, præſumptio ſemper contra eum capie-
tur, quòd calumnioſe egerit, & hoc propter ſtylum, qui ita
interpretatur regulam: de iure tamen ſtricto, attentis ver-
bis procemij, quæ, vt dixi, cauſam finalem inducũt, poſſet te-
neri cõtrarium. Sed tenendo ſtylum Rotæ ad motiuũ ſupe-
rius factum de ratione proœmiali reſponderi poteſt, videli
cet, quòd illud dictum procedit, quãdo ratio proœmij cuili
bet caſui poſito in regula cõueniret: tunc enim bene deno-
tat cauſam finalem, ſecus ſi ratio proœmialis non eſt gene-
ralis omni caſui: ita dicit Bal. in l. vnica. in princ. ff. de orig.
iur. quod dicit eſſe notandũ Andr. Sicul. in proœm. clem. in
princ. & ſequitur Iaſ. qui etiã ita limitat d. l. fi. in conſi. j. col.
antepen. lib. j. Vel tenẽdo vtranq; opin. poteſt diſtingui, ſe-
cundum quod diſtinguit Socin. in l. demonſtratio falſa. §.
quod autem. iij. col. ff. de condi. & demon. vt ibi per eum.

¶Non obſtat dictio, vt, poſita in iſto proœmio, ſuperius
ponderata: quia illa vario modo exponitur, vt tradit Albe-
ricus in Dictionario ſuo: & quòd vario modo exponitur,
eius veritas ignoratur, vt dicit Bart. in l. in ambiguo. ff. de
reb. dub. Sufficit enim, quòd aliquando dictio, vt, nõ deno-
tat cauſam finalem, ſed impulſiuam, vt colligitur ex allega-
tis per Fely. in c. cum Io. in ij. col. de fi. inſtru. Et expreſſe te-
net hoc Egid. deciſ. dcxxxij. Vbi dicit, quòd verba proœ-
poſita in regula Gregorij xi. videlicet, vt honori Cardina-
lium deferatur, non inducunt cauſam finalem, ſed impulſi-
uam. Et iſta omnia de plano procedunt, loquendo in termi-
nis iuris cõmunis. Sed ſi loquimur habito reſpectu ad iſtam
regulam, res nõ tranſit ſine dubio propter contrarietatem,
quæ reſultat ex verbis regulæ. Nam ſi re ipſa in impetrante
ceſſat improbitas, diſpoſitio regulæ per iã dicta ceſſare de-
bet. Et tamẽ licet hoc innuatur ex regula, ex eadẽ tamen ap-
paret contrariũ, cum appellet impetrantẽ beneficiũ annalis
poſſeſſoris, improbũ lites exquirẽtem. Vt igitur omnia iſta
ex integro reſoluantur, ſubijcio ſequentem quæſtionem.

QVAESTIO SECVNDA.

Impetrans beneficium annalis poſſeſſ.

QVAERO, nunquid eo ipſo, quòd quis impetrat beneficium annalis poſſeſſoris, & eum ad iudiciũ trahit, dicatur improbus, vel iniuſtus litigator?

Sol-



¶SOLVTIO. Text. hic videtur innuere, quòd ſic, dum lites
exquirentem appellat improbum. Et tamen lis dicitur per
impetrationem & citationẽ inde factam. §. fi. inſtit. de pœn.
teme. liti. Et in hoc iſta regula videtur habere concurſum
iuris diuini, vt patet Prouerb. xvj. & xvij. c. vbi huiuſmodi
homines lites exquirẽtes, peruerſi etiam appellantur. Nam,
vt inquit diuus Paulus ad Timoth. c. ij. ſeruos Dei nõ opor
tet litigare. pro quo eſt text. in c. ſicut. ij. q. vij. Et lex ciuilis
etiam hoc improbat, dum dicit: Intereſt noſtra litibus non
vexari, vt in l. minoribus xxv. annis. ff. de minoribus. refert
Corn. cõſ. cclxxxiij. incip. pars dicti. in pen. & fi. col. lib. iiij.
& ante ipſum Specul. tit. de homic. §. illud autẽ. Et propter
iſtam cauſam, prohibitum eſt, ab interlocutoria ſententia
appellari, vt videlicet, litibus finis imponatur, ſecundũ Bal.
in l. apertiſsimi. in v. notabili. per illum text. C. de iudic. &
de hoc eſt expreſſa regula cancellariæ ædita inferius num.
xxxv. quæ hoc diſponit, quæ propter prædictã cauſam, vt fi-
nis litibus imponatur, illud ſtatuit, vt apparet in eius proœ
mio: quæ ratio adeò eſt potens, quòd per eam Rota voluit
in vna Romana pecuniaria coram R. D. Ioan. Paulo die xx.
Nouemb. M. D. xxxvj. pro Franciſco Flores contra Andr.
de Nouaria, quòd illi regulæ de non appellando à mera in-
terlocutoria non poſſet per partes renuntiari, ponderando
dictam rationem proœmij, quæ concernit vtilitatem publi
cam principaliter, iuxta dictum Bart. in l. properandum. in
prin. C. de iudic. Faciunt ea, quæ ex hoc infert Bal. in l. qui ſe
patris. col. fi. C. vnde libe. quem ibi cõmendant Alex. & Mo
der. & in notabili q. conſuluit Socin. conſi. iiij. viſis actis. ad
fi. lib. j. Et adeò litium execratio honeſtã cauſam continet,
quod dicit Ang. in quodã ſuo ſermone, nil ita ſimile eſſe a-
ctibus dæmonũ, quàm litigare. in qua re multa cumulat Ber
nard. de Buſtis in j. parte Roſarij, ſermone ix. Inde euenit,
quòd litigantes mali appellantur, ex quo boni viri lites exe
crantur, vt dicit Iaſ. in l. filio pater. in j. notabili. ff. de leg. j.
& tradit Corn. in conſil. cclxxxiij. col. penul. lib. iiij. Vnde
meritò in l. itẽ ſi res. in fi. ff. de alie. iud. mu. cau. fa. laudatur
verecunda cogitatio eius qui lites execratur. Nec non ab re
dictum fuit, Matthæi v. c. Si quis voluerit tuam tunicam tol
lere, & iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Et

Lites exquirentes improbi appellant.

Appellari ab interlocutoria ſententia prohibitũ eſt.

*

Regulæ renũtiare.

Interlocutoria mera.

Litiũ execratio.

tranſumptiuè habetur in c.j.xiiij.q.j.& in c.ſuſcepimus.de homic.& tradit Floria.in l.fi.in fi.ff.famil.herciſ.ſatis enim quis lucratur,ſi diſcedat à lite,vt dicit Abb.in c.quintaualis.de iu.iur. Nã melius eſt pati modicũ,quàm intrare litium certamina,vt dicit idẽ Abb.in c.j.de appell. Nam huiuſmodi litigioſos fugiendos eſſe tanquàm peſtem, admonet tex. in c.negotiatorem.lxxxvij.diſt. Et adeò ſacri canones huiuſmodi homines execrãtur,quòd eorum ordinatio ad ſacros prohibetur,vt in §.ecce.xlvj.diſt.

Litigioſi teſtes.

Nec litigioſi inteſtes,vel accuſatores admittuntur,vt dicit And.Sic.in conſ. xxxij.lib.iiij. Quinimò timore litis,& in eius execrationẽ

Imperator hæres prohibetũ eſſe in teſtamẽto.

vt ita loquar,inductũ eſt,quòd Imperator hęres eſſe in teſtamento prohibetur, vt dicit tex.in l.penult.ff.de hære.inſti. Hinc eſt,quòd propter euitandas lites, ſæpe non concedenda conceduntur,vt tradit Fely.in c.in noſtra.in xxxvj.cor. rel.in iiij.col.de reſcrip.Intereſt enim reipublicę,vt lites expediantur,& de medio auferantur,vt not. Bald.in l.fra... C.de trãſact. Nam ob eam cauſam inductum eſt,quòd tranſ-

Tranſactio.

actio,per quam à lite receditur, non reſcindetur, prætextu enormis læſionis,vt tradit Alex.in conſi.xlij.col.iiij.lib. quia magnum commodũ conſequitur,qui à lite recedit in l.Lucius.§.fi.ff.ad Trebel.cũ concor.vt ſcribit Dec.in conſil.ccxvj.in ij.col.

Indebitum ſolutum per trãſactionem non reperitur.

Et ideo indebitũ ſolutum per tranſactionem non repetitur.l.in ſumma.ff.de condict.indeb.& C.de tranſact.Et prætextu inſtrumentorum nouiter repertorũ tranſactio non reſcinditur, quantacunq; fuerit læ. l. ſub prætextu. C.de trãſac.

Pacta in beneficialibus.

Et quamuis in beneficialibus pacta fieri non debeant,& tanquam illicita reprobentur,vt c.fi.de pact.& traditur toto titulo de ſimon.vbi tamẽ facta ſunt vt à lite recedatur,pacta illa tolerantur,& Rota mandat ſeruari. * Prout hoc anno in vna Toletana de Iunquera coram me præcepit d.Hieronymo de Biuero,qui contraxerat concordiæ factę inter ipſum & Ioan.de Tauera.

Concordia.

Et videmus,quòd ſi aliquid detur ratione impẽſarũ,vt fiat concordia,& recedatur à lite,non dicitur ſimoniacũ,vt inquit Collect.in c.forus de verb.ſig.ſequitur Hieron.Paulus ...quus literarum apoſtolicarũ vicecorrector,in lib.practicæ cancellariæ.fol.lxxj.in ij.col.& eodẽ modo videmus,quòd licet pẽſiones impoſitę per inferiores,à Papa non ſint perpetuæ,



tuæ,nec tranſeant ad ſucceſſores,vt dixi in regula de non iudicãdo ſecũdum for.ſupplic.q.fi.in notabilibus ſignaturæ. vbi tamen ordinarius penſionẽ imponeret cauſa cõcordiæ, vt à lite recedatur, tranſiret penſio ad ſucceſſores,vt tradit

Quando tranſit ad ſucceſſores penſio.

Hoſtien.in c.niſi.de præb.Et ad iſtam materiã extinguendarum litium, faciunt ea,quæ dicam in quadã q.in regula de triennali.& quę tradit Petrus de Anch.in regula,poſſeſſor. de reg.iur.lib.vj.col.iij.facit l.ſingulis.ff.de excep.rei.iudi. quam ad hoc notat Andrd.Sicul.in c.cum dilecta.nu. 143. de reſcrip.cum cõcor.vt per Alexan.in l. Seius.col.iiij.ff.ad leg. Falc.Et pro iſta parte etiam accedũt,quæ ſcribũt Abb. poſt Hoſtien.in c.ſicut.el.iij.de iure iur. Vbi per plura iura eadem ratione probant, bellum in dubio ſemper præſumi iniuſtum,prout idem de lite concludit And.Sicul.& Barba. in conſi.vij.lib.ij.Nam vtrobiq; eadem ratio videtur.

Bellum in dubio præſumitũ iniuſtum.

¶In contrariũ tamen,& contra prædicta facit text.in l.illud.in prin.ff.de pet.hæred.vbi dicitur, quòd nemo debet ius ſuum indiſcuſſum relinquere.Et ſic tex.videtur litigantibus fauere,imò eos ſub pœna ad litẽ proſequendã impellere,cum ius ſuum,propter timorẽ litis deſerẽtes,vt ſegnes, deſidioſi,& negligentes homines accuſentur: contra quos, vt videmus,vſucapio introducta eſt.vt in l.j.ff.de vſucap.& in §.j.inſtit.eo.tit.Itaq; leges caſtigant,& puniũt ius ſuũ in iudicio non proſequentes. Et ideò dicitur in l.iniuriarũ.ff. de iniurijs.ſuo iure vtẽtes,nemini iniuriam facere.

Ius ſuum indiſcuſſum relinquere.

Vſucapio contra quos ſit introducta.

Nec immeritò in c. prælatis.de homic.lib.vj.clericis facultas conceditur repetendi res ſuas à latronibus. Nam legimus Sanctum Thom.Cantuarienſem Archiepiſcopũ pro defenſione cauſæ eccleſiæ ſuæ, occubuiſſe,vt traditur in c.ſicut dignũ.de homi. Non enim prohibitũ eſt,bono & iuſto viro, ex cauſa litigare,vt not. Bal.in c.j.in fi.per illum tex.vt lite pend.

Clericis facultas repet. res ſuas à latron. conceditur.

Litigare ex cauſa.

Litigator improbus.

Et non præſumitur improbus litigator,qui ex cauſa etiam poſt ſententiã in lite perdurat,vt not.Oldr.in conſi. clxxxiij.quia ſpes victorię iuſta videtur.vt Bal.tradit in l.fi. in iij.col.C.de edic.di. Hadr.tol. Improbus ergo litigator in reg.iſta intelligetur,vel is,qui per totã ętatẽ lites agit,vt dictũ eſt,vel qui aliquam iniuſtitię ſuſpicionẽ ex lite cõtrahit,vel qui ex euẽtu litis,vt iniuſtus & improbus fuerit declaratus,vt dicit hic text. regulæ circa fi. Et ſecundum hoc,

verba iſtius prooemij cauſam finalem inducerent, iuxta vul-
ga. l. fi. ſuperius allegatã. cum concor. quę tradit Rom. conſ.
xviij. in antepenul. col. & Alex. conſi. xlij. col. v. vol. j. Sed in-
telligendum eſt, iuxta ea, quæ diximus in præcedentibus.

¶ Vt tamen iſta tota materia, & eius contraria reſoluãtur,
diſtinguo duos caſus principales. Primus caſus eſt de iu-
re cõmuni. Secundus eſt, quo ad effectũ iſtius regulæ. Primo
caſu litigãs nõ ilico præſumitur calũnioſus, niſi fuerit con-
tinuus & inueteratus litigator. Ita diſtingui debẽt, quæ di-
cta ſunt ſuperius, & quæ tradit Andr. Sicul. in conſi. vij. col.
xj. lib. ij. & cõſi. xxxj. incip. omnia quæcũq;. in ij. col. lib. iij.
& in cle. j. de re iud. Vbi tamen quis ſemel, aut bis, cauſas re-
tendi, aut defendẽdi res ſuas ius ſuũ in iudicio proſequitur,
iudicio meo nõ dicetur litigioſus. Sicut neq; mercator dici-

**Mercator quã do quis dici- tur.**

tur, qui ſemel vel bis mercatur, niſi cõtinuè hoc faciat, vt tra-
dit Dom. in c. j. de cle. non reſi. lib. vj. Secũdo principali ca-
ſu, videlicet, loquẽdo in terminis iſtius regulæ, non omnis,
qui impetrat in terminis regulæ, poteſt dici improbus &
calũnioſus litigator: ſed ita demũ, ſi per euentũ litis per iu-
dicem repertus fuerit iniuſtã impetrationẽ, vel cauſam mo-
ſe, vel fouiſſe, vt dicitur hîc in tex. regulę, ibi, Et ſi poſſeſſo-
rem ipſum. &c. Sed antequam hoc per ſentẽtiã ſit repertum,
impetrans non dicetur improbus, dicetur tamen iniuſtus,
regulã non obſeruat. Quod patet, quia punitur: & tamen ſi

**Iuſtus & bon' non incidit in legem.**

iuſtus fuiſſet, non puniretur. Quia iuſtus & bonus non inci-
dit in legẽ, neq; eius pœna debet teneri, vt dicitur in c. li.
de reg. & gl. in l. ex his. ff. de legibus. Qua autẽ pœna pun.
tur vnus & alter, id eſt, tam primus, quàm ſecũdus litigator,
dicemus inferius in vltima parte regulæ. In dubio tamẽ im-
petrans beneficiũ poſſeſſum per annũ, præſumetur iniuſtus,
licet illa prę́ſumptio nõ ſufficiat, quo ad hoc, vt puniri poſ-
ſit pœna contenta in ſecunda parte regulæ, niſi, vt dixi, per
euentũ litis iudici cõſtiterit eſſe talẽ. Et hoc eſt, quod dicũt
illa verba poſita hic in ſecũda parte regulæ, videlicet, Et ſi
poſſeſſorem ipſum, &c. Vbi ponuntur tres pœnæ impro
& calumnioſi litigatoris, diuerſæ ab illis alijs tribus poſitis
in prima parte regulæ, quibus puniuntur non ſeruantes for-
mam regulæ, antequam conſtiterit eos improbos litigan-
tes eſſe. De quibus adhuc aliquid inferius in fine reg. ſcribã.

QVAE-



QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, ibi, quicunq; &c. An quilibet inhabilis, etiã hæreticus, ſeruans contenta in iſta regula, poſſit impetrare beneficium annalis poſſeſſoris?

**Inhabilis quilibet.**

¶ SOLVTIO. Videtur prima facie, quòd ſic, quia text. regulæ dicit, quicunq;, quod verbum eſt vniuerſale, comprehendens omnes. Et ſic non recipit reſtrictionẽ habilitatis perſonarum, vt dicit gl. in extrauag. execrabilis. & in cle. ſi ſummus. de præbend. & tenet Rota in deciſi. ij. tit. de fil. presby. Innocen. & Moderni in tract. benefi. q. iij. primæ partis. col. v. cum cõcor. vt ſcribunt Moder. Papien. in l. quidam. §. nihil. ff. de edendo. ¶ Præterea lex generaliter loquens, non recipit reſtrictionem de habilitate, ſed quẽlibet admittit ad impetrandum, quia non refert per quem preces porrigantur, vt dicit text. in l. vniuerſis. C. de prec. imp. offe.

**Inhabilis.**

¶ In contrarium faciunt iſta, quæ ſequuntur. Primo, quia inhabiles ipſo iure non ſunt capaces beneficiorum. l. quicunque. & capitulo, filij. cum multis. de hæreti. lib. vj. tradit gloſſ. & Docto. in cap. quo iure. viij. diſtinct. & alibi ſæpe. Igitur impetrare nõ poſſunt, vt patet in cap. j. & ibi dixi, de reſcrip. lib. vj. Intelligetur igitur regula iſta de habilibus.

**Quicũque, an comprehẽdat vniuerſaliter omnes.**

¶ Non obſtat dictio quicunque, quia licet illa de ſui natura ſit vniuerſalis, & ſic videatur poſſe cõprehendere omnes, tam habiles, quàm inhabiles, per ea, quę dicta ſunt ſuperius: tamen illa generalitas dictionis recipit reſtrictionem de habilitate, & regulatur ſecundum diſpoſitionem iuris: vt in terminis probat Iaſ. per decem deciſiones notabiles in l. ij. §. prætor. ff. qui ſatiſd. cog. Et reaſſumit Curtius iunior in conſi. j. in j. & ij. colum. & dicam latius in regula, de triennali. in prima, vel ſecũda quæſt. Vbi enim lex prius inhabilitat perſonas, diſpoſitio poſtea ſimpliciter & generaliter loquẽs de perſonis recipit reſtrictionem de habilibus, etiam ſi loquatur per dictionem, quicunq;, vel per alia verba vniuerſalia, vt dicit Gemi. in conſil. xxxj. colum. fin. Cum igitur in caſu iſto reperiantur hæretici, & ſimiles perſonæ, alibi à iure dãnatæ & prohibitæ, vt notatur in c. quo iure. viij. diſtinct. & tradunt Moderni in cap. ij. de reſcrip. regula iſta permittens impetrationem, debet intelligi, hoc permittere perſonis habilibus, ne ſequatur abſurdum. Nec obſtat text. in l.

vni

**Intellectus ad text.in l.vniuerſis.**

vniuerſis.C.de precib.imper.off.quia licet ad illum reſpon-
deat Andr.Sicul.in rub.de reſcrip.in clem.& Felyn.in ca.
nonnulli.§.j.col.xiij.eod.tit.& ego dixi latius in cap.j.e.
tit.lib.vj.Tamen reſpondetur,quòd ille text.procedit,da
ſcientia Principis,quæ facit,vt inhabiles habilitentur.vi
citur in l.idem Vlpianus.§.j.ff.de excuſ.tut.vel intellig
tur de illis inhabilibus,qui nõ ſunt à lege effecti incapac
& damnati ipſo iure ſicut hæretici,ſimoniaci,& rei maie
tis,& ſimiles.Secus verò de alijs incapacibus à lege,nõ ip
iure reprobatis,vt ſunt homicidæ,periuri,excommunic
ti,& ſimiles,de quibus loquitur Innoc.in c.cum noſtris
conceſſ.præbend.Nam tales impetrare poſſunt donec in
bilitentur,vt dicit ibi Innoc.Stat igitur concluſio,quòd o
mnes inhabiles admittuntur ad impetrandum,qui non re
periuntur expreſsè prohibiti.Et iſta omnia procedunt
iure loquendo,quia de facto poſſent etiam inhabiles
iure impetrare:& niſi exciperetur,poſſent conniuen
oculis ius impetratum proſequi.Et hoc,quo ad impetr
tes agere volentes contra annalem poſſeſſorem.An
reus poſſeſſor annalis hæreticus,vel illi ſimiles defend
regula,dicemus inferius in alijs quæſtionibus.

QVAESTIO QVARTA.

**Annullare gratiam impetrantis.**

QVAERO,vtrum regula iſta per ſolam eius allega
nem annullet ipſo iure gratiam impetrantis,ſic
communis abſque aliqua productione in
facienda?

¶SOLVTIO.Videtur prima facie dicendum,quòd ſola
legatio iſtius regulæ,facta per aduerſarium in iudicio,
nullet impetrationem,& inde ſecuta quæcunque,quod
perſuaderi poteſt.Primo,quia iſta regula habet decret
irritans,quod de ſui natura annullat ipſo iure gratiam
inde ſecuta,etiam ſi non producatur:hoc patet,quia l
ignorantes.vt in c.ſi eo tempore.cum ibi notatis.de ele
lib.vj.Nam ſufficit legiſlatoré aliquid prohibuiſſe,ad h
vt actus in contrarium factus,ſit nullus,vt latè tradunt M
derni in l.nõ dubium.C.de legib.Imò quod fortius eſt,ip

**Iudex repellere poteſt nulliter agẽtem.**

iudex,parte non opponẽte,poteſt repellere ſic nulliter ag
tem,vt tradit Bart.in l.vbi pactum.C.de tranſact.& in l.
vnus.§.pactus ne peteret.poſt gl.ibi.ff.de pact.& Paulus
Caſt.



Caſt.in l.etiam.§.item à debitore.ff.de pet.hære.Quia decretum iſtius regulæ prius ortũ fuit,quàm impetratio partis:vnde quando poſtea impetrans agit,exceptio iſtius regulæ,quæ iam eſt in rerum natura producta,vnà cum ipſa actione concurrit,in quo caſu poteſt iudex ipſam exceptionem ſupplere.vt dixit Alex.per prædicta iura in apoſtil.ad Bart.in l.Iulianus.§.offerri.in addit.prima.ff.de act.emp. Quia iſta exceptio dicetur euidentis calumniæ,quæ æquipollet exceptioni ineptitudinis,quæ à iudice ſuppleri poteſt,vt latè tradit Aret.in l.ita ſtipulatus.in xxxj.col.de ver bor.oblig.Nam iudex nõ ſolum tenetur ſupplere circa ea quæ ſunt iuris,quando omittuntur à partibus,ſed etiam cir ca conſuetudinẽ,vt tradit Iaſ.poſt Bald.& Saly.in authen. iubemus.per illum tex.in ij.notabili.C.de iudic.& Angel. Aret.in §.j.in ij.col.inſtit.de excep.Et hoc adeò verum eſt, quòd iudex poſſet ad iudicandum moueri etiam ex aliqua confeſsione,viua voce coram eo facta,licet non eſſet ſcripta in actis,vt ſingulariter dicit Bal.in l.j.circa fi.C.de ma. vin.quod dicit ſingulariter notandum Felyn.in c.cum venerabilis.col.xv.de excep.& Alex.in l.ſi is ad quem.col.penult.ff.de acquiren.hæred.Si igitur iudex abſque allegatione partis,vel productione regulæ,poſſet partem repellere, cui obſtat exceptio:à fortiori poterit ipſa pars,cuius intereſt,ſimpliciter regulã allegãdo,per viam exceptionis ipſum aduerſarium impetrantem & actorem repellere.Et iſto caſu iudex poterit ex his,quæ vidit,licet in actis ſibi non con ſtet,iudicare.Vt tradit Angel.in cõſil.cccxliij.in cauſa.col. fin.& ſequen.incip.primus punctus.& tenet Firmia.in trac. de epiſcop.lib.iiij.par.iiij.q.ij.vt referunt quidam Moderni in tract.nupt.fol.cxlij.Nam decretum irritans poſitum in aliqua lege,eſt tantæ potentiæ,quòd ſufficit illud à parte,vel iudice allegari,vt actus ſit ipſo iure nullus,vt dicunt Anton.Imol.& Abb.in cap.cæterum.de reſcrip.Per quorũ dicta Rota in vna Mediolanen.caſtrorum coram Sabinen. * de anno M.D.xvj.iudicauit pro Cardinali Senogalien. contra Hieronymum de Cuſano,quòd decretum irritans cuiuſdam bullæ Sixti,allegatũ in cauſa appellationis,adeò afficeret aduerſarium,quòd gratiam ſuam redderet ipſo iure nullam.

**Iudex non ſolum tenet̃ ſupplere,&c.**

**Iudex poterit ex his iudicare,&c.**

¶Præ

¶Prædictis tamen non obſt.contraria opinio eſt de iu
& ſtylo verior, pro qua opin.primo facit, quia regulæ
eius decretum fauorem poſſeſſorum concernunt: ergo n
ligant contrauenientes, niſi poſſeſſor dicto decreto irrit
ti vtatur, vt latè probat Decius in l.pacta, quæ contra in
col.C.de pact.& in c.cum acceſſiſſent.in iij.col.de con
& ante ipſum Aretin.& Claud.Aquen.in l.nemo poteſt
iiij.col.ff.de leg.j.Et hoc prius dixit Philip.Franc.in cap
noſtrum.in iij.col.de appel.& in cap.diſpendia.in princ
reſcrip.lib.vj.& ſolet ad hoc allegari gloſ.in verbo, refer
in c.j.de conceſ.præben.lib.vj. Et iſte vſus certitudinalit
non habetur, niſi poſſeſſor regulam in actis producat, qu
tunc manifeſtè apparet, poſſeſſorem decreto regulę vti v
le contra actorem eius aduerſarium. Nec iſto caſu autho
tas iudicis volẽtis ſupplere exceptionẽ iſtius regulæ om
ſam, aliquid facit: quia vbicunque aliqua ſunt inducta p
cipaliter in fauorem alicuius, ſi pars omittit, iudex non
bet ſupplere, neque poteſt ad priuatam vtilitatem offic
ſuum impartiri. iuxta vulg.l.iiij.§.condemnatum.ff.
iud. ſi ergo huiuſmodi exceptiones regularum pro om
habentur, licet iudex ſciat ea parti competere. Qui
etiam ſi ea, quæ competunt parti, producuntur ipſi iu
particulariter adhuc non ſufficit, nec iudex ſecundum
dicare debet, niſi in actis producta & regiſtrata ſint. E
dicuntur eſſe in actis, quando pars eſt citata ad dicen
contra producta, oblata copia, vt dicit Bart.(cuius opi
* nem pro ſtylo ſeruat hodie Rota) in extrauag.ad repr
dum.in gl.in verſic.de plano. Et ſequitur latè Rom.in
ſil.dxix.incip.In caſu propoſitæ conſultationis. Nam a
non poteſt iudici de iure partis conſtare. Et cui nihil c
ſtat, nihil agit. Quia, vt dicit Bald.in cap.fin.de iureiu
iudex eſt quoddam prædicamentum, quod prædica
probationibus & actis: & ideo debet iudicare ſecund
acta, & probata.vulg.l.illicitas.§.veritas.de offic.præ
Ang.inſtit.quib.mod.tut.fin.in prin.& in §.ſi minus.co
inſt.de act.vt latiſsimè & elegãter proſequitur Luc.de Pe
na in l.quicunq;.C.de tabul.& ſcrip.lib.x.& Felyn.in c.pa
ſtoralis.§.quoniam.col.fin.de offic.deleg.

Contrauenientes ligare.

Iudex nõ debet ſupplere.

Iudicis diffinitio ſecundum Baldum.

Iudex ſecũdũ acta & probata iudicare debet.

¶Ex quibus omnibus infertur, quòd ſi annalis poſſeſ



conuentus, nõ det & excipiat de regula in actis, licet iudex ex ſeipſo, vel per allegationem partis ſciat talem exceptionem ſibi competere, non condemnabit actorem impetrantem, ſed poterit canonizare gratiam ſuam contra regulam: nec propterea ſententia erit nulla, vt in terminis concludit Felyn.in c.j.in vij.col.de re iud.& in cap.paſtoralis.de fide inſtr. Cuius opinionem hodie de ſtylo tenet, & ſequitur Rota. Et ita, me præſente, in pluribus cauſis fuit concluſum & iudicatum, præſertim in vna Tuden.parochialis coram R.P.D. Marcello Creſcentio epiſcopo Marſicano de menſe Maio M.D.xxxviij.cui conſtabat abſentem, contra quem procedebatur, per contradictas fuiſſe triennalẽ poſſeſſorem, & in partibus coram quibuſdam iudicibus allegaſſe regulã: & tamen, quia illa nõ erat producta in actis, præfatus epiſcopus tulit ſententiam contra illum. *

¶Et iſta in ratione conſiſtunt. Quia, quo ad effectũ, quòd regulæ Cancellariæ ligent, & in iudicio faciant ius, debent prius impetrari à Papa, vel Vicecancellario, & deinde produci in actis, ſeruata ſolennitate, de qua in regula xxvj.incip. Item attendens. ſuprà eod. Quam quidem impetrandi ſolennitatem declarat Pauin.Rotæ auditor, in proœmio extrauag. Ioan. xxii. & dicam in alia quæſtione. Non obſeruata igitur illa ſolennitate, regulæ non faciunt fidem, etiam ſi habeant decretũ irritans, & millies iudici allegentur: & ita ſe habet ſtylus Rotæ, vt dicit etiam in d.cap.j. Felyn. alias rationes ponens, de quibus ibi per eum.

Regulæ Cancellariæ.

¶Non obſtant modo, quæ in contrarium adducta fuerunt, quia ad illa dupliciter poteſt reſponderi. Primo illa procedere, quando ea, quæ allegari poterant, ſunt notoria actis, non repugnantia, vt dicit Bald.in d.§.illicitas.& Firmian.in d.tract.de epiſcopo.in iiij.parte.iiij.lib. q.ij. Vbi plures caſus exceptos contra regulam ponit, in quibus iudex ſecundum conſcientiã ſuam poteſt iudicare.& vij.alios ponit Felyn.in d.cap.paſtoralis.

¶Vel ſecundo reſponde, & iſta eſt verior, & firma ſolutio, quòd in caſibus prædictis iudex poteſt exceptionem omiſſam per partẽ opponere, quando illa reſultat ex actis. Quia tali caſu actor dicitur calumnioſè agere. ita cõcludit Rom. in conſil.xlij.viſis quæ egregie. col.fi. Nam quæ reſultãt ex actis,

Notoria quæ dicantur.

actis,dicuntur notoria,vt dicit Imol. & latiſsimè Moder.
in cap.ex inſinuatione.de appel. Et in notorijs iudex ſup-
plet,vt dictũ eſt ſuperius,quando conſtat de nullo iure par-
tis,vt tradunt Moder.in d.§.condemnatum.cum concor.
vt per Rom.in conſil.ccxxvij.Et etiam quando conſtat de
iure partis,ſed inefficaci.quia poteſt iudex ſine parte repel-
re,vt dicit Felyn.in cap.ad aures.in j.col.de reſcrip.Et ideo
notorium ex actis reſultans non ſolum per partem non de-
bet probari,ſed nec allegari,vt tradit Angelus in l.fin.ff.de
pet.hæred.cum concord.vt ſcribunt Alex.in l.j.C.quan.
deſunt aduoc.& Felyn.in c.cum ordinem.col.ix.de reſcrip.
& Deci.in l.cum quid.ff.ſi cert.petat.Et tali caſu limitatur
& declaratur dictum commune gl.in clem.appellanti.de ap-
pel.& Bar.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollion.
ff.de adult.videlicet,quòd licet notorium non debeat pro-
bari,debet tamen allegari. Nam non procedit, quando no-
torium reſultat ex actis,vt prædicti doctores dicunt. Et
etiam in puncto limitat Decius in l.lecta.in nona col.
cert.pet.Licet in hoc contrarium teneat Rota in nou.
de appel.deciſ.ij.in addition.Sed ex dictis ibidem pot-
ui eius deciſio. Ad propoſitum ergo redeundo,ſi ex ac-
paret, poſſeſſorem annalem conuentum allegaſſe pr-
fenſione ſua,priuilegium iſtius regulæ,eam producen-
cet formaliter contra partem non opponat:iudex ta-
repellere poterit agentem,obſtante regula in actis pr-
cta. Et ita tota iſta materia intelligi debet.

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, quid ſi in prima inſtantia nõ fuit oppo-
de iſta regula,ſed opponitur in ſecũda: vtrum an-
labitur impetratio,& acta facta in prima in-
tia,in qua tunc non fuit appoſitum?

Impetratio vtrum annullabitur,ſi &c.

¶ SOLVTIO. Iſte caſus punctualiter contigit,& fuit de-
* ſus in Rota de anno M. D.xvj.coram Domino Gulie-
* Caſsiodoro in vna cauſa Viluen.canonicatus,& præbe-
vt ipſe idem in memorialibus ſuis deciſionum meminit.
tunc Rota cõcluſit poſſe in ſecunda & tertia inſtãtia de i-
regula opponi, quia per huiuſmodi exceptionem reg-
non ſolum impetratio facta, ſed omnia acta primæ vel ſe-
cundæ inſtantiæ,virtute decreti regulæ, nulla ipſo iure
de-



decernuntur. Talis enim regulæ exceptio operatur effectũ retro annullatiuum,& in futurũ impeditiuum. Ratio iſtius deciſionis fuit,quia exceptio iſtius regulæ eſt peremptoria, quæ poteſt quãdocunq; opponi.l.peremptorias.C.ſentent. reſcin.non poſſ.Et ideo oppoſita in ſecunda inſtãtia operatur eundem effectum,quo ad acta præcedentia, quæ operaretur, ſi in eadem inſtantia proponeretur. Et hoc ideo eſt, quia per appellationem,quæ reſcindit iudicatũ,cauſa reponitur,& reducitur in eo ſtatu ſicut erat ante ſententiã,vt videlicet,omnia in ea fieri poſsint,quæ poterant poſt litẽ conteſtatam in prima inſtantia, vt declarat Bart.in l.ita demũ. C.de procurat.& Abb.in c.j.de excep.in ij.col.& in c.paſtoralis.eo.tit.Poterunt igitur exceptio iſtius regulæ perẽptoria,& omnia alia incumbẽtia ad cauſam deduci in cauſa appellationis, quæ non fuerunt deducta in principali.vt in l. per hanc.C.de tempo.appel.& l.ſcio.ff.de appella.& c.cum Ioannes.de fide inſtrum.& c.fraternitatis.de teſti.cum alijs concord.adductis per gl.in c.conſtitutis.& in cap.cum cauſam.de appella.Nam exceptio, quæ actionem propoſitã reſpicit,ſi deducatur in ſecunda inſtantia, non dicitur noua, ſed dependens ex veteribus cauſis. Tamẽ huic deciſioni ſemper contradixit Dominus Mercurius de Vipera,tunc decanus Rotæ,motus dicto Alex.in authen.iubemus. C.de iudi. quem ſequitur Fely.in c.j.in ſeptima col.de re iudi. Vbi dicunt,quòd quamuis poſt terminum ad probandum poſsint allegari iura,vt per Bart.& Bal.in d.authen.iubemus. Non tamen poteſt allegari extrauagans,ſed eſt alleganda,producenda,& probanda in termino, quemadmodum conſuetudo non notoria,quam non poteſt iudex ſupplere, nec allegare,cum eam probabiliter ignoret,vt in c.paſtoralis.de fi. inſtru.Ex quibus inferebat Dominus Mercurius, quòd nõ poterat in ſecunda inſtantia excipi de iſta regula, vel ſi exciperetur de ea, quòd non reuocarentur acta primæ inſtãtiæ, niſi ex nouiter deductis. Pro quo facit deciſ.Egidij ccccxc. Maximè quia regulæ iſtæ Cancellariæ,quo ad iſtũ effectum, vt non ligẽt ante productionẽ, dicuntur cõſtitutiones ſpeciales,vt dicit Pet.de Anch.conſi.ccxcij.Et ideo non ligant manum iudicis,niſi producantur:& per conſequens acta,& ſententia primę inſtantiæ contra regulam non productam

Cauſa reſcindẽs iudicatũ.

Iura quamuis poſt terminũ ad probãdum poſsint allegari.

debuiſſet valere. ¶ Tamen iſtis non obſtantibus,Rota
nuit,quod ſuperius dictũ eſt.Quæ deciſio non ſolum proce
dit, quando opponitur de regula in ſecunda inſtantia cau
ſæ principalis,ſed etiam ſi opponatur de regula in cauſa re
ſtitutionis in integrum, aduerſus ſententiam latam contra
poſſeſſorem annalem.Vt iudicauit Rota in vna Tuden.co
* ram me de menſe Februario. M. D. XXXIIII. Et hoc ide
dixerunt domini in eadem cauſa de regula xxix.de conceſ
ſionibus cauſarum factis , literis non expeditis , vt videlicet
poſsit opponi de illa regula excipi in cauſa reſtitutionis
prædictas rationes. Et idem dixerunt domini in vna Ma
ſilienſis canonicatus & præbend.coram me de menſe De
* cembri. M. D. XXXV. In qua oppoſitũ fuit,de iſta regula an
nali per condemnatum in termino ſententiæ declarator
ferendæ contra ipſum , cui fuerant intimatæ executoriales
& voluerunt ſententiam retro eſſe nullam.

¶ Et ad dictum Alex.allegatum per Mercurium in d.
iubemus.reſponderunt Domini, quòd loquitur in ter
no probatorio vnius inſtantiæ , non autem loquitur
uerſa inſtantia,vt eſt cauſa appellationis,quia dictum
non eſſet verum propter doctrinas prædictas. Vel d.
Alex.procedit, vbi conſtaret de malitia poſſeſſoris,
tis in prima inſtantia opponere, ad effectum magis g
di partẽ in expenſis & annullatione actorum. Quo
ctrina Bart.in d.l.ita demum.& Abb.in d.c.j.de exce
alijs allegatis non procederent,vt notabiliter proba
Sicul.in conſil.xxxv.incip.in minimis.in ij.colum.
Felyn.in c.ad audientiam.el.ij.de reſcript.

¶ Et iſta omnia procedunt,etſi annalis poſſeſſor,qui
gula excipit, fuiſſet condemnatus per primam ſente
quæ tranſiuit in rem iudicatam,& decretũ contra ill
ſet brachium ſeculare, & violaſſet ſequeſtrum. Nam
ſtante tali violatione, poſſet exceptione iſtius regulæ
ri,etſi per violationẽ prædicti ſequeſtri perdiderit
* neficio.Ita concluſit hodie Rota, quæ eſt prima Iulij
XXXVIII. in vna Nullius Abbatiæ coram Reuerẽd.D.
Paulo Ptolomęo.Ratio deciſionis fuit,quia iſta regula
nullat impetrationem factam,& inde ſecuta quæcunque
ſic annullat ipſam ſententiam,& ſecuta ex ipſa ſententia



eſt,ſequeſtrum,quod eſt ſequela ſentẽtiæ. Ita quòd violatio ſequeſtri non impedit exceptionem regulæ. Eſt bene verũ, quòd licet nullum eſſet ſequeſtrum propter decretum iſtius regulæ,tamen violans illud punitur, quia iure ſuo eſt priuatus,vt dicit deciſ.ij.de ſequeſt.poſſ.& fruct.in antiquiori. & ideo pars victrix contra quem datur de regula, poterit nouiter impetrare dictum beneficium vacans prætextu huius violationis.Et ita in eadem cauſa tenuit Rota die xvj.Nouembris. M. D. XXXIX. coram eodem D.Ioan.Paulo. *

Sequeſtrũ violans, ſuo iure priuatur.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, nunquid iſta regula ſuper diſpoſitis in ea inducat,ſeu contineat formam?

Diſpoſita.

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio deſeruit ad multa, quæ in ſequentibus quæſtionibus dicenda occurrũt.Et ideo ſine diſputatione dicas,q ſic: quod multis modis probatur.

¶ Primo,quia iſta regula inducit nullitatem actus. Vbicunque igitur aliqua conſtitutio procedit , irritando actũ , illa conſtitutio dicitur continere formam , vt eſt bonus text.in c.ſi capitulo.de conceſſ.præben.lib.vj.iuncto c.dilectus.ij. de præben.& tradit Bald.& Moderni omnes in l.j.ff.de libe. & poſthu.& eſt gl.in l.fin.C.de ven.re.ciuil.lib.xj.Facit tex. in cap.quia propter.de elect.& in c.Piſanis.de reſtitu.ſpoliat.cum concord.vt ſcribit Alex.in d.l.j.& in l.hac conſultiſsima. C.qui teſtam.face.poſſ.& Iaſ.in l.non dubium.in v. colum.C.de legib.& ante ipſos Rom.conſi.lxvj.

Cõſtitutio cõtinet formam.

¶ Secundo,quia iſta regula imponit pœnam pecuniariam. Et vbi talis pœna apponitur , dato , quòd de annullatione actus nihil dicatur,forma inducitur,vt dicit Bal.in authen. qui ſemel.in antepen.col. C. quomo.& quãdo iud.& tradit Bart.& omnes Moderni in l.prætor.§.j.ff.de ope.no.nunt. & eſt gl.in verbo tertiam.& ibi notat Bald.in cap.j.de mili. vaſal.qui contu.eſt.& gl.in verb.tertio.in clemen.j.de vi.& hone.cleri.notat Ioan.And.in c.ex tuæ.de cleri.non reſi.& Anto.de But.in cap.præterea.de dilatio.

¶ Tertio,quia iſta regula tradit tres ſolennitates,quæ non ſunt inductæ à iure communi.Ergo ex hoc datur intelligi, quòd contineat formam,iuxta tradita per Pet.de Ancha.in conſil.xxxv. Viſa quadam.& idem in conſilio vj. incipien. Viſo themate,in ſecunda columna.& concord.Signorel.in

conſil.clvj.in proceſſu.in ſecunda columna.

¶ Quarto, quia iſta regula dat impetranti modum procedendi. Ergo inducit formã, vt in c.qualiter.el.ij.& ibi Fely. de accuſa.& Iaſ.in l.ij.§.prius.ff.de vulg.& pupil.& ſolet allegari text.in cap.quia propter.de electione.

¶ Quinto, quia regula iſta apponit tempus faciẽdi actum, quo caſu per hoc inducitur forma, vt dicunt Bal.& Salic.in authen.quæ ſupplicatio.per illum textũ.C. de preci.Impe. offer. Licet huic dicto videtur aduerſari Alex.in l.j.in prin. C.de iudic.tamen concordari poſſunt dicta corũ ex ijs, quæ tradit Abb.in conſi.xcij.ſtatuto.in fin.lib.j.

Priuatum intereſſe concernens.

¶ Vltimo hîc videtur inducta forma, ex eo, quia diſpoſitio iſtius regulæ non ſolum concernit intereſſe priuatum, ſed commodum & bonum publicum, vt patet ex prœmio, & ex pœna applicanda fiſco, quo caſu forma dicitur induci, adeò quòd conſenſus partium nihil operatur, vt in l.priuatorum.C.de pact.& probatur aſſumptum in l.tertia.ff.de re militari. Ex quibus omnibus apparet reſolutio iſtius quæſtionis, quæ poteſt eſſe vtilis ad multa.

QVAESTIO SEPTIMA.

Poſſeſſores annales.

QVAERO, præſuppoſito quòd iſta regula inducat formam, vtrũ poſſeſſores annales, in quorum fauorem inducta eſt regula, poſsint eius fauori renuntiare?

¶ SOLVTIO. Quidam antiqui tenuerũt quòd ſic, vt refert Io. Aloiſius Tuſcanus Mediolanenſis, olim aduocatus eximius, in primo volumine conſiliorũ.fol.xvij. ¶ Tamen pro vera intelligentia iſtius quæſiti, ego conſidero duos caſus. Primus eſt, in tacita renuntiatione, quę reſultat ex omiſsione exceptionis iſtius regulæ, poſſeſſori competentis contra impetrantem: & iſta renuntiatio tacita poteſt fieri dupliciter, aut non producendo regulam, vel eam producendo, & probationes annalis poſſeſsio. omittendo. Nam non ſufficit, quòd poſſeſſor excipiat de regula in actis, niſi probet ſe

Poſſeſſor annalis.

fuiſſe poſſeſſorem annalem, vt ei competat exceptio. Neque etiam ſufficit per teſtes probare, ſe eſſe annalem poſſeſſorẽ, niſi etiam regula in actis producatur & allegetur. Itaque paria ſunt, vel non producere regulam, & non probare poſſeſſionem annalem. Iſtis igitur caſibus tacitè poteſt poſſeſſor fauori ſuo renuntiare, ſicut de iuramento calumniæ dicitur in cap.



in cap.primo.de iura.calum.lib.vj. Et ideo ſentẽtia lata contra poſſeſſorem annalem non opponentem de regula, vel non probantem ſe eſſe annalem poſſeſſorem, valeret, iuxta ea quæ dicit Felyn.in cap.j.de re iud.& dixi ſuperius in alia quæſtione.

Sententia lata contra poſſeſſorem.

¶ Secundus caſus eſt in expreſſa renũtiatione, & iſta expreſſa renuntiatio poteſt etiam fieri dupliciter, videlicet ante productionem iſtius regulæ, vel poſt: & vtroque caſu eſſe dubium, ſi valeret renuntiatio expreſſa. Et poſito quòd ſic: nunquid poſsit poſtea iudex poſſeſſorem probare volentem repellere à probatione faciẽda ſuper annali poſſeſsione, ſub prætextu, quia renuntiauit, & quid ſi poſt factam renuntiationem de non vtendo, regula producta, poſſeſſor renuntians probet ſe annalem, qua probatione vti non poteſt ſtante renuntiatione: an tali caſu iudex ex officio poſſit repellere ipſum impetrantem? Videamus igitur de omnibus iſtis.

¶ Circa primum eſt aduertendum, quòd duæ ſunt partes regulæ principales. Prima, quæ durat vſque ibi, Et ſi poſſeſſorem ipſum, &c. Et iſta pars concernit intereſſe priuatum partis. Et ita in illa prima parte ponuntur tres pœnę introductæ in fauorem ipſorum poſſeſſorum. Et puto, quòd quo ad illas pœnas, antequam impetrans inciderit in ſecundam partem, quòd poſſeſſores poſsint renũtiare, argument.cap. ſtatutum.§.in nullo.de reſcript.lib.vj.& l.filio.ff.de iniuſto rup.& l.penult.C.de pact. Et hoc caſu puto, quòd ſi de tali renuntiatione regulæ conſtaret in actis, quòd iudex poſſet repellere poſſeſſorem à probando annalem poſſeſsionem, obſtante renuntiatione, quia iudex poteſt repellere actum fruſtratorium, vt l.vbi pactũ.C.de tranſact.& dixi ſuperius in quarta quæſtione.

Iudex actum fruſtratorium repellere poteſt.

¶ Sed quo ad ſecundam partem regulæ, videlicet quando impetrans per euentum litis inuentus fuit calumnioſus moleſtator, qui ob eam cauſam in alias tres diuerſas pœnas hîc impoſitas incidit. Tali caſu, quia dictæ pœnæ concernunt commodum & intereſſe publicum, poſſeſſor non poſſet iſti regulæ renuntiare. vt in d.§.in nullo. De quo tamen latè dixerunt Moderni in tract.de forma.cap.quis poſsit dare & tollere formam. fol.xviij.colum.iiij. & in cap.de potentia

formæ.fol.lxj.in iij.col.Et iſto ſecũdo caſu,ſi iudici ex pro-
bationibus & actis conſtaret,nullũ ipſi impetranti ius com
petere,ſed iniuſtè & friuolè poſſeſſorẽ ipſum annalem mo-
leſtaſſe,licet poſſeſſor renuntiauerit vti exceptione regulæ
iam in actis productæ,ex quo tamen publicè intereſt calum
nioſos & iniuſtos litigantes repellere,vt in cle.j.de re iudi.
poſſet iudex impetrantẽ ipſum punire,iuxta notata per In-
nocen.in c.j.de offi.vic.& Bal.in l.j.C.quo.& quãdo iud.in
fi.& in l.ij.§.ſed quia.C.de iur.calum.& not.Bart.in l.athle
tas.§.calũniator.ff.de his qui no.infa. & dixi aliquid ſuprà
q.iiij.Et quòd poſsit iudex officio ſuo,eo caſu,quo ſibi cõ-
ſtat de annali poſſeſsione,improbos impetrãtes repellere,
videtur ſentire Bart.in ſimili in l.properandum.in princip.
verſi.ſed vidi.C.de iudi.Sequuntur Moder.Aſtenſ.in repet.
cle.ſæpe.in xvij.col.de verb.ſign.facit bene tex.in c.nõnul-
li.in princ.& cap.fi.de reſcrip. Stat ergo cõcluſio,quòd poſt
probatam annalem poſſeſsionem & regulam productam,
non poſſunt partes tacitè vel expreſsè huic regulæ renũtia-
re.Ratio generalis eſt,quia ex quo iſta reg.eſt ædita ad tol-
lendas & puniendas calumnioſas lites,per hoc dicitur con-
cernere principaliter vtilitatem publicam,& ideò renũtia-
ri non poteſt,vt in terminis dicit Bart.in d.l.properãdum.
& Barba. conſi.lvj.in viij.& ix.colum.lib.ij. cõſiderato te-
xtu illius l.& ſequitur Decius in c.de cauſis.colum.ij.de off.
deleg. Et ita hodie vigeſima Nouembris M.D.xxxvj.in ſi-
mili caſu concluſerũt Domini in vna Rom.pecuniaria,co-
ram R.D.Ioan.Paulo Ptolomæo,pro Franciſco Flores,con
tra Andream de Nouaria:volentes Franciſcum Flores non
potuiſſe renuntiare regulæ,de non appellando ante diffini
tiuam ſententiam. Ex quo in prooemio illius regulæ Papa
exorditur ſe illam conſtitutionem feciſſe,vt litibus finẽ im-
poneret:quæ verba ſecundum Rotam videntur,& principa
liter intereſſe publicum cõcernere,cui per dictũ Franciſcũ,
contra quem erat producta,renuntiari non potuit.

QVAESTIO OCTAVA.

Defẽdere poſſeſſorem abſque titulo.

QVAERO, quæ eſt ratio,quare regula iſta annalis defen
dit poſſeſſorem,etiam abſque titulo,& triennalis re-
gula non defendit,niſi habentem ſaltem colo-
ratum titulum. Cuius tamen contrarium videbatur dicen-
dum.



dum. Nam ex quo annalis poſſeſſor eſt modici temporis,
magis in ea videbatur requiri titulus bonus,ſaltem colora-
tus,quàm in triennali,vt ſic modicitas temporis per adiu-
mentum tituli ſuppleretur. Non ita in triennali poſſeſsio-
ne,quæ ratione longioris temporis,ſine aliquo titulo ma-
gis ſuſtineri poſſet.quæ igitur eſt ratio tantæ diuerſitatis?
¶SOLVTIO. Regula iſta annalis fauet poſſeſſoribus,& eſt
inducta in odium impetrantium,vt ex eius principio appa
ret.Et ita Rota interpretatione longæua tenuit. Trienna-
lis verò regula non fauet principaliter poſſeſſoribus: pro-
pterea requirit titulũ.Sed adhuc reincidimus in idem,qua-
re magis annalis regula faueat poſſeſſoribus,quàm trienna
lis,cum deberet eſſe contrarium,vt plus poſsidens,plus ha-
beret fauoris.Præſertim cum annalis exceptio ſit odioſa re- Exceptio an-
ſpectu capientis poſſeſſoris,vt patet in l.j.C.de anna.excep. nalis.
¶Reſpondeo,data paritate poſſeſsionis ſine titulo,magis
fauendum fuit annali,quàm triennali:quia ille minus delin
quit percipiendo fructus ſine titulo. At triennalis ex hoc
grauiorem cauſam ſibi conſtituit ex perſeuerantia longio-
ris tẽporis. Quia tanto grauiora ſunt peccata,quanto diu-
tius infelicem animam detinent alligatam. cap.fi.de cõſue.
& ideo neceſſarius fuit titulus.Sed hoc nõ releuat,quia etiã
annalis poſſeſſor ſine titulo non deberet per annũ,nec per
menſem in peccato tolerari. Et ideo qua ratione titulum
in triennali exigimus, in annali ſaltem coloratum exigere
deberemus. Et odium impetrantium non debet eſſe tanti,
vt detentorem annalem cum peccato defenderet.
¶Quid igitur cauſæ fuit tam diuerſi inſtituti & contrariæ
diſpoſitionis? Reſpondeo,quòd diuerſitas eſt in hoc, quia
annali poſſeſſori non fauet regula propter ſe principaliter, Poſſeſſor an-
ſed propter negligentiam impetrantis. Nam aliàs non da- nalis.
ta negligentia impetrantis,annalis poſſeſsio nullum fauo-
rem tribuit poſſeſſori,cum in poteſtate cuiuslibet ſit impe-
trare quando vult,& ſeruare contenta in iſta regula: & ſer-
uando ea,tunc annalis poſſeſsio non iuuat poſsidentem ſi-
ne titulo,quominus condemnetur impetranti in fructibus
& expenſis,cum adiudicatione beneficij. Vbi verò impetrãs
negligit ea ſeruare quæ hîc cõtinẽtur:ipſe ſibi nocet,& cau
ſam damni dat,vt dicitur in l. Imperatores.ff.de iure fiſci.&

tali caſu punitur, vt moleſtator. Non igitur ex hoc acquiratur annali poſſeſſori aliquod ius, ſeu priuilegium, niſi quòd regula punit impetrantem negligentem. Per hoc tamẽ non excluditur alius, & alius impetrãs, qui ſeruata regula poſsit ipſum annalem poſſeſſorem cõuenire, & rationem ſuæ iniuſtæ poſſeſsionis quærere. Nam vnius non ſeruantis regulam ignauia, & negligentia non nocet alteri impetranti ſeruanti regulam. Itaque ad vltimum annalis poſſeſſor, ſi non habet titulum, luet pœnas, ſuccumbet, & excludetur. Sed in reg. de triennali alia ratio cõcurrit: quia illa regula ſuſpendit gratiam factam, & etiam nouiter impetrantes poſt triennium excludit, & triennalem poſſeſſorem tanto tempore vitæ ſuæ defendit, ac tuetur: adeò quòd vno excluſo, alius impetrans non admittitur, ſed omnes pariter triẽnali poſſeſſore viuente excluduntur. Itaque triennalis poſſeſſor, hoc medio ſecurus viuit, & ſine moleſtia fruitur. Sed in iſta regula de annali, omnia iſta ceſſant, quia tantum annullat gratiam non ſeruantis regulam, non alterius. Triennalis verò omnium etiam non negligentium gratias ſuſpendit.

Ignauia non ſeruãtis regulam.

¶ Poſſet tamẽ & alia facilior ratio differentiæ inter vtraſque regulas aſsignari. Nam in iſta regula de annali ideo non requiritur titulus, ſed ſola poſſeſsio, ex eo, quia regula annullat ipſo iure gratiam impetrantis, non ſeruantis regulam, & reducit titulum ad non titulum, propter odium quod habet contra impetrantem certo modo beneficium viuentis annalis poſſeſſoris. Itaque cum impetrans reperiatur medio exceptionis iſtius regulæ excluſus, & nudus, propter annullationem tituli, quæ inducitur propter decretum irritans regulæ, æquum erat poſſeſſorem, etiam nullum titulum habentem, & nihil adhuc probantem in pari cauſa abſolui debere, iuxta. cap. fin. de iure iuran. & l. fin. C. de rei vend. quia in pari cauſa deficiẽtis tituli poſſeſſori debemus, magis quàm actori fauere, vt dicit textus in cap. in pari. de reg. iur. libro ſexto. Sed in regul. de triennali Papa non annullat ipſo iure, ſed tantum impetrationem ſuſpendit, licet poſſeſſori triennali exceptionem regulæ contra omnes impetrantes perpetuo tribuat: non tamen, vt dixi, annullat titulum impetrantium. Et quia iniquum videbatur, quòd triennalis poſſeſſor ſine titulo ſaltẽ colorato acquireret exceptionem tantæ virtutis, contra habentem bonum: ideo Papa voluit, quòd in dicta regula de triennali requireretur titulus ſaltem coloratus, vel præſumptus. Qui quidem titulus coloratus, vnà cum triennali poſſeſsione in pœnam negligentię ipſius impetrãtis titulum, licet bonum, obumbraret ac ſuſpenderet. In regula igitur de triennali poſt exceptionem titulus impetrantis bonus remanet, quamuis ope exceptionis ad vitam tantum triennalis poſſeſſoris ſuſpendatur.

In hac regula titulus non requiritur, ſed ſola poſſeſsio.

Poſſeſſori magis fauẽdum, quàm actori.



¶ Sed vlterius quæritur, quare magis Papa in iſta regula de annali impetrãtis gratiam annullare voluit, quàm in regula de triẽnali? Ratio eſt, quia in regula de annali eſt impoſita forma impetranti: quam ſi non ſeruat, præſumitur improbus moleſtator, & ob eam cauſam gratia annullatur. Sed in regula de triennali non datur aliqua forma, ſed apponitur tempus actioni. Vnde ſi aliquis eſt negligens in non agendo infra triennium, ſibi debet imputari, ſi eius gratia obfuſcatur, & ſuſpenditur in pœnam ſuæ negligentię. Damnum igitur quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputari. iuxta c. damnũ. de re iudic. lib. vj. Nec lex impoſuit ſibi hanc pœnam, ſed ipſemet ſibi ex negligẽtia ſua eam incurrit. Et quia illa negligentia non eſt doloſa, ſicut illa quam hic incurrit, impetrans regulã iſtam de annali non ſeruando: ideo iſtius gratia tanquam de doloſo ipſo iure annullatur. Illa verò eliditur tantum, non quia lex voluit ibi punire actorem, ſed quia actor ita voluit, cum eſſet in facultate ſua nolle excludi. Et iſta ſint dicta diſputationis gratia: ſiquis tamen meliorem rationẽ differẽtiæ inuenict, eam in mediũ proferat.

Papa quare magis, &c.

QVAESTIO NONA.

QVAERITVR, nunquid iſta regula debeat ſeruari extra Curiam coram legato vel ordinario?

¶ SOLVTIO. Conſiderando rationem iſtius regulæ prohibentis moleſtari poſſeſſores annales, certè videtur tenendum, regulã ligare omnes etiam extra Curiam. quia licet dictum ſit ſpeciale, vbi tamen ratio eſt generalis, attẽditur ratio, & non dictũ. vulg. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. Et hac ratione Rota ſæpe tenuit, regulam de infirmis reſignãtibus, habere locũ extra Curiam, vt ibi dictum fuit. Suadetur hoc etiam ex verbis procœmij huius regulæ,

Ratio generalis.

ibi, vt improbi motus perquirentium lites reprimantur, &c. Nam iſta ratio procemij, quę finalis eſt, militat tã in curia, quàm extra: quia vtrobique improbi litigãtium motus deprehenduntur. Et iſtud odium improbitatis, quod non aliunde prouenit, quàm ex huiuſmodi impetrationibus factis contra viuentem poſſeſſorem annalem, militat tam in impetrationibus, quæ fiunt à Papa, quàm à legato, vel ordinario extra curiam. Ergo debet fieri pariformis & æqualis interpretatio. Nam vt fraudes euitentur, & lites iniuſtæ tollantur, regulæ vel leges, quæ aliàs eſſent reſtringendæ, latè interpretari debent, vt vbique locum habeant, vt dicit Decius de alia regula Cancellariæ loquens, in conſilio cccxcviij. in fi. Et ibi refert ſic fuiſſe iudicatũ in Parlamento Franciæ. Poſtremo facit, quia in prouiſione ordinaria, & legatis etiam motu proprio factis requiritur mẽtio coloratæ poſſeſsionis alterius, vt tenet Abbas, & communiter doct. in c. cum noſtris. de conceſ. preb. Sequitur Fely. in c. in noſtra. in xxix. correl. de reſcriptis. Lapus allegat. x. Et non ſolum in talibus impetrationibus requiritur mentio coloratæ, ſed etiam poſſeſsionis de facto, vt tenet Ioan. And. & Anto. in c. penul. per illum tex. de præben. & in c. literas. de conceſſ. prębẽ. Sed poſſeſsio annalis, aut eſt in dubio colorata, vt voluit Fely. in d. c. in noſtra. in xxxvj. correl. & habemus intentum: aut eſt nuda poſſeſsio facti, & idẽ eſt dicẽdũ, videlicet, quòd debet de ea fieri mentio, & quia ex detentione poſſeſſio arguitur, vt in c. ij. vt lit. penden. tradit Iaſ. in §. ſic itaq;. nu. 30. inſtitut. de action. Et quo ad iſtum caſum iſta regula habere videtur concurſum iuris communis.

Mentio coloratæ poſſeſsionis.

¶ Prædictis tamen non obſtantibus, contraria opinio videtur verior & communior, pro qua adducitur argumentum efficax: quia ratio, quare prætẽdi poteſt iſtam regulam, magis curiales, quàm exteros ligare, videtur eſſe, quia impetranti à Papa eſt imputãdum, & ad malitiam, & dolum referendum, ſi non obſeruat regulas ibi vigẽtes. Nam ex quo ibi publicantur à curialibus, ſciri & perquiri debent. arg. c. j. de poſtula prælato. Sicut de extrauaganti ibi nota, cuius ignorantia neminem excuſat, tradunt Fely. & Abb. in capitulo j. de re iud. & in c. paſtoralis. de fi. inſtrumento. Sed iſta ratio ceſſat extra curiam. Nam cum in curijs ordinariorum & legatorum rarò huiuſmodi regulæ ventilentur, neq; publicentur, poſſunt probabiliter ignorari, iuxta tex. in c. j. de conſtit. lib. vj. Et ideo impetrãtes ab ordinario, non ſeruata iſta regula, debẽt excuſari. Aliàs videretur nimis durum, & iniuria plenum, quòd iuſtè ignorantes, & in partibus remotiſsimis habitantes, quia non didicerunt regulas Cancellariæ, punirentur tam grauibus & acerbis pœnis hîc deſignatis, contra text. in c. ij. de conſti. lib. vj. Quæ quàm ſint à ſenſu aliena, nemo non facilè intelligit.



Regulæ Cancellariæ.

¶ Adiuuatur etiam hoc alia ratione ſecundum Modernos. Quia impetratio ab ordinario contra annalẽ poſſeſſorem, non videtur ita damnãda, vt calumnioſa, ſicut illa quæ obtinetur à Papa, ideo minus punienda. Ratio eſt, quia ordinarius quãdo cõfert impetranti beneficium annalis poſſeſſoris, iam habet, vel habere pręſumitur certam notitiam illius poſſeſſoris, cum viſitare ſoleat ſingulis annis oues ſuas, & teneatur titulos poſſeſſorum perſcrutari, vt dicit tex. in cap. ordinarij. de offic. ordi. lib. vj. Et tradit Fely. in c. ad aures. in xiiij. concluſione. de reſcrip. Et ideo conferendo ſimpliciter alteri beneficium, præſumitur annalem poſſeſſorẽ tam quàm titulum non habentem negligere, ex quo melius cognoſcit perſonas ſuæ diœceſis quàm Papa, vt dicit gl. in cle. ij. de offic. ord. Et propter hanc cauſam nulla præſcriptio etiam triennalis currit contra ordinarium, quominus poſſit remouere poſſeſſorem carentẽ titulo, vt tradunt omnes, & ibi latius Felyn. in c. licet heli. de ſimo. & in c. ſicut. in xvj. colum. de re iudi. & eſt expreſſum in concilio Baſilienſi, tit. de pacif. poſſ. Et ideo impetrans ab ordinario, propter iſtã rationem non præſumetur moleſtator, nec improbus litigator. Secus tamen erit dicendum in impetrante à Papa qui præſumetur iniuſtus impetrans & moleſtator ſi non ſeruat iſtam regulam, ex eo, quia Papa in dubio non intendit concedere gratiam cõtra annalem poſſeſſorem, non facta mentione iſtius regulæ: quia nõ habet, nec præſumitur habere, ſicut ordinarij notitiam poſſeſſorum orbis terrarum, ob varias occupationes rerum, propter quas multotiens non concedenda concedit, vt dicitur in c. ſi aliquãdo. de ſent. excom. & in l. j. C. de pet. bo. ſublat. libr. x. & not. in cap. j. de conſti. libro ſexto. Non enim viſitat diœceſes ſicut epiſcopi, nec per

Impetratio ab ordinario.

Præſcriptio triennalis.

perſcrutatur titulos poſsidentium,ſicut ordinarius,vt dicit gloſ.in cap.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj. Et ideo in dubio intendit poſſeſſoribus fauere,etiam ſi in effectu eſſent detentores intruſi,quia Papa in dubio iudicat potiorem eſſe cauſam poſſeſſoris. Cum igitur iuſtior & certior ſit iuſtitia impetrantis ab ordinario, quàm à Papa, & diuerſa ratio inter eos militat: meritò in hac regula pœnali dicendũ eſt,diuerſum debere cenſeri ius. Et fortè iſta ratione voluit Gloſſator in regula xix.de idiomate.illam regulam non habere locum in ordinario.

¶ Sed aduertendum eſt, quia ratio iſta morderi poteſt. Nam licet ordinarius titulos poſſeſſoris beneficiorum in diœceſi ſua exiſtentium quando vacant ſcire poſsit, non tamen ſcire præſumitur vacationes aliorum beneficiorũ ſui ſubditi poſſeſſoris annalis alibi contingentes, licet illæ reſultent ex facto poſſeſſoris annalis viuentis, de quibus loquitur iſta regula. Nam hîc agitur de impetrante beneficiũ viuentis poſſeſſoris. Vnde ſi aliquis impetrat beneficiũ,ex eo,quia poſſeſſor annalis eſt execrabilis,hoc genus vacationis poteſt ignorari ita ab ordinario, ſicut à Papa.quia cum ſint facti, cenſentur ignota etiam à prudentiſsimis.l.ij.ff. de iur.& fac.igno.cap.j.de conſtit.lib.vj.Nec viſitatio ordinarij hoc detegere poteſt, cum poſsit poſſeſſor habere beneficia in varijs diœceſibus, & oſtendendo titulum beneficij diœceſis ipſius viſitantis ſatisfacit ordinario. Alia verò beneficia alibi exiſtentia poteſt diſsimulare, & ſic ea ordinarius ignorare poteſt,ſicut Papa. Ex quorum poſſeſsione ignota ordinario poteſt reſultare incõpatibilitas,quæ præſtaret iuſtam impetrationis cauſam. Sic etiam ſi impetratur beneficium annalis poſſeſſoris per contractum matrimonij fortè occulti,& incogniti ordinario,vel per ſimoniã.Nam in iſtis modis vacandi verificantur verba iſtius regulæ ibi certo modo,& tamen in iſtis ita poteſt decipi ordinarius, ſicut Papa. Niſi dicamus, quòd ordinarius viſitator poteſt ſubditum ſuum compellere etiam ad oſtendendum omnes titulos beneficiorum ſuorum,etiam alibi conſiſtentium.Ex quibus reſultare poſſet impedimentum aliquod ad retinendum beneficium exiſtens in diœceſi viſitantis. Et hoc facere poſſet ſub pœna excõmunicationis, quam in dubio non præſu-

*Facti quę ſunt, cenſentur etiã ignota à prudentiſs.*

*Ordinarius in quibus beneficiorum impetrationib⁹ poteſt decipi ſicut Papa.*

præſu



præſumitur quis incurrere velle.arg.l.fin.C.ad l.Iuliam repet.Et ita per diligentem inueſtigationem haberi poteſt notitia omnium beneficiorum ipſius ſubditi, quæ omnia ceſſant in Papa non viſitante. Nec obſtat quod dictum eſt de impetratione per contractũ matrimonij occulti, vel per ſimoniam: quia fortè in illis vacationibus,per quas agitur ad priuationem,iſta regula non procedit, vt latius dicetur inferius in alia quæſtione.

¶ Præterea,quòd iſta regula non habeat locum extra Curiam,tenuit in ſpecie quidam celebris doctor antiquus Viuianus de Viuianis,aduocatus conſiſtorialis, in quodã ſuo conſilio reddito in cauſa Miſsinenſis parochialis.

¶ Poſtremo pro iſta opinione adduci poteſt alia ratio ſatis concludens: quia regula antiqua Eugenij Quarti, primi conditoris huius regulæ,expreſsè loquitur de impetrante à ſede Apoſtolica. Et omnia verba illius regulæ nullo pacto poſſunt adaptari ad impetrationem ab ordinario extra Curiam faciendam. Vnde ex quo iſta regula moderna nihil addit ad illam Eugenij,ſed ſimpliciter loquitur,debet intelligi & declarari ſecundum illam antiquam, vt videlicet reſtringatur ad terminos tantũ,in quibus antiqua regula loquitur: quia vulgatum eſt,leges poſteriores ſecundum antiquas reſtringi & declarari debere,vt habetur in l.non eſt nouum.cum l. ſequen.ff.de legibus.& tradit latè Rom.in conſ.cccxlv.incip. circa primum cõſultationis articulum. in penul.col.vbi multa iura ad hoc adducit cum alijs concord.vt latiſsimè ſcripſi in c.j.in gl.reuocare.de conſtit.lib. vj.Et licet aliquando lex antiqua recipiat declarationem à moderna,hoc procedit quando lex antiqua obſcurè vel inuolutè loquitur,vt tradit Andr.Sicul.in cap.ſuper quæſtionum.in tertio notabili.de off.deleg.Et ante ipſum Alexan. in conſ.cviij.col.fin.vel iij.Sic econtrà, quando lex moderna generaliter loquitur,poteſt declarari ſecũdum antiquã, ne illam in dubio videatur corrigere: quod fieri nõ debet, niſi expreſsè dicatur.iuxta l.iubemus.C.de teſtam.& quæ latiſsimè dixi in cap.j.de conſtit.lib.vj.Nec obſtat,quòd Papa in iſta moderna regula omiſerit illa verba(à ſede Apoſtolica impetrauerunt) poſita in regula antiqua. Ex quo videtur innui voluiſſe,regulam iſtam modernam indiſtinctè & gene-

*Lex antiqua recipit declarationẽ à moderna.*

gene

generaliter in quacunque impetratione procedere, ſiue illa fiat ab ordinario, ſiue à Papa. arg. eorum quæ dicit Rota in deciſ. l. tit. de reſcrip. in antiq. & deciſ. v. eod. tit. in antiquioribus. & reaſſumit Felyn. in cap. ſuper literas. in viij. col. de reſcrip. dum ibi volunt, quòd quando Papa in ſupplicatione porrecta delet aliqua, videtur in omnibus alijs gratiam velle concedere. Sed ad hoc reſpondetur, quòd Papa in moderna regula deleuit illa verba, quia non erunt neceſſaria. Ex quo per ſequentia verba regulæ ſatis colligebatur, eam loqui in impetrationibus apoſtolicis, quod manifeſtè colligitur ex genere pœnæ hîc appoſitæ. Nam Papa iubet mulctari improbum impetrantẽ in quinquaginta florenis auri Cameræ apoſtolicæ applicandis. Nam iſta verba inferũt, loqui regulam de impetrante in curia Rom. ab ipſo Papa, non autẽ ab ordinario extra Curiam. Et ſic apparet, quòd illa verba (à ſede apoſtolica) poſita in regula antiqua non erant neceſſaria, ſed potius ſuperflua: cum hoc idem poterat ex alijs verbis regulæ comprehendi. Et breuitas in legibus commẽdatur, vt tradit Gemin. in cap. fin. in v. notabili. de verb. ſig. lib. vj. Et hoc etiam in ratione conſiſtit, quia ſi Papa voluiſſet regulam in ordinarijs extra curiam habere locum, dixiſſet, iuxta vulg. c. ad audientiam. de deci. Et iſto modo arguendi vtitur gl. in cap. vt circa. in verbo, adhærentes. & in cap. cupientes. §. ſi verò. in verbo, priuetur. & in §. vel ſi perſonas. in verbo, priuetur. & in c. ſi fortè. in verbo, reſtitueret. de elec. lib. v. Præterea quia videmus regulã non habere locũ in gratia motu proprio, vt dicã in ſeq. q. Et tamen gratiæ omnes ordinariorũ cenſentur in dubio factæ motu proprio, vt tradit Fel. poſt alios, quos ibi allegat in c. in noſtra. in xxix. correllario. de reſcrip. & in c. ad aures. in xiiij. cõcl. eo. tit. allegat Card. in clem. ij. de off. vic. qui hoc tenet. Ex quibus omnibus apparet iſtam opinionem ſatis eſſe æquam & probabilem. Secundũ quam ita iudicauit Rota coram R. D. Raynaldo Petrutio, in vna Romana ſancti Pauli & Cæſarei, in qua bis propoſita, ita concluſit die xiiij. & xviij. Ianuarij. M. D. xxxviij. *

Papa in ſupplicatiõe porrecta, &c.

Impetrãs improbus.

Gratiæ ordinariorum.

## QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in impetrante gratiam motu proprio?

Impetrãs gratiã motu proprio.

¶SOLVTIO. Breuiter videtur prima facie dicendũ quòd ſic. Pro qua opinione inducitur text. in clem. j. §. fin. quam ibi notat Card. in fin. de conceſſ. præbend. vbi text. ille qui loquitur in impetrante, habet locum in gratia motu proprio, ea ratione, vt litibus occurratur. Ad idem eſt text. in extrauag. ſedes apoſtolica. Ioan. xxij. poſita in tit. de præbẽ. qui videtur loqui de impetrantibus, & tamen habet locum in gratijs motu proprio, cum in eiſdem militet eadẽ ratio, vt latè dicit ibi gloſ. in verbo, conceſſæ. Poſtremo pro iſta opin. videtur text. in cap. cum noſtris. de conceſ. præben. ſecundum quod ibi declarant Anto. Imol. & Abb. & communiter Moder. vbi eſt tex. quòd impetratio non valet, non facta mentione de colorata poſſeſſione alterius, & tenet deciſ. lxxviij. de reſcript. in antiq. & tamen ille text. procedit etiam ſi impetratio fuerit obtenta motu proprio, vt ibi dicunt prædicti Doct. ſic eſt dicendum in iſta regula: nam dato quòd in illa nulla fiat mentio de gratia motu proprio, tamen debet ſuppleri & ſubintelligi per alia iura de materia loquentia. ¶Sed prædictis nõ obſtantibus, contraria opinio videtur verior, pro qua in primis ponderanda ſunt illa verba poſita hîc in regula (quicunq; impetrauerit,) quod quidem verbum impetrauerit, verè loquendo, ad gratiam motu proprio adaptari non poteſt, cum ſint inter ſe longè diuerſa, impetrare, aut motu proprio obtinere: vt eſt text. quem ibi notat Bart. & alij in l. j. circa fin. C. de pet. bo. ſubl. lib. x. Hinc eſt, quòd prohibitus impetrare, non prohibetur conſequi gratiã motu proprio, vt ibi dicitur, & tradũt Moder. in c. ſi motu proprio. de præbend. lib. vj. Quod alia ratione ſuaderi poteſt, quia ille qui impetrat in materia odioſa, præſumitur ambitioſus & importunus, vt dicit Io. And. in c. duobus. de reſcrip. lib. vj. in nouel. per text. in c. quamuis. de præbend. lib. vj. Adeò quòd Papa videtur potius per ſuggeſtionẽ ad impetrantis importunas preces, quàm ſponte ſua gratiam concedere. quamobrem de tali impetrante malè præſumitur, vt colligitur hîc in verbis procemij. Sed hæ omnes præſumptiones malitiæ ceſſant in obtinẽte gratiã motu proprio, cui Papa præſumitur potius ob eius meritum, quàm ad eius importunam petitionẽ prouidere, vt dicit Bald. in l. quod fauore. C. de legibus. & ſequitur Ioan. de

Impetratio nõ valet, &c.

Impetrare prohibitus.

Impetrans in materia odioſa, &c.

de Platea,& Moderni in d.l.j.Ideo talis impetrans nõ com
prehenditur ſub diſpoſitione iſtius regulæ: quia talis non
dicitur improbus,nec exquirit lites,vt dicit hæc regula.Ha-
bebit ergo locum in caſu ſuo,& non in obtinente gratiam
motu proprio. Suadetur vlterius iſta opinio,quia ratio re-
gulæ nõ videtur poſſe adaptari ad gratiam motu proprio,
ex eo,quia non eſt præſumendum Papam ſponte ſua,ſeu mo
tu proprio velle concedere illud,quod per iſtam regulã gra
uiſsimè,vt illicitum caſtigauit. Regula enim iſta improbat
factum & animũ illius, qui impetrat ſcienter, & ex propo-
ſito beneficium viuẽtis annalis poſſeſſoris, & tales pluribus
pœnis hîc contentis punit.Sed clarum eſt,quòd iſta impro-
bitas conſiderari non poteſt in eo,cui fortè præter eius men
tem & ſcientiam Papa motu proprio beneficium contulit:
ergo in eo regula locum non habebit. Pro qua opinione
conferunt ea quæ Ioan.de Ana.dicit in c.cum ſit.de Iudæ.
in iij.notabili. Vbi concludit text.illum de impetrante lo-
quentem non habere locum in gratia motu proprio, quia
non eſt ſimilis,eademq́ue ratio vtriuſq; caſus:pariter etiam
text.in l.iij.cum ibi notatis.ff.quod quiſque iur.quæ loqui-
tur de impetrantibus, ſecundum communem opinionem
non procedit in gratia motu proprio, vt ibi notãt omnes.
Et tenendo iſtam partem, non obſtant quæ in contrarium
adducta fuerunt. Primo text.in d.clem.j.§.fi.cum alijs.quia
ad illa iura vnica patet reſpõſio, videlicet quòd promiſcuè
& indefinitè loquuntur,neque aperiunt de qua impetratio-
ne Papa intelligere velit. Itaque ratio ibi poſita poteſt ad
vtrunq; caſum adaptari,quod ceſſat in caſu noſtro,vbi ver-
ba iſtius regulæ ſunt clara de impetrante loquentia.

¶Et quòd iſta regula in gratia motu proprio locum ſibi
non vendicet,probatur euidenti ratione: quia,vt in proxi
ma quæſtione concluſum fuit, iſta regula non habet locum
in ordinarijs extra curiam: & tamen omnes ordinarij con-
cedunt gratias motu proprio, vt ibi dixi ex dictis Card.in
cle.fin.de offic.ord.& Fely.in c.in noſtra.in xxix.correl.de
reſcrip. ¶Et iſta quæ dicta ſunt,de plano procedunt in ve
Gratia motu proprio. ra gratia motu proprio ex mera & ſpontanea liberalitate
principis emanati. Secus tamen videretur dicendum in gra
tia motus proprij procurata,& per fautores obtenta,prout
ſæpe



ſæpe fit.Nam tali caſu poſſet teneri, regulam talem motum
proprium comprehẽdere,cum in eo militet eadẽ ratio,quæ
militat in gratia impetrata.pro qua diſtinctione eſt notabi
le dictum Card.in conſil.cxlij.in fi.quẽ Moderni Mediola-
nenſes ſequuntur in c.ij.in ij.col.de reſcrip.facit gl.in verſi.
liberalitates.in l.fi.C.de fruct.& lit.expen.quæ vult iuncto
illo text.quòd gratia motu proprio ſi fiat ad impetrationẽ,
nõ dicatur propriè gratia motu proprio.ideo l.iij.ff. quod
quiſq; iur.quæ aliàs locum non habet in gratia motu pro-
prio,procedet tamen in iſta gratia motu proprio procura-
ta.Nam talis procurans huiuſmodi gratiam,debet reputari
magis improbus & ambitioſus,quàm ſimpliciter,& ordina
rio iure impetrãs,per ea quæ tradit Iaſ.in §.ſed & iſte.inſti.
de actio.cum concord.vt latè ibi ſcribo in viij.col.Quibus
accedunt ea quæ Andr.Sicul.dixit in conſ.lvij.incip.præcla
rè.in tertia col.in primo volu.& in conſil.lvj.incip.& qui-
dem.in j.col.eod.lib.Faciunt ad hoc dicta Iaſ.in l.ſi quis id
quod.in vj.col.ff.de iuriſ.om.iud.& Petri Andr.Gamma.in
tract.lega.q.xviij.lib.x.Et quod in notabili quæſtione tra-
dit Bart.in l.ſi ſeruus communis.§.quod verò.ff.de fur.&
Abb.poſt Innoc.in alio caſu in c.ſicut.el.iij.in vj.col.de iu-
reiur. Ex quibus omnibus reſultat iſta cõcluſio, quòd pro-
curans habere titulum,ſeu gratiam motu proprio, vt exclu
dat alium,prout in caſu noſtro, in grauiori cauſa ſe conſti-
tuit,quàm impetrans debito & regulari modo.

¶Sed aduertẽdum eſt, quòd iſta diſtinctio nõ videtur tuta,
ex eo, quia Rota non tenet illud conſiliũ Cardi.prout vidi
iudicatũ bis tempore meo:quia ſufficit,quòd gratia ſit mo-
tu proprio,licet fuerit procurata: quia non attẽditur quo-
modo quis gratiã obtinuit,ſed qualiter verba gratiæ ſonãt.
Nam,vt inquit Satyr.Vnde veniat quærit nemo, ſed opor-
tet habere. Aliàs rariſsimè gratiæ inuenirẽtur, quæ poſſent
dici motu proprio conceſſæ, cum Pontifices hodierni iam
ſponte ſua non moueantur ad concedendas gratias motu
proprio,niſi requiſiti & rogati, vt experiẽtia docet:pulſan-
tibus enim, & petentibus,conceditur ille fauor, iuxta illud
Euangelij Marci vij.c.Petite,& accipietis,&c. Aliàs ſequere
tur abſurdum,quòd omnia iura loquẽtia de motu proprio
eſſent hodie fruſtratoria: quod non eſt dicendum, vt notat

K

Fely, in c. ſi quando. col. fi. de reſcript. Et pro iſto Rotæ ſtylo eſt notabilis deciſ. Bald. in c. niſi ſpecialis. in j. col. verſ. Pone in literis, &c. de offi. leg. quem ibi multum cõmendat And. Sicul. in ij. colum. num. 38. & Fely. in d. c. ſi quãdo. vbi Bald. in fortioribus terminis dicit, quòd etiam ſi in ſupplicatione conceſſa motu proprio dicatur: Supplicauit nobis talis, &c. Si tamen Papa motu proprio conceſsit, nihilominus gratia erit motu proprio cõceſſa, & non ad impetrationẽ, & operabitur virtutem ſuam, ac ſi nihil de ſupplicatione dixiſſet. Ratio aſsignatur per And. Sicul. ibi, quia conceſsiones apoſtolicæ ſub duplici genere cõceduntur, videlicet vel ad inſtantiam, ſeu poſtulationem impetrãtis, aut motu proprio. c. ſi motu proprio. de prẹb. lib. vj. Quando igitur vnus ſupplicat, & inſtat quòd Papa ei concedat gratiã eo modo, quo petit, & Papa in ſignatura ſua non reſpondet, fiat, vt petitur, ſed fiat motu proprio, & ſic vult concedere gratiã magis priuilegiatã & pinguiorem, quàm ab eo petitur, videlicet motu proprio, eſt ſignum quòd noluit concedere ad ſupplicationẽ impetrantis, ſed ex ſuo motu proprio: quia conceſsio vnius eſt excluſio alterius, vt dicit Rota in antiquis. tit. de reſcrip. deciſ. l. & in antiquiorib. deciſ. v. Nam ex quo plures ſunt motus in principe, dignoſci non poteſt quis ſit ille motus, niſi per eius verba in ſignatura expreſſa. Nam ſi intẽdit ad preces ſupplicãtis gratiam cõcedere, & non ſponte ſua ille motus detegitur per illa verba ſignaturæ, fiat, vt petitur. Sin autem intendit facere gratiam, propter meritũ impetrantis ex motu meræ liberalitatis, & non propter petitionem impetrantis, tali caſu reſpõdit, fiat motu proprio. Nam per huiuſmodi ſignaturã datur nobis ſignũ, quòd Papa propter preces motus nõ fuit, ſed propter meritũ petentis. Secundũ quæ merita præſumũtur, vt dixi, Papã gratiam motu proprio cõcedere velle, & nõ ad petitionẽ ſuam, vt dicit Bal. in d. l. quod fauore. quod eſt notãdum. Et ideo ſi impetrans in ſupplicatione petat à Papa ſibi gratiã motu proprio cõcedi, & Papa in ſignatura non reſpõderet, fiat motu proprio: ſed, fiat, vt petitur, gratia nõ cẽſeretur facta motu proprio, licet in ſupplicatione hoc petatur, ſed erit gratia facta ad poſtulationẽ. Nũquam igitur gratia dicetur motu proprio cõceſſa, niſi Papa hoc in ſua ſignatura exprimat & con-

Gratia motu proprio conceſſa.

Conceſsiones apoſtolicæ.

Conceſsio vnius, excluſio alterius.

Gratia motu proprio facta.



concedat. ¶ Et ita debent intelligi omnia iura de motu proprio loquentia. Et ſic hodie practicatur in curia. Iſte tamen ſtylus, & dictum Bald. in d. c. niſi. limitatur notabiliter procedere, quãdo princeps abſque petitione partis eſſet gratiam motu proprio conceſſurus. Secus ſi aliàs non cõceſsiſſet: quia tali caſu gratia cenſeretur facta ad poſtulationẽ, licet Papa in ſignatura dicat motu proprio. Ita notabiliter declarat illud dictum Bald. Decius in c. cum M. in xiij. col. verſ. ſed adde. & in xiiij. col. verſ. non obſtat dictũ Salic. &c. de conſti. pro quo facit gl. in d. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Quod dictum eſt nouum, & non tactum ab aliquo, quem legerim, ſecundum quòd poſſunt plura dicta in iſta materia concordari: ſed vereor ne ſubſiſtat: quia illa mens Papæ an eſſet, vel non cõceſſurus, videri nõ poteſt, quia de his quę in mente hominis cõſiſtunt, ſolus Deus eſt perſcrutator. c. j. vt eccle. bene. Et ideo illa mens principis deprẽhẽdi nõ poteſt, niſi ex verbis: quia talis præſumitur mens illius, qualis verba indicant, vt dicit text. in l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. quia non præſumitur Papa verbis exprimere, quod mente non conceperit, vt dicitur in d. l. Labeo. in fi. & tradit Iaſ. in l. j. §. fi. in ij. col. ff. de verb. oblig.

Deus ſolus perſcrutator.

Principis mẽs qualis præſumitur.

Non præſumitur verbis quod Papa mẽte non conceperit.

¶ Et ideo concludo, quòd quando Papa in ſignatura ſua dicit, fiat motu proprio, dato quòd millies nũquam animum habuerit concedendi gratiam motu proprio: nihilominus erit vera gratia motu proprio, & in ea habebit locum text. in c. ſi motu proprio. & in c. ſi pluribus. de præben. lib. vj. cũ omnibus alijs de motu proprio loquentibus.

¶ Et prædicta omnia procedunt, quando ſumus in claro, ꝙ gratia motu proprio conceditur. In dubio tamẽ, quando neſcimus, nec apparet, an gratia motu proprio, vel ad poſtulationẽ ſit conceſſa, tenendũ eſt, gratiã motu proprio cenſeri cõceſſam, & ſic ex ſpõtanea & libera principis voluntate, vt tradit Decius in conſ. cccxlj. viſo puncto. in ij. col. Tamẽ ego etiã multum dubitarẽ de iſto dicto Decij, ex eo, quia in dubio reſcriptũ debet interpretari potius iuſtitię quàm gratioſum, & ſic magis ad poſtulationem, quàm motu proprio cõceſſum, vt dicit Gemi. poſt Io. And. & alios in c. ſi cui nulla. col. j. de præben. lib. vj. vt dixi in titulo de reſcript. eo. lib. num. 16. & in tract. ſignaturæ. num. 8. vbi latius ſcripſi.

## QVAESTIO VNDECIMA.

Obſtare impetranti habenti mandatũ, &c.

QVAERO, an iſta regula de annali obſtet impetranti habenti fortè mandatum de prouidẽdo ad monaſteriũ monialium, ad quod ſolent per electionem & confirmationem aſſumi?

¶SOLVTIO. Pro reſolutione diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus, in monaſterijs conſiſtorialibus, & in illis ex quo nõ fit prouiſio per viã impetrationis, regula nõ procedit, vt dicetur in alia quæſtione, & dixi in regula de infir. reſignant. Aut verò loquimur in monaſterijs non conſiſtorialibus: & puto idem dicendum, ex eo, quia regula loquitur de beneficijs, quæ ſui natura certo modo impetrari ſolent, vt innuũt verba iſtius regulæ ibi (ſi quis impetrauerit.) Secus verò de

Beneficia electiua.

beneficijs quæ ſunt electiua, vt monaſteria monialiũ, iuxta cap. indemnitatib. de elect. lib. vj. quæ cõmuniter impetrantibus non conceduntur. Et licet aliquando impetrantur, illud accidentaliter euenit, regulariter tamẽ per electionem

Prouidẽdi modus.

dantur: & iſte naturalis modus prouidendi attendi debet, non accidentalis. arg. l. qui habet. ff. de tutel. c. requiſiſti. de teſtam. cum concor. vt ſcribit Iaſ. in l. iij. in fi. ff. de offi. aſſeſ.

Diſpoſitio q̃libet.

¶Præterea, quia quælibet diſpoſitio in dubio interpretari debet iure ordinario, non extraordinario. vulga. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. cum concor. vt tradũt Moderni Mediolanen. in c. inter cætera. in iij. col. de appell. Cum igitur regula iſta loquitur de beneficijs certo modo impetrandis, debet intelligi de beneficijs, quæ regulariter, & via ordinaria impetrãtur, non autem de illis quæ extraordinariè concedũtur. Nam propterea, quòd beneficium electiuum ſemel

Beneficiũ electiuum ſi, &c.

impetretur, non deſinit eſſe electiuum, nec perdit naturam ſuam. Sicut non mendicans, propterea quòd ſemel mendicet, non dicitur mendicans, quia non perdit naturam ſuam, vt dicit Feder. de Senis in conſi. cxl. Nec doctor dicetur mercator, licet aliquãdo mercetur, vt probat Alex. in l. cętera. §. ſi quis. ff. de leg. j. Bart. in l. j. §. j. ff. de exerci. cum alijs, de quibus per Felyn. in proœmio Decretal. in verſic. Gregorius. colum. fi. Regula igitur iſta loquens de beneficio impetrabili, intelligetur de illo, quod regulariter, & de natura ſui eſt tale: ſed monaſteria non ſunt huiuſmodi, ſed ad ea perſonæ per electionem aſſumuntur. Ergo regula loquens in vno,



in vno, non habebit locum in alio. iuxta c. cum in illis. §. illis. de præbend. lib. vj. & in c. fi. eo. tit. in antiq. Et quãuis ver-

Beneficij verbum.

bum, beneficij, aptum ſit comprehendere maiora beneficia, hoc tamen non habet locum in materia odioſa, niſi exprimatur. vt tradit Abb. in c. pen. de verb. ſig. Et ideo Io. Mo. in c. inquiſitores. de hæret. lib. vj. atteſtatur ſe vidiſſe Papam declaraſſe diſpoſitionem loquentem de dignitatibus, non comprehendere monaſteria. Et hoc idem dicit Archi. in c.

Monaſteria nõ compr. diſpo. loquentem de dignit.

ij. de præben. lib. vj. Præſertim, quia iſta regula reſpectu impetrantium, (dato quòd indefinitè loquatur,) eſt pœnalis, vt apparet in ea. Quo caſu in materia pœnali indefinita lo-

Locutio indefinita nõ æquipollet vniuerſali.

quutio non æquipollet vniuerſali. iuxta doctri. Dy. in rub. de reg. iur. libro vj. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. præd. Nam ſi Papa voluiſſet iſtum text. ad iſta monaſteria extendere, hoc dixiſſet, ſaltẽ per verba vniuerſalia, prout fecit in regula de triennali, propter verbum, quæcunq;: & in regula, de veriſimili notitia obitus. & in regula de ſubrogandis. & multis alijs. Sequenda eſt igitur conſuetudo principis, iuxta l. cum vniuerſorum. ff. de re. permut. Et quia iſta beneficia electiua habent ſuam determinationẽ, vt in d. §. illis. Et ſunt ſpeciali mentione digna, & ſi non exprimantur, non comprehenduntur, vt habetur in cle. j. de præbend. tradit notabiliter, & latiſsimè Fely. in c. in noſtra. in xxxj. & xxxij. cor. de reſcrip. Maximè quando beneficium electiuum, eſt monaſterium, & ſic dignitas Abbatialis, quæ requirit maiorem expreſsionẽ. Adeò quòd non ſolum appellatione beneficiorum, ſed etiã inferiorum dignitatum non comprehenduntur, iuxta not. per Archi. in cap. ij. de præbend. libr. vj. & tenet Old. conſil. xiiij. maximè. col. fi. Et facit quod dicit Dom. in conſ. cxxxj. & pro iſta opin. conferunt omnes rationes, quas ponit Lap. alleg. lxxxiiij. col. pen. Ex quibus omnibus concludo, regulam in talibus dignitatibus non habere locum, & per conſequens non obſtare habenti prouiſionem, nec etiã impetrationẽ. Et ita reperio in terminis iſtã opinionem adnotaſſe Reuerendiſsimũ Cardinalem Sanctorum quatuor ſeniorẽ in ſuis memorialibus. ¶Ego tamen de iſta opinione multum dubito, ex eo, quia iſta regula fuit ædita in fauorẽ poſſeſſorum, & in odiũ impetrantiũ. Propterea; quia vexãt poſſeſſores viuẽtes. Et ideo regula in ſui proœmio tales impe-

trantres improbos appellat, qui viuentes poſſeſſores inſequuntur. Vnde ob eam cauſam huiuſmodi ambitioni, & illaudatæ cupiditati modus eſt hic poſitus, quem impetrātes, ſi voti compotes fieri cupiunt, ſeruare tenentur, aliàs malè de tali impetrāte ſuſpicatur. Quòd ſi pœna iſtius regulæ regulariter in quocunque beneficio locum habet, & talis impetrās improbus iudicatur: multo magis improbior & ambitioſior iudicabitur is, qui monaſterium monialium, natura ſui electiuum, impetrare conatur. Quia tunc peccat in duobus, videlicet, non ſeruando regulam, & quia impetrauit monaſterium, natura ſui non impetrabile, nec ſolitū per impetrationem concedi. ¶ Et iſta omnia de plano procedunt, niſi monaſterium iam eſſet ſolitū impetrari: quia per hoc videretur amitti natura ſua primæua. argumen. c. cum de beneficio. de præb. lib. vj. Sicut videmus quòd regula iſta procedit in Archidiaconatibus, quæ ſunt maiora & præſtātiora monaſterijs, vt dicit Abb. in c. per tuas. in verſi. excellentiores. de ſimo. Et iſta opi. facit, vt dicamus regulam cōtra taliter impetrantes locum habere, ne religioſi & monachi in monaſterio reſidentes, & diuinis inſeruientes, per lites certo modo procuratas diſtrahantur, quod toto titulo ne cler. vel mon. prohibetur.

Archidiaconat⁹ maiores & præſtantiores ſunt monaſterijs.

¶ Finaliter, vt tota hæc materia concludatur, diſtinguēdi ſunt duo caſus. Primus, quando aliquis de monaſterio prouidetur, & tali caſu regula non habebit locum, per ea, quæ dicta ſunt. Secundus caſus eſt, quando monaſterium impetratur, tunc obſtat regula rationibus ſupradictis. Et ita per prædictas rationes iſte caſus modernis temporibus in Rota deciſus fuit, coram d. Nicolao de Aretio in quadam Cōſentina monaſterij, vt tunc d. Ioan. Bap. de Senis, & Iacobus de Nigris ſacri conſiſtorij aduocati adnotarunt.

QVAESTIO DVODECIMA.

Impetrans beneficium.

QVAERO, an impetranti beneficium contra capitulum alicuius eccleſiæ poſſeſſorē annalē obſtet iſta regula? ¶ SOLVTIO. Fuit dubium hoc poſitum tēpore Pauli ſecundi in Rota. Et tunc quidam A. de Benzis ex primarijs illorum temporum aduocatus, tenuit regulā iſto caſu non habere locum. Quod ex eo perſuadebat, quia verba regulæ non poterāt in cap. poſſidente verificari, quæ requirit



quirit expreſsionē nominis, gradus, & nobilitatis poſſeſſoris in impetratione faciendā: hæc enim potius ſingulares poſſeſſores, quàm capitulum, vel collegiū reſpiciunt. Ergo tali caſu regula nō habebit locum: nam quibus verba legis non conueniunt, neq; ipſa diſpoſitio cōuenire videtur. l. ſi ſeruum. §. nō dixit prætor. ff. de aqua quot. & æſti. ¶ Quòd verò nomē, gradus, & nobilitas capituli exprimi non poſſint, manifeſtè apparet, quia capitulū eſt perſona repræſentata. l. mortuo. ff. de fideiuſ. c. Romana. §. in vniuerſitate. cum ibi notatis. de ſent. excom. lib. vj. In quo nec gradus, aut nobilitas ſubſiſtere poteſt, niſi fortè velimus ſingulos de capitulo conſiderare: quod fieri minimè poteſt, iuxta c. liberti. xij. q. ij. & §. qui manumittitur. & l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. cum vulg. ff. de in ius voc. Eſſet enim abſurdū, quòd in impetratiōe beneficij tot canonicorū nomina, tot gradus, & ſingulorum nobilitatē, impetrans exprimere teneretur. Quod etiam ſi cōmodè talis expreſsio fieri poſſet, alia tamē ratio repugnat, cum alia ſit capituli, alia ſingulorū poſſeſsio. Et dato, quòd aliqua particularis perſona nomine capituli poſsideret: illius tamen nomen, gradū, aut nobilitatem exprimere non licet: quia ille non dicitur poſsidere, qui alieno nomine poſsidet. c. cum veniſſent. de reſtit. ſpol. Procedit ergo regula in terminis ſuis, quando contra ſingularem poſſeſſorē fit interpretatio. Nec etiam ſecunda pars regulæ hoc caſu poteſt habere locum, cum depēdeat à prima, quaſi eam in neceſſarium antecedens præſupponens.

Legis verba quibus nō cōueniunt, &c.

Capitulum eſt perſona repręſentata.

Poſsidēs alieno nomīe, poſſidere non dicitur.

¶ Addo vnū aliud, quia ſatis notū eſt, quòd diſpoſitio ſimpliciter loquens de perſonis, nunquam comprehendit collegium vel capitulum, niſi expreſsè dicatur, vt latè per plura iura & rationes probat Rom. de collegio auditorum Rotæ loquens, in conſi. ccccxxxvj. incip. quòd indultū, &c. Sed in regula nulla fit mentio de capitulo: igitur in eo regula non habebit locū. ¶ Sed iſtis rationibus non obſtantibus, contraria opi. defendi poteſt iſtis fundamentis. Primo, quia regula iſta quæ indiſtinctè loquitur, non aſtringit impetrantem præciſe contra graduatū poſſeſſorē impetrare, ſed impetrandi licentiā generaliter contra graduatū, & non graduatum cōcedit. Si igitur poſſeſſor graduatus eſt, exprimet impetrās gradum, & ea quæ hîc dicūtur. Si verò graduatus

Diſpo. de perſonis loquēs.

non eſt,aut in eo poſſeſſore cadere gradus,nec nobilitas poteſt,tali caſu regula impetrantē ad ea exprimēda non aſtringit,ſed ſeruabit alia cōtenta in reg.quæ ſeruari poſſunt,in quibus regula procedet,& locum habere poterit. Cōcludo igitur,quòd ſi in re inanimata & incorporea, ſeu in corpore repræſentato,quale eſt capitulū,fieri prædictarū qualitatum expreſsio non poſsit,in eo regula nō proceder,quo ad illam particulam: ſeruabit tamen impetrans regulā in alijs eius partibus ſubſtātialibus,propter quas principaliter fuit ædita. Nā & quot annis capitulū poſſedit,& cauſam,quare illi ius non cōpetat,exprimere debebit,& omnia quæ in ſecunda & tertia parte regulæ continentur:quòd ſi non fecerit,obſtabit ei regula,quæ magis in iſtis alijs requiſitis ſeruari debet,quàm in parte illa expreſsionis gradus & nobilitatis,quæ nihil importāt,& quibus cōmuniter derogari ſolet.Nam ratio regulæ in ſui proœmio( vt lites reprimātur) magis reſpicit res alias,quàm expreſsionem gradus & nobilitatis,vt de ſe patet. Et ideo iſtius ſecundæ partis,quæ iuſtificationem & proſecutionem cauſæ reſpicit,nūquam aut raró fit derogatio.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Poſſeſſorē deijcere ante cōpletum annū.

QVAERO, nunquid regula iſta procedat contra impetrantē,qui ad effectū,vt contra eum de iſta regula recipi non poſſet,ante ſuam impetrationē,poſſeſſorem ipſum ante completū annū à poſſeſſione deijci curauit? ¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non,quia exceptio iſtius regulæ datur poſſeſſori,dūtaxat,& non omni poſſeſſori,ſed tantum poſſeſſori immediato.Iſta omnia probātur in tex.ibi(per annum immediatè præcedētem pacificè poſſeſſum,&c.)& ibi infrà(ſex menſes poſſeſſorem ipſum &c.) Itaq; tota iſta regula eſt fundata in poſſeſsione illius,contra quam impetratur. Sed in caſu propoſito expoliatus ab alio,amittit poſſeſsionem. Ergo illi non cōpetit exceptio iſtius regulæ:quia cui non adaptantur verba diſpoſitionis, neque competit ipſa diſpoſitio.l.ſi ſeruum.ff.de acq.hæred.

Fraus & dolꝰ nemini patrocinari debēt.

¶In contrarium facit,quia fraus & dolus nemini patrocinari debent,vt in c.ſedes.& c.ex tenore.de reſcrip.ſed ſi iſte poſſeſſor dolo & fraude impetrātis ſpoliatus de regula excipere non poſſet,impetrans ex dolo & malitia ſua commodum reportaret,contra tex.in c.eum,qui. de præben.lib.vj. ergo,vt in eo puniatur,in quo deliquit,eſt dicendū hoc caſu,poſſeſſorē expoliatū in odium impetrantis,reputari pro poſſeſsione annali,ad effectū excipiendi de iſta regula,cum per eum non ſtetit,quominus integrū annū cōpleret,ac per impetrantes maliciā factum ſit,quominus poſsideat, iuxta tex.in l.j.§.ſed & Ariſto.cū concor.ibi poſitis in gl.ff.quod vi aut clàm. ¶Et iſta omnia à fortiori procedent, quando idem impetrās poſt impetrationē factā contra poſſeſſorem eundē ſpoliaret ſua poſſeſsione,prout cōtingit in cauſa Hiſpalē.Scholaſtriæ,in qua Sebaſtianus Ponze poſt impetrationem ſpoliauit d.Frācíſ.Solis, epiſcopum Balneoregien. ad effectum,quòd epiſcopus exciperet de regula,prout excepit. Sebaſtianus ſpoliator replicaret, epiſcopo exceptioni regulæ non eſſe locū,quia epiſcopus non erat poſſeſſor tempore exceptionis regulæ:& ideo iſto caſu per Rotā concluſum fuit locum eſſe regulæ: quia per epiſcopū factum non fuerat,quominus poſsideret,& ideo pro poſſeſſore habitus fuit ad effectū exceptionis regulæ. Et ita poſt plures informationes in dicta cauſa Hiſpalen.deciſum fuit hoc dubium die xvij.Octobris M.D.xxxiij.corā d.Nicolao Aragona. Et ille punctus deciſus fuerat per Rotā,præſuppoſito verò ſpolio dicti Sebaſtiani,de quo fuit poſtea latiſsimè diſputatū,vt dicetur inferius in proxima, & alijs q. Et ſic patet reſponſio ad cōtraria. Nam ſicut pro poſſeſſore habetur,qui dolo deſijt poſsidere.l.qui dolo.ff.de reg.iur. Ita & ille qui dolo aduerſarij deſinit poſsidere,reputabitur poſſeſſor, in damnū & preiudiciū doloſi:vt eſt tex.& ibi gl.in c.cōtingit. de dolo & cōt.& in l.quamuis.ff.de bon.auth.iud.poſ.Itaq; poterūt verba & mēs iſtius reg.in tali poſſeſſore verificari. *

Qui dolo aduerſarij deſinit poſsidere, poſsidere dicitur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

Impetrans impeditus ꝑ poſſeſſorem.

QVAERO, an impetrans impeditus per poſſeſſorē annalem,quominus cauſam expediret infra annum,excuſetur à pœnis regulæ?

¶SOLVTIO. Iſte etiā caſus ventilatus fuit in Rota in prædicta cauſa Hiſpalen.Scholaſtriæ. ¶Pro cuius intelligentia in facto præmittendum eſt,quòd d. Franciſcus de Solis epiſcopus Balneoregien.commiſit cauſam ſuper d.Scholaſtria in poſſeſſorio,& petitorio contra Sebaſtianum Pon-

ze aduerſarium,à quo ſe ſpoliatum prætendebat vigore cu iuſdam breuis apoſtolici de dicta Scholaſtria. Sebaſtianus verò cõtrariũ aſſerebat,ex eo,quia in dicto breui erat clauſula illa appoſita, videlicet quòd capere poſſeſsionẽ poſſet ſine vitio ſpolij &c. vigore dictæ commiſsionis, epiſcopus Sebaſtianum infra ſex menſes ad iudiciũ euocauit,& ſic impleuit vnam partem iſtius regulæ. Deinde Sebaſtianus cum procederet contra epiſcopum,& ſeruaret aliquos terminos in prætorio,epiſcopus petitoriũ ſuſpendit,& contra d. Sebaſtianum commiſsionem reductoriam breuis ad ius cõmune impetrauit,vigore cuius obtinuit primam ſententiã contra Sebaſtianum in ſpolio,cui purgato ſpolio Sebaſtianus paruit,& cauſam petitorij contra epiſcopum cõtinuauit. Verum,quia propter ſuſpenſionẽ petitorij per epiſcopum obtentam factum fuit,quominus Sebaſtianus ſuper petitorio cauſam vſque ad ſentẽtiam incluſiuè,iuxta formã iſtius regulæ proſequeretur,epiſcopus contra illum de regula iſta excepit. Sebaſtianus reſpondebat per ipſum factũ non fuiſſe, quominus impleret requiſita iſtius regulæ,ſed ſuſpenſio petitorij per epiſcopum facta in cauſa fuit,ne ipſe cauſam vſq; ad ſententiam proſequeretur.

¶ Dubitatum fuit quid iuris? Solutio. Super iſto pũcto Rota concluſit Sebaſtianum excuſari,& illi regulam non obſtare. Non quo ad primã partem, quia ex quo epiſcopus traxit Sebaſtianum infra ſex menſes in iudicium,& ſic ſeruauit primam partem iſtius regulæ,diligentia epiſcopi Sebaſtiano prodeſſe debuit. arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. & in notabili caſu tradit Bart. in l. in ſacris. la. iij. in fi. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. xij. Nam talis diligentia eſt communis,& prodeſt vtriq; parti,prout de appellatione dicitur in l. ampliorem. C. de appel. & de dilatione in d. l. petendæ. ſicut etiam dicitur de commiſsione vel reſcripto per vnam partem impetrato,quia efficitur commune inter ipſos litigantes,vt in deciſ. ſecunda. de dolo & cõtu. in antiquiorib. tradunt Fely. & Moder. in rub. de reſcrip. facit tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expẽ. & eſt deciſ. vij. & xlvij. & lxj. in no. quæ bene in propoſito faciũt. Per quæ modo de hoc mẽſe Decẽb. M. D. xxxix. ventilatur in Rota pulchra difficultas coram * R. P. D. Petro Vortio in cauſa Bonon. fideicommiſsi,nũquid appel

Cõmiſsio, vel reſcriptũ impetratũ,&c.



appellatio,cum illa clauſula,quatenus ſententia veniat contra ſe,iuuet aduerſarium non appellantem. pro quo videndum eſt per Decium,& alios in cap. ſi duobus. & in c. oblatæ. de appel. per Philip. Franc. in c. ſæpe. col. vij. eod. tit. Et quia cauſa pendet,nihil amplius dicam. De quo tamen adhuc aliquid dicam inferius in alia quæſtione. Et iſta procedunt quantum ad primam partem regulæ. Sed vt dicam in alia quæſtione,quo ad ſecundam partem regulæ idem concluſerunt domini, iſta ratione,quia ſi Sebaſtianus vſque ad ſententiam,cauſam ſuper petitorio proſecutus nõ fuit,hoc impedimentum cauſatum fuerat per dominum Epiſcopum eius aduerſarium,qui petitorium ſuſpenderat: & ſtante ſuſpenſione nihil poterat Sebaſtianus agere. Et quamuis poſſet dici Sebaſtiani culpa impedimentum obueniſſe,qui epiſcopum expoliare nõ debuerat: nihilominus ſpolium proceſsit principis authoritate, qui voluit in ſuo breui Sebaſtianũ poſſeſsionem capere poſſe, ſine vitio ſpolij,&c. Nec obſtabat, ꝙ Sebaſtianus cogitare poterat breue apoſtolicũ ad terminos iuris cõmunis potuiſſe reduci,prout reductum fuerat, quo caſu facta reductione cedere debebat: quia ad hoc reſponſum fuit,quòd Sebaſtianus etiam ſperare poterat de liberalitate eiuſdem principis,qui breue ſuum confirmare & manutenere poſſet. Nam litigans non debet diffidere de iure ſuo,nec de victoria vſque ad finem litis,vt dicit Bald. in l. fin. in iiij. col. C. de edict. di. Had. toll. Quia in re dubia non tenetur quis cedere,ſed poteſt expectare ſententiam,per quam res fiat clara, vt in notabili caſu tradit Gemin. in c. ij. in gl. fin. de reſcrip. lib. vj. & ante ipſum Rom. in conſ. cccxxix. col. iij. verſ. cæterum. Quorum dicta approbauit Rota in cauſa Leonen. parochialis de Iared, coram domino Nicolao Piccolomineo die xvij. Februarij M. D. xxxiij. * vnde ſicut epiſcopus ſperauit reductionem breuis,& obtinuit: ita Sebaſtianus poterat ſperare reualidationẽ breuis, attento bono titulo ſuo. Nam in iſtis beneficialibus futuri euentus ſunt cõſiderandi, propter varia iura,quæ quotidie ex liberalitate Papæ in ſignatura naſcũtur. Et ob eam cauſam dicitur in l. quòd debetur. ff. de peculio. quòd dubij ſunt euẽtus litis. Potuit igitur Sebaſtianus ſperare ius ſuum reddi melius,prout poſtea apparuit ex detectione nõ iuris epiſco

Cedere qs nõ tenetur in re dubia,ſed &c.

epiſcopi in petitorio,qui nō poterat poſsidere Scholaſtriā, quæ prius ipſo iure per promotionem ad epiſcopatū,ob nō expeditionem literarum retentionis,infra ſex menſes vaca bat,vt cautum erat in breui promotionis epiſcopi. Itaque cum in iſtis beneficialibus non poſsimus nobis craſtinum polliceri,cum quotidie,vt dixi, naſcantur iura ex vbertate ſedis apoſtolicæ, non tenebatur Sebaſtianus ilico cedere, ſed euentum ſententiæ expectare,prout fecit: nam quamprimum in poſſeſſorio condemnatus fuit Sebaſtianus,ſtatim poſſeſsioni ceſsit.ſuſpēſio igitur petitori in cauſa fuit, quominus Sebaſtianus ius ſuum vſque ad ſententiam proſe queretur: illud igitur impedimentum debuit eum excuſare quo ad requiſita iſtius regulæ. Nam ſatis eſt Sebaſtianum hoc caſu fraude & dolo caruiſſe, à quibus quælibet cauſa etiā iniuſta & ſupina excuſat.vulg.l.ſi plagij.ff.de plag.Per quæ iura voluerunt doct.maximè Ioan.Andr.& Anto.in c. dudum.de elect.& in c.non poteſt.j.de præbend.lib.vj.Vbi notat Domin.& in c.fin.de elect. eod.lib.& Ioan.Andr.& Anto.in c.conſtitutus.de appel.& in cap.de multa.de præbend. quòd diſpenſatio quamuis ſubreptitia excuſat aſſequentem,ſecundum curatum à pœna extrauag.execrabilis. Quod dictum ſæpe approbauit Rota, tempore meo, & de temporibus ſuis idem atteſtatur domin.Guliel.auditor in collectaneis deciſionū.tit.de reg.iur. Præſertim, cum procliuiores ſimul ad abſoluendum, quàm ad condemnādum, iuxta l.Arrianus.cum vulg.de act.& oblig.

*Diſpenſatio ſubreptitia.*

*Procliuiores ad abſoluendum.*

¶ Præterea pro iſta opi.Rotæ facit,quia dum in medio cauſæ aliqua incidentia diſcutiuntur,tempus iſtius regulæ currere non debet,vt voluit Gloſſator hic.& Bald.in ſimili in l.contra maiores.C.de inoff.teſta.qui notabiliter per illum textum dicit,quòd duo ſunt in iudicio quæ non poſſunt ſimul intentari,tunc diligentia circa vnum prodeſt alteri remedio,& facit quòd non currat tempus in eo.Et idem dicit Bal.in l.j.C.de iur.calum.col.ij.verſ.vlterius nota.& quod notat Domin.in c.cupientes.§.quòd ſi per viginti.in verſ. videbitur.de elect.lib.vj.cum concor.vt notabiliter ſcribit Decius in cap.paſtoralis.in vj.col.num.10.de excep.Sed in caſu noſtro iſta duo,videlicet,petitorium & poſſeſſorium, ſimul intentari nō poterant,propter ſuſpenſionē petitorij. ſed

*Duo quando ſunt in iudicio.*



ſed diligentia tantū facta reperitur ab vtraq; parte in poſſeſſorio. Ergo diligētia illa faciet, & operabitur quòd tem pus iſtius regulæ interim ad decidendum petitorium non currat,& per conſequens non debet hoc Sebaſtiano præiudicare,quia per eum non ſtetit, vt dicit Domin.in cap.j.§. ſolet.in v.notabili.de reſtit.ſpol.lib.vj.

¶ Accedat prædictis,quia per iſtam regulam quædam præſcriptio annalis induci videtur,quo caſu vbi præſcriptio ex lapſu temporis cōſideratur,quodlibet impedimētum etiam iniuſtum excuſat à lapſu termini,ex eo,quia in tali præſcriptione ſolum attenditur agendi potentia, vel impotentia, & ſic negligentia,non autem delictum. Ita notabiliter dicit Hoſtien.in cap.j.verſic.item ſi.de præſcript. Vbi per hoc concludit, quòd epiſcopo hæretico,ex quo eſt impeditus agere propter hæreſim,nō currat præſcriptio, per iura quæ allegat in principio illius capituli: & tamen conſtat hæreticum fuiſſe impeditum culpa ſui,in cuius facultate erat remouere impedimentum. Ita hîc eſt dicendum, & à fortiori in Sebaſtiano,qui de facili remouere impedimentum non poterat propter fauorem & priuilegium poſſeſſorij.

*Epiſcopo hæretico nō currat præſcriptio.*

¶ Poſtremo prædicta omnia iuſtificata fuerunt,ex eo,quia poſſeſsio epiſcopi fuerat infecta propter decretum irritans in breui promotionis ſuæ poſitum.Nam eo ipſo,quòd non expediuit bullas retētionis infra ſex menſes,inducta fuit va catio Scholaſtriç ipſo iure,& intrabat regreſſus Cardinalis Sanctorum quatuor. Ex cuius ceſsione habuit Sebaſtianus. talis igitur infecta poſſeſsio non erat cōſideratione digna, prout in ſimilibus terminis quo ad iſtam regulam cōſuluit Ioachinus de Narnia,olim aduocatus excellens in quodam ſuo conſilio incip.dominus Herneus.poſito in lib.j.allegationū.fol.cccxcij.in cauſa Naneten.eccleſiæ ſancti Nazarij.

¶ Pro contraria verò parte,& ſic pro epiſcopo fuerunt per Dominos adducta motiua ſequentia.Primo,quia iſta regula inducta eſt in odium impetrantis: quo caſu impetrantis negligentia non attenditur, ex quo propter non factū imponit pœnas.Vnde reſultat illud, quòd vbi impeditus potuit tollere impedimentum, & non fecit,ſibi imputatur, vt in capitulo vnico.de cuſtod.euchariſt.& tradit Rom.conſ. ix.cum concor.vt ſcribit Fely.in cap.cum inter.col.x.verſ. vtrum

*Impedit⁹ vbi potuit tollere impedimentum,&c.*

vtrum excommunicatus.de excep.& in c.ex tranſmiſſa.col. j.de præſcript.Sed Sebaſtianus potuit tollere,cedendo ſpolio. Igitur,&c. Nam paria ſunt,quem non fuiſſe impeditũ, vel potuiſſe impedimentum tollere.c.fin.cum ibi notatis. de elect.qui enim poteſt facere,vt poſsit, iam videtur poſſe. l.qui poteſt.ff.de reg.iur. cum concord.de quibus ibi per Modernos.

¶Secundo,quia præſuppoſito quòd Sebaſtiano tempus nõ curreret,debuit tamen Sebaſtianus proteſtari auditori corã notario,per ipſum non ſtetiſſe,quominus cauſam ſuper petitorio expediret,iuxta gloſ.in verbo,propoſita.in cap.cupiẽtes.§.quòd ſi per viginti.de elec.lib.vj.& ſequitur Gloſſator hic in iiij.col.& Iaſ.in l.properandum.§.ſi autẽ vterque.C.de iudic.& alibi ſæpe Felyn. Et ita in terminis iſtius regulæ fuit olim dictum in Rota in cauſa Salzeburgen.beneficij ſancti Nicolai,vt patet in cõſilio Ioachini, tunc aduocati,incip.Vacãte,&c.poſito inter ſuas allegationes.volumine xiiij.fol.cclxiiij.aliàs lx.col.ſi. Et pro iſta opinione optimè facit quod dicit Rota in no.deciſ.cij.quæ vult,quòd ſi appellans qui habet annum ad proſequendum appellationem,infra annum cõmittat cauſam ſuper attentatis, ſit appellans habet victoriam in attentatis,non currit ſibi tẽpus, ſed excuſatur: ſecus autẽ ſi ſuccubuit. Et illam deciſionem ſequitur Philippus Francus in cap.ex ratione.in viij.col.de appel.pro qua eſt expreſſa authoritas Bal.in authen.ei qui. circa princip.C.de temp.appel. Cum igitur in caſu iſto Sebaſtianus in poſſeſſorio ſuccubuit,meritò dicendum eſt,illi cucurriſſe tempus regulæ.

*Appellans habens annũ ad proſequendũ.*

¶Ex iſtis igitur apparet articulum eſſe diſputabilem, quibus omnibus benè ac diligenter diſcuſsis Rota die xvij. Octobris M. D. xxxiij.coram eodẽ domino Nicolao tenuit, concluſit,& firmauit primam opinionem,videlicet Sebaſtianum excuſandum fore, & in pœnas regulæ non incidiſſe. pro qua opinione vltra prædicta faciunt iſta quæ ſequũtur. Primo,quia clarum eſt in iure,impedimentum ſuperueniẽs non attendi,vt inquit Bal.in l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.anno.in prima col.Sed iſto caſu impedimentum Sebaſtiano ſuperuenit,igitur non debet attendi.

*Impedimentũ ſuperueniens nõ attẽditur.*

¶Secundo,quia quando impedimentum non euenit facto impe-



impetrantis,ſed extrinſecus contigit, non debet ſibi imputari, vt tradunt Doct.in cap.quia diuerſitatem.de conceſſ. præben.& ibi Abb.col.ſi.Sed in caſu iſto Sebaſtianus à principio non præſtitit impedimentum,quominus poſſet ſuper petitorio procedere.Nec breue Sebaſtiani à principio dedit cauſam immediatam huic impedimento. Ergo non obſtat Sebaſtiano.Suadetur hoc ratione,quia cauſa immediata impedimenti, quominus Sebaſtianus poſſet petitorio agere, fuit commiſsio epiſcopi reductoria ad ius commune, & ſuſpenſio petitorij facta per eundem epiſcopum. Quibus licet breue Sebaſtiani de capiendo poſſeſsionem cauſam dederit,non tamen immediatã,ſed mediatam,quia breue non fuit ordinatum ad hoc,vt prohiberetur proſecutio in petitorio. Quo caſu quando culpa non eſt ordinata ad caſum, caſus non debet imputari,vt tradunt communiter Doct.in l.ij.ff.ſi quis caut.& Rom.conſil.ix.incip.quòd pars. Nam ſola negligentia in iſtis punitur. Vbi igitur nõ fuit aliquis negligens,non impeditur agere, ſublato impedimento, vt tradit Bal.in authen.niſi triẽnale.circa prin.C.de bon.mat. cum vulg.traditis per Fely.in c.ex tranſmiſſa.de præſcript.

*Impedimentũ non eueniẽs facto impetrantis.*

*Culpa quãdo non eſt ordinata ad caſum, &c.*

*Negligens.*

¶Tertio, quia licet de iure ciuili impedito culpa ſua currat tempus, tamen hoc non ita procedit de iure canonico,vt dicit Alexand.in conſil.lviij.viſo & perlecto.circa ſi. lib.v.ſequitur Iaſ.in §.rurſus.inſtit.de action.allegant tex. in cap.quia diuerſitatem.de conceſ.præbend.quem ad hoc dicunt ſingularem. Et hoc ſequitur ibi Imol.& Præpoſit.in in cap.j.in iiij.col.quo tempore mil.in vſib.feud.

*Impedito licet culpa ſua currat tẽpus, &c.*

¶Non obſtant,quæ in contrarium adducta fuere. Primo. quòd regula iſta inducta fuit in odium impetrantis. Nam reſpondetur hoc eſſe verum, quando deprehenderetur in negligẽtia notabili, nec aliquam haberet excuſationis cauſam, vt hîc. Nam tunc pœna regulæ procedit: ſecus verò vbi eſt cauſa excuſationis,vt ſuperius deductum eſt.

*De regula inducta in odiũ.*

¶Nec obſtat,Sebaſtianum potuiſſe tollere impedimẽtum, quia reſpondetur non eſſe verum: quia pendebat ex voluntate epiſcopi aduerſarij, qui ſuſpenderat petitorium. Et ſic non pendebat ex voluntate vel poteſtate Sebaſtiani. Nec obſtat,quòd Sebaſtianus dedit cauſam, quia reſpondetur, quòd illa cauſa impetrationis breuis non fuit ordinata ad hoc,

hoc,quia per illud breue nõ fuit proſecutio cauſę impedita. Nec obſtat etiã, quòd Sebaſtianus debebat cedere: quia, vt dictũ fuit, nõ reperitur hoc iure expreſſum. Nam nemo tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere, vt dicit text.in l.illud.in prin.ff.de pet.hær. Vltimo non obſtat illud de proteſtatione, quia reſpõdetur illud procedere quando impedimentũ prouenit à iudice, ſecus ſi prouenit à parte. Quia tali caſu licet proteſtatio ad cautelam ſit vtilis, tamen quando impedimentũ non obuenit culpa iudicis, proteſtatio nõ eſt neceſſaria, vt dicitur in l.cum ipſe.de excuſ.tut.& traditur in cap.ex inſinuatione.de appel.& per Bart.in l.Senatus.ff.de off.præſid.Innoc.in cap.ex ratione.de appel. Et ibi hoc latè probat Philip.Francus in iiij.col. Et ita debet intelligi quod dicit Anton.de Butrio in conſil.xxviij.Abb.in cap.plerunque.de reſcript. Et cum prædictis concurrit Petr.de Ancha.in d.cap.cupientes.& Imol.& Moder.in cap.fin.de appel. Et ita in terminis iſtius regulæ & impedimenti declarat ille doctus Gloſſator Pragmat.ſanctio.titulo de pacific.poſſeſ.in ver.proteſtari.col.fi. De qua tamen proteſtatione in ſpecie dicetur inferius in ſua propria quæſtione.

Proteſtatio quando eſt neceſſaria.

¶Non obſtat etiã deciſio Rotæ cij. ſuperius allegata, quia loquitur quãdo idẽ appellans cauſam cõmiſit ſuper attẽtis. Sed in caſu noſtro Sebaſtianus impetrans non cõmiſit cauſam ſuper ſpolio, ſed epiſcopus. Igitur ſumus extra caſum. Nam primo caſu ipſe idem præſtat ſibi impedimentũ, ſecus in ſecundo caſu. Vel dicas quòd illa deciſio non eſt ita ſimpliciter vera, ſed debet intelligi ſecundum ea quæ notat Iaſ.in l.contra maiores.in fin.C.de inoffic.teſt. Et ad eam reſpondet etiam Decius in cap.ex ratione.de appel. Stat igitur concluſio firmata per Rotam, quòd prædictum impedimentum excuſat à pœnis iſtius regulæ. Et ita in vna Conuerſana Archipresbyteratus corã me concludit Rota.xxvij. Februarij M. D. xxxiiij. *

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, an derogatio regulæ facta in commiſsione directa primo auditori iuuet ipſum impetrantẽ, quo ad gratiam ſubrogationis, vel ſi neutri impetratam coram ſecundo auditore in ſecunda inſtantia?

¶SOLVTIO. Aliàs tempore felicis recordationis Sixti Papæ



ſæpe fit. Nam tali caſu poſſet teneri, regulam talem motum proprium comprehẽdere, cum in eo militet eadẽ ratio, quæ militat in gratia impetrata. pro qua diſtinctione eſt notabile dictum Card.in conſil.cxlij.in fi.quẽ Moderni Mediolanenſes ſequuntur in c.ij.in ij.col.de reſcrip.facit gl.in verſi.liberalitates.in l.ſi.C.de fruct.& lit.expen.quæ vult iuncto illo text.quòd gratia motu proprio ſi fiat ad impetrationẽ, nõ dicatur propriè gratia motu proprio.ideo l.iij.ff. quod quiſq; iur.quæ aliàs locum non habet in gratia motu proprio, procedet tamen in iſta gratia motu proprio procurata. Nam talis procurans huiuſmodi gratiam, debet reputari magis improbus & ambitioſus, quàm ſimpliciter, & ordinario iure impetrãs, per ea quæ tradit Iaſ.in §.ſed & iſte.inſti.de actio.cum concord.vt latè ibi ſcribo in viij.col. Quibus accedunt ea quæ Andr.Sicul.dixit in conſ.lvij.incip.præclarè.in tertia col.in primo volu.& in conſil.lvj.incip.& quidem.in j.col.eod.lib. Faciunt ad hoc dicta Iaſ.in l.ſi quis id quod.in vj.col.ff.de iuriſ.om.iud.& Petri Andr.Gamma.in tract.lega.q.xviij.lib.x. Et quod in notabili quæſtione tradit Bart.in l.ſi ſeruus communis.§. quod verò.ff.de fur.& Abb.poſt Innoc.in alio caſu in c.ſicut.el.iij.in vj.col.de iureiur. Ex quibus omnibus reſultat iſta cõcluſio, quòd procurans habere titulum, ſeu gratiam motu proprio, vt excludat alium, prout in caſu noſtro, in grauiori cauſa ſe conſtituit, quàm impetrans debito & regulari modo.

¶Sed aduertẽdum eſt, quòd iſta diſtinctio nõ videtur tuta, ex eo, quia Rota non tenet illud conſiliũ Cardi.prout vidi iudicatũ bis tempore meo: quia ſufficit, quòd gratia ſit motu proprio, licet fuerit procurata: quia non attẽditur quomodo quis gratiã obtinuit, ſed qualiter verba gratiæ ſonãt. Nam, vt inquit Satyr. Vnde veniat quærit nemo, ſed oportet habere. Aliàs rariſsimè gratiæ inuenirẽtur, quæ poſſent dici motu proprio conceſſæ, cum Pontifices hodierni iam ſponte ſua non moueantur ad concedendas gratias motu proprio, niſi requiſiti & rogati, vt experiẽtia docet: pulſantibus enim, & petentibus, conceditur ille fauor, iuxta illud Euangelij Marci vij.c. Petite, & accipietis, &c. Aliàs ſequeretur abſurdum, quòd omnia iura loquẽtia de motu proprio eſſent hodie fruſtratoria: quod non eſt dicendum, vt notat

Fely,in c.ſi quando.col.fi.de reſcript.Et pro iſto Rotæ ſtylo
eſt notabilis deciſ.Bald.in c.niſi ſpecialis.in j.col.verſ.Pone
in literis,&c.de offi.leg.quem ibi multum cõmendat And.
Sicul. in ij.colum.num.38.& Fely.in d.c.ſi quãdo.vbi Bald.
in fortioribus terminis dicit, quòd etiam ſi in ſupplicatio-
ne conceſſa motu proprio dicatur: Supplicauit nobis talis,
&c. Si tamen Papa motu proprio conceſsit, nihilominus

Gratia motu proprio con ceſſa.

gratia erit motu proprio cõceſſa, & non ad impetrationẽ,
& operabitur virtutem ſuam, ac ſi nihil de ſupplicatione di
xiſſet. Ratio aſsignatur per And.Sicul.ibi, quia conceſsio-

Conceſsiones apoſtolicæ.

nes apoſtolicæ ſub duplici genere cõceduntur, videlicet vel
ad inſtantiam,ſeu poſtulationem impetrãtis,aut motu pro-
prio.c.ſi motu proprio.de preb.lib.vj.Quando igitur vnus
ſupplicat,& inſtat quòd Papa ei concedat gratiã eo modo,
quo petit,& Papa in ſignatura ſua non reſpondet,fiat,vt pe
titur,ſed fiat motu proprio, & ſic vult concedere gratiã ma
gis priuilegiatã & pinguiorem,quàm ab eo petitur,videli-
cet motu proprio,eſt ſignum quòd noluit concedere ad ſup
plicationẽ impetrantis,ſed ex ſuo motu proprio: quia con

Conceſsio vnius, excluſio alterius.

ceſsio vnius eſt excluſio alterius, vt dicit Rota in antiquis.
tit.de reſcrip.deciſ.1.& in antiquiorib.deciſ.v. Nam ex quo
plures ſunt motus in principe, dignoſci non poteſt quis ſit
ille motus, niſi per eius verba in ſignatura expreſſa. Nam ſi
intẽdit ad preces ſupplicãtis gratiam cõcedere, & non ſpon
te ſua ille motus detegitur per illa verba ſignaturæ, fiat, vt
petitur.Sin autem intendit facere gratiam, propter meritũ
impetrantis ex motu meræ liberalitatis,& non propter pe-
titionem impetrantis,tali caſu reſpõdit, fiat motu proprio.
Nam per huiuſmodi ſignaturã datur nobis ſignũ,quòd Pa-
pa propter preces motus nõ fuit,ſed propter meritũ peten-
tis.Secundũ quæ merita præſumũtur, vt dixi, Papã gratiam
motu proprio cõcedere velle,& nõ ad petitionẽ ſuam,vt di
cit Bal.in d.l.quod fauore,quod eſt notãdum.Et ideo ſi im-
petrans in ſupplicatione petat à Papa ſibi gratiã motu pro-
prio cõcedi,& Papa in ſignatura non reſpõderet,fiat motu

Gratia motu proprio facta.

proprio: ſed,fiat,vt petitur,gratia nõ cẽſeretur facta motu
proprio, licet in ſupplicatione hoc petatur, ſed erit gratia
facta ad poſtulationẽ. Nũquam igitur gratia dicetur motu
proprio cõceſſa, niſi Papa hoc in ſua ſignatura exprimat &
con



concedat. ¶Et ita debent intelligi omnia iura de motu
proprio loquentia.Et ſic hodie practicatur in curia. Iſte ta
men ſtylus,& dictum Bald.in d.c.niſi.limitatur notabiliter
procedere,quãdo princeps abſque petitione partis eſſet gra
tiam motu proprio conceſſurus.Secus ſi aliàs non cõceſsiſ-
ſet:quia tali caſu gratia cenſeretur facta ad poſtulationẽ,li-
cet Papa in ſignatura dicat motu proprio. Ita notabiliter
declarat illud dictum Bald. Decius in c.cum M.in xiij.col.
verſ.ſed adde.& in xiiij.col.verſ.non obſtat dictũ Salic.&c.
de conſti.pro quo facit gl.in d.l.fin.C.de fruct.& lit.expen.
Quod dictum eſt nouum,& non tactum ab aliquo,quem le
gerim, ſecundum quòd poſſunt plura dicta in iſta materia
concordari: ſed vereor ne ſubſiſtat: quia illa mens Papæ an
eſſet,vel non cõceſſurus,videri nõ poteſt,quia de his quę in
mente hominis cõſiſtunt, ſolus Deus eſt perſcrutator.c.j.vt

Deus ſolus perſcrutator.

eccle.bene.Et ideo illa mens principis deprehẽdi nõ poteſt,
niſi ex verbis: quia talis præſumitur mens illius,qualis ver-

Principis mẽs qualis præſumitur.

ba indicant,vt dicit text.in l.Labeo.ff.de ſupellect.leg.quia
non præſumitur Papa verbis exprimere, quod mente non

Non præſumitur verbis quod Papa mẽte non conceperit.

conceperit,vt dicitur in d.l.Labeo.in fi.& tradit Iaſ.in l.j.§.
fi.in ij.col.ff.de verb.oblig.

¶Et ideo concludo,quòd quando Papa in ſignatura ſua di
cit,fiat motu proprio, dato quòd millies nũquam animum
habuerit concedendi gratiam motu proprio:nihilominus
erit vera gratia motu proprio, & in ea habebit locum text.
in c.ſi motu proprio.& in c.ſi pluribus.de præben.lib.vj.cũ
omnibus alijs de motu proprio loquentibus.

¶Et prædicta omnia procedunt, quando ſumus in claro,
ꝙ gratia motu proprio conceditur.In dubio tamẽ,quando
neſcimus,nec apparet,an gratia motu proprio,vel ad poſtu
lationẽ ſit conceſſa,tenendũ eſt, gratiã motu proprio cenſe
ri cõceſſam, & ſic ex ſpõtanea & libera principis voluntate,
vt tradit Decius in conſ.cccxlj.viſo puncto.in ij.col.Tamẽ
ego etiã multum dubitarẽ de iſto dicto Decij,ex eo,quia in
dubio reſcriptũ debet interpretari potius iuſtitię quàm gra
tioſum,& ſic magis ad poſtulationem,quàm motu proprio
cõceſſum,vt dicit Gemi.poſt Io.And.& alios in c.ſi cui nul-
la.col.j.de præben.lib.vj.vt dixi in titulo de reſcript.eo.lib.
num.16.& in tract.ſignaturæ.num.8.vbi latius ſcripſi.

## QVAESTIO VNDECIMA.

*Obſtare impetranti habenti mandatũ, &c.*

QVAERO, an iſta regula de annali obſtet impetranti habenti fortè mandatum de prouidẽdo ad monaſteriũ monialium, ad quod ſolent per electionem & confirmationem aſſumi?

¶ SOLVTIO. Pro reſolutione diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus, in monaſterijs conſiſtorialibus, & in illis ex quo nõ fit prouiſio per viã impetrationis, regula nõ procedit, vt diceτur in alia quæſtione, & dixi in regula de infir. reſignant. Aut verò loquimur in monaſterijs non conſiſtorialibus: & puto idem dicendum, ex eo, quia regula loquitur de beneficijs, quæ ſui natura certo modo impetrari ſolent, vt innuũt verba iſtius regulæ ibi (ſi quis impetrauerit.) Secus verò de

*Beneficia electiua.*

beneficijs quæ ſunt electiua, vt monaſteria moniliũ, iuxta cap. indemnitatib. de elect. lib. vj. quæ cõmuniter impetrantibus non conceduntur. Et licet aliquando impetrantur, illud accidentaliter euenit, regulariter tamẽ per electionem

*Prouidẽdi modus.*

dantur: & iſte naturalis modus prouidendi attendi debet, non accidentalis. arg. l. qui habet. ff. de tutel. c. requiſiſti. de teſtam. cum concor. vt ſcribit Iaſ. in l. iij. in fi. ff. de offi. aſſeſ.

*Diſpoſitio ꝗlibet.*

¶ Præterea, quia quælibet diſpoſitio in dubio interpretari debet iure ordinario, non extraordinario. vulga. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. cum concor. vt tradũt Moderni Mediolanen. in c. inter cætera. in iij. col. de appell. Cum igitur regula iſta loquitur de beneficijs certo modo impetrandis, debet intelligi de beneficijs, quæ regulariter, & via ordinaria impetrãtur, non autem de illis quæ extraordinariè concedũtur. Nam propterea, quòd beneficium electiuum ſemel

*Beneficiũ electiuum ſi, &c.*

impetretur, non deſinit eſſe electiuum, nec perdit naturam ſuam. Sicut non mendicans, propterea quòd ſemel mendicet, non dicitur mendicans, quia non perdit naturam ſuam, vt dicit Feder. de Senis in conſi. cxl. Nec doctor dicetur mercator, licet aliquãdo mercetur, vt probat Alex. in l. cętera. §. ſi quis. ff. de leg. j. Bart. in l. j. §. j. ff. de exerci. cum alijs, de quibus per Felyn. in procœmio Decretal. in verſic. Gregorius. colum. fi. Regula igitur iſta loquens de beneficio impetrabili, intelligetur de illo, quod regulariter, & de natura ſui eſt tale: ſed monaſteria non ſunt huiuſmodi, ſed ad ea perſonæ per electionem aſſumuntur. Ergo regula loquens

in vno,



in vno, non habebit locum in alio. iuxta c. cum in illis. §. illis. de præbend. lib. vj. & in c. fi. eo. tit. in antiq. Et quãuis verbum, beneficij, aptum ſit comprehendere maiora beneficia,

*Beneficij verbum.*

hoc tamen non habet locum in materia odioſa, niſi exprimatur. vt tradit Abb. in c. pen. de verb. ſig. Et ideo Io. Mo. in c. inquiſitores. de hæret. lib. vj. atteſtatur ſe vidiſſe Papam declaraſſe diſpoſitionem loquentem de dignitatibus, non comprehendere monaſteria. Et hoc idem dicit Archi. in c. ij. de præben. lib. vj. Præſertim, quia iſta regula reſpectu impetrantium, (dato quòd indefinitè loquatur,) eſt pœnalis, vt apparet in ea. Quo caſu in materia pœnali indefinita loquutio non æquipollet vniuerſali. iuxta doctri. Dy. in rub. de reg. iur. libro vj. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. præd. Nam ſi Papa voluiſſet iſtum text. ad iſta monaſteria extendere, hoc dixiſſet, ſaltẽ per verba vniuerſalia, prout fecit in regula de triennali, propter verbum, quæcunq;: & in regula, de veriſimili notitia obitus. & in regula de ſubrogandis. & multis alijs.

*Monaſteria nõ compr. diſpo. loquentem de dignit.*

*Locutio indefinita nõ æquipollet vniuerſali.*

Sequenda eſt igitur conſuetudo principis, iuxta l. cum vniuerſorum. ff. de re. permut. Et quia iſta beneficia electiua habent ſuam determinationẽ, vt in d. §. illis. Et ſunt ſpeciali mentione digna, & ſi non exprimantur, non comprehenduntur, vt habetur in cle. j. de præbend. tradit notabiliter, & latiſsimè Fely. in c. in noſtra. in xxxj. & xxxij. cor. de reſcrip. Maximè quando beneficium electiuum, eſt monaſterium, & ſic dignitas Abbatialis, quæ requirit maiorem expreſsionẽ. Adeò quòd non ſolum appellatione beneficiorum, ſed etiã inferiorum dignitatum non comprehenduntur, iuxta not. per Archi. in cap. ij. de præbend. libr. vj. & tenet Old. conſil. xiiij. maximè. col. fi. Et facit quod dicit Dom. in conſ. cxxxj. & pro iſta opin. conferunt omnes rationes, quas ponit Lap. alleg. lxxxiiij. col. pen. Ex quibus omnibus concludo, regulam in talibus dignitatibus non habere locum, & per conſequens non obſtare habenti prouiſionem, nec etiã impetrationẽ. Et ita reperio in terminis iſtã opinionem adnotaſſe Reuerendiſsimũ Cardinalem Sanctorum quatuor ſeniorẽ in ſuis memorialibus. ¶ Ego tamen de iſta opinione multum dubito, ex eo, quia iſta regula fuit ædita in fauorẽ poſſeſſorum, & in odiũ impetrantiũ. Propterea, quia vexãt poſſeſſores viuẽtes. Et ideo regula in ſui procœmio tales impe-

trantres improbos appellat,qui viuentes poſſeſſores inſe-
quuntur. Vnde ob eam cauſam huiuſmodi ambitioni,& il-
laudatæ cupiditati modus eſt hic poſitus,quem impetrãtes,
ſi voti compotes fieri cupiunt,ſeruare tenentur,aliàs malè
de tali impetrãte ſuſpicatur. Quòd ſi pœna iſtius regulæ re-
gulariter in quocunque beneficio locum habet,& talis im-
petrãs improbus iudicatur:multo magis improbior & am-
bitioſior iudicabitur is,qui monaſterium monialium,natu
ra ſui electiuum, impetrare conatur. Quia tunc peccat in
duobus,videlicet, non ſeruando regulam,& quia impetra-
uit monaſterium,natura ſui non impetrabile,nec ſolitũ per
impetrationem concedi. ¶ Et iſta omnia de plano proce-
dunt,niſi monaſterium iam eſſet ſolitũ impetrari: quia per
hoc videretur amitti natura ſua primæua. argumen.c. cum
de beneficio.de præb.lib.vj. Sicut videmus quòd regula iſta
procedit in Archidiaconatibus,quæ ſunt maiora & præſtã-
tiora monaſterijs,vt dicit Abb.in c.per tuas. in verſi.excel-
lentiores.de ſimo. Et iſta opi.facit,vt dicamus regulam cõ-
tra taliter impetrantes locum habere,ne religioſi & mona
chi in monaſterio reſidentes,& diuinis inſeruientes,per li-
tes certo modo procuratas diſtrahantur,quod toto titulo
ne cler.vel mon.prohibetur.

Archidiaconat⁹ maiores & præſtantiores ſunt monaſterijs.

¶ Finaliter,vt tota hæc materia concludatur, diſtinguẽdi
ſunt duo caſus.Primus,quando aliquis de monaſterio pro-
uidetur,& tali caſu regula non habebit locum,per ea,quæ
dicta ſunt. Secundus caſus eſt,quando monaſterium impe-
tratur,tunc obſtat regula rationibus ſupradictis. Et ita per
prædictas rationes iſte caſus modernis temporibus in Rota
deciſus fuit,coram d.Nicolao de Aretio in quadam Cõſen-
tina monaſterij,vt tunc d.Ioan.Bap.de Senis,& Iacobus de
Nigris ſacri conſiſtorij aduocati adnotarunt.

## QVAESTIO DVODECIMA.

Impetrans beneficium.

QVAERO, an impetranti beneficium contra capitulum
alicuius eccleſiæ poſſeſſorẽ annalẽ obſtet iſta regula?
¶ SOLVTIO. Fuit dubium hoc poſitum tẽpo-
re Pauli ſecundi in Rota. Et tunc quidam A.de Benzis ex-
primarijs illorum temporum aduocatus,tenuit regulã iſto
caſu non habere locum. Quod ex eo perſuadebat,quia ver-
ba regulæ non poterãt in cap.poſsidente verificari,quæ re-
quirit



quirit expreſsionẽ nominis , gradus,& nobilitatis poſſeſ-
ſoris in impetratione faciendã: hæc enim potius ſingulares
poſſeſſores, quàm capitulum,vel collegiũ reſpiciunt. Ergo
tali caſu regula nõ habebit locum:nam quibus verba legis
non conueniunt, neq; ipſa diſpoſitio cõuenire videtur.l.ſi
ſeruum.§.nõ dixit prætor.ff.de aqua quot.& æſti. ¶ Quòd
verò nomẽ,gradus,& nobilitas capituli exprimi non poſ-
ſint,manifeſtè apparet,quia capitulũ eſt perſona repræſenta
ta.l.mortuo.ff.de fideiuſ.c. Romana.§.in vniuerſitate.cum
ibi notatis.de ſent.excom.lib.vj.In quo nec gradus,aut no
bilitas ſubſiſtere poteſt,niſi fortè velimus ſingulos de capi-
tulo conſiderare: quod fieri minimè poteſt,iuxta c.liberti.
xij.q.ij.& §.qui manumittitur. & l.ſed ſi hac lege.§.qui ma
numittitur. cum vulg.ff.de in ius voc. Eſſet enim abſurdũ,
quòd in impetratiõe beneficij tot canonicorũ nomina,tot
gradus,& ſingulorum nobilitatẽ,impetrans exprimere te-
neretur. Quod etiam ſi cõmodè talis expreſsio fieri poſſet,
alia tamẽ ratio repugnat,cum alia ſit capituli,alia ſingulo-
rũ poſſeſsio. Et dato,quòd aliqua particularis perſona no-
mine capituli poſsideret:illius tamen nomen,gradũ,aut no
bilitatem exprimere non licet:quia ille non dicitur poſsi-
dere,qui alieno nomine poſsidet.c.cum veniſſent.de reſtit.
ſpol. Procedit ergo regula in terminis ſuis,quando contra
ſingularem poſſeſſorẽ ſit interpretatio. Nec etiam ſecunda
pars regulæ hoc caſu poteſt habere locum,cum depẽdeat à
prima,quaſi eam in neceſſarium antecedens præſupponens.

Legis verba quibus nõ cõueniunt,&c.

Capitulum eſt perſona repræſentata.

Poſsidẽs alieno nomĩe,poſſidere non dicitur.

¶ Addo vnũ aliud,quia ſatis notũ eſt,quòd diſpoſitio ſim-
pliciter loquens de perſonis,nunquam comprehendit col-
legium vel capitulum,niſi expreſsè dicatur,vt latè per plura
iura & rationes probat Rom.de collegio auditorum Rotæ
loquens,in conſi.ccccxxxvj.incip.quòd indultũ,&c. Sed in
regula nulla fit mentio de capitulo:igitur in eo regula non
habebit locũ. ¶ Sed iſtis rationibus non obſtantibus,con-
traria opi.defendi poteſt iſtis fundamentis.Primo,quia re-
gula iſta quæ indiſtinctè loquitur,non aſtringit impetran-
tem præciſe contra graduatũ poſſeſſorẽ impetrare,ſed im-
petrandi licentiã generaliter contra graduatũ,& non gra-
duatum cõcedit.Si igitur poſſeſſor graduatus eſt, exprimet
impetrãs gradum,& ea quæ hîc dicũtur. Si verò graduatus

Diſpo.de perſonis loquẽs.

non eſt,aut in eo poſſeſſore cadere gradus,nec nobilitas poteſt,tali caſu regula impetrantẽ ad ea exprimẽda non aſtringit,ſed ſeruabit alia cõtenta in reg.quæ ſeruari poſſunt,in quibus regula procedet,& locum habere poterit. Cõcludo igitur,quòd ſi in re inanimata & incorporea, ſeu in corpore repræſentato,quale eſt capitulũ,fieri prædictarũ qualitatum expreſsio non poſsit,in eo regula nõ procedet,quo ad illam particulam: ſeruabit tamen impetrans regulã in alijs eius partibus ſubſtãtialibus,propter quas principaliter fuit ædita. Nã & quot annis capitulũ poſſedit,& cauſam, quare illi ius non cõpetat,exprimere debebit,& omnia quæ in ſecunda & tertia parte regulæ continentur:quòd ſi non fecerit,obſtabit ei regula,quæ magis in iſtis alijs requiſitis ſeruari debet,quàm in parte illa expreſsionis gradus & nobilitatis,quæ nihil importãt,& quibus cõmuniter derogari ſolet.Nam ratio regulæ in ſui prooemio(vt lites reprimãtur) magis reſpicit res alias,quàm expreſsionem gradus & nobilitatis,vt de ſe patet. Et ideo iſtius ſecundæ partis,quæ iuſtificationem & proſecutionem cauſæ reſpicit,nũquam aut rarò fit derogatio.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Poſſeſſorẽ deijcere ante cõpletum annũ.

QVAERO, nunquid regula iſta procedat contra impetrantẽ,qui ad effectũ,vt contra eum de iſta regula recipi non poſſet,ante ſuam impetrationẽ,poſſeſſotem ipſum ante completũ annũ à poſſeſsione deijci curauit?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non,quia exceptio iſtius regulæ datur poſſeſſori,dũtaxat,& non omni poſſeſſori,ſed tantum poſſeſſori immediato.Iſta omnia probãtur in tex.ibi(per annum immediatè præcedẽtem pacificè poſſeſſum,&c.)& ibi infrà(ſex menſes poſſeſſorem ipſum &c.) Itaq; tota iſta regula eſt fundata in poſſeſsioue illius,contra quam impetratur. Sed in caſu propoſito expoliatus ab alio,amittit poſſeſsionem. Ergo illi non cõpetit exceptio iſtius regulæ:quia cui non adaptantur verba diſpoſitionis, neque competit ipſa diſpoſitio.l.ſi ſeruum.ff.de acq.hæred.

Fraus & dol9 nemini patrocinari debẽt.

¶In contrarium facit,quia fraus & dolus nemini patrocinari debent,vt in c.ſedes.& c.ex tenore.de reſcrip.ſed ſi iſte poſſeſſor dolo & fraude impetrãtis ſpoliatus de regula excipere non poſſet,impetrans ex dolo & malitia ſua commodum reportaret,contra tex.in c.eum,qui. de præben.lib.vj. ergo,vt in eo puniatur,in quo deliquit,eſt dicendũ hoc caſu,poſſeſſorẽ expoliatũ in odium impetrantis,reputari pro poſſeſsione annali,ad effectũ excipiendi de iſta regula,cum per eum non ſtetit,quominus integrũ annũ cõpleret,ac per impetrantes malitiã factum ſit,quominus poſsideat, iuxta tex.in l.j.§.ſed & Ariſto.cũ concor.ibi poſitis in gl.ff.quod vi aut clàm. ¶Et iſta omnia à fortiori procedent, quando idem impetrãs poſt impetrationẽ factã contra poſſeſſorem eundẽ ſpoliaret ſua poſſeſsione,prout cõtingit in cauſa Hiſpalẽ.Scholaſtriæ,in qua Sebaſtianus Ponze poſt impetrationem ſpoliauit d.Frãciſ.Solis, epiſcopum Balneoregien. ad effectum,quòd epiſcopus exciperet de regula,prout excepit.Sebaſtianus ſpoliator replicaret, epiſcopo exceptioni regulæ non eſſe locũ,quia epiſcopus non erat poſſeſſor tempore exceptionis regulæ:& ideo iſto caſu per Rotã concluſum fuit locum eſſe regulæ: quia per epiſcopũ factum non fuerat,quominus poſsideret,& ideo pro poſſeſſore habitus fuit ad effectũ exceptionis regulæ. Et ita poſt plures informationes in dicta cauſa Hiſpalen.deciſum fuit hoc dubium die xvii.Octobris M.D.xxxiij.corã d.Nicolao Aragona. Et ille punctus deciſus fuerat per Rotã,præſuppoſito verò ſpolio dicti Sebaſtiani,de quo fuit poſtea latiſsimè diſputatũ,vt dicetur inferius in proxima, & alijs q. Et ſic patet reſponſio ad cõtraria. Nam ſicut pro poſſeſſore habetur,qui dolo deſijt poſsidere.l.qui dolo.ff.de reg.iur. Ita & ille qui dolo aduerſarij deſinit poſsidere,reputabitur poſſeſſor, in damnũ & preiudiciũ doloſi:vt eſt tex.& ibi gl.in c.cõtingit. de dolo & cõt.& in l.quamuis.ff.de bon.auth.iud.poſ.Itaq; poterũt verba & mẽs iſtius reg.in tali poſſeſſore verificari. *

Qui dolo aduerſarij deſinit poſsidere, poſsidere dicitur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

Impetrans impeditus p poſſeſſorem.

QVAERO, an impetrans impeditus per poſſeſſorẽ annalem,quominus cauſam expediret infra annum,excuſetur à poenis regulæ?

¶SOLVTIO. Iſte etiã caſus ventilatus fuit in Rota in prædicta cauſa Hiſpalen.Scholaſtriæ. ¶Pro cuius intelligentia in facto præmittendum eſt,quòd d. Franciſcus de Solis epiſcopus Balneoregien.commiſit cauſam ſuper d.Scholaſtria in poſſeſſorio,& petitorio contra Sebaſtianum Pon-

ze aduerſarium, à quo ſe ſpoliatum prætendebat vigore cuiuſdam breuis apoſtolici de dicta Scholaſtria. Sebaſtianus verò cõtrariũ aſſerebat, ex eo, quia in dicto breui erat clauſula illa appoſita, videlicet quòd capere poſſeſsioné poſſet ſine vitio ſpolij &c. vigore dictæ commiſsionis, epiſcopus Sebaſtianum infra ſex menſes ad iudiciũ euocauit, & ſic impleuit vnam partem iſtius regulæ. Deinde Sebaſtianus cum procederet contra epiſcopum, & ſeruaret aliquos terminos in prætorio, epiſcopus petitoriũ ſuſpendit, & contra d. Sebaſtianum commiſsionem reductoriam breuis ad ius cõmune impetrauit, vigore cuius obtinuit primam ſententiã contra Sebaſtianum in ſpolio, cui purgato ſpolio Sebaſtianus paruit, & cauſam petitorij contra epiſcopum continuauit. Verum, quia propter ſuſpenſioné petitorij per epiſcopum obtentam factum fuit, quominus Sebaſtianus ſuper petitorio cauſam vſque ad ſentétiam incluſiuè, iuxta formã iſtius regulæ proſequeretur, epiſcopus contra illum de regula iſta excepit. Sebaſtianus reſpondebat per ipſum factũ non fuiſſe, quominus impleret requiſita iſtius regulæ, ſed ſupenſio petitorij per epiſcopum facta in cauſa fuit, ne ipſe cauſam vſq; ad ſententiam proſequeretur.

¶ Dubitatum fuit quid iuris? Solutio. Super iſto pũcto Rota concluſit Sebaſtianum excuſari, & illi regulam non obſtare. Non quo ad primã partem, quia ex quo epiſcopus traxit Sebaſtianum infra ſex menſes in iudicium, & ſic ſeruauit primam partem iſtius regulæ, diligentia epiſcopi Sebaſtiano prodeſſe debuit. arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. & in notabili caſu tradit Bart. in l. in ſacris. la. iij. in fi. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. xij. Nam talis diligentia eſt communis, & prodeſt vtriq; parti, prout de appellatione dicitur in l. ampliorem. C. de appel. & de dilatione in d. l. petendæ. ſicut etiam dicitur de commiſsione vel reſcripto per vnam partem impetrato, quia efficitur commune inter ipſos litigantes, vt in deciſ. ſecunda. de dolo & cõtu. in antiquiorib. tradunt Fely. & Moder. in rub. de reſcrip. facit tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expẽ. & eſt deciſ. vij. & xlvij. & lxj. in no. quæ bene in propoſito faciũt. Per quæ modo de hoc mẽſe Decẽb. M. D. xxxix. ventilatur in Rota pulchra difficultas coram

Cõmiſsio, vel reſcriptũ impetratũ, &c.

* R. P. D. Petro Vortio in cauſa Bonon. fideicommiſsi, nũquid appel



appellatio, cum illa clauſula, quatenus ſententia veniat contra ſe, iuuet aduerſarium non appellantem. pro quo videndum eſt per Decium, & alios in cap. ſi duobus. & in c. oblatæ. de appel. per Philip. Franc. in c. ſæpe. col. vij. eod. tit. Et quia cauſa pendet, nihil amplius dicam. De quo tamen adhuc aliquid dicam inferius in alia quæſtione. Et iſta procedunt quantum ad primam partem regulæ. Sed vt dicam in alia quæſtione, quo ad ſecundam partem regulæ idem concluſerunt domini, iſta ratione, quia ſi Sebaſtianus vſque ad ſententiam, cauſam ſuper petitorio proſecutus nõ fuit, hoc impedimentum cauſatum fuerat per dominum Epiſcopum eius aduerſarium, qui petitorium ſuſpenderat: & ſtante ſuſpenſione nihil poterat Sebaſtianus agere. Et quamuis poſſet dici Sebaſtiani culpa impedimentum obueniſſe, qui epiſcopum expoliare nõ debuerat: nihilominus ſpolium proceſsit principis authoritate, qui voluit in ſuo breui Sebaſtianũ poſſeſsionem capere poſſe, ſine vitio ſpolij, &c. Nec obſtabat, q Sebaſtianus cogitare poterat breue apoſtolicũ ad terminos iuris cõmunis potuiſſe reduci, prout reductum fuerat, quo caſu facta reductione cedere debebat: quia ad hoc reſponſum fuit, quòd Sebaſtianus etiam ſperare poterat de liberalitate eiuſdem principis, qui breue ſuum confirmare & manutenere poſſet. Nam litigans non debet diffidere de iure ſuo, nec de victoria vſque ad finem litis, vt dicit Bald. in l. fin. in iiij. col. C. de edict. di. Had. toll. Quia in re dubia non tenetur quis cedere, ſed poteſt expectare ſententiam, per quam res fiat clara, vt in notabili caſu tradit Gemin. in c. ij. in gl. fin. de reſcrip. lib. vj. & ante ipſum Rom. in conſ. cccxxix. col. iij. verſ. cæterum. Quorum dicta approbauit Rota in cauſa Leonen. parochialis de Iared, coram domino Nicolao Piccolomineo die xvij. Februarij M. D. xxxiij. vnde ſicut epiſcopus ſperauit reductionem breuis, & obtinuit: ita Sebaſtianus poterat ſperare reualidationé breuis, attento bono titulo ſuo. Nam in iſtis beneficialibus futuri euentus ſunt cõſiderandi, propter varia iura, quæ quotidie ex liberalitate Papæ in ſignatura naſcũtur. Et ob eam cauſam dicitur in l. quòd debetur. ff. de peculio. quòd dubij ſunt euẽtus litis. Potuit igitur Sebaſtianus ſperare ius ſuum reddi melius, prout poſtea apparuit ex detectione nõ iuris epiſco

Cedere qs nõ tenetur in re dubia, ſed &c.

*

epiſcopi in petitorio,qui nõ poterat poſsidere Scholaſtriã, quæ prius ipſo iure per promotionem ad epiſcopatũ,ob nõ expeditionem literarum retentionis,infra ſex menſes vacabat,vt cautum erat in breui promotionis epiſcopi. Itaque cum in iſtis beneficialibus non poſsimus nobis craſtinum polliceri,cum quotidie,vt dixi, naſcantur iura ex vbertate ſedis apoſtolicæ, non tenebatur Sebaſtianus ilico cedere, ſed euentum ſententiæ expectare,prout fecit: nam quamprimum in poſſeſſorio condemnatus fuit Sebaſtianus,ſtatim poſſeſsioni ceſsit.ſuſpẽſio igitur petitori in cauſa fuit, quominus Sebaſtianus ius ſuum vſque ad ſententiam proſequeretur: illud igitur impedimentum debuit eum excuſare quo ad requiſita iſtius regulæ. Nam ſatis eſt Sebaſtianum hoc caſu fraude & dolo caruiſſe, à quibus quælibet cauſa etiã iniuſta & ſupina excuſat.vulg.l.ſi plagij.ff.de plag.Per quæ iura voluerunt doct.maximè Ioan.Andr.& Anto.in c.dudum.de elect.& in c.non poteſt.j.de præbend.lib.vj.Vbi notat Domin.& in c.fin.de elect. eod.lib.& Ioan.Andr.& Anto.in c.conſtitutus.de appel.& in cap.de multa.de præbend. quòd diſpenſatio quamuis ſubreptitia excuſat aſſequentem,ſecundum curatum à pœna extrauag.execrabilis. Quod dictum ſæpe approbauit Rota, tempore meo,& de temporibus ſuis idem atteſtatur domin.Guliel.auditor in collectaneis deciſionũ.tit.de reg.iur. Præſertim, cum procliuiores ſimul ad abſoluendum, quàm ad condemnãdum, iuxta l.Arrianus.cum vulg.de act.& oblig.

Diſpenſatio ſubreptitia.

Procliuiores ad abſoluendum.

¶ Præterea pro iſta opi.Rotæ facit,quia dum in medio cauſæ aliqua incidentia diſcutiuntur,tempus iſtius regulæ currere non debet,vt voluit Gloſſator hic.& Bald.in ſimili in l.contra maiores.C.de inoff.teſta.qui notabiliter per illum textum dicit,quòd duo ſunt in iudicio quæ non poſſunt ſimul intentari,tunc diligentia circa vnum prodeſt alteri remedio,& facit quòd non currat tempus in eo. Et idem dicit Bal.in l.j.C.de iur.calum.col.ij.verſ.vlterius nota.& quod notat Domin.in c.cupientes.§.quòd ſi per viginti.in verſ. videbitur.de elect.lib.vj.cum concor.vt notabiliter ſcribit Decius in cap.paſtoralis.in vj.col.num.10.de excep.Sed in caſu noſtro iſta duo,videlicet,petitorium & poſſeſſorium, ſimul intentari nõ poterant,propter ſuſpenſionẽ petitorij, ſed diligentia tantũ facta reperitur ab vtraq; parte in poſſeſſorio. Ergo diligẽtia illa faciet,& operabitur quòd tempus iſtius regulæ interim ad decidendum petitorium non currat,& per conſequens non debet hoc Sebaſtiano præiudicare,quia per eum non ſtetit, vt dicit Domin.in cap.j.§.ſolet.in v.notabili.de reſtit.ſpol.lib.vj.

Duo quando ſunt in iudicio.



¶ Accedat prædictis,quia per iſtam regulam quædam præſcriptio annalis induci videtur,quo caſu vbi præſcriptio ex lapſu temporis cõſideratur,quodlibet impedimẽtum etiam iniuſtum excuſat à lapſu termini,ex eo,quia in tali præſcriptione ſolum attenditur agendi potentia, vel impotentia, & ſic negligentia,non autem delictum. Ita notabiliter dicit Hoſtien.in cap.j.verſic.item ſi.de præſcript. Vbi per hoc concludit, quòd epiſcopo hæretico,ex quo eſt impeditus agere propter hæreſim,nõ currat præſcriptio, per iura quæ allegat in principio illius capituli: & tamen conſtat hæreticum fuiſſe impeditum culpa ſui,in cuius facultate erat remouere impedimentum. Ita hîc eſt dicendum, & à fortiori in Sebaſtiano,qui de facili remouere impedimentum non poterat propter fauorem & priuilegium poſſeſſorij.

Epiſcopo hæretico nõ currat præſcriptio.

¶ Poſtremo prædicta omnia iuſtificata fuerunt,ex eo,quia poſſeſsio epiſcopi fuerat infecta propter decretum irritans in breui promotionis ſuæ poſitum.Nam eo ipſo,quòd non expediuit bullas retẽtionis infra ſex menſes,inducta fuit vacatio Scholaſtriç ipſo iure,& intrabat regreſſus Cardinalis Sanctorum quatuor. Ex cuius ceſsione habuit Sebaſtianus. talis igitur infecta poſſeſsio non erat cõſideratione digna, prout in ſimilibus terminis quo ad iſtam regulam cõſuluit Ioachinus de Narnia,olim aduocatus excellens in quodam ſuo conſilio incip.dominus Herneus.poſito in lib.j.allegationũ.fol.cccxcij.in cauſa Naneten.eccleſiæ ſancti Nazarij.

¶ Pro contraria verò parte,& ſic pro epiſcopo fuerunt per Dominos adducta motiua ſequentia.Primo,quia iſta regula inducta eſt in odium impetrantis: quo caſu impetrantis negligentia non attenditur, ex quo propter non factũ imponit pœnas.Vnde reſultat illud, quòd vbi impeditus potuit tollere impedimentum, & non fecit,ſibi imputatur, vt in capitulo vnico.de cuſtod.euchariſt.& tradit Rom.conſ. ix.cum concor.vt ſcribit Fely.in cap.cum inter.col.x.verſ. vtrum

Impedit' vbi potuit tollere impedimentum,&c.

vtrum excommunicatus.de excep.& in c.ex tranſmiſſa.col. j.de præſcript. Sed Sebaſtianus potuit tollere, cedendo ſpolio. Igitur,&c. Nam paria ſunt, quem non fuiſſe impeditũ, vel potuiſſe impedimentum tollere.c.fin.cum ibi notatis. de elect.qui enim poteſt facere, vt poſsit, iam videtur poſſe. l.qui poteſt.ff.de reg.iur. cum concord.de quibus ibi per Modernos.

¶Secundo, quia præſuppoſito quòd Sebaſtiano tempus nõ curreret, debuit tamen Sebaſtianus proteſtari auditori corã notario, per ipſum non ſtetiſſe, quominus cauſam ſuper petitorio expediret, iuxta gloſ.in verbo, propoſita.in cap.cupiẽtes.§.quòd ſi per viginti.de elec.lib.vj.& ſequitur Gloſſator hic in iiij.col.& Iaſ.in l.properandum.§.ſi autẽ vterque.C.de iudic.& alibi ſæpe Felyn. Et ita in terminis iſtius regulæ fuit olim dictum in Rota in cauſa Salzeburgen.beneficij ſancti Nicolai, vt patet in cõſilio Ioachini, tunc aduocati, incip. Vacãte,&c.poſito inter ſuas allegationes.volumine xiiij.fol.cclxiiij.aliàs lx.col.fi. Et pro iſta opinione optimè facit quod dicit Rota in no.deciſ.cij.quæ vult, quòd ſi appellans qui habet annum ad proſequendum appellationem, infra annum cõmittat cauſam ſuper attentatis, ſi tamen appellans habet victoriam in attentatis, non currit ſibi tẽpus, ſed excuſatur: ſecus autẽ ſi ſuccubuit. Et illam deciſionem ſequitur Philippus Francus in cap.ex ratione.in viij.col.de appel.pro qua eſt expreſſa authoritas Bal.in authen.ei qui.circa princip.C.de temp.appel. Cum igitur in caſu iſto Sebaſtianus in poſſeſſorio ſuccubuit, meritò dicendum eſt, illi cucurriſſe tempus regulæ.

*Appellans habens annũ ad proſequendũ.*

¶Ex iſtis igitur apparet articulum eſſe diſputabilem, quibus omnibus benè ac diligenter diſcuſsis Rota die xvij. Octobris M. D. xxxiij.coram eodẽ domino Nicolao tenuit, concluſit,& firmauit primam opinionem, videlicet Sebaſtianum excuſandum fore, & in pœnas regulæ non incidiſſe. pro qua opinione vltra prædicta faciunt iſta quæ ſequũtur. Primo, quia clarum eſt in iure, impedimentum ſuperueniẽs non attendi, vt inquit Bal.in l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.anno.in prima col.Sed iſto caſu impedimentum Sebaſtiano ſuperuenit, igitur non debet attendi.

*Impedimentũ ſuperueniens nõ attẽditur.*

¶Secundo, quia quando impedimentum non euenit facto impetrantis, ſed extrinſecus contigit, non debet ſibi imputari, vt tradunt Doct.in cap.quia diuerſitatem.de conceſſ. præben.& ibi Abb.col.fi.Sed in caſu iſto Sebaſtianus à principio non præſtitit impedimentum, quominus poſſet ſuper petitorio procedere.Nec breue Sebaſtiani à principio dedit cauſam immediatam huic impedimento. Ergo non obſtat Sebaſtiano.Suadetur hoc ratione, quia cauſa immediata impedimenti, quominus Sebaſtianus poſſet petitorio agere, fuit commiſsio epiſcopi reductoria ad ius commune, & ſuſpenſio petitorij facta per eundem epiſcopum. Quibus licet breue Sebaſtiani de capiendo poſſeſsionem cauſam dederit, non tamen immediatã, ſed mediatam, quia breue non fuit ordinatum ad hoc, vt prohiberetur proſecutio in petitorio. Quo caſu quando culpa non eſt ordinata ad caſum, caſus non debet imputari, vt tradunt communiter Doct.in l.ij.ff.ſi quis caut.& Rom.conſil.ix.incip.quòd pars. Nam ſola negligentia in iſtis punitur. Vbi igitur nõ fuit aliquis negligens, non impeditur agere, ſublato impedimento, vt tradit Bal.in authen.niſi triẽnale.circa prin.C.de bon.mat. cum vulg.traditis per Fely.in c.ex tranſmiſſa.de præſcript.

*Impedimentũ non eueniẽs facto impetrantis.*

*Culpa quãdo non eſt ordinata ad caſum, &c.*

*Negligens.*

¶Tertio, quia licet de iure ciuili impedito culpa ſua currat tempus, tamen hoc non ita procedit de iure canonico, vt dicit Alexand.in conſil.lviij.viſo & perlecto.circa fi. lib.v.ſequitur Iaſ.in §.rurſus.inſtit.de action.allegant tex. in cap.quia diuerſitatem.de conceſ.præbend.quem ad hoc dicunt ſingularem. Et hoc ſequitur ibi Imol.& Præpoſit.in in cap.j.in iiij.col.quo tempore mil.in vſib.feud.

*Impedito licet culpa ſua currat tẽpus, &c.*

¶Non obſtant, quæ in contrarium adducta fuere. Primo. quòd regula iſta inducta fuit in odium impetrantis. Nam reſpondetur hoc eſſe verum, quando deprehenderetur in negligẽtia notabili, nec aliquam haberet excuſationis cauſam, vt hîc. Nam tunc pœna regulæ procedit: ſecus verò vbi eſt cauſa excuſationis, vt ſuperius deductum eſt.

*De regula inducta in odiũ.*

¶Nec obſtat, Sebaſtianum potuiſſe tollere impedimẽtum, quia reſpondetur non eſſe verum: quia pendebat ex voluntate epiſcopi aduerſarij, qui ſuſpenderat petitorium. Et ſic non pendebat ex voluntate vel poteſtate Sebaſtiani. Nec obſtat, quòd Sebaſtianus dedit cauſam, quia reſpondetur, quòd illa cauſa impetrationis breuis non fuit ordinata ad hoc,

hoc,quia per illud breue nõ fuit proſecutio cauſę impedita.
Nec obſtat etiã, quòd Sebaſtianus debebat cedere: quia, vt
dictũ fuit,nõ reperitur hoc iure expreſſum. Nam nemo te-
netur ius ſuum indiſcuſſum relinquere, vt dicit text.in l.il-
lud.in prin.ff.de pet.hær. Vltimo non obſtat illud de prote
ſtatione,quia reſpõdetur illud procedere quando impedi-
mentũ prouenit à iudice,ſecus ſi prouenit à parte. Quia ta-
li caſu licet proteſtatio ad cautelam ſit vtilis,tamen quando
impedimentũ non obuenit culpa iudicis, proteſtatio nõ eſt
neceſſaria, vt dicitur in l.cum ipſe.de excuſ.tut.& traditur
in cap.ex inſinuatione.de appel.& per Bart.in l.Senatus.ff.
de off.præſid.Innoc.in cap.ex ratione.de appel. Et ibi hoc
latè probat Philip.Francus in iiij.col. Et ita debet intelligi
quod dicit Anton.de Butrio in conſil.xxviij. Abb.in cap.
plerunque.de reſcript. Et cum prædictis concurrit Petr.de
Ancha.in d.cap.cupientes.& Imol.& Moder.in cap.fin.de
appel. Et ita in terminis iſtius regulæ & impedimenti decla
rat ille doctus Gloſſator Pragmat.ſanctio.titulo de pacific.
poſſeſ.in ver.proteſtari.col.fi. De qua tamen proteſtatione
in ſpecie dicetur inferius in ſua propria quæſtione.

Proteſtatio quando eſt neceſſaria.

¶Non obſtat etiã deciſio Rotæ cij. ſuperius allegata, quia
loquitur quãdo idẽ appellans cauſam cõmiſit ſuper attẽtis.
Sed in caſu noſtro Sebaſtianus impetrans non cõmiſit cau-
ſam ſuper ſpolio, ſed epiſcopus. Igitur ſumus extra caſum.
Nam primo caſu ipſe idem præſtat ſibi impedimentũ, ſecus
in ſecundo caſu. Vel dicas quòd illa deciſio non eſt ita ſim-
pliciter vera,ſed debet intelligi ſecundum ea quæ notat Iaſ.
in l.contra maiores.in fin.C.de inoffic.teſt. Et ad eam re-
ſpondet etiam Decius in cap.ex ratione.de appel. Stat igi-
tur concluſio firmata per Rotam,quòd prædictum impedi-
mentum excuſat à pœnis iſtius regulæ. Et ita in vna Con-
* uerſana Archipresbyteratus corã me concludit Rota.xxvij.
Februarij M.D.xxxiiij.

## QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, an derogatio regulæ facta in commiſsione
directa primo auditori iuuet ipſum impetrantẽ, quo
ad gratiam ſubrogationis, vel ſi neutri impe-
tratam coram ſecundo auditore in ſecunda inſtantia?
¶SOLVTIO. Aliàs tempore felicis recordationis Sixti
Papæ



Papæ quarti in Rota iſte caſus diſcuſſus fuit,videlicet Ioan.
Carlin.& Adam impetrarunt beneficiũ poſſeſſum per Ioan
nem Erph reum conuentum. Sed Adam qui erat poſterior
in data,commiſit cauſam contra dictum Ioannem poſſeſſo
rem annalem cum derogatione iſtius regulæ in totum. Io.
Erph poſſeſſor dat de iure dicti Io.Carlini primi impetran
tis. Et quia dictum ius Io.Carlini oppugnabatur ab Adam.
Ex illo capite, quia non fecerat mentionem de iſta regula,
nec vnus,nec alter obtinuit tanquam ſeinuicẽ confunden-
tes. Sed Ioan. Erph obtinuit in iſta prima inſtantia abſolu-
toriam tantum,à qua appellautt Adam. Et lite pendente co
ram ſecundo auditore moritur Ioan.Carlin. Adam obtinet
mandatum de ſubrogando directũ iſti ſecundo auditori,
continens in ſe gratiam ſi neutri, abſque derogatione iſtius
regulæ,quod illi auditori ſecundę inſtantiæ citato Io.Erph
ad dicendum cõtra præſentauit:Io.Erph reus excipit de iſta
regula contra dictam gratiam ſi neutri. In qua huic regulæ,
vt dixi,non fuerat derogatum. Adam replicat,ſufficere ei in
prima commiſsione primo auditori directa fuiſſe deroga-
tum. Quæ derogatio ſufficere ſibi videbatur:Io.Erph repli
cabat nihil habere commune illud iudicium cum iſto, quia
derogatio illa non iuuat,quo ad gratiam ſubrogationis,&
ſi neutri, impetratam in iſta ſecunda inſtantia, coram ſecun
do auditore. Dubitatur modò quis iſtorũ melius, ac verius
dicat. Licet iſte caſus contigerit,vt dixi, tempore Sixti quar
ti:tamẽ ignoro quid tunc concluſerit Rota. Et ideo ego ex
facti ſerie colligam aliqua motiua, quæ videbuntur magis
iuridica,deciſionem poſtea eius ſapientioribus relinquens.
¶Quòd autem iſti ſubrogationi & gratiæ ſi neutri, obſtet
regula, ex eo probatur:quia tempore primæ commiſsionis
impetratæ per Adam,non cogitauit Adam,neq; Papa con-
cedens de gratia ſi neutri, poſtea concedenda. Quod appa-
ret,quia tempore primæ commiſsionis Adam impugnabat
ius dicti Ioannis Carlini,ex eo capite,quia non fecerat men
tionem iſtius regulæ. Ergo tunc non cogitabat, quòd debe
ret ſe ſubrogari in eo,maximè,quia tũc viuebat Io.Carlin.
& non poterat de futuris diuinare, vt dicit textus in capitu
lo,vt noſtrum.vt eccle.benefi. Nam ſolius,& proprij eſt ſci-
re futura Dei.l.quòd quidam.§.quòd dicitur.ff.de acquir.

Dei eſt ſcire futura.

hæred.l.cum ad præſens.ff.ſi cer.pet.gl.in l.relegatorũ.ff.de
pœnis.Ergo ad incogitata animus concedentis non exten
ditur.l.tres fratres.ff.de pact.l.qui cum tutoribus.in fi.ff.de
tranſac.Et conſequẽter,nec extenditur cõceſsio, quia actus
agentis non operatur vltra intentionem eius.vulga.l.non
omnis.ff.ſi cert.peta.& capitulo,ſi ſacerdos.vbi notat Abb.
de offic.ordi. Præſertim cum ſignatura conceſsionis pote-
rat habere effectũ in eo quod tunc erat, videlicet vt admit-
teretur ad proſecutionem cauſæ, ac ſi annus duraret abſque
eo,quod extenderetur ad iſtam nouam gratiã,iuxta notata
per Guliel.de Cu.in l.item, & ad litem.ff.de procurat.Pro
quo optimè facit deciſ.xix.incip.fuit dubitatum.in nouis.

Conced.animus ad incognita non extenditur.

¶Infertur igitur ex hoc concluſio firma, quòd commiſsio
illa prima non ſuffragatur,quo ad iſtam nouam gratiam:&
multo minus, quo ad diuerſam materiam, qualis erat iſta.
Nam diuerſum eſt,quòd in fauorem Adæ ſit derogatum iſti
regulæ in commiſsione primæ inſtantiæ,vt regula non ob-
ſtante admittatur ad proſecutionem cauſæ,ac ſi annus dura
ret.Et quòd ſit derogatum regulæ in fauorem iuris Io.Car
lini, qui viuens regulæ non derogauerat. Cum igitur iſta
ſunt diuerſa,ex diuerſis non fit illatio.vulg.l.fi.ff.de calum-
nia.& l.Papinianus exuli.ff.de minoribus.

¶Et hoc à fortiori locum habet,quia Adam in dicta com-
miſsione primę inſtantiæ hoc non ſolum cogitauit,ſed nec
petijt,cum ius Ioan.Carlini potius impugnaſſet: ex iſto ca-
pite,videlicet,quia regulæ non derogauerat.Ergo nec Pa-
pa videtur vltra, quàm petierat conceſsiſſe.arg.c.inter dile
ctos.§.cæterum.de fide inſtrumentorum. Maximè cõtra re-
gulam,quæ eſt ius ſcriptum,vt notat Fede.in tract.permut.
quæſt.prima.iuncto cap.ſi Papa.de priuileg.

Papa non videtur vltra cõceſsiſſe quàm petierat.

¶Præterea,quia impetratio Ioan.Carlini qui non ſeruauit
requiſita, non ſolum fuit nulla propter dicentem hîc poſi-
tum,ſed adeò Ioan.Carlin.inhabilitatus fuerat, quòd non
poterat ſi viueret venire ad iſtud ius commiſſum, etiam per
viam ſubrogationis,vel gratiæ ſi neutri,vt patet hîc in tex.
Et iſta inhabilitas non reperitur in gratia ſubrogationis,
vel ſi neutri purgata.Cum igitur hęc de nouo emergunt,&
nouo auxilio indigeant, concludendum eſt gratiam iſtam
non ſuffragari: quia commiſsio non extenditur ad nouam
gra



gratiam poſtea ſuperueniẽtem, & longo interuallo in alia
inſtantia conceſſàm,quia ſignatura nihil plus dat,quàm ver
ba importent.argum.capit.ex tenore. & cap.porrò.de pri-
uilegijs.Et commiſsio ſolum continebat, quòd Adam tan-
tum admitteretur ad proſecutionem cauſæ,non obſtãte re-
gula,cui nõ derogabat in ſua prima impetratione:quę qui-
dem derogatio illi non ſufficiebat ad vincendum propter
obſtaculum iuris dicti Ioannis Carlini.Quod quidem ius li
cet eſſet inefficax ad obtinendum contra dictum Ioannem
Erph,poſſeſſòrem annalem, propter exceptionem regulæ,
quam dictus Ioan.Carlini non obſeruauerat: erat tamen
efficax ad repellendum d.Adam poſteriorem in data.Itaq;
dictus Ioan.Carlini erat ſicut canis hortorum, qui braſsi-
cas comedere non poteſt,nec alios permittit eas comedere,
ad inſtar l.Fuſiæ Caniniæ. Adam igitur in iſta ſecũda inſtan
tia non poterat obtinere contra poſſeſſoré ex ſuo iure anti
quo,niſi ex nouiter impetrato,cui obſtat regula,cuius dero
gatio facta in dicta commiſsione primæ inſtantiæ non vi-
detur extendenda, vt proſit iſti nouæ gratiæ ſubiectæ exce-
ptioni regulæ.capitulo,ſtatutum.de elect.lib.vj.Cum vnius
incluſio ſit alterius excluſio.vulga.capitulo,nónne.de præ-
ſumpt.Nam commiſsiones ſunt ſtricti & limitati iuris, vt
notatur in cap.j.& in capitulo,diſpendia.& in capitulo, ſta
tutum.de reſcript.libr.vj.Ergo limitatum effectum debent
producere.capitulo,ſi quem.de procur.lib.vj. Nam quantũ
petitum,tantum conceſſum,vt notat Felyn.in c.poſtulaſti.

Signatura nihil plus dat, quàm verba importent.

¶Ex quibus omnibus concludo, derogationem factam in
illa commiſsione primæ inſtantiæ non ſuffragari, quo ad
iſtam gratiam ſi neutri.

¶Vnum tãtum prædictis obſtat,quia qua ratione dicimus,
quòd Adam vigore primę commiſsionis ſemel admiſſus ad
proſecutionem cauſæ,vigore iuris ſui poſſet admitti etiam
in ſecunda & tertia inſtantia, donec eſſet finita, eadem ra-
tione & quando fuit ſubrogatus: quia illud ius acquiſitũ,
eſt effectum vnum & idem cum ſuo. argumento l. hæredi-
tas.ff.de acquirenda hæreditate. Quia quãdo iura duorum
perueniunt ad vnum,iudicatur pro vno,vt habetur in l.ſin-
gularia.ff. ſi certum petatur.pro quo facit notabile dictum
Bald.in l.iij.§.ſed vtrum.in prima quæſtione.ff.de minori-

Iura duorum quando perueniunt ad vnũ.

bus.vbi dicit,quòd conſenſus patris prǽſtitus filio agenti in
cauſa principali,videtur durare etiam in cauſa executionis:
quia ſufficit, quòd authorizauit in prima cauſa, ſiue ſit
actor,ſiue reus.quod dictum refert,& ſequitur Fely.in cap.
edoceri.in iiij.colum.verſic.& adde.de reſcript.Sed ego in
meo libro non inuenio : magna tamen eſt authoritas Fely.
Et licet ſit diuerſa inſtantia, eſt tamé eadem cauſa. Et quic-
quid iuuare poterat eundem Adam in prima inſtantia, po-
teſt iuuare in ſecunda & tertia, per ea, quæ dicta fuerunt ſu-
perius in quinta quæſt.quia ſufficit, quòd ſemel quis ſit ad-
miſſus ad proſecutionem cauſæ, non obſtante iſta regula.
Quia illa admiſſio debet intelligi vſq; ad finem cauſæ, quæ
per tres inſtantias terminatur. Cogitãdum tamen eſt ſuper
iſtis,quia materia eſt valde dubia.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

Impetrans impugnans poſſeſſionem annalem.

QVAERO, nunquid impetrans impugnans poſſeſſioné
annalem,poſſit poſtea eam approbare, opponédo de
regula contra ius tertij?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum, quòd non : quia ex eo,
quòd quis impugnat, non debet commodum reportare,

Commodũ reportare.

vulg.regula,ex eo.de reg.iur.lib.vj. Tamen, vt perfecta re-
ſolutio habeatur,diſtinguo duos caſus.Primus eſt, quando
impugno poſſeſſionem annalem aduerſarij mei, excipien-
tis de regula iſta. Et tali caſu cõtra eundem non poſſum me
ex poſſeſſione ſic impugnata tueri ad effectum, vt ſub præ-
textu dictæ poſſeſſionis annalis à me impugnatæ debeam
vti exceptione iſtius regulæ, & ita procedit text.cum mate-
ria ſua in dicto capitulo,ex eo. Aut verò impugnaui poſſeſ-
ſioné aduerſarij mei annalem in vno caſu, & ille poſtea poſ-
ſeſſionem ſuam ex alio iure tertij defendit, & tunc contra
ius tertij ad illius excluſioné potero me ex poſſeſſione ad-
uerſarij,quam aliàs impugnauerã,iuuare,quia directè nõ iu-
uo me ex poſſeſſione aduerſarij contra ipſum,ſed cõtra ius
tertij ab eo productum. Ita limitat illum text.in d.c.ex eo.
dominus Anton.in cap.cum olim.in viij.col.verſic.quan-
doque reprobus.de çenſi.

¶Sed aduertendũ eſt,quia iſta limitatio nõ ad plenum mi-
hi ſatisfacit,quia ius tertij hoc caſu reputatur iſtius aduerſa-
rij poſſeſſoris opponentis de eo.Et exceptio cõtra illud ius
eſſe



effectualiter tendit contra poſſeſſorem,non cõtra tertium,
quia nõ eſt in lite.Itaq; illa iuris regula,de qua in d.c.ex eo.
adhuc militare videtur.Et ideo conſideranda eſt alia limita
tio,quam tradit Abb.in c.capitulum.in fin.de reſcrip.quam
ibi Fely.latius & clarius exponit,& ſequitur,videlicet,quòd
ex eo,quòd quis impugnat,poteſt ſe fundare,pendente im-
pugnatione,pro qua adhuc pronũtiatum nõ fuerat:quia cũ
euentus litis ſit dubius,ſi nõ poſſet ſe ex materia impugnata
iuuare,cõtrà aliud ius poſſet ſequi : quòd ſi in impugnatio-
ne ſuccũberet,etiam in iſto ſecundo iudicio, in quo quis ſe
ex actu impugnato tuetur,grauaretur,quod eſſet inconue-
niẽs,vt latius hoc declarat Rom.in cõſil.cccxlvij.incip.quo
ad articulum,&c.in ij.dubio.Et ad propoſitũ d.c.ex eo.plu
res alias limitationes proſequitur Fely.loco ſuperius alle-
gato,quæ ibi videri poſſunt.Sed quicquid ſit,prima reſolu-
tio D.Anto.mihi magis placet:pro qua faciunt ea, quæ di-
xi in regula de non toll.iu.quæſi.q.xiiij.& optimè declarat
Rom.in d.conſ.& illud cõſi.& dictũ Abb.tentũ fuit in Rota
in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus de menſe Decembri
M.D.XXXIX.corã R.D.Io.Paulo,dum contra fundanté ſe in al *
leg.Lapi.lxxxix.allegabatur illa regula iuris,quòd nõ pote
rat ſe in ea fundare ex qua prius impugnauerat titulũ præde
ceſſoris:fuit pro reſpõſione allegatum dictũ Abb.& Rom.
in locis ſuperius allegatis,cum quibus tranſiuit Rota.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO, dicitur hîc(quicunque beneficium &c.)quid
ſi aliquis impetraret officium alicuius annalis poſſeſ-
ſoris, puta ſcriptoris apoſtolici, vel aliud ſimi-
le,nunquid obſtet regula?

Impetrare officium.

¶SOLVTIO. Videtur quòd non : quia regula loquitur de
beneficio eccleſiaſtico,quod ſolet per collationem, vel aliã
prouiſionem dari. Sed officia huiuſmodi dantur per vendi
tionem.Ergo in illis nec mens, nec verba regulæ verifican-
tur.Nam diſpoſitio ſimpliciter loqués de beneficijs, nõ com
prehendit officia ſecularia, cuiuſmodi ſunt iſta, vt tradit
Decius in l.fin.not.iij.C.de pact.Super hoc tamen videnda
ſunt,quæ latius ſuperius dixi in regula de infir.reſignantib.
& in regula de impetran.ben.per obitum famil.Card.& di-
cam in regula,de triennali.& alibi ſæpe.

Diſpoſ.ſimpliciter loquens de beneſi.

### QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Beneficia curata, ſiue ſimplicia.

QVAERO, an regula iſta procedat in omnibus beneficijs etiam curatis, an verò ſimplicibus?

¶SOLVTIO. Si proprietatē verbi beneficij conſideramus, intelligenda erit de ſimplicibus tantum. vt in capitulo fi. de præben. Si vero capiamus beneficium largo modo, & tunc venient curata, vt dicit gl. j. in c. j. de reg. iur. lib. vj. Difficultas igitur eſt, quomodo hîc capietur. Dicet fortaſsis aliquis, quòd ex quo ſumus hîc in pœnalibus, verba ſtricto modo capi debent & ſimpliciter, non autem largo modo. d. c. fi.

Beneficiū largo modo.

¶Breuiter omiſsis diſputationibus, mihi videtur, regulam intelligi debere generaliter de quibuſcunq; beneficijs, tam ſimplicibus, quàm curatis. Nam ex quo ratio regulæ vniformis eſt, vtroque caſu, nec poteſt aſsignari rationis diuerſitas, militabit diſpoſitio iſta pariformiter in omnibus. Et hoc procedit etiã in odioſis, in quibus fit extenſio, vt dicit gl. in c. j. de temp. ord. libr. vj. in ver. Italiæ. & gl. in verb. eligatur. in clem. j. de elect. & tradit Iaſ. in l. fin. ff. de in ius vocan. Præſertim, quia iſta diſpoſitio, quæ lites execratur, concernit vtilitatem publicam, vt eſt probatũ ſuperius in j. & ij. quæſt. & fauet poſſeſſoribus. Igitur capienda eſt interpretatio ampla in fauorem eorum, quorum commodum regula iſta reſpicit. cap. odia. de reg. iur. libro ſexto. & vulga. l. quod fauore. Eſt bene verum, quòd quidam antiqui fuerunt in iſta opinione, quòd regula iſta tantum haberet locum in ſimplicibus beneficijs: moti præcipuè iſto fundamento, quia quando verbo beneficij additur aliqua qualitas, nunquam comprehenditur ſub diſpoſitione de beneficijs ſimpliciter loquente. vt eſt text. in capitulo, licet canon. & cap. ſtatutum. de elect. libro ſexto. Sed beneficium curatum habet qualitatem. Ergo non comprehenditur appellatione beneficij. facit cap. cum in illis. de præbend. libro ſexto. Sed tenendo primam opinionem ad iſtud argum. reſponſum fuit ſuperius in prima, tertia, & quarta quæſtione procem. iſtarum regularum, & etiam reſpondebo in quæſtione ſequenti.

### QVAESTIO DECIMANONA.

QVAERO, an habeat locũ iſta regula in epiſcopatibus?

¶SOLVTIO. Iſta difficultas videtur decidi ex

his,



his, quæ Ludo. Rom. ſcribit in conſ. cccxl. circa primum. in ſecundo dubio. vbi tenet regulam diſponentē literas quaslibet gratiarum de beneficijs conceſſas infra ſex menſes expediri debere, aliàs eſſe nullas, locum non habere in gratijs factis de epiſcopatu propter excellentiam dignitatis, vt in c. dilectus. de conceſſ. præb. & alijs rationibus, vt ibi per eum.

Literæ gratiarum de beneficijs conceſſæ.

Et hoc, quod de epiſcopatibus dictum eſt, Io. Aloiſius Tuſcanus Mediolanen. quondam aduocatus inſignis, & poſtea à Sixto. IIII. eius exigentibus meritis cameræ apoſtolicæ factus Auditor, in quodam ſuo conſil. incip. conſtat ex actis. reddito in cauſa Numburgen. præpoſituræ. in j. vol. extendit habere locũ in alijs dignitatibus, in quibus expreſsè voluit iſtam regulam non habere locum. Rationem aſsignat, quia regula eſt odioſa, exorbitans, & pœnalis, & in tali materia reſtringibili, & nõ fauorabili, appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, niſi expreſsè dicatur, vt patet in cle. j. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. vbi Papa non fuit contentus loqui de beneficio: ſed ſubiungit, etiã ſi dignitas &c. Ad idem cle. j. de cau. poſſ. & prop.

Dignitates in materia reſtrĩgibili.

Addo pro iſta parte duas rationes. Prima eſt, quia ex verbis colligitur mens diſponentis. vulg. l. Labeo. de ſupel. lega. Sed verba iſtius regulæ, iuncta regula de triennali, arguunt, Papam nolle regulam iſtam habere locum, niſi in ſimplicibus, ex eo, quia hic dicit (quicunq; beneficium eccleſiaſticum &c. impetrauerit.) In regula verò de triennali, dicit (quicunque eccleſiaſtica beneficia qualiacunq; ſint &c.) Et ſic ex iſto modo loquēdi apparet, quòd in reg. de triennali voluit cõprehendere dignitates. In regula verò iſta, ſola ſimplicia beneficia: nam aliàs Papa appoſuiſſet hîc ſicut ibi vniuerſalia verba, per quæ cõprehendi poſſent. Apparet ergo, quòd iſtum caſum tãquam omiſſum relinquere voluit ſub diſpoſitione iuris communis, arg. l. commodiſsimè. ff. de lib. & poſth.

¶Secunda ratio eſt, quia dignitates vtplurimum per regulas & extrauag. ſunt reſeruatæ, vt patet ſuperius in regulis ſuis. Et tamē conſtat, regulam iſtam in reſeruatis locũ non habere, vt alia quæſt. dicetur. Quia in reſeruatis, non eſt dare poſſeſsionem, neq; detentionem, obſtante decreto, iuxta tex. in c. ſi hi, contra quos. vt lit. pen. lib. vj. Et tenet deciſ. v. vt lit. pen. in antiq. & deciſ. j. de reſt. ſpol. & deciſ. j. vt lit. pē.

Detentio.

in antiquio.vbi dicitur ita ſeruaſſe Rotam:& Collector ibi dicit,ſe ita pronuntiaſſe. Et abſque poſſeſsione vel detentione exceptio iſtius regulæ non procedit.arg.c.ſine poſſeſsione.de reg.iur.lib.vj.

¶Poſſet tamen prædictis non obſtan.contraria opi.aliquibus rationibus ſuaderi. Primo,quia iſta regula eſt ædita in fauorem poſſeſſorũ:ergo debet intelligi,prout loquitur generaliter de poſſeſſoribus quorumcunq; beneficiorũ,nemine excepto:ita quòd verbũ,beneficium, hîc poſitum,fauore poſſeſſorũ & odio moleſtantiũ,intelligetur largo modo,vt comprehẽdat dignitates. Et iſta opi.poſſet hoc medio ſuaderi:quia clarum eſt,argumentũ valere de perſonis ad res, vt patet in l.qui furere.vbi Alb.& Bald.notant.ff.de ſta.ho.& in l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita.ff.de leg.j.Sed iſta reg.non capit reſtrictionẽ perſonarũ poſsidentium,vt in alia q.eſt dictum,& patet ex verbis regulæ ibi,quicunque &c. Ergo nec capere debet reſtrictionem reſpectu rerum,id eſt beneficiorum:cum fauor,qui datur perſonis,eſt reſpectu beneficiorũ.

Argumentum de pſonis ad res.

Præterea,quia licet aliàs in materia ſtricta & odioſa appellatione beneficij non veniãt curata,nec dignitates:fallit tamen hoc,niſi verbũ beneficij ſit prolatum à lege. Quia tunc etiam in materia odioſa cõprehenduntur curata,& dignitates.ita dicit Felyn.in c. poſtulaſti.in xvj.col.ver. facit etiam deciſio.& c.de reſcriptis.vbi plura ad hoc allegat.Sed in caſu noſtro verbũ beneficij,profertur à lege.igitur &c.Et per iſta poteſt etiam reſponderi ad arg.quorundã antiquorum, poſitum in præcedẽti quæſtione,qui volebant,iſtã regulam non procedere in curatis,ex eo,quia qualitas curæ adiecta verbo videbatur mutaſſe diſpoſitionẽ ſimpliciter de beneficio loquentẽ.d.c.ſtatutũ.Quia ad hoc reſpõdet Aret.& Moder.repe.in l.ij.in prin.de verb.oblig.& Pet.de Ancha.in d.c. ſtatutum.qui videãtur. Et licet epiſcopatus propter excellentiã dignitatis ſub diſpoſitionibus ſimpliciter loquentibus non cõprehendatur,iuxta not.per gl.in c.ij.de præben.lib.vj. Et ibi Io.And.refert,ita Nicolaũ Quartũ declaraſſe. Et tenet expreſsè Domi.in c.ſi propter.in iij.col.de reſcrip.lib.vj. Et Moder.in tract.beneſi.in iij.q.primæ partis. Illud procedit quando diſpoſitio eſt odioſa eccleſijs,quæ aufert electionem capitulo,quæ illi cõpetit de iure cõmuni:& eſt

Beneficij verbum prolatũ à lege.





eccleſijs multum fauorabilis,propter iudiciũ plurimorũ de meritis,& ſufficientia electi perquirentiũ:quod ceſſat in Papa,de quo loquitur text.in d.c.ij.& in c.quia periculoſum. de ſenten.excõ.lib.vj.Secus eſt in conſtitutione fauorabili: nam quatenus epiſcoporum fauorem cõcernat,diſpoſitio ſub illa comprehenditur. arg.eorũ quæ dicit Bart.in l.item ſi poteſtate.ff.de his,qui ſunt ſui.vt dicit Pet.de Anch.in c. primo.de re iud.lib.vj.

### QVAESTIO VIGESIMA.

Administratio perpetua. Beneficia eccleſiaſtica.

QVAERO, an habeat locum iſta regula in adminiſtratione perpetua data per teſtatorem,aut in altaribus, ſeu oratorijs?

¶SOLVTIO. Crederé quòd non,quia iſta non ſunt beneficia eccleſiaſtica,de quibus loquitur iſta regula : quia illa dicuntur eccleſiaſtica beneficia,quæ habent ſigna beneficij eccleſiaſtici:iſta non ſunt huiuſmodi,quia pro illis dant certa ſtipendia annua,vt officientur,& plura teneri poſſunt,nec incompatibilitatẽ inducunt,nec ſub diſpoſitionibus de beneficijs eccleſiaſticis loquentibus, cõprehenduntur,vt probat And.Sicul.poſt alios in clem.gratiæ.col.penult.& fi.de reſcrip.ergo non poſſunt beneficia propriè appellari.pro quibus faciunt ea,quæ tradit Fely.in c.in noſtra.in primo correll.& in c. ex parte.el ſecũdo. de reſcrip. Si verò altaria de conſenſu epiſcopi erigerentur,vel darentur in titulum, tunc,quia in illis concurrit eadem ratio,quæ in beneficijs, per ea quæ ſcribit Rochus Curtius in tract.iur.pat.in verſicul.conſtruxit.in lxxix.q.in talibus adminiſtrationibus,altaribus,vel capellis haberet locum regula. Et ita cõcludit Decius in conſi.ccx.col.j.

### QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

Impoſitio pẽſionis.

QVAERO, an regula iſta habeat locum in impoſitione penſionis impoſitę ſuper beneficio per annum poſſeſſo. Exempli gratia,duo litigant ſuper beneficio à tertio nullum ius habente per annum detento,& vnus ex iſtis duobus litigantibus ad ius dicti beneficij pertinebat, reſignauit in alterum impoſita penſione certi valoris, Papa penſionem conceſsit : dubitabitur,nunquid dictæ conceſſioni penſionis obſtet iſta regula?

¶SOLVTIO. Videtur dicendũ,quòd non:cum regula lo-

quatur de beneficijs impetratis,& penſio propriè loquēdo,
non eſt beneficiū eccleſiaſticū,vt patet in c.quāuis.de præb.
lib.vj.& latè Fely. poſt Abb.in c.ad audientiā.de reſcrip. Et
dixi in reg.de infirmis reſig.Vbi igitur beneficiū non impe-
tratur,ceſſat diſpoſitio regulæ.Nā vt dicit Bal.in tit.de pac.
Conſt.vbi nō eſt ſubiectū,corruit correlatiuū. Et hoc adeò
verū eſt,quòd licet per cōtractū matrimonij,vel cōſecratio-
nem in epiſcopū,vacet primū beneficiū ipſo iure,non tamē

**Penſio nō vacat.**

vacat pēſio,quia non eſt beneficiū,vt dicit Card.in cle.j.in
vj.q.de ſuppl.neg.prælato. Hinc eſt,quòd habēs penſionem

**Penſionem habentes ad quę teneantur.**

non obligatur ad reſidentiā, nec aſſumere aliquē ordinē ſa-
crum,nec ad tria onera ad quæ beneficia obligantur,videli-
cet,ad hoſpitalitatē,onera epiſcopalia, & procurationem
debitā viſitātibus,vt in c.extirpādæ.de præb.c.prohibemus.
de cenſi.vnde iura prædicta,quæ de beneficijs loquūtur,me-
ritò in penſionibus locū non habent.Sicut etiam titulus de
permutatione beneficiorū non habet locū in permutatio-
ne pēſionis cum beneficio,inter quæ non habet locū permu-
tatio,ſicut inter beneficia,vt not.Card.& Imol. in d.cle.j.&
tradit latè Paul.Rom.in tract.pēſio.q.vij.Pariformiter igi-
tur dicendū erit hîc,quòd regula iſta de impetratione bene
ficiorum loquens,non habebit locum in penſionibus.

¶In contrarium tamē facit text.in c.ad audientiam.de re-
ſcrip.vbi penſio & beneficiū æquiparantur.Et illi etiā com-
petit beneficij diffinitio:nam dicitur beneficiū quaſi benefa-
ciens:ſed illa etymologia militat in penſione,ergo dicitur
beneficiū.Suadetur hoc,quia pēſio eſt pars quædam benefi-
cij ſubſtantialis : ergo reputatur beneficium, quia idem iu-
ris eſt de parte,quod de toto.c.maioribus.de præbend.

**Penſiones dupliciter conſiderantur.**

¶Sed vt omnia iſta reſoluantur,penſiones dupliciter con-
ſiderari poſſunt,videlicet, quando dantur in titulum vel in
ſtipendium.Primo caſu poſſet habere locum regula, prout
dicit Fely.in c.de quarta.in iij.col.de reſcrip.fuiſſe iudica-
tum in Rota ſuper regula Cancellariæ xxiiij.quæ ſimplici-
ter ſicut iſta de beneficijs loquitur. Et tamē illa regula pro-
cedit in penſione,quæ datur in titulum,quæ impetrari poſ-
* ſet.Et ita etiā nouiſsimis temporibus tenuit Rota xij.Maij
M.D.xxxvj.in vna Placentina penſionis,coram R.P.D.Mar

**Sententia priuatiua.**

cello epiſcopo Marſican. Quæ voluit ſententiam priuati-
ua.n



uam quorumcunq; beneficiorum comprehendere tantum
penſiones,quæ dantur in titulum, per ſuperius dicta,& per
ea quæ tradit Ioan.Bap.Cacialup.in tract.penſio.q.xxx. Si
verò non dantur in titulū,ſed ſimpliciter cōſtituuntur ſu-
per beneficijs eccleſiaſticis,tali caſu iudicantur vt res tēpo-
rales,adeò,quòd illegitimi & baſtardi illas ſine diſpēſatio-
ne obtinere poterunt. Vt xx.die huius menſis Maij.M.D.
xxxviij.tenuit Rota in vna alia Cæſarauguſtan.portionis,
aliàs pēſionis,coram R.P.D.Petro Vortio epiſcopo Aquen. *
pro qua deciſ.conferūt ea,quæ Curt.tradit in tract.iuriſpa-
tro.in verbo cōpetēs.in ij.q.principali.& quia nō reperitur
hoc à iure prohibitū. Et pro iſta diſtinct.faciūt ea quæ ſcri-
bit Oldr.cōſi.lxxxj.& Geminia.in c.fi.de.præbend.lib.vj.&
Doct.omnes d.cle.j.de ſuppl. negligen.pręlato. Cum alijs
de quibus per Fely.in c.poſtulaſti.in xj. col.de reſcrip.quæ
addi poſſunt ad ea,quę dixi in regula de infir.reſignātibus.

### QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in hoſpitali?
¶SOLVTIO. De iſta q.dixi in regula de infirmis re-
ſignātib.& in alijs regulis. Et dicetur etiā infrà
in regula de triēnali poſſeſſore. Et quia ex ibi dictis poterit
haberi reſolutio,quo ad prę ſentem regulam,non repetam.

### QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

**Beneficiū reſeruatum.**

QVAERO, nunquid exceptione iſtius regulæ poſsit vti
detinens beneficium reſeruatum?
¶SOLVTIO. Hæc quæſtio pendet modo in Ro
ta,coram me in vna Lucen.capellaniæ Sancti Michaelis,&
nihil adhuc eſt deciſum.Quamobrem quæſtionem iſtā bre-
uiter pro vtraque parte diſputabo.

¶Pro parte negatiua,quòd locum non habeat regula,fa-
cit vnum. Quia verba iſtius regulæ loquūtur ſimpliciter de
beneficijs. Ergo debet intelligi de beneficijs non habētibus
qualitatem reſeruationis.arg.l.quęſitum.§.illud.de leg.iij.
& c.ſtatutum.de elect.lib.vj. Quia verba ſimpliciter prola-
ta,debent intelligi ſimpliciter,non ſecundum quid.l.j.ff.de
dona.l.finali.C.de his,qui ve.æta.impet. l.hoc legatum.ff.

**Poſsidens beneficiū ex prouiſione ordinarij.**

legat.iij.Accedat prædictis,quia videmus,quòd poſsidens
ex prouiſione ordinarij beneficium reſeruatum,non facit
fructus ſuos,vt videtur tenere Specul.& Ioannes Andreas
in ti

in tit.de diſpen.§.videndum reſtat.in vltimo fol.verſic.ſed
pone quòd aliquis.& facit deciſio Rotæ iiij.de reſt.ſpol.In-
nocen.& Abb.in cap.cum dilectus.penult.notabili.de iure
patr.in c.dilecto.col.ij.de præbend. Adeò, quòd poſſet con
demnari in fructibus,qui percipi potuerunt,vt ſentit Rota
in antiquis.deciſ.cxxx.nota, quòd vbi agitur,&c. Ergo nõ
debet iuuari regula,quia aliàs inijceret laqueũ animæ eius,
quod eſſe non debet.c.de viduis.xxvij.q.j.Præſertim, quia
iſta conſtitutio eſt iuris canonici, cuius principalis intẽtio
eſt reſpicere animarum vtilitati,vt dixi latè in cap.ij.de cõ-
ſtit.lib.vj.Sed præſuppoſito,quòd talis detentor faceret fru
ctus ſuos,vt plerique Moder.voluerunt,vt eſt Hiſpanus no
ſter Anto.Burgos in c.ad noſtram.in x.col.de emp.& vend.
& Felyn.in cap.de quarta.de præſcrip.Ex alio iſte detentor

**Reſeruati beneficij detentio.**

iuuari regula non debet, quia detentio reſeruati benefi-
cij non eſt conſiderabilis,nec approbata à iure,ſed eſt dam-
nata & punibilis. Hoc probatur,quia vbi aliàs detinens de

**Detinẽs de facto beneficiũ.**

facto beneficium,ſi ſpolietur,venit reſtituẽdus, vt tenet de-
ciſio j.tit.de renunt.in nouis.Iſte tamen detentor beneficij
reſeruati,ſi ſpolietur,nõ agit ſpolio,prout tenet Rota de-
ciſ.xvj.in no.incip.ſi contra agentem.Et hodie hoc etiã ſer
uat Rota,vt ſæpe vidi per deciſ.vij.in antiq.incip.nota,ꝙ
vbi agitur.& cccclxxv.& Egid. deciſ.dxxxvj.in poſſeſſo-
rio.& tenet Anto.Corſet.in tract.de poteſtate regia.in xlj.
limita.Ergo neq; debet adiuuari exceptione iſtius regulæ.
Ratio iſtorum deciſionum eſſe poteſt,quia poſſeſsio benefi
cij reſeruati non ſolum eſt nulla: ſed etiam detentio caret
omni adminiculo iuris, vt deciſ. xvij.in no.& deciſ.v.in
antiquis.tit.vt lit.pend.& eod.tit.in antiq.deciſ.j.ſequitur
Rom.in conſ.cccc.xcix.in præmiſſa conſultatione.col.fin.

**Reſeruatio generalis.**

Et ratio rationis eſt, quia reſeruatio generalis habet vim
conſtitutionis & legis, vt dicit Gemi.& Moder.in cap.ſi à
ſede.col.penul.de præben.lib.vj.& idem Gemin.conſ.xxx.
& omnis conſtitutio continet decretum irritans, vt notãt
Moder.in l.non dubium.C.de legibus. Et decretum irritãs
(vt dicere ſolebat Guliel.de mõte Laud.in cle.ſi Romanus.
ſuper verbo,cum cura.de præben.) eſt penetrabilius omni
gladio ancipiti omnia interiora & occultiſsima afficiẽs, &
aſtringens. Nam eſt tam malignantis naturæ, quòd quic-
quid



quid inuenit,deſtruit,& in oppoſitum ducit.

¶Poſtremo pro iſta parte faciunt omnes rationes genera-
les,quæ communiter in materia iſta pœnali conſiderari ſo-
lent,videlicet,quòd cum iſta regula ſit odioſa,eſt reſtrin-
genda.l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. Secundo, quia
exorbitans à iure cõmuni,cum beneficia ab alio malè poſ-
ſeſſa,paſsim de iure poſsint impetrari & conferri.cap.in no
ſtris.de conceſſ.præbend.& c.licet epiſcopus.de præben.lib.
vj. Tertio,quia eſt pœnalis multipliciter, & ideo omni re-
ſpectu reſtringenda.iuxta regulas vulgares.c.odia.& c.in
pœnis.de reg.iur.lib.vj.Cum igitur regula nullam mẽtio-
nem faciat de beneficio reſeruato, nõ habebit locum in eo.
Iſta ſunt in effectu,quæ pro iſta opinione adduci poſſunt,
quibus adde cõſilia duo Ioan. Aloiſij Tuſcani olim aduoca
ti,doctrinæ ſingularis, & poſtea Cameræ apoſtolicæ audi-
toris,reddita in cauſa Colonien.incip.vtrũ conſtet.in vij.
dubio.in fi.fol.xxvij.& in alio conſil.in cauſa Naurembur-
gen. Præpoſituræ.fol.lij.in prima parte conſiliorum. Qui
per iſta vltima motiua tenet etiam regulam non habere lo-
cum in dignitatibus,ponderando verbum beneficium,po-
ſitum hîc in text.vt ibi latè per eum: & dixi ſuperius q.xix.

¶Contrariam partem, videlicet, quòd regula iſta habeat
locum in beneficijs reſeruatis, videntur tenere Moderni in
tract.de beneficio.in tertia parte.q.xj.Quorum opinio ſua-
detur,ex eo,quia licet poſsidens beneficium reſeruatum per
annum,dicatur detinere,tamen de tali detẽtione annali in
impetratione facienda eſt mentio: aliàs gratia eſt nulla, vt
tenet expreſsè Rota in deciſ.dcclxxxiij.incip.dic,quòd ordi
natio Papalis. Quid tenendum? Quia caſus pendet,non cu

**Poſsidens beneficium reſeruatum per annum.**

rabo modo hîc deciſionem ponere,donec videro quid Ro-
ta iudicauerit;quamuis ex his,quæ dicit Felyn.in cap.in no
ſtra.in xxxvj.correl.in ij.col.de reſcript.qui in ſpecie ponit
iſtam quæſt.poſſet reſolutio ſumi.Nam tenet ibi huiuſmo-
di detentorem beneficij generaliter reſeruati,vti non poſſe
exceptione iſtius regulæ,propter notorietatẽ decreti,quod
ſcit,vel ſcire tenetur detentor. & iſtam opinionẽ tenet Do
minus Guliel.Caſsiodorus in ſuis deciſionibus,titul.de re-
gul.Cancel.deciſ.xiiij.dum examinat illum articulum, an
regula iſta hæreticum defendat. Nam ibidem in diſcurſu d.
quæſt.

quæſt.num.9.tenet iſtam opin.ſequutus Felyn.in dicto cap. in noſtra.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

Beneficia cōſiſtorialia.

QVAERO, an procedat regula in beneficijs conſiſtorialibus?

¶SOLVTIO. Audiui Angelū de Ceſsis quondam famoſum aduocatum dicere ſic, & etiam in regula de triennali ſic obtinuiſſe. Tamen pro veritate huius puncti, videnda ſunt, quæ ſuperius latè dixi, in regula de infirmis reſignant. Et vt breuiter me expediam, certè non video rationem, quare regula iſta in illis habeat locum, cum loquatur de impetratione: & beneficia conſiſtorialia non impetrantur, ſed per promotionem Papæ, & prouiſionem conceduntur. Et talis promotio fit per cedulam. Itaque forma illius prouiſionis eſt longè diuerſa ab impetrationibus, de quibus iſta regula loquitur. Reliqua dicas, vt in d. regula.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

Beneficiū pacificè poſsidēs per annum.

QVAERO, vtrum Titius poſsidens per annum pacificè vnum beneficium, vt vnitum, poſsit vti exceptione iſtius regulæ contra impetrātem dictum beneficium vnitum in titulum, & tanquàm de per ſe?

¶SOLVTIO. Dominus Gulielmus hîc in quadam deciſione incip. vtrum obtinēs, dicit, quòd ſic, quia Rota ita tenuit
* in vna cauſa Bonon. de ſola, coram D. Iacobo Simonetta. Nam fratres ſancti Saluatoris poſsidentes beneficium, vt vnitum, excluſerunt, per iſtam regulam impetrantes beneficium tanquàm perpetuum. Et ratio iſtius deciſionis fuit, quia impetrans in ſua impetratione aſſerebat, beneficium eſſe de per ſe, non autem tanquàm alteri annexum. Quo caſu, ex perſona agētis ius metimur. l. j. §. j. ff. ſi pars hær. pet. l. ædita. cum ibi notatis. C. de ædend. Ergo obſtabat ei regula pro qua deciſ. facit, quod not. Card. in clem. vnica. in viij. q. de ſeq. poſſ. & fruct. Et ita tranſit domin. Guliel.

Ius metimur ex perſona agentis

¶Sed aduertendum eſt, quia videtur dominū Guliel. hanc quæſtionem non pertinēter adaptare ad iſtam regulam, ex eo, quia ſi præſupponitur, actorem impetraſſe beneficium tanquàm membrum de per ſe alteri non vnitum, tali caſu impetrans nō tam videtur repelli vigore regulæ, quàm exceptione vnionis. Quia impetrans petit beneficium, quod non eſt, & ita excluditur. Nec, iudicio meo, exceptio iſtius regulæ adaptari poteſt, quia regula loquitur de poſſeſſore. Et beneficium alteri vnitū, quia iam per vnionem omnino eſt extinctum, non poſsidetur: ſed illud principale beneficium, cui eſt facta vnio, poſsidetur, & primum vnitum confuſum fuit, & effectū vnū corpus cum illo cui vnitur, adeò, quòd nomen beneficij perdit, vt dicit Rota deciſ. x. de reb. eccl. nō alien. in antiq. Et ideo videtur fruſtratoria iſta queſtio. Niſi diſtinguendo ſpecies vnionis, vt facit Fely. in cap. in noſtra. in xxxiij. correl. de reſcrip. velimus pertinētiam q. ſuſtinere: aliter autem non video quid faciat ad propoſitū. vel iſta deciſio locum habere poteſt, quando aliter non conſtaret de vnione: & hoc puto magis conſentaneū, quia ſufficit poſſeſſori annali, quo ad exceptionem producendam, & abſolutoriam obtinendam probare, quòd poſſedit per annum pacificè illud beneficium, vt vnitum, licet aliter de vnione non doceat.



Exceptio producenda.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

Beneficiū cōmendatum.

QVAERO, an regula procedat in beneficio cōmendato?

¶SOLVTIO. Iſtam quæſtionem examinaui in regula de infir. reſignantibus. & in regula de idiomate. & in alijs regulis. & pleniſsimè examinabo in regula de triennali. vbi accidit tempore meo de hac q. in ſpecie dubitari in Rota, quæ pleniſsimè diſcuſſa fuit: ideo ad ibi dicta pro complemento dicendorum occurrendū erit, ne totiens idem repetatur. Interim tamen ne hîc illotis, vt dicitur, manibus tranſeamus, videtur prima facie dicendum regulā in commenda non habere locum, ex eo, quia, vt dicunt Doct. in cap. nemo deinceps. de elect. lib. vj. commenda non eſt titulus, ſed quoddam depoſitum, donec Papa aliter diſponat. inde eſt, quòd commendatarius interim tenetur procurare, ne bona beneficij cōmendati diſsipentur, ſed eo modo, vt procurator res domini diſtribuere ſolet, diſpēſentur. Quāobrem commendatarius procurator dicitur, vt in c. qui plures. xxj. q. j. Et tradit Alexand. in cōſil. xcvj. in ij. col. lib. iiij. cum cōcord. vt per Pauinum in tract. de off. & pot. cap. ſed. vac. fol. xxj. Sed iſta regula loquitur de beneficio, quod datur in titulum, & certo modo vacare prætenditur, in quo prædicta non concurrunt. Igitur regula in commenda locum

Commendatarius procurator.

cum non habebit. ¶Breuiter iſtis non obſtan. poſſet concludi contrarium, ex eo, quia regulariter videmus, cõmendas noſtri temporis ad vitam concedi: & ſic iuxta l.j.ff.pro ſocio. perpetuæ reputantur, & ob id titulis æquiparantur, vt ſæpe in Rota tẽtum eſt, prout dixi in dictis regulis. Præſertim quia negari non poteſt, per mortem cõmẽdatarij, dari aliqualem vacationem, adeò, quòd gratia ad beneficiũ vacaturum capit beneficiũ vacans per mortem cõmendatarij, vt concludit Marianus Socinus in conſ.xxxij.in vj.col. lib.j.poſt Rom.in quodam ſuo cõſilio, quod ibi allegat. Et ita in terminis Rota in quadam cauſa iudicaſſe refert bon. memo. Card. Iacobatius, ex ordine noſtro, tunc primarius auditor, in quibuſdam ſuis apoſtillis ad iſtam regulam manu propria eius ſcriptis: vbi aſſerit omnes Dominos ita tenuiſſe. Reliqua, quæ hîc deſiderantur, in dicta regula de triennali videas.

Gratia ad beneficium.

*

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

QVAERO, an in beneficijs iuriſpatronatus laicorum vendicet ſibi locum regula?

Beneficia iuriſpatronat⁹.

¶SOLVTIO. Recordor hoc dubium motum fuiſſe in Rota tempore meo in cauſa Agrigentina prioratus, ſeu decanatus, coram R. P. D. Marcello, & nihil tunc fuit deciſum. Tamen in illa cauſa erat vnũ plus quàm præſupponatur in q. iſta, videlicet, quia iuſpatronatus illius prioratus erat imperatoris. Itaq; fuit poſitum dubium, nunquid iſta regula procederet in iurepatr. imperatoris. Sed, vt dixi, nihil fuit tunc deciſum, vel quia cauſa ex alio capite exitum habuit, vel quia partes concordarunt.

¶Pro reſolutione igitur iſtius dubij, cõſiderandi ſunt tres caſus. Primus eſt in præſentatione, videlicet, quando ad beneficium poſt annum ab alio poſſeſſum quis præſentatur. Et in iſto caſu ex parte præſentati non requiritur obſeruatio iſtius regulæ. Quia iſte textus requirit expreſſionẽ hîc requiſitam in impetratione, quæ in præſentatione patroni non debent, nec ſolent ſeruari. Item quia iſta regula loquitur de impetratione, quæ tribuit ius impetranti ſtatim, & ideo in tali debet fieri diligentia, & ſeruari forma hîc requiſita, ſed præſentatio ante inſtitutionem non tribuit ius de præſenti efficax, vt tradunt omnes in cap. cum Bertoldus. de re iud.

Præſentatio ante inſtitutionem.



re iud. & dixi in reg. de non tollend. iu. quæſi. quęſt.j. ideo in præſentatione regula iſta non procedet. Adiuuatur iſta opinio ex vulg. dictis, videlicet, quòd iſta regula eſt pœnalis & odioſa, ideo reſtringenda. c. odia. de reg. iur. lib. vj. Quibus accedunt ea omnia fundamenta, quæ latè quidam Moderniores congerunt, in tract. nouo iur. patr. in xxij. articu. vj. q. princ. primæ partis, eſt fol. ccxiij. Vbi tenent regulas Cancellariæ loquentes generaliter de beneficijs, non habere locum in beneficijs iuriſpatronatus, cõſiderato reſpectu iſtius quæſtionis.

Regulæ Cancellariæ.

¶Secundus eſt caſus, in quo exemplificari poteſt iſta regula, videlicet, in inſtitutione beneficij iur. patr. Exempli gratia: Hodie vacat beneficium iur. patr. & Titius ſe intrudit, & poſſidet per annum pacificè. Poſtea peruenit ad notitiã patroni, quòd beneficium vacat, & infra quadrimeſtre, quod currit patrono à die notitiæ, vt dicunt Io. And. & Abb. in c. fin. de iur. patr. & Rochus in tract. iur. patro. in verſi. honorificum. in xxvij. q. patronus præſentat Ioannẽ. Io. petit inſtitui ab ordinario. Nũquid inſtitutioni obſtet regula? Et certe iſto caſu etiam videtur, quòd nõ habeat locum regula in inſtitutione, quia iſta regula loquitur de impetratione & collatione, quæ eſt libera, reſpectu conferentis, vt Abb. dicit in c. authoritate. col.j. de inſtitu. Sed inſtitutio nõ eſt huiuſmodi: quia non poteſt inſtituens inſtituere, quem velit, ſed cogitur præſentatum, ſi idoneus eſt, inſtituere, vt dicit Abb. in d. c. authoritate. & in c. ex frequentibus. de inſti. Cum igitur iſta ſunt diuerſa, diſpoſitio loquens in vno, non habebit locum in alio, iuxta tradita in c. cum in illis. de præben. lib. vj. Et ita per iſta, & alia motiua tenet Decius in conſil. ccxxiiij. regulam de infir. reſign. non habere locum in beneficijs iur. patr. quæ opinio ſatis mihi placet, loquendo in inſtitutione facta per ordinarium, cum qua concordant omnia motiua adducta per Modernos, loco ſuperius allegato.

De impetratione & collatione loquitur regula.
Inſtituens nõ poteſt inſtituere quem vult.

¶Tertius caſus eſt in noua prouiſione, vel in prouiſione ſimpliciter impetrata à Papa. Et hîc eſt maior difficultas propter diuerſitatẽ rationũ. Et iſte caſus modo deciſus fuit in Rota in cauſa Hiſpalen. capellaniæ Sanctæ Catherinæ, corã R. D. Io. Mohedano, in quo duo aduocati pro vtraque parte latius ſcripſerũt. Et vt res ipſa facilius percipi & intel *

ligi poſsit, facti ſeries ita ſe habuit: Quidam impetrauerat ſimpliciter à Papa dictã capellaniam, dicens eſſe forſan de iu repat. laicorũ: Papa gratiã conceſsit cum clauſula, dummodo accedat cõſenſus patroni. Cuius quidem cõſenſus poſtea acceſsit, cumq́; impetrans intruſum ad iudicium euocari faceret, intruſus de iſta regula oppoſuit. Fuit igitur dubitatũ nunquid iſto caſu eſſet locus regulæ. Pro parte negatiua dicebatur, regulę non eſſe locũ, quia noua prouiſio præſupponit alium titulum præceſsiſſe, nec facit ius purum & ſimplex de per ſe ſubſiſtens, vt tradit Gloſſator in regula Cancellariæ lxij. in iij. col. infrà eo. tenet Rota deciſ. xxiiij. de cõceſſ. præben. in antiq. & Egid. deciſ. cxvj. Regula igitur iſta quæ loquitur de impetratione, debet intelligi in dubio de ſimplici, pura, & libera collatione. arg. l. j. ff. de dona. Nam verba in dubio, præſertim in materia odioſa & pœnali, cuiuſmodi eſt iſta, debet intelligi ſimpliciter, & purè, non ſecundum quid. c. ſtatutum. de elect. lib. vj. Bar. in l. j. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. & c. pen. de ſenten. excom. & l. hoc legatũ. ff. de leg. iij. Præſertim, quia regula iſta ſimpliciter loquitur de beneficijs, & non facit mentionẽ de iurepatr. igitur non habebit locũ in illis, quia diſpoſitio quantumcunq́; fauorabilis, de beneficijs loquens, non comprehẽdit beneficia iur. patr. laicorũ, niſi expreſſe dicatur, vt tradit Io. And. Gemin. & cõmuniter Doct. in c. ij. per illum text. de præb. lib. vj. Et hoc ideo ſtatutum fuit, ne laici retrahãtur à fundationibus eccleſiarũ. idem tenet Lap. alleg. lxxxiiij. & xcvj. igitur iſte text. ſimpliciter loquens de impetrationibus, debet intelligi de puris & ſimplicibus, non autem de qualificatis, prout ſunt beneficia iuriſpatronatus. ¶ Secundo principaliter pro iſta opi. facit, quia noua prouiſio, eſt quid acceſſorium, & dependens à præſentatione: ſiue igitur præſentatio, vel conſenſus patroni præcedat, vel ſequatur, vt tradũt Moder. de Curte in trac. iur. pat. in verb. pro eo, quòd de diœceſani conſenſu. in iiij. q, & acceſſoriũ ſequitur naturam ſui principalis. Vnde, qua ratione dicimus, præſentationẽ non comprehendi ſub diſpoſitione iſtius regulæ, per ſuperius dictat pariter nec noua prouiſio ei acceſſoria, vt in ſimilibus terminis intellexit Rotą regulam diſponentẽ commiſsiones cauſarum non valere literis non expeditis, procedere tãtum in prin

Noua prouiſio.

Nouæ prouiſionis diffinitio.



cipali nõ acceſſoria, & opitulatiua, qualis eſt noua prouiſio, quia illa expeditionẽ nõ requirit, vt ibi diximus. Præterea, quia regula iſta loquitur de prouiſionib. & impetrationibus quæ innitũtur gratiæ: ſed impetratio & prouiſio, quæ fit cũ cõſenſu patroni, prout eſt iſta de qua agitur, innititur iuſtitię, iuxta no. in c. ex frequẽtibus. de inſtit. & regula non habet locũ in illa: quia qua ratione ſi patronus præſentaſſet, & Papa inſtituiſſet, regula locũ nõ haberet, eadẽ ratione locũ habere nõ debet, quãdo Papa confert cum dicta clauſula, dummodo accedat conſenſus patroni: quia ex hoc apparet Papam nolle liberè conferre cum poſſet, ſed voluit conſenſum patroni requiri. Itaq; talis prouiſio æquipollet inſtitutioni, & ſapit iuſtitiã, & non gratiã. Nec obſtat, quòd prius Papa prouiderit, & poſtea conſenſus acceſſerit patroni: quia idem eſt, quòd antea, vel pòſt conſenſus patroni accedat, vt dictũ eſt: nam vtroq; caſu prouiſio facta cẽſetur inſtitutio. ¶ Iſtis tamẽ non obſtan. hodie, quæ numeratur x. Ianuarij. M. D. XXXIX. Rota in dicta cauſa coram eod. R. D. Mohedano tenuit contrariũ, videlicet, regulam habere locum in impetratione facta à Papa de beneficijs iuriſpatronatus. Et ratio iſtius deciſionis fuit, quia in dictis beneficijs, ratio prooemij, & verba iſtius regulæ militant. Nam regula iſta punit deſidem impetrantẽ, quæ verba in impetrante beneficium iur. patr. verificantur: & imputet ſibi, qui eligit viã impetrationis à Papa, & regulam non ſeruauit. Nam licet poſtea accedat conſenſus patroni ad confirmandã impetrationem, illud, quod principaliter pars egit, debet conſiderari, videlicet, ipſa impetratio, de qua regula loquitur. Nam ea ratione, qua hoſpitalia, & beneficia patrimonialia, ſi impetrantur, ſubijciuntur regulæ, eodem modo & beneficia iur. patr. Nec obſtat, quòd laici patroni per hoc diſtrahantur à fundationibus eccleſiarum: quod non eſt verum, quia per hoc patroni non impediuntur præſentare, licet præſentatus in ſua prouiſione impetrata à Papa teneatur obſeruare contenta in iſta regula. Ita quòd patroni non excludantur perpetuò, cum prohibitio iſtius regulę ſit temporalis, & annalis poſſeſſor carẽs titulo poterit ab alio excludi, cõtra quem præſentatus obtinere poterit. Et licet interim præſentatus, propter ſuã negligentiam excludatur, illud nõ eſt in-

ductũ in odiũ patroni: nam licet præſentatio videatur per excluſionẽ præſentati nõ habere effectum, hoc nõ eſt principale præiudicium patroni: propterea non debet eſſe in conſideratione, iuxta gl. in c. ij. de pact. lib. vj. & quæ not. Fely. in c. ſuper eo. de offic. deleg. Et per hoc reſpondetur ad doctrinam Doct. in d. c. ij. de præb. lib. vj. cum alijs, quòd ideo ibi non comprehenduntur beneficia iur. patr. laicorũ, quia principaliter prohiberentur præſentare: & ſic inferretur illis præiudicium principaliter, & non ſecundario, quo caſu illud fieri nõ debet, propter prædictam rationẽ, ne abſtrahantur à fundationibus. Sed in caſu noſtro patroni principaliter non prohibẽtur præſentare, & ſi in aliquo præiudicatur illis, præiudicium illud, vt dixi, eſt ſecundarium, quod attendi non debet, iuxta latè tradita ſuperius in regula de non tol. iur. quęſi. q. iij. per Moder. & in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Et hac ratione videmus, quòd extrauagãs, Execrabilis, locum habet in beneficijs iuriſpatr. laicorum, vt ibi tenet Io. Franc. Pauinus quondam Rotæ Auditor. Et ratio eſt, quia per hoc patroni non prohibentur præſentare, quia pœna illius extrauag. ſicut iſtius regulæ habet locum, poſtquàm patronus præſentauit, & ſic functus eſt officio ſuo: vnde ſi ex poſt præſentatus, propter ſuam negligentiã vel dolũ excludatur, illud non debet conſiderari, quia non eſt inductum in odium patronorum. arg. l. j. ff. de in lit. iur. Nec obſtat, quòd regula non videtur habere locum in impetrationibus, quæ concedũtur per viam iuſtitiæ, quia illud eſt verũ, quãdo impetrationes ſunt merę iuſtitiæ, ſecus ſi ſunt mixtæ. Nam tali caſu regula illas comprehendit, vt lites exquirentes per huiuſmodi impetrationes reprimãtur. hinc eſt, quòd ſi fiat renuntiatio in fauorem Titij, clarum eſt, quòd prouiſio, quæ Titio à Papa fieri debet, eſt per viam iuſtitiæ, ex eo, quia renuntians aliter non eſſet renuntiaturus, niſi in fauorem Titij: & eſt iuſtum, quòd Papa Titio conferat beneficium. Et tamen in tali prouiſione habet locũ iſta regula, vt inferius dicetur in alia q. Adeò, quòd ſi reſignatarius in ſua prouiſione nõ faceret mentionẽ regulæ, excluderetur eius exceptione. Et per hoc reſpondetur ad cõſilium Decij. ccxxiiij. quòd nõ faciat ad propoſitũ, ex eo, quia termini ſunt diuerſi. Nam ſi illa regula de infir. reſignãtibus, haberet locum

Extrauagans execrabilis.

Intellectus ad conſilium Decij.

cum



cum in beneficio iur. patr. patroni generaliter excluderẽtur à præſentatione, cum vacatio per renuntiationem, propter quam patroni præſentare poſſent, vel cõſentire, in illa regula annulletur, & inducitur noua, & ficta vacatio per obitũ, propter quam patroni præſentare nõ poſſunt, ſed prouiſio pertinet ad Papam, vt ibi dixi. q. v. & in ſumma longa eſt differentia inter caſum noſtrũ, & illam regulam, prout ex motiuis Decij in d. cõſ. ſatis colligi poteſt. Et in hoc ſtylus Cancellariæ plurimum valet, qui declarat mentẽ principis. Nam ſolet Cancellaria etiam in prouiſionib. beneficiorũ iuriſpatr. in literis narrare iſtam regulam: quod non faceret, ſi teneret regulam talia beneficia non comprehendere. Et iſta opin. certe ex hoc iuſtior videtur, quia per eam lites calumnioſæ, quę per huiuſmodi impetrationes beneficiorũ viuentium fomẽtatur, tolluntur: & hoc reſpectu regula iſta fauorabilis dici poteſt, per ea quæ dixi in prin. iſtius regulæ. Et finaliter ad hoc videtur notabile conſ. Rom. in cõſil. cccclxv. incip. in re præſenti, &c. vbi voluit, collationẽ factam de beneficijs iuriſpatr. eſſe ſubreptitiã, ſi non fecerit mentionem de colorata alterius poſſeſsione. Et pariter voluit præſentationẽ patronorum eſſe nullam, nõ facta mentione de detentione tertij, qui veniebat priuandus, vt ibi per Rom. quem ſequitur Fely. in c. in noſtra. in xxxvj. correlia. de reſcript.

Collatio de benefi. iuriſpatro. facta, ſubreptitia.

Præſentatio an ſit nulla.

QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA.

QVAERO, an regula habeat locum in impetratione gratiæ ſi neutri?

Impetratio gratiæ.

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio in Rota vẽtilata fuit tempore Nicolai Quinti, per epiſcopũ Spoletanum locũtenentem, & tempore Sixti Papæ Quarti, vt inuenio in memorialibus illorum temporum. Non tamẽ ibi dicitur quid fuerit deciſum. Et ideo, vt veritas clarius eluceſcat, motiua pro vtraque parte ponam, pro quorum comprobatione conferre poterunt omnia argumẽta, quæ in ſimilib. quæſt. ſcripſi in regula de non iudicando literis non expeditis: & ea, quæ dixi in quæſt. prox. præcedenti, in vltimo mẽbro. & dicam in regula de valore exprimendo. Et quòd regula locum habeat, adduci poſſunt rationes ſequentes. Prima, quia regula generaliter loquitur de qualibet impetratione beneficij, nec diſtinguit, ſiue per viam ſi neutri, ſiue aliàs fiat

impetratio. Ergo nec nos diſtinguere debemus.c. ſolitæ.de maio.& obedien. Præſertim, quia verba regulæ,ibi, (quod vacare prætendit)adaptãtur gratię ſi neutri.vulga. l.iiij.§. quotiens.de dam.infec.

Gratia ſi neutri, &c.

¶Præterea,quia gratia ſi neutri,cum ſit noua gratia, debet continere omnes illas expreſsiones,quæ debent de iure fieri in alijs gratijs beneficialibus, ac ſi de nouo impetraretur, aliàs vitiatur,vt tenet Rota in deciſ.ccxxxix.idem quòd impetrans gratiam ſi neutri.in nouis. Et Rom.in cõſil. ccclxij. Sequitur Fely.in c.in noſtra.in xv.correl.de reſcrip. Sed certum eſt,in alijs impetrationibus requiri obſeruationẽ iſtius regulæ. Ergo idem dicendum erit in gratia ſi neutri. Præterea ratio in procœmio iſtius regulæ expreſſa,cum ſit finalis, iuxta l.finalem.ff.de hære.inſti.vendicat ſibi locum in gratia ſi neutri. Iſta ſunt,quæ ſine fuco,ſed ſuccinctè,& breuiter adduci poſſunt pro iſta parte.

¶In contrarium quòd regula non habeat locum in gratia ſi neutri,faciunt verba poſita in fine iſtius regulæ,dum dicit:Nec vllus alius vacationis modus etiã per literas,ſi neutri.&c.ſuffragetur impetrãti,&c. Nam iſta verba innuunt, quòd regula in principio loquitur de primæuis impetrationibus ſimplicibus, non de iſtis acceſſorijs & conditionatis. Quia verba ſimpliciter prolata debent intelligi de actu puro & ſimplici,non cõditionali,vt dicit text.in l.j.ff.de dona.cum ſimilibus. Ergo vbi aliquis,qui non impetraſſet primæuam gratiam, haberet gratiam ſi neutri, non cogeretur ſeruare regulam.

Gratia ſi neutri non impetratur.

¶Pręterea,quia gratia ſi neutri,nõ impetratur,niſi lite pendente,vt patet in deciſione cccxx.in nouis.& melius cclxx. Ergo ſi eſt lis, beneficium non eſt pacificè poſſeſſum,& per conſequens regula iſta non ſuffragabitur.

Intellectus ad hęc verba, neque vll⁹,&c.

¶Sed tenẽdo primã partem,ad iſtas rationes poſſet reſponderi. Primo ad illa verba hîc in regula poſita(neq; vllus vacationis modus &c.)quòd illa verba ſint appoſita in odium impetrantium,& ad maiorem eorũ excluſionẽ. Ergo non debemus illa detorquere,& interpretari ad ſenſum contrarium,videlicet,vt fauorem inducant,& reſtrictionẽ regulę. arg.l.quod fauore.C.de legib.& l.legata inutiliter.de leg. j. Nam aliter interpretãdo regulã,implicaret cõtradictionem,



nem,& ſeruiret nobis de vento. Mens igitur illorum verborum finalium iſtius regulæ eſt,ſecundũ quod à multis intelligitur: vt præſupponat,principiũ regulæ loqui in quacunque impetratione,ſiue illa ſit gratia ſimplex,ſiue gratia ſi neutri:vel perinde valere,dummodo illa ſit prima gratia. Itaque facta vna impetratione ex ſupradictis, impetrans certo modo tenetur in illa ſatisfacere regulæ:aliàs illa prima impetratione nulla exiſtente ob non obſeruationẽ regulæ non poſſet ſe ex alia iuuare. Et hoc ſonant illa verba (nec alius quàm præmiſſæ vacationis modus:)illa enim dictio,præmiſſę,non eſt demõſtratiuæ impetrationis ad oculum,cum in regula nullus vacationis modus ſit expreſſus, ſed demonſtratiuus ad ſenſum gratiarũ, quas contingeret de huiuſmodi beneficijs impetrari. Et iſta videtur mens regulæ,quam ſequi debemus.cap.intelligentia.de verborum ſignific.& vulg.l.ſcire.ff.de leg. Præſertim cum etiam ſeruiamus verbis.arg.l.ille aut ille.§.cum in verbis.de legat.iij.vt fugiamus abſurda,iuxta notata in c.dudum.de præb.lib.vj.

Præmiſſæ, dictio.qd ſignificet.

¶Sed vlterius circa expoſitionem iſtorum verborum vidẽda ſunt ea,quæ ſcribam inferius in lxxix.q.cum duabus ſequentibus. Et quòd iſta regula in dicta gratia ſi neutri,locum habeat,ſuadet generalitas procœmij iſtius reg. (vt improbi lites,&c.) Quæ ita habet locũ in gratia ſi neutri, ſicut in principalibus prouiſionibus:& illa ratio procœmij eſt hîc expreſſa,iuxta notata per Bal.in §.quibus.in prima conſtitutione C.& in ſecunda conſtitutione in principio. Et ideo quicquid ſub ea comprehẽdetur,dicitur etiam ſub regula comprehenſum,virtute comprehenſiua,non extenſiua,iuxta notata in cap.poſtquam.de electio.libro vj.& in l. prætoris.in princip.ff.de operis no.nun.& in l.nõ poſſunt. de legibus.cum ſimilibus. Et quia illa indefinita locutio illorum verborum(ſiquis impetrauerit,&c.) poſita in principio iſtius regulæ,perinde ſtat,ac ſi omnem modum impetrandi incluſiſſet,iuxta notata in c.vt circa.de elect.lib.vj. & in l.ſi plures.de leg.iij.& in l.vxori meæ.de vſufruct. legat.cum ſimilibus. Nec obſtat,quòd gratia ſi neutri, impetratur eo tempore,quo annalis poſſeſſor non eſt pacificus, & ſic lite pendente:quia reſpõdetur hîc præſupponi poſſeſſorem iam fuiſſe annalem,quando lis illi mouetur,vt patet

Procœmij generalitas.

Si quis impetrauerit.

hic in text.ibi,tunc per annum immediatè præcedentẽ,&c.) aliàs regula non procederet. Et alia annalis poſſeſsio præcedens obſtat etiam gratiæ ſi neutri impetratæ,lite pendente.Itaque contrarium in nihilum reſoluitur.

* ¶ Teneri igitur poteſt iſta concluſio pro firma, videlicet, regulam procedere in gratia ſi neutri. Quam opinionẽ tenuit,& approbauit Rota tẽpore Sixti in vna Brixien. præbendæ,coram d.Ioan.Cæſarino,tunc Auditore,pendente. Nam tunc fuerat dubitatũ,nunquid gratiæ ſi neutri,de qua impetrans magnum faciebat fundamentum in iudicio,obſtaret regula. Et fuit dictum,quòd ſic,propter identitatẽ rationis,& ea,quæ dicta ſunt. Pro quo vide quæ dixi q.xv.& dicam q.xlij.liij.& lxxix.

¶ Vt tamẽ iſta concluſio reſoluatur,eſt aduertẽdum,quòd nouiſsimè q.iſta fuit ita in Rota propoſita,in qua ita diſtinguebatur:quòd aut prima gratia eſt nulla,propter nõ obſeruatã regulam. Et iſto caſu,ne delinquẽs ſit melioris conditionis,quàm prudens,in eius pœnã erit dicendũ,gratiam ſi neutri,ſibi non ſuffragari, niſi in ea requiſita regulæ ſeruẽtur,& ita procedunt omnia quinq; fundamenta,quæ ad regulam de non acceptãdo literis non expeditis,facit Gemin. in conſi.cxxviij.que hîc applicari poterunt. Et ita in ſimili concluſit Rota in vna Sãct.Andreæ vicariæ,de menſe Iunio M. D. xxxix.coram R.P.D. Marcello epiſcopo Marſicano. Dum voluit,quòd regula Clementis diſponẽs,quòd in ſupplicationibus,ſeu conceſsionibus gratiarum de beneficijs tunc vacantibus,de menſe,in quo vacarent,diſpoſitiuè mentio fiat,alioquin gratiæ ſint nullius momenti,&c.Nam voluit habere d.regula locũ in nouis prouiſionibus,quæ ſunt conceſsiones:& hoc,quia verba regulæ adaptantur nouis prouiſionibus.ergo mens Papæ talis eſſe præſumitur,qualem verba denotat.vulg.l.Labeo.de ſupellect.leg.plura tamen pro & contra,ſuper hoc aduocati ſcripſerũt,quæ non refero,vt videndũ eſt in informationibus eorum. Aut verò gratia fuit nulla alio capite,quàm propter regulã non ſeruatam,fortè quia errauit in expreſsione vacationis:& tunc erit concludendum,gratiã ſi neutri,valere,regula non obſeruata. Ratio fuit, quia hoc caſu regula iſta,quæ de impetratione loquitur, debet de prima & principali intelligi, non



non de ſecũdaria & acceſſoria.argu.l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.pet.Et quia verba ſimpliciter prolata,intelligũtur de primo actu,non de ſecundo,vulg.l.boues.§.hoc ſermone. ff.verb.ſig.prout Domini regulam de publicandis reſign. intellexerunt,vt ibi dixi. Et ita in terminis iſtius quæſtionis cõcluſit,& iudicauit Rota die xviij. Ianuarij M.D.xxxviij.in vna Rom.parochialis S. Pauli,& Cæſarei,coram d. Raynaldo Petrutio,pro d.Eurialo de Syluestris contra Felicem de Cauallerijs.

## QVAESTIO VIGESIMANONA.

QVAERO, an iſta regula obſtet pariter reformationi factæ ad primam gratiã,quæ erat nulla,ex eo,quia non fecerat mentionem de iſta regula?

Reformatio facta ad gratiam.

¶ SOLVTIO. Super iſto puncto,qui ante direptionem vrbis vẽtilabatur in Rota,ego cõſului pro epiſcopo Iuſtinopolitano in cauſa beneficiorum Bergomen.& Brixien. Et tunc fiebant aliqua motiua pro inualiditate reformationis, ex eo capite:quia ſi principale non valuit,nec reformatio tanquam acceſſorium,quod ſequitur naturam ſui principalis,iuxta notata in l.non dubiũ.C.de leg.cum vulg.de quibus per Rom.in conſi. ccxlvj.& Iaſon in l.ſub prætextu. la prima. in ſi.C.de tranſact.

Principale ſi nõ valet,&c.

¶ Quibus,& iſtis ſimilibus motiuis non obſtantibus, ego conſului contrariũ.In qua opinione nunc eò libẽtius perſiſto,quia tũc fuit illa opinio à Rota recepta & approbata. Et inter plura,quæ in d.conſilio ſcripſi,quæ breuitatis cauſa omittentur,fuit hoc principale motiuum:quia licet principalis gratia fuit nulla, reformatio tendit ad hoc,vt det illi ſpiritum vitæ: & quod in illa omiſſum fuerat, per iſtam ſuppleatur.iuxta deciſ.in antiquis.clxxx. Nam relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus,vt tradũt Moder.in l.certum.ff.ſi certum petatur.maximè cum conſtet de mente concedentis. Nam ex noua cauſa poteſt quis redire ad ius amiſſum,vt dicit tex.in c.cum inter.de renuntiat.cum concord. vt per Rom.in conſil.clxviij.& Ang.in conſil.lij. dominus Gilius.col.ij.& Corne.conſi.cccv.lib.iiij.& Capra conſilio xij. Et in ſumma pro deciſione eſt gloſ.per quam moti fuerunt Domini in c.ſi Apoſtolicæ.in gloſſ.penul.de præben. lib.vj.Quam poſt Roma.in conſil.cclxxxiij.in princip.eam

Relatũ an ſit in referẽte cũ ſuis qualitatibus.

Redire ad ius miſſum.

ſequitur,& tenet Felyn.in c.in noſtra.in xvj.correl.de reſcrip.Faciũt ea,quæ ſcribit Bal.in cõſi.ccclxix.in primis ſciendum.lib.j.Quę omnia cum verificẽtur in dicta reformatione,non eſt dubium,eam valere,non obſtante regula,cui in ea fuerat derogatum. Et ad illud,quod dicebatur,quòd acceſſorium debet ſequi naturam ſui principalis,eſt verum, quando eſt eadem ratio:ſecus ſi diuerſa,vt hic,& tradit Peruſi.in d.regula,acceſſorium.de reg.iur.lib.vj.& reaſſumit Alex.in conſi.iiij.col.iij.primo volu.Plura alia fuerunt deducta,quæ breuitati ſtudens omitto.

QVAESTIO TRIGESIMA.

Expreſsio no
minis.

QVAERO ibi,nomen,gradum,ac nobilitatem, &c. an expreſsio nominis poſſeſſoris in impetratione ſit de forma ſubſtãtiali:an verò ſufficiat,nominis expreſsionem fieri per æquipollens?

¶ SOLVTIO. Tenendo,quòd regula iſta inducat formam in caſibus hic expreſsis.videtur dicendum hic,vt cõcluſum fuit ſuperius in vj.quæſtione, formalẽ nominis expreſsionem requiri,non æquipollens,vt eſt tex.in l.hac conſultiſsima.ibi,nomina hæredum,& dignitates ſingulorum, &c.C. qui teſta.fac. poſ. Tenet Alberic.in rub. de teſtam. Ex quo quidem textu dictæ l.hac conſultiſsima.putabat Reuerendiſsimus Pater dominus Iacobus Simoneta,olim auditor Rotæ,& poſtea Cardinalis ſummæ ſcientiæ & eruditionis, ſumpta fuiſſe verba regulæ noſtræ. Eſt igitur ibi text.quòd quando expreſsio nominis requiritur pro forma, nõ poteſt per æquipollens impleri. Et hoc tenet Alex.in cõſilio xcvj. col.fin.lib.iiij. Pro qua opinione adducit Iaſon decem deciſiones, ſeu rationes notabiles in l.j.in iij.colum. verſicul. tene regulam affirmatiuam.ff.de libe.& poſthu.quas breuitatis cauſa nõ refero. Facit etiam,quia iſte tex. adeò voluit eſſe certam & indubitatam perſonã poſſeſſoris,quòd non fuit contentus ſola nominis expreſsione,niſi & gradum & nobilitatem eiuſdem exprimeret impetrans. Quod putat eſſe multũ neceſſariũ Bar.in l. demõſtratio falſa.in vij.q.ff. de condi.& demon.& in l.libellorum.in princ.col.fin.ff.de accuſa.Præſertim,quia verba iſtius regulæ ſunt præciſa & geminata. Dicit enim,quòd impetrans nomẽ ipſius poſſeſſoris exprimere debeat,& teneatur,&c. Sed vbi ponuntur

Nominis expreſsio quando requiratur pro forma.

verba



verba geminata præcepti,non dicitur ſatisfactum præcepto,quando fit expreſsio per ęquipollens,vt ſtatim dicetur. Igitur,&c.

¶ Contrariam opinionem tenuit Gloſſator in regula,de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.vbi voluit,quòd licet text.ibi,ſicut hîc,requirat pro forma in impetratione expreſsionem nominis & tituli Cardinalis:tamen ſi hoc fiat per æquipollens eo modo,vt certa reddatur perſona de qua loquitur,ſatisfactum erit formæ datæ in illa regula. Quia nihil intereſt,quid ex ęquipollẽtibus fiat. Pro qua opinione faciunt plura motiua,quæ cumulant Alexand.& Iaſon.in dicta l.hac conſultiſsima.& in l.j. ff.de libe.& poſthu. Vbi Aretinus more ſuo notabiliter loquitur. Quorum rationes ibidem videãtur,quia moris mei non eſt tranſcribere dicta aliorum de charta in papyrũ. Sed ſufficiet eos tantum allegare,qui plura ſcripſerunt,vt docet Fely.in cap.Rodulphus, in decimaquarta columm.verſicul. hortus autem.de reſcrip.

Allegare eos qui plura ſcripſerunt,ſufficit.

¶ Quid dicendũ? Certè inter tot diſputationes doctorum, mihi proculdubio prima opi.quo ad propoſitum tex.noſtri videtur verior. Nam licet verũ ſit,quòd expreſsio nominis requiſita à lege vel ſtatuto in reſcriptis, poſsit fieri per æquipollens eo modo,vt intelligatur,vt tradit Domi.& cæteri in c.ij.ſuper gl.quorũ.de reſcrip.lib.vj.cum pluribus alijs concor.vt ſcribit Alex.& poſteriores in d.l.j.& in l.hac conſultiſsima. Tamen iſtam concluſionẽ limitãt ibi Doct. omnes,niſi in lege,vel ſtatuto ſit decretum irritans. Nam tali caſu expreſsio requiritur in forma ſpecifica, præſertim quando præceptum eſt geminatum. Sed in iſta regula ponitur decretum irritãs,& præceptum geminatum: in qua non ſolum Papa annullat reſcriptum,ſiue gratiam,ſi talis expreſſio non fiat,ſed addit alias pœnas hic expreſſas. Igitur cõcludendũ eſt,requiri ſpecificã & indiuiduã nominis expreſsionẽ. De quo tamẽ in ſequenti q.aliquid vlterius dicemus. Et pro iſta opinione ſtringit vnũ, quod eſt bene conſiderãdũ. Quia ſi dicimus nominis expreſsionẽ per æquipollẽs exprimendi hic ſufficere,ſequeretur magnum abſurdũ,quòd reg. iſta ſaltẽ in ea parte,quæ talẽ nominis expreſsionem requirit,fruſtratoria & vacua penitus eſſet: quod ita probatur.

Nominis expreſsio.

Quia

Quia quando illud, quod de iure communi ſtatutum fuit, quod forte per æquipollens adimpleri, poſtea per conſtitutionem particularem vel generalem ſpecialiter eſt repetitum: tunc nunquam talis ſolénitas vel expreſsio, vel æquipollens fieri, vel impleri poteſt, vt conſtitutio, quæ poſtea æditur, non ſit fruſtratoria, ſed aliquid vltra ius commune operetur. Iſta fuit notabilis doctrina Bart. qui in hoc communiter approbatur in l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij. Vbi voluit, quòd licet de iure cõmuni caueatur, quòd victus victori condemnetur in expenſis, niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. Si tamen illud idem poſtea per aliquod ſtatutũ diſponatur, videlicet, quòd victus victori cõdemnetur in expenſis, vt ſtatutum aliquid vltra ius commune operetur, intelligetur includi caſus, in quo quis habuerat iuſtam litigandi cauſam, vt videlicet non excuſetur talis iuſtam litigandi cauſam habens, ſed condemnetur in expenſis, vt illud ſtatutum nõ ſit penitus fruſtratorium, ſed aliquid operetur. Ita tenet ibi Bart. quem plures vbiq; ſequuntur, quos latiſsimè enarraui in Commentarijs meis. cap.j.de conſtit. lib.vj. ſuper gl. in verbo, facti. Per quæ dicta aliàs Rota in vna Gebenen. de benigno pulcherrimam deciſionem fecit, quam refero in d.c.j.num.145.circa fin. multa enim contra ius ſtrictum (vt actus aliquid operetur) inducta ſunt, quæ aliàs non cõcederentur, vt tradunt Moder. in c.j.de reſcrip. Cum igitur in caſu noſtro regula iſta diſponat nomen poſſeſſoris in reſcripto exprimi debere, quod prius de iure cõmuni ſtatutum fuerat. in cap.fin.de reſcrip.& in iuribus ſuperius allegatis, poſito quòd de iure communi talis expreſſio per æquipollens fieri poſsit. Nihilominus ne iſta regula, quæ hoc idem quod ius cõmune diſponit, fruſtratoria cenſeatur, eſt dicẽdum, expreſsionem nominis in caſu noſtro in forma ſpecifica fieri debere, non per æquipollens.

¶ Eſt bene verum, quòd circa regulam de impetrãtibus beneficia per obitum familiaris Cardinalium, quæ requirit ſimilem expreſsionem nominis, Domini mei auditores (vt audio) tenuerunt, expreſsionem illam nominis & tituli per æquipollens fieri poſſe, vt dixit ibi Gloſſator: ſed hoc non refert, cum ille caſus ab iſto ſit longè diuerſus. Rationẽ diuerſitatis forte ibi ponam, licet pro nunc iſtæ contrariæ de-

ciſiones



ciſiones concordari poſſent ex dictis Abb. in c.quanto.in vltimo notabili. de his quæ fi.à prælat. poſſet etiam dici in dicta regula familiarium Cardinalis illud de expreſsione nominis ſtatutũ fuiſſe in cõſequentiam fauoris, & nõ principaliter, prout in l.cum ex oratione.ff.de excuſat.tut. Quo caſu in formalibus inductis in cõſequentiam, alterius finis expreſsio & complementum per æquipollens fieri poteſt, vt eſt text. notabilis in l.j.§.fi.ff.de verb.oblig. quẽ ibi ad hoc notat doctiſsimns Modernus Lanzellotus Galiaula in ſecundo notabili, & Modernio. ſequuntur. Nam in iſtis ſufficit ſeruare finem, ad quem ipſa diſpoſitio tendit, licet forma non ſeruetur, vt eſt text. in cap. quoniam cõtra. vbi Abb. & Moder. notant, de prob. Sed in caſu iſtius regulæ alia & diuerſa ratio concurrit, vt dicere debeamus nominis expreſſionem formaliter requiri, videlicet, odium ipſius impetrantis, in cuius deteſtationem, & poſſeſſoris fauorem inducta fuit hæc ſolennitas expreſsionis nominis, cui impetrãs renuntiare non poteſt, cum ſit (vt dixi) hæc forma in fauorẽ poſſeſſoris inducta, & ideo iuri alterius ex cauſa mea acquiſito renuntiare nõ poſſum, vt in l.cum à ſocero.& ibi not. Bal.C.de iure dot. Et hoc eſt, quod in propoſito dixit Ioan. Andr. à quo ſumi poteſt deciſio iſtius q. in c.ij.de reſcript. in nouella. ſuper gloſſ. in ver. cognomina. Vbi poſt alios per eum ibi allegatos dicit hanc formam, videlicet, quòd in reſcripto reorum nomina exprimerẽtur, nec ſufficere per circumlocutionem & æquipollentiã expreſsionem fieri, inductum fuiſſe in odium impetrantiũ: pro quo faciunt ea quæ tradit Iaſon in l.j.in xiiij.col.ff.de vulg.& pupil. poſt dominum Anto.& Imol. in clem. conſtitutionem. per illum text. de elect. Et quòd dictum eſt, nomẽ poſſeſſoris in reſcripto exprimi debere, intelligendum eſt, de nomine proprio. Et licet nominis appellatione non ſolum nomen propriũ, ſed etiam appellatiuum & ſingulare cõprehendatur, vt tradit Andreas Siculus in cap. quoniam abbas. in iiij. notabili. de offic.deleg. nihilominus in dubio in diſpoſitionibus pœnalibus, qualis eſt iſta, nominis appellatio de proprio, nõ de appellatiuo nomine intelligi debet, vt eſt text. in l.ſeruus hæreditarius. iuncta gl.ff.de ſtipulatione ſeruorum.& gl. in clem.j.in verbo, nominatim. de vita & honeſt. cleric. Ratio

prædi

*Expreſsio & complementũ per æquipollens.*

*Finem ſeruare in quibus ſufficiat.*

*Iuri alteri' ex cauſa mea acquiſito renuntiare non poſſum.*

*Nomen in reſcripto exprimi debet.*

*Nominis appellatiõe, proprium nomẽ, &c.*

prædictorum eſſe poteſt, quia nomen proprium ſignificat vnum corpus, vel ens, ſeu aliquod indiuiduum, vt Petrus, & ſimiles. Sed nomen appellatiuū ſignificat plura, vt ſpecies, vel genus: vt homo, vel animal. Quod declarat And. Sicul. in d. c. quoniam. Et quia in reſcriptis, quod certius eſt, debet exprimi, vt in cap. ad hæc. & in cap. fin. de reſcrip. Meritò expreſsio nominis in iſta regula tantum de proprio fieri debeat, tanquàm de certiori, non de appellatiuo: & ita hodie de ſtylo practicatur, vt dicit Ioan. Andr. vbi ſuprà. Quid autem ſit nomen ſingulare, & quando eius expreſsio ſufficiat, latè ſcribit And. Sicul. in d. c. quoniā. in iiij. & v. notabilibus. Vbi ſumpta occaſione nominis ſingularis plura de nomine & proprietate Phœnicis extra propoſitum congerit, vt ibi per eum.

Certius quod eſt in reſcriptis, exprimi debet.

Nomen ſingulare.

¶ Et iſta omnia de plano procedunt in reſcriptis, & gratijs beneficialibus, de quibus loquitur iſta regula. Sed in alijs materijs & contractibus, an debeant exprimi nomina propria contrahentium, videndū eſt per Specul. in tit. de empt. & vend. §. ſciendum. verſ. j. autem eodem modo. & circa nomina actionū in libello exprimenda, not. in l. ædita. C. de edend. tradit Alber. in l. qua quiſque. ff. eod. tit. Et idem dicit in prooemio Digeſtorum. Et quòd ſicut nomina dignitatum in literis vel inſtrumentis: ſic etiam nomina iudicum in ſyndicatu exprimi debeant, tradit idem Alberic. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. plurimum enim confert in negotijs agendis, proprij nominis expreſsio. Hinc eſt quòd in ſacra ſcriptura ad ſignum magnæ familiaritatis refertur, aliquem proprio nomine appellari, vt de Anan. refert. gl. ord. in Actib. Apoſtolorum. c. ix. Et propterea dicitur de Moyſe Exod. xxiij. cap. Inueniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. Magna enim eſt beneuolentia magni principis, quando ſubditum agnoſcit, & nominat proprio nomine, vt dicunt ſacri Doctores eod. lib. cap. xxxiij. Adeò quòd apud veteres eius omiſsio, ſeu immutatio ad deriſum & contemptum referebatur, vt probat per exempla diuus Hieronymus in quæſtione ſuper Paralipomenon. Sic etiam Ozias ædificando nō meruit, vt ſuo nomine potta vocaretur, ſed vallis nomine. Et Ephron, eo quòd vendiderat ſepulturam, diminutionē nominis meruit, vt idem Hiero

Aliquē nomine proprio appellare.

Beneuolentia principis magna eſt, &c.

Nominis omiſsio.



Hieronym. paulò inferius loco ſuperiori teſtatur. Eodem modo Iechoniæ nominis immutatio in Choniam, amara vocatur, vt idem Hieron. tradit ſuper Hieremiam cap. xxij. Et propter indignitatē, vel peccatū alicuius, priuatur quis nomine proprio, vt dicit Archi. & Præpoſ. in c. qui nec. per illum text. ij. q. vij. Licet aliquando in ſacra Scriptura crebræ nominum immutationes, vel repetitiones ad magnum myſterium, & ſingulare perſonæ meritum, & gratiam ſpecialem pertineat, vt ſacri Doct. referunt ſuper illud Lucæ, Et vocabis nomen eius Ioannem. Et alibi ſæpe: Quanti igitur momenti ſit nomen exprimere, quid etiam nomina præ ſe ferant, deque eorum origine, vt alios omittam, plura ſcribunt Cælius lib. xiij. Antiquarum lectionum. cap. v. & vj. & Patritius Senenſis, lib. vj. de inſtitut. reipub. tit. vij. & longè plura accumulant Moder. in magna repet. cap. Raynutius. fol. viij. cum duobus ſeq. de teſtam.

Nomine proprio priuari.

Nominū crebræ immutationes.

Nomen exprimere.

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA.

QVAERO, dicitur hic quòd impetrās exprimat nomen. Quid ſi poſſeſſor habet plura nomina prout ſunt Vaſcones, qui quadrinomi ſunt, vt inquit Io. Fab. in §. item ſi quis in fraudem. in v. col. de action. & Romani veteres, qui communiter tribus nominibus nuncupabātur, vt dicit Cynus in l. ſi. quam vnà cum l. j. & ij. legit. C. ſi quid in fraud. pat. col. iij. & meminit latius Fran. Syluius in Grypho Auſonij, fol. xlvj. & Appianus Alexandrinus in prooemio libri, qui Libycus inſcribitur. & Crinitus lib. iij. de honeſta diſciplina. c. iiij. & idem fuiſſe apud veteres, ſacri Doctores teſtantur. in lib. Paralipom. cap. j. & Hieronym. contra Heluidium. Dubium igitur eſt, an omnia eiuſmodi nomina exprimere teneatur impetrans?

Nomen exprimere.

¶ SOLVTIO. Licet nominum pluralitas non præſumatur in dubio, & eam allegans teneatur probare, vt tradit Alex. in conſ. clxxij. num. 7. in vj. volum. & Socin. in conſ. xxviij. in iij. col. lib. iij. Tamen vbi apparet aliquem habere plura nomina, ſi per expreſsionem vnius nominis non habetur certitudo perſonæ, exprimenda ſunt omnia, aliàs ſecus, & ita debet intelligi quod dicit Inno. in cap. cum acceſsiſſent. de conſtit. & Bal. in ſua Margarita, dum voluerunt in reſcriptis nomen proprium & appellatiuū exprimi debere. Sufficit enim

Nominū pluralitas.

cit enim quòd habeatur certitudo poſſeſſoris, ne laboretur in ambiguo, vt tradit Oldradus conſil. c. incip. in executione. & Alex. conſ. vij. & cx. lib. j. & cõſil. lxviij. col. iij. & cviij. col. v. lib. ij. & conſil. cxij. in iij. col. lib. iij. & conſil. cxiiij. in iiij. col. lib. iiij. cum ſimilibus.

### QVAESTIO TRIGESIMASECVNDA.

Poſſeſſoris nomen.

QVAERO, quia dictum eſt ſuperius, quòd expreſsio nominis nõ poteſt fieri per æquipollens. Quid ſi nomen poſſeſſoris, contra quem impetratur, ſcribatur abbreuiatè, & non extenſe, an ſufficiat?

¶ SOLVTIO. Archid. in c. j. xxv. q. ij. tenet ſufficere nomen poſſeſſoris, quòd abbreuiatè ſcribatur. Secus tamen dicit in nomine impetrantis, quod ſcribi debet extenſè, vt ibi latius per eum, qui poſtea ſumpta occaſione, ponit formã eorum omniũ, quæ in literis apoſtolicis abbreuiatè, vel extenſè ſcribi debent. Et hoc idẽ ante ipſum latius tradidit, & in terminis quæſtionis noſtræ Speculat. in tit. de reſcrip. præſent. §. primo igitur. verſ. circa dictiones. & in tit. de citation. §. j. verſ. quid ſi impetro literas cõtra P. & alibi ſæpe. Ratio prędictorum eſt ſecundum ipſos, quia ad impetrãtem pertinet reſcriptum ſuum, & perſonam de qua ſenſit declarare. Itaq; reſcriptum valebit à principio, quod poſtea poterit declarare. l. ſi quis intentione. ff. de iud. Ita ibi Specul. Pro cuius opinione facit text. in c. P. & G. de off. deleg. & c. cum M. de conſtit. Sed in contrariũ facit iſta regula, dum Papa vult nomen poſſeſſoris exprimi debere per impetrantem. Et illud dicitur expreſſum, quod legi poteſt, & nominatim ſcribitur. §. ſi verò. in authen. de hæred. & fal. & not. in l. nominatũ. ff. de lib. & poſth. facit text. in l. ij. C. de vet. iur. enucl. ante fin. Vbi præcipitur, quòd nomina prudentum, qui leges compoſuerunt, debeant ſcribi per conſequentiam literarum, & non abbreuiatè.

Expreſſum quid dicatur.

Nomina prudentũ quo pacto ſcribãtur.

¶ Quid dicendum? Certè de iure & de conſuetudine videtur verior ſecunda opinio. Nam nemini dubium eſt, quòd ſi nomen illius, contra quem impetratur, ſcribitur abbreuiatè, poteſt de facili breuiatio variè intepretari: vt ſi pro Bernardo, pono B. illud B. poteſt & pro Benedicto, vel Bartholomæo capi. Quo caſu orietur incertitudo aduerſarij, ex qua facilè error naſci poteſt, quod à iure reprobatur, vt eſt text.



text. in c. ad hæc. & in c. fi. de reſcrip. Nam euitanda eſt periculoſa abbreuiatio, vt dicit Fely. in c. j. col. v. de fid. inſtru. & Alexan. conſi. clij. lib. j. Et pro iſta opinione videtur deciſio Egid. clxxxv. incip. licet cum agitur, &c. Iſta tamẽ non ita militant in abbreuiatione nominis ipſius impetrantis, quæ magis tolerabilis videtur, & minus periculoſa, vt probare videtur text. in c. fi. de præbend. lib. vj. Ratio eſt, quia licet in reſcripto nomen actoris impetrantis abbreuiatè ſcribatur, nihilominus poſtea ex proſecutione cauſæ, & libelli oblatione, nomen eius de neceſsitate declarabitur, vt in l. j. ff. ſi pars hære. peta. Non ſic rei, qui fortè negabunt ſe illos eſſe, qui ſub abbreuiatura includuntur. Et ideo non ab re dicũt Imol. & Fely. in c. cum acceſsiſſent. in princ. de conſti. quòd de ſtylo hodierno nomen illius, contra quem reſcriptũ impetratur, ita debet eſſe certum, & extenſe ſcriptum, ſicut nomen impetrantis per d. l. ij. Et ad text. in d. cap. fi. reſpondet ibi Geminia. in primo notabili, vt ibi per eum. Et hoc idem ſeruari de ſtylo, dicit And. Sicul. in c. dilectus. in ij. colum. de reſcrip. num. 11. Et latius reaſſumit, & probat idem And. Sicul. in d. c. cum acceſsiſſent. num. 7. col. iij. Et habemus hodie text. hic. ¶ Opin. igitur Archi. & Specul. quæ nullo iure probatur, poſſet ſaluari, quãdo fortaſsis ex cognomine, vel agnomine haberetur certitudo illius, contra quem impetratur, prout plures reperiuntur, qui frequentius à cognomine, quàm à nomine denominari patiuntur. Nam tali caſu fortè nomen poſſet abbreuiatè ſcribi, quando agnomen vel prænomen extenſe deſcribitur, vt ſi dicatur, Petrus committit cauſam contra B. Saganta. Nam ex illo prænomine Saganta denotatur perſona certa, licet nomen abbreuiate ſcribatur, vt in l. Aemilius. ff. de adminiſtra. tuto. Vbi pręnomen Aemilij tantũ reperitur omiſſo nomine, quia per illud intelligebatur perſona certa. Et ibi hoc notat Nicolaus de Neapoli. Aliàs ſi non ita intellexit Specu. nõ puto opinionem eius, nec de iure, nec ſtylo eſſe veram. Non obſtat text. in d. c. cũ M. & in d. c. P. & G. Quia illæ abbreuiaturæ nõ fuerunt factæ, prout ibi ſcribuntur in reſcripto impetrato, neque ibi prædictæ literæ ad iſtud propoſitum pinguntur, vt formã reſcriptis impetrandis imponãt: ſed illa abbreuiatio fuit ibi facta per compilatorẽ Decretalium, qui propter eui

Abbreuiatio periculoſa euitanda.

Nominis abbreuiatio.

Nomen illius de ſtylo hodierno, &c.

Decretalium plures dictiones & nomina cur abbreuientur.

tandam prolixitatem plures dictiones & nomina breuiatè ſcripſerunt, pleraque etiam (vt breuitati ſtuderent) reſecarunt, adeò quòd de pluribus locis Io. And. conqueritur, partem Decretalium mutilatam, ſiue deciſam, allegãdo. Et niſi ita feciſſent compilatores, in immenſum volumẽ illud creſceret, & magis fortaſsis, quàm illud deciſionum Rotæ volumen, de quo dicit Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. mat. quod erat adeò magnum & numeroſum, quòd nõ veheretur vno curru. Et ego cum eſſem Panormi, vidi antiquarum Decretalium volumen adeò immenſum, quòd ab homine ferri non poterat. Compilatores itaque decretalium ex pluribus dictionibus, & nominibus aliàs in Pandectis originalibus extenſe ſcriptis, plerunque primam oppoſuerũt literam, vt ad breuitatis compendiũ antiquarũ Decretalium volumen reducerent: quod ex illa dictione, & infrà ſæpe in Decretalibus appoſita, manifeſtum redditur, de quo loquitur Io. And. in proœmio Decretalium. & in c. nobis. de iure pat. & Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. in fi. ff. de libe. & poſth. ¶ Et iſta de plano procedũt in abbreuiatione nominis rei propter prædictam rationem, ſecus tamen in abbreuiatura nominis ipſius impetrantis: quia, vt dicit Spec. loco ſuperius allegato, in eo nõ eſt licita abbreuiatio. Tamen hoc etiam dictũ in perſona impetrantis, & actoris videtur dubitabile, vt dixi. Præſertim quia eſt cõtra text. in c. fi. de reſcrip. Vbi æquiuocatio nominis impetrantis nõ vitiat reſcriptum. Ratio redditur, quia ille qui reperitur reſcriptũ habere penes ſe, & eo vti, præſumitur illud impetraſſe. arg. eorum quæ notat Alex. in l. j. C. de procur. & Fely. in c. coram. col. iij. de offic. deleg. & in c. ij. col. viij. de teſtibus. Licet circa iſtam rationem videantur variare Doctores. Et vidi ſecundum varietatem caſuum, iſtam rationẽ variè obſeruatam in Rota. Nam Oldr. conſil. cxxxvj. in ij. col. tenuit quòd ſupplicatio præſumatur impetrata ab eo, in cuius fauorem loquitur, etiam ſi ille ſit abſens. Et idem de commiſſione dicit Specul. titul. de appell. §. nũc breuiter. verſ. quòd ſi apparet. Contrarium tamen tenuit Cardi. in conſil. xxv. col. ij. & Fulgo. conſil. xxiij. in ij. colum. & facit Egid. deciſ. dlxxxiiij. & Gemi. conſil. xxxiij. Rota tamen ſæpius iſtã contrarietatem cum diſtinctione reſoluit, videlicet quòd quando in

*Deciſionũ Rotæ volumen.*

*Aequiuocatio nominis.*



ſupplicatione, vel aliquo alio actu facta eſt aliqua conſiderabilis impenſa, tunc procedit opinio Old. & ſequaciũ, vel quando poſtea abſens ratam habuit, vt loquitur Specul. & Aret. conſil. lxviij. Contraria verò opinio procedit, quando eſt modica impenſa, per ea quæ Moderni tradunt in c. j. de iudi. & in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. Ratio igitur ſuperius aſsignata, licet non impleat intellectum, dictum tamen in ſe eſt verum, ſicut videmus in procuratore ſub nomine B. & in reo ſub nomine A. vt tradit Egid. deciſ. clxxxiiij. Licet illa deciſio mendoſe habeatur, hoc tamen de procuratore rectè procedit, quãdo non reperitur alius, qui ſit eiuſdem nominis, & cõſtituens in iudicio ambiguitatẽ declarauit, vt requirit Egi. in dicta deciſ. vbi tamẽ eſſent duo eiuſdem nominis, licet eſſet proceſſum contra vnum: nihilominus ni per alias coniecturas de certo corpore cõſtaret, mandatum eſſet nullum. Ita declarauit Rota in vna Toletana theſaurariæ, præterito anno coram me, quod quidem Rotæ decretum nouiſsimè fuit confirmatum hoc menſe Nouẽbri M. D. XXXIX. coram R. P. D. Marcello epiſcopo Marſicano. Et quod dictũ eſt de errore procuratoris, idem dicẽdum videtur in errore diœceſis, in reſcripto expreſſa. Nam niſi de corpore conſtet per teſtes, vel aliter illa impedit, ne prouiſio canonizari poſsit. Vt Rota cõcluſit in vna Dolen. parochiali. de Pleguen. xxviij. Martij M. D. XXX. coram me. In nomine verò iudicis, Vincen. & Compoſtel. voluerunt in d. c. fi. quòd idem eſſet, quòd in nomine impetrãtis, illa ratione, quia impetrans in proſecutione reſcripti declarabit de quibus iudicibus loquatur. Et ſequitur And. Sicul. in c. cum M. de conſti. Pro quibus facit gl. in c. quoniam. de offic. deleg. ¶ Tamen contra illos facit text. in c. ad hæc. de reſcrip. vbi dicitur, quòd non valet reſcriptum, per quod incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur. Nec obſtat, quòd de incertitudine impetrantis dictum fuit: quia talis incertitudo ex abbreuiatione reſultans præſumptione iuris certificatur, & eodem modo in incertitudine rei, quia conſiſtit in facto impetrãtis, meritò ad ipſum ſpectat declaratio. d. l. ſi quis intentione ambigua. Sed incertitudo delegatorũ procedit ex facto Papæ, meritò ad ipſum ſpectat declaratio, vt tenet Abb. in d. c. quoniã. de offic. deleg. Card. in clem. ij.

*Mandatũ quãdo nullum.* *

*

*Declaratio in incertitudine rei.*

in iiij.q.de reſcript.itaque reſcriptum tali modo incertum, nullum effectum habebit.c. inter.de ſenten. excomm.l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.& quia ſub tali inuocatione poſſet in iudicio fraus machinari,nõ ita per incertitudinem actoris vel rei.

QVAESTIO TRIGESIMATERTIA.

Poſſeſſor minor.

QVAERO,nunquid iſta regula defendat minorem poſſeſſorem beneficij curati ſine diſpenſatione?

¶SOLVTIO. Dicendum eſt quòd ſic,quia ſi triennalis regula,in qua titulus coloratus,& alia requiruntur,minorem defendit,vt ibi dicetur, à fortiori regula iſta, quæ non requirit titulum, neque veram poſſeſsionem, ſed ſola detentatione nuda facti eſt contenta.

QVAESTIO TRIGESIMAQVARTA.

Beneficiũ vacans.

QVAERO,nunquid iſta regula habeat locum,ſi impetretur beneficium vacans ex perſona alterius,quàm poſſeſſoris annalis?

¶SOLVTIO.Dictum fuit olim quòd ſic, & ſic reperio adnotatum in quibuſdam notis antiquis Reuerendiſsimi Domini mei Laurentij Cardinalis Sanctorum quatuor, nihil tamẽ ibi allegatur.Sed hoc plenius examinabo in illa quæſt. de reſignatorio. Tamen interim tenẽdum eſt regulam obſtare,quia etiam quòd tertius poſsideat,& alter litigãtium, qui nunquam poſſedit, poteſt dare de poſſeſsione tertij annali. Vt tentum fuit in vna Hiſpalen. Capellaniæ, coram * R.D. Ioan,Paulo anno præterito. Et iſta eſt concluſio generalis, quòd iſta regula procedit in quibuſcunque impetrationibus & ceſsionibus,vt tenet Rota. Nam ſicut cedens ſi manet in poſſeſsione per annum pacificè, poteſt de regula excipere. Ita & ceſsionarius in gratia ſucceſsionis tenetur regulam obſeruare, vt tenet Rota, & refert dom.Guliel. hîc in deciſ.impreſsis,rationibus de quibus per eum.

QVAESTIO TRIGESIMAQVINTA.

Modi inducti per Cancellariam.

QVAERO,an illa verba regulæ (quod certo modo vacare prætendit &c.) intelligantur de illis modis vacationis inductis per Cancellariam, videlicet ingreſſum religionis,contractum matrimonij, vel aſſecutionem &c.

¶SOLVTIO. Iſta diſceptatio accidit coram Do.Nicolao Arago

Arago



Aragona in cauſa Zamoren.theſaurariæ,de mẽſe Octobri M.D.XXXIII.ſuper regula de valore.In qua eadẽ ſunt verba. * Et tunc aduocati vnius partis dicebãt, illa verba (certo modo) interpretari debere de modis ſuperius expreſsis: quia illi ſunt certi modi vacandi à Cancellaria diffiniti, vt exẽplum ponit Gloſſator in princip.commenti ſui ſuper regula xv. ¶Breuiter Rota poſt plures procuratorũ & aduocatorum diſceptationes tenuit dicta verba in dicta regula de valore poſita,intelligi debere generaliter de quocunque modo vacandi. Pro qua interpretatione allegata fuit iſta regula in eiſdem verbis,& regula lx.quæ omnes vtuntur eodem modo loquendi,& generaliter dictam interpretationem circa modos vacandi receperũt,vt exemplum ponam in alia quæſtione, & facit deciſ.ccccvij.in nouis.& dicam in regula lxj.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA.

QVAERO, quia regula iſta loquitur de expreſsione gradus,quid intelligemus per gradum. Et quid ſi poſſeſſor plures gradus habet, an tenetur impetrans omnes exprimere. Et qualiter probetur gradus, & quid ſi eſſet graduatus clandeſtine?

Gradus,qualiter probetur.

¶SOLVTIO.Iſta quæſt.quatuor continet capita, quorum quodlibet de per ſe diſcutietur. Circa primum aduertendũ, quòd gradus hîc non capitur eo modo, quo deſcribitur in arbore affinitatis & conſanguinitatis, ſed pro quadam dignitatis vel doctrinæ prærogatiua.

¶Primo modo capiendo erit ſenſus iſtius regulæ, videlicet quòd impetrans tenetur in ſua impetratione exprimere nõ ſolum nomen impetrantis,ſed gradum ipſius, id eſt, dignitatem.Nam hoc verbum, gradus, de iure adaptatur ad dignitatis honorem, vt patet in l.edicimus. C. de murilegulis.lib.xj.& in l.j.& l.fi.C.de offic.præfec.vrb.& l.potioris. C.de offic.recto.prouin.Et tali modo capitur ab ijs qui bonas literas profitentur.Sic enim apud Ciceronem in Catilinam, & in oratione pro Plancio hoc vocabulum capitur ibi, (per omnes honorũ gradus.) & idem pro Milone,(qui nõ honoris gradum ſpectat.) Et in Verrem, (Quæſtura primus gradus honoris.) Et ita ſæpe hoc vocabulum in iſto ſignificatu ab alijs authoribus vbiq; expẽditur. Itaq; ex his

Gradus, verbum, de iure adaptatur ad dignitatis honorem.

facilè intelligi poteſt,quis eſſe poſsit ſenſus huius textus.

Grad⁹ verbũ interp. poteſt pro quodã doctrinæ loco.

¶Secundo modo hoc verbum,gradus,in iſto tex.interpretari poteſt pro quodam doctrinæ loco,ſiue qualitate meritis differente,qui vnus ab altero diſtinguitur,vt hoc modo capitur ſuperius in regula xv.& inferius in regula prærogatiuarum Iulij in iiij.parte,cum duabus ſequentibus,& in iſta ſignificatione accepit M.Tullius Cicero lib.vj.epiſtolarum,epiſtola incip.Magnã. Et iſto modo poteſt capi hîc, in quo etiam ſenſu Hiſpani,& ferè omnes Vltramontani capiunt.Nam gradus apud ipſos etiã nihil aliud eſt,quàm honos quidam dignioris laureæ,ſiue eminentioris doctrinæ, doctoratus, magiſterium, Bacchalauriatus,vel licẽtiatura: quæ quidẽ honoris ſpecies in prædictis regulis,gradus nũcupantur,iuxta quas regulas non erit abſonum iſtam etiam intelligere,vt videlicet ſi annalis poſſeſſor ſit doctor,magiſter,licentiatus,vel Bacchalarius,teneatur impetrans de tali gradu mentionem facere ſicut & de nomine. Et iſte gradus ponitur ad differentiam nobilitatis hic expreſſæ,quę ad generis & domus ſplẽdorem refertur : & horum verborum interpretationi reſpondere videtur tex.not.in c.de multa. de præb.Vbi pari modo gradus ſcientiæ nobilitati coniungitur & æquiparatur.Et ſicut ibi Papa rationem habet nobilitatis & doctrinæ,ita hic intendit illis fauere.Nam ob eam cauſam requirit expreſsionem gradus: quia fortè propter inſignem & eminentem annalis poſſeſſoris ſcientiam, non concedet Papa gratiã huiuſmodi impetranti,iam multis de cauſis odioſo,vt in primis quæſtionibus huius apparatus diximus.Et licet hic intellectus(communi vſu loquendi conſiderato)huic regulæ applaudeat,& conuenire videatur.Nihilominus de ſtricto iure aliter dici poſſet.Nam de iure communi,excepto doctoratu, alius gradus non reperitur.Licet conſuetudo aliquarum prouinciarum quoſdam alios,præter iſtum,doctrinæ gradus,ſicut virtutum inuenerit,videlicet Bacchalauriatũ & licentiatum, inter quos gradus voluit prælationem dari, vt patet in dictis regulis.Et quamuis de iure doctoratus gradum non faciat,ſicut neque Papa vel Imperator inter gradus dignitatum,vel magiſtratus non dicuntur facere gradum: quia non habent alios ſupra ſe,ſed ſunt fontes dignitatum,vt per plura probat Iaſ.& omnes

Gradus ſcientiæ nobilitati coniungitur.

Gradus alius, excep. doctoratu., de iure com.non reperitur.

Gradus quando eſſe dicit. Ius doctorat⁹.



omnes Moder.in l.j.col.j.de off.eius.ſic nec doctoratus,inter gradus doctrinæ,facit gradum,cum ſit ſupra omnes gradus.arg.l.vbi autẽ.ff.de verbo.oblig. Nam gradus dicitur, vbi eſt aſcenſus de minori ad maius,vt d.l.j.& ſi.qui quidem aſcenſus doctoratui non poteſt adaptari,& ideo tex.in cle. ij.de magiſt.doctoratum non appellat gradũ,ſed honorẽ.

¶Circa ſecundum caput,videlicet quando poſſeſſor haberet plures gradus,dicendũ eſt,quia iſta reg.non requirit expreſsionem omnium graduũ,ex quo loquitur in ſingulari, & ideo iudicio meo ſufficit gradum digniorem exprimere. arg.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vectig.& c.j.de excep. lib.vj.Nam Papa ſi voluiſſet omnes exprimi debere,dixiſſet gradus,& non gradũ:præſertim,quia quo ad hoc facile derogatur regulæ.

Grad⁹ quomodo probari debeat.

¶Quo ad tertium caput,videlicet, quomodo iſte gradus probetur,dico ſufficere,per cõmunẽ reputationẽ probari, & quando incidẽter de gradu quæritur,nõ data oppoſitione aduerſarij,fortè ad probandum gradum vnus teſtis cum iuramẽto ſufficeret, iuxta ea quæ dicit Iaſ.in l.huiuſmodi. §.legatum.col.ſi.ff.de leg.j.Vbi in probanda prima tonſura,idem tenet & reaſſumunt Moderni in l.j.§.idem Cornelio.in ſi.ff.de quæſt.Fely.poſt Bal.in c.licet vniuerſis.& in c. nuper.de teſt.Et hoc putarem verum, quo ad effectũ iſtius regulæ,ſed quo ad prærogatiuas regularũ,de expectatiuis loquentium,quibus cauetur graduatum alteri non graduato cæteris paribus præferri,fortè prædicta probatio nõ ſufficeret.Ex quo agitur de magno præiudicio alterius. Tunc enim deberet quis probare doctoratum,ſeu alium doctrinę gradum per literas : vel ſi caſu eas amiſiſſet,per teſtes : quod eſt verum,niſi per decennium quis pro doctore ſe gereret: quia tali caſu non teneretur oſtendere priuilegium ſuũ,ſed ſufficeret probare, quòd ſe geſsit pro doctore per decennium.Ita notabiliter dicit Paulus de Caſt.Bald.& alij in l.ſi ſolennibus.C.de fid.inſtr.& in l.etiam C.de appell.

Doctor priuilegium ſui doctoratus oſtendere non tenetur,&c.

¶Circa quartũ caput, quando aliquis accepiſſet gradũ occultè,& non per publicũ examen,putarẽ huic regulę locum non eſſe,vt tenet gl.hîc.ratio eſt,quia non erit imputãdum impetrãti ſi non expreſsit quod iuſtè ignorauit.c.ij.de conſtit.lib.vj.Nam non tenebatur diuinare,vt in c.j.vt eccl.be-

Impetrãti imputandum nõ eſt,&c.

ne. Nam de non entibus,& non apparẽtibus idẽ eſt iudiciũ. l.cum lege.ff.de peri.& com.rei ven.& ob eam cauſam dicit Bal.in d.l.ſolẽnibus.quòd ad probandũ ſe doctorẽ non ſufficit priuatum examen probare, niſi probet publicum examen:& idem tenẽt Moder. in tract.de doct.in prima parte.

*Doctor per quod examen probetur.*

QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA.

QVAERO, quare voluit hic Papa exprimi debere in impetratione nobilitatẽ poſſeſſoris,& quomodo probetur iſta nobilitas?

*Nobilitatem poſſeſſoris exprimere ĩ poſſeſsione.*

¶SOLVTIO. Quia in collationibus faciẽdis habetur conſideratio magna nobilitatis, vt dicit gl.& Doct.in cap.cum adeò.de reſcrip.& in c.de multa. de præb. Ideo Papa voluit, quòd exprimatur nobilitas. Nam cognita nobilitate annalis poſſeſſoris, contra quem impetratur, fortaſsis Papa derogationem regulæ vel gratiam impetranti non concederet. Nam per expreſsionem nominis,& nobilitatis poſſeſſoris Papa certior redditur de qualitate nobilis. Nam fortè poſſet eſſe adeò grauis perſona,& potens ad defendendũ eccleſiam, tẽporibus perſecutionum, quòd Papa eum potius fauoribus & gratijs afficeret, quàm quòd permitteret per huiuſmodi impetrationes ab aliquo moleſtari, iuxta tradita per Philip.Peruſi.& alios in c. cõſtitutus.de appel. Vel fortè talis nobilis eſſet boni exempli,& laudabilis opinionis,& famæ, qui poſſet plures exemplo ſui ad frugẽ melioris vitæ traducere. Quo caſu non temerè contra tales nobiles cõcedenda eſſet impetratio. Quorũ intuitu ſolet à regulis iuris recedi, vt per decẽ principales deciſiones probat latè Iaſ.in l.iubemus.in penul.& fi.col.C.de iudic. Videmus etenim à communiter accidentibus, per manus nobiliũ eccleſias ſæpe ſuſtentari & augeri, vt in c.cõſtitutus.de appell. Per manus verò clericorum pauperũ expoliari, vt dicit Ludo.Rom.in ſing. xxxviij.incip.vtrum nobilis. Et ſequuntur Moder.in tract.beneficiorum.in xij.q.iij. partis. Requiritur igitur ob eam cauſam expreſsio taliũ qualitatũ, vt ſciat Papa, quæ iure cõcedi, vel quæ honeſtè denegari debeat: quorũ taciturnitas magnũ detrimentum,& ſcandalum eccleſiæ producere poſſet. Bona igitur fuit hæc conſtitutio talium qualitatum expreſsionem requirẽs, vt ſic perſonis ex merito deferatur.

¶Et iſta quæ de expreſsione nobilitatis dicta ſunt, procedunt



dunt quo ad diſpoſitionẽ iſtius regulæ: ſecus de iure, de quo non requiritur expreſsio nobilitatis poſſeſſoris, ſicut non requiritur mẽtio nobilitatis impetrantis, vt tradit Abb.& cõmuniter Doct. in c.ad aures.de reſcrip. Licet ibi Hoſtiẽ. & Barba.tenuerint contrariũ. Et ſic patet, quòd in hoc iſta regula eſt cõtra ius, aut ſaltem præter ius commune. Quomodo autem probetur iſta nobilitas, quia non attinet ad præſentem quæſtionem, ideo omitto. Sed videndum eſt latè per Moder.Brixien.in tract.nobilitatis.in vj.parte.per totum.poſt Bart.in l.j.C.de dignitatib.lib.xij.

*Nobilitatis magna cõſideratio.*

*Nobilitatis expreſsio.*

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

QVAERO, quid eſt hoc, quod dicitur hic exprimi debere in impetratione, quot annis poſſedit beneficium poſſeſſor?

*Poſsidere beneficium.*

¶SOLVTIO. Hæc expreſsio verborũ ſi ad diſpoſitionẽ iuris,& ſtylũ curiæ reſpicimus, videtur inutilis,& non neceſſaria, imò ipſo impetranti plurimũ dãnoſa, vt colligitur ex dictis Bal.in conſ.ccix.incip.Caſus eſt, Titius impetrauit.lib. j.vbi Bal.cõcludit quòd ſi impetro archipresbyteratũ,& in mea impetratione nõ facio mẽtionẽ, quòd Gaius diu,& de facto illũ per plures annos detinuit, quòd talis impetratio non eſt ſubreptitia, ſed ſufficit in ea exprimere, quòd Gaius archipresbyte. de præſenti de facto detinet, abſq; eo, quòd annos exprimat, vt ibi per eum. Ratio eſſe poteſt, quia ſi impetrãs in ſua impetratiõe annos poſſeſsionis aduerſarij ſui exprimere debet, proculdubio intẽtionẽ rei aduerſarij contra ſe ipſum probaret, ex eo, quia ſecundũ ſtylum curiæ reus poſſeſſor ad effectum, vt exceptione iſtius regulę contra impetrantem vti poſsit, requiritur quòd ipſe probet ſe annalem poſſeſſorem, cuius contrarium huiuſmodi expreſsione annorum, in impetratione requiſita, reſultat: quia vbi reus in hoc de iure & ſtylo grauari debet, releuaret ab onere probandi,& grauaretur impetrãs. quod eſſet abſurdum,& cõtra ius,& practicã curiæ: quia videmus quòd ſi reus opponẽs de reg. nõ probat ſe fuiſſe annalẽ poſſeſſorẽ, repellitur.

¶Quid igitur dicendum? Reſpõdeo, quòd prædicta verba regulæ,& quot annis ille poſsideat,&c. poſſunt pluribus modis intelligi. Primo quando impetratio fit de beneficio ſpecialiter reſeruato,& tali caſu d. verba intelligi poſſunt.

*Quot annis ille poſsideat.*

Nam iſto caſu,ante iſtam regulam facienda etiam erat men
tio in impetratione de annis poſſeſsionis rei cõuenti,vt di-
cit Rota deciſ.lxxviij. incipiẽ.dic,quòd ſi ordinario Papa-
lis.in tit.de reſcrip.in antiq.ſed quia de iſto caſu in iſta reg.
nulla fit mẽtio, puto ſub ea non includi. ¶Secundo modo
iſta verba intelligi poſſunt,quando impetratur beneficiũ,
quod ſcimus aliquẽ colorato titulo poſſediſſe poſt annum.
Et iſte caſus videtur bene adaptare ad iſtam regulam,ſecun
dũ Fely.in c.in noſtra.in xxxvj.correl.de reſcrip.& iſto mo
do intelligẽdo regula in hoc concordat cum iure cõmuni,
de quo in c.cum noſtris.de conceſ.præb.Vbi Abb.in iij.col.
verſ.& quia per talem,&c.aſsignat rationem iſtius articuli,
videlicet,quia quando poſſeſsio eſt colorata,id eſt,prætẽſa
ex legitimo titulo,poſito quòd titulus non fuerit verus:ta-
men Papa nõ de facili iſto caſu daret literas ſine expreſsio-
ne tẽporis,ne videatur conferre beneficium viuentis,quod
eſt odioſum.Ita formaliter dicit ibi Abb.Requiritur igitur
iſto caſu,quòd impetrans exprimat,quot annis poſsidetur,
vt hic dicitur. Tamen neq; etiã hic intellectus ſatisfacit,ex
eo,quia verba regulæ indiſtinctè loquũtur, & ita ſolent ho
die intelligi per Rotam,vt videlicet, regula defendat non
ſolũ coloratum,ſed merũ & illicitum detentorem ſine ali-
quo titulo colorato,quod eſt contra ius cõmune,& aduer-
ſatur prædictis:& in hoc regula aliquid inducit de nouo,&
non eſt fruſtratoria,prout videretur,ſi totaliter in terminis
iuris intelligeretur.Nam de iure cõmuni de poſſeſsione nõ
colorata mẽtio fieri nõ debet,vt tenet Cald.Cõpoſt. Imol.
& Abb.in d.c.cum noſtris.verſ.ſed debemus diſtinguere.Et
ideo procedit dictũ Bal.in d.cõſ.Cum quibus cõcordat Fel.
vbi ſ. ¶Et ideo ego aliter intelligerẽ iſta verba regulæ,vt
dicamus quòd ſi impetrãs petit in ſua interpretatione dero-
gari huic reg.tali caſu procedit quod hic dicitur,videlicet,
vt impetrãs narrare debeat,quot annis poſſeſſor tenuit be-
neficiũ. Si verò non petat derogari,tũc nulla requiritur mẽ
tio annorũ poſſeſsionis,ſed tãtũ in impetratiõe diceret,ꝙ
Titius illud beneficiũ detinet occupatũ,vt dicit Bald.d.cõſ.
ccix.& ita practicatur propter abſurdũ ſuperius dictũ.Et ſic
videmus quòd hodie practicatur. Vel poſſet & vltimo dici,
ꝙ indiſtinctè requiratur mẽtio annorũ:tamẽ propter clau-
ſulas

Mẽtio de poſſeſsione non colorata.



ſulas quę hodie in ſupplicationibus apponũtur,impetrãtes
excuſantur,vt dicit Io.And. in d.cap.cum noſtris.ceſſanti-
bus tamen clauſulis mentio temporis ſaltem indefiniti ne-
ceſſaria eſt in impetrationibus certo modo factis,& ita ſe
habet forma communis dictæ impetrationis.Nam in ea di-
citur,quòd tale beneficiũ per Titium poſſeſſum ad præſens
vacat,vt tanto tempore vacauit,quòd eius collatio Latera-
nen.ſtatuta concilij ad ſedem apoſtolicam deuoluta cenſe-
tur : ecce qualiter de tempore poſſeſsionis intruſi fit mẽtio,
ſaltem per verba indefinita temporis, quæ omne tẽpus com
prehendunt.quod factũ eſt, vt euitaremus abſurdũ,de quo
ſuperius dixi,ſi impetrans certum numerum annorum ex-
primeret,ex cuius cõfeſsione poſſet reus aduerſarius anna-
lem poſſeſsionem probare.

Temporis indefiniti mentio.

## QVAESTIO TRIGESIMANONA.

QVAERO, quare requiritur expreſsio cauſæ in impe-
tratione?

Cauſæ expreſſio.

¶SOLVTIO. Poteſt dici,hoc fieri ad iuſtifican
dum conceſsionem. Nam dicitur hîc, quòd debet eſſe talis
expreſsio cauſæ,ex qua clarè conſtare poſsit, poſſeſſori nul
lum ius competere. Hæc enim expreſsio requiritur ad effe-
ctum,vt Papa ad concedendum, vel denegandum impetra-
tionem moueatur,licet verba text.aliud innuant ex quo re-
quirit expreſsionẽ cauſæ ad effectũ,vt iudici conſtet,an im-
petranti ius cõpetat,vel non. Quod non eſt veriſimile,quia
per ſolam cauſæ expreſsionem in impetratione factam iudi
ci conſtare non poteſt,an ius impetranti competat, cum po
tius hoc dependeat ex meritis & euẽtu litis, quæ diſcuſsio-
nem, & actorum apparatum requirit, iuxta c.quoniam.de
prob.nam ex allegatis & probatis iudex hoc perpẽdere de-
bet,modo ſimplici ratione,vt in c.j.de re iud.lib.vj. Et ta-
men text.hic expreſsionem talem cauſæ requirit,ex qua ma
nifeſtè apparet nullum poſſeſſori in beneficio ius compete-
re: vides ergo quantum iſta inter ſe pugnent.

Lis diſcuſsionem & actorũ apparatum requirit.

¶Et ideo vt iſte caſus clarior reddatur, eſt aduertendũ, ꝙ
cauſa hîc ponitur pro modo vacandi : itaq; ſit ſenſus, quòd
impetrans in ſua impetratione modũ vacandi exprimat, ex
quo clarè conſtare poſsit poſſeſſorem nullum in beneficio
ius habere.Et ita hodie in practica ſeruatur, quia fit impe-
tratio

**Impetratio q̄ modo fieri debet.**

tratio iſto modo: Supplicat S. V. deuotus illius orator Titius, vt ſibi ſpecialem gratiā faciatis de tali beneficio, quod vacat ad præſens: & tanto tempore vacauit, ꝗ eius collatio, ſecundū Lateranenſis concilij ſtatuta eſt ad ſedem apoſtolicam legitimè deuoluta. Licet quidam Gaius illud indebitè detinet occupatum, &c. Ex huiuſmodi, vel ſimili narratiua colligitur expreſsio cauſæ, ex qua Papa mouetur ad concedendum gratiam. ex ea prima facie conſtat ſi eſt vera, quòd nullum poſſeſſori ius cōpetit, quam cauſam in impetratione expreſſam poſtea in iudicio iuſtificabit impetrās, ſeruando alias partes regulæ, videlicet citari faciēdo poſſeſſorem infra ſex menſes, & litē proſequendo vſque ad ſententiam, vt hîc dicitur. quòd ſi cauſam expreſſam vacationis impetrans in proſecutione litis non probauerit, tunc tanquàm indebitè moleſtans condemnabitur ad pœnas hîc contentas. Hic eſt verus ſenſus iſtorum verborum.

## QVAESTIO QVADRAGESIMA.

**Impetrās qui nō ſeruat contenta, &c.**

QVAERO, dicitur hîc quòd ſi impetrans non ſeruat hîc contenta in prima parte regulæ, quòd tenetur poſſeſſori ad intereſſe. De quo intereſſe intelligemus?

¶SOLVTIO. Videtur prima facie dicendū, ꝗ ad nullū intereſſe teneatur, quia ex quo agitur de beneficio eccleſiaſtico, nō videtur conſiderandum intereſſe, quia in ſpiritualib. intereſſe peti nō poteſt, ſicut in profanis, vt dicit Inno. in c. querelā. de elect. Et latius Rota deciſ. ciiij. incip. nota quòd vbi aliquis. in antiquis, poſita ſub tit. de procur. num. 8. quæ notabiliter diſponit, quòd licet iurans non reuocare procuratorem, non obſtante iuramento illum reuocare poſsit, iuxta gl. ordinariam in ver. reuocās. quam ibi notat Dom. in cap. fin. de procur. lib. vj. Tamen vbi quis procuratorem conſtituiſſet ad renuntiandum cum iuramento, tali caſu nō poſſet reuocare, ex eo, quia ille in cuius fauorem debuit fieri renuntiatio, non poſſet aliàs agere contra reuocantē ad intereſſe, ſicut in materia profana: quia in beneficialibus nō agitur ad intereſſe. Iſta eſt notabilis deciſio, quam ſequitur Felyn. in cap. ſi diligenti. in viij. col. verſic. amplia etiam. de fo. comp. quod etiam latè proſequitur idem Felyn. in c. ex parte decani. col. vj. de reſcrip. Eò maximè, quia iam impetrans vltra intereſſe condemnatur in expenſis poſſeſſori: annulla

**Iurans procuratorem nō reuocare.**



annullatur eius impetratio, & inde ſecuta quæcunque &c. Sic igitur ſatis, & vltra condignum fortaſsis puniretur abſque eo, quod tenetur ad intereſſe. Hoc enim videbatur abſurdum repugnante ſubiecta materia, & etiam alia regula iuris, quæ habet, neminem ex vno delicto debere multiplici pœna puniri. vulg. cap. at ſi clerici. de iud. Et hic non ſolum duplici, ſed quadruplici puniretur.

**Intereſſe ī ſpiritualibus, ſicut in profanis peti non poteſt.**

¶Sed iſtis non obſtan. text. hic determinat contrarium, videlicet quòd temerarius impetrans debeat ad intereſſe condemnari. Quid dicendum? Pro vera reſolutione aduertendum eſt, quòd intereſſe, de quo loquitur iſta regula, nō conſideratur reſpectu beneficij: in quo caſu procedunt ea quæ ſuperius in contrarium allegata ſunt, ſed conſideratur intereſſe reſpectu incommoditatis & impenſarum, quas reus & poſſeſſor conuentus indebitè occaſione iſtius litis motæ paſſus fuit, vt eſt text. notabilis in clem. j. §. fi. de reſcript. & quod ibi, & hic intereſſe appellatur, text. in cap. fin. de reſcript. & in l. ſancimus. C. de iudicijs. illud intereſſe in eodem caſu damnum nominat. itaque intereſſe, & damnū iſto caſu conuertuntur, & illud damnum conſideratur reſpectu viatici, ſolutionis aduocatorum, & incommoditatis, vt ſigillatim enumerantur in d. l. ſancimus. & tradit Bart. per illum text. in l. eum quem temerè. ff. de iud. Ex quibus iuribus iſta regula quo ad hoc cōflata videtur: nec obſtat, quòd hic impetrans pluribus pœnis punitur, contra text. in cap. at ſi clerici. de iudic. quia illud procedit ratione vindictæ publicæ: ſed reſpectu commodi priuati quis poteſt pluribus pœnis puniri, vt declarat Abb. in cap. de cauſis. de offic. deleg. Præſertim, quia annullatio impetrationis, de qua hic text. loquitur, non videtur propria pœna, vt tradunt omnes Moder. in cap. ij. de conſtit.

**Intereſſe & damnū diuerſo modo conſideratur.**

**Annullatio impetrationis.**

¶Et iſtud intereſſe, de quo iſta regula loquitur, hodie non eſt in vſu, illa, (vt opinor) ratione: quia in illo exigendo reus longè maiora incommoda pateretur, quàm in beneficio defendendo, propter difficultatem probationis, ſuper qua re poſſet fortaſsis protendi lis vſque ad tres ſententias, & ideo rei poſſeſſores hodie ſola condemnatione expenſarum, & nullitate impetrationis aduerſarij cōtentantur cum abſolutoria ab impetitis.

QVAE

## QVAESTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

QVAERO, quare non dicit iſte text.de expenſis?

¶SOLVTIO. Quia illa condemnatio fit in Rota, quando quis ſuccumbit, & ſic eo tempore quo poſſeſſorem conſtat damnũ, vel intereſſe fuiſſe paſſum, ideo non fit hîc mentio. Vel dicas rationem eſſe illam, quam pono hîc in fine iſtius q. Et aduertendum eſt, quòd ad iſtas expenſas ſemper Rota impetrantem ſuccumbentem condemnat, ſiue illam iuſtã cauſam litigandi habuerit, ſiue nõ: quia nunquam in Rota cauſa litigandi condemnatum ab expenſis excuſat. Nam eo ipſo, quòd quis condemnatur, præſumitur habere iniuſtam cauſam litigandi, licet in veritate iuſtam habuerit, vt notat Abb. in cap. calumniam. de pœn. Et propterea in ſententijs Rotæ ſemper dicimus, quòd iniuſtè, perperàm, & de facto moleſtauit, vt cõdemnatio expenſarũ quadret. Et verba iſtius regulæ inferius poſita, ibi, q ſi poſſeſſoré ipſum iniuſtè, friuolè, ac indebitè moleſtaſſe repertus fuerit, &c. ſonãt hoc. Quæ verba in omni ſententia poni poſſunt propter pręſumptã temeritaté impetrãtis & ſuccumbẽtis, quæ in dubio præſumitur, vt dixi ſuprà in j. & ij. q. Præſertim vbi eſſent aliquæ cõiecturæ doli, vt in caſu vltimæ partis regulę: tunc impetrãs temerarius, & calumniator poſſet appellari, vt declarat Abb. in d. cap. calumniam. in j. notabili. Patet igitut ex prædictis, quis ſit ſtylus Rotæ circa condemnationem expenſarum. Et hoc facit Rota ad euitandas lites ſuper expenſis, quæ poſſent ſuper re parua fortè maiores fieri, quàm ſuper ſorte principali. Et ita negotij principalis cognitio in longum differretur, & ſic lites ex litibus orirentur, contra l. quidam. ff. ſi cert. pet. & cap. finem litibus. de do. & contu. Et licet de iure communi quælibet iuſta cauſa excuſet ab expenſis, vt tradit Abb. in d. c. calumniam. in fin. Tamen vt dixi, Rota nunquam iſtam iuſtæ cauſæ allegationem admittit, ne aduerſarius appellet, & dicat non eſſe iuſtam cauſam, & fiant lites immortales. Et licet quædã deciſio in no. 182. incip. probabilis cauſa. dicat quòd cauſa probabilis excuſet ab expẽſis, quam exẽplificat Egid. deciſ. cxc. Nihilominus illæ deciſiones debent intelligi de iuſta cauſa, ratione ſententiæ latæ. Nam habens ſententiam pro ſe, licet ex nouiter deductis reuocetur in ſecunda inſtantia,

Litigandi iuſta cauſa.

Impetrans in dubio temerarius præſumitur.

Stylus Rotæ circa cõdem. expenſarum.

Cauſa probabilis.



ſtantia, nihilominus tali caſu excuſatur ab expẽſis iure cõpenſationis. Nam habuit iuſtam cauſam litigandi, vt tradit Egid. deciſ. cccxix. Hoc tamen, vt dixi, procedit quando reuocatur ex nouiter deductis: quia ſi ex eiſdem annullatur ſententia, non excuſat ab expenſis, propter rationem quam ponunt Domini in deciſ. cclj. licet ſententia. in no. aliàs eſt deciſ. x. poſita in tit. de dolo. & contum. quam ſequitur Milis in verbo, impenſarum. & Abb. in cap. fi. col. xij. de dol. & contum. & latius Guido Papæ deciſ. ccccxxxvj. q. xlviij. & deciſ. cxxxvij. eiuſdem. Et omnia iſta dicta approbat parlamentum Toloſanum in deciſ. capellæ. ccxxij. Philip. Francus in cap. j. §. fin. in fi. de appel. lib. vj. Corneus conſ. clxxxj. col. fin. in iij. volum. Francus in cap. quoniam. in iij. col. de prob. Et hoc quod dictum eſt, procedit in cauſis, quæ originaliter cõmittuntur in Rota. Si verò cõmitteretur auditori vna cauſa, non vt auditori, ſed vt prælato, & quòd ſolus in domo de illa cognoſcat, prout ſæpe committi ſolent cauſæ Romanorum Capitolinæ, tali caſu ſi auditor pro ſua ſatisfactione faceret de illa cauſa verbum in Rota, prout eſt de more, & iuxta reſolutionem datam pronuntiaret: tunc ſi condemnatus iuſtam haberet cauſam litigandi, non condemnaretur in expenſis, prout fit in Rota, cuius ſtylus iſto caſu non ſeruatur. Ita fuit concluſum apud Dominos iſto menſe Octobri M. D. xxxvj. coram domino Paulo Capiſucco, in vna cauſa Romana dotis, ſeu domus. Attenditur enim tali caſu perſona iudicis repræſentati, nõ quòd ſit auditor, quia illi cauſa commiſſa, vt auditori non fuit: ſed vt prælato, & vt ſoli, qui debet ſequi ſtylum aliorum iudicũ curiæ, qui habentem iuſtam cauſam litigandi in expenſis condemnare non ſolent, niſi in caſu quem tradit Bart. in l. iij. §. ſi rem. ff. de leg. iij. De quo dicto latius ſcripſi in cap. j. in gl. facti. de conſtit. lib. vj. Nam putant ſatis victorem lucrari ſi obtinet rem, & victũ ſatis puniri ſi expenſas & labores plures ſimul cum ipſa re amittat.

¶Et eſt aduertendum, quòd non ſine miniſterio in iſta regula non dicitur de expẽſis, quia fortè ſub illo verbo, damnis cõprehenduntur. Nam licet appellatione damni in conuentionalibus impenſæ non includantur, vt in cap. in noſtra. de iniur. ſecus tamen eſt in iudicialibus, vt notabiliter

Impẽſæ in cõuentionalibus licet nõ includantur.

decla

declarat Archi.in cap.in primis.in ij.col.in verbo, damnũ. ij.q.j. Vel ſecundo poteſt dici hac de cauſa non de impenſis, ſed de damnis mentionem fieri: quia damna, ſiue intereſſe venit iure actionis, quæ naſcitur ex prædictis legibus, & ex iſta regula, ſed impenſæ veniunt acceſſoriæ, & officio iudicis, vt dicit Bart. in l.j.ff.de alien.iud.mu.cauſa fact.& ideo de illis non requiritur mentio.

Damna, intereſſe vnde veniant.

QVAESTIO QVADRAGESIMASECVNDA.

Impetrans in forma iuris.

QVAERO, an impetranti in forma iuris, qui petit aliquẽ priuari propter crimen, obſtet regula?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic tenet quòd nõ, duplici ratione. Prima, quia iſta regula loquitur de impetratione beneficij vacantis de iure & de facto. Sed ille qui impetrat in forma iuris non petit ſibi conferri beneficiũ iam vacans, ſed illud intendit, vt beneficium, quod per priuationem vacabit ſibi cõferatur. Secunda ratio eſt, quia talis cauſa priuationis non eſt beneficialis, ſed profana, iuxta gl.in cap.ij.in verbo, finita. vt lit.pend.lib.vj. Et priuandus ante priuationem poterit renuntiare, vel cum altero permutare: & ſic priuatio nõ habebit exitum. Quæ omnia cum ſint diuerſa à mente regulæ, eſt concludendum, regulam iſto caſu locum non habere. Ita dicit Gloſſator.

Cauſa priuationis non eſt beneficialis.

¶Adde pro iſta opin. Moder. quendam Sabinenſem practicum & eruditum, qui in quadam apoſtilla ſuper iſta regula aſſerit Rotam tẽpore ſuo ita iudicaſſe, & ſe ita in facto obtinuiſſe, illi enim eſt nomẽ Aeneas de Falconibus, qui quãdam ad Panor. Paraphraſim ædidit, & notabilem illum tractatum reſeruationum & commendarum nobis reliquit. Et ita ſecundũ quod ipſe dicit Rotam ſic iudicaſſe, reperio adnotatum per bon.me. Dominicum de Iacobatijs tunc Rotæ auditorem primarium, & poſtea Cardinalem in quibuſdam ſuis cauſarum notis, manu ſua propria ſcriptis. Et reperio hoc idem tempore Sixti, in cauſa præceptoriæ Lugdunenſis, pro Matthæo, contra Claudium, Ioachinũ de Narnia, tunc aduocatum celebrem in quodam ſuo cõſil. reddito in cauſa Naneten. S. Nazarij pro quodam Henrico adnotaſſe. Et ne longius exempla petamus, ſic etiã tempore meo
* iudicauit Rota de mẽſe Februa. M. D.xxxiiij. in cauſa Conuerſana Archipresbyt. pendente coram me. In qua Domini

ad hoc



ad hoc tenendum moti fuerunt, hac ratione: quia vbi non verificantur verba diſpoſitionis, neq; ipſa diſpoſitio habet locum. Sed verba iſtius regulæ, ibi (quod vacare prætendit) non verificantur in caſu præmiſſo: quia beneficium per priuationem non vacat, ſed vacare ſperatur. Igitur regula tali caſu locum non habebit. Nam aliud eſt, quòd beneficiũ certo modo vacet, vel quòd ſperetur vacare, vt not. omnes in c. cum noſtris. de conceſſ. præben. & reaſſumunt Moder. in c. ij. de reſcript. Cum igitur regula iſta loquatur de beneficio certo modo vacanti, non habebit locum in beneficio, quod per priuationem vacare ſperatur. Hinc eſt quòd Imol. in c. dilectus. el ij. poſt gl. ibi de præben. & Rom. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. voluerunt, quòd mandatum de beneficio vacanti non comprehendit vacaturũ: quia ſe habent vt diuerſa, vt ibi per eos, & latius ſcribit Felyn. in c. conſtitutus. in pen. col. de reſcrip. Item quia iſta regula loquitur, quando impetratur beneficium poſſeſſum per annũ ex antiqua vacatione ante collationem factam poſſeſſori: ſecus ſi dicatur vacare ex perſona, vel facto ipſius poſſeſſoris, vt in quæſt. iſta. & dicemus inferius in alia q. ſimili. Et quia videmus, quòd huiuſmodi priuationes ſæpe committuntur in partibus, vt eſt factũ in cauſa Plebaniæ Verchiani, & quotidie vſu experimur.

Diſpoſitionis verba.

Beneficiũ certo modo vacans.

Mandatum de beneficio vacanti nõ comprehendit vacaturum.

¶Præterea pro iſta deciſione efficax eſt ratio Gloſſatoris: quia quando agitur ad priuationem, poteſt poſſeſſor antequàm priuetur renuntiare, vt concludunt Moder. in c. ij. de reſcrip. & latius repetit idem Felyn. in c. inquiſitionis. in iij. col. de accuſa. Et hoc prius dixit Rota in titulo, de re iudic. deciſ. v. in antiquiori. Et reaſſumunt Moderni Ferratini, videlicet Thom. Perratius, in tract. cautel. caute. xliiij. Hoc autem verificari non poſſet in beneficio iam vacanti. vt notat Fely. in c. in noſtra. in xxxvij. correl. in ij. colum. de reſcript. Nam priuatio præſupponit habitũ præceſsiſſe: & ſic renuntiatio præſupponit poſſeſsionem. & pro iſta opi. faciunt ea quæ dixi in ſimili quæſt. in regula de ſubrogandis.

¶Et tamẽ circa hoc aduertendum, vt caſus diſtinguantur, quòd non omnis priuandus indifferẽter & indiſtinctè poteſt beneficio renũtiare: ſed ita demum, ſi ignorat impetrationem ab alio factã fuiſſe: ſecus ſi ſciat, vt notabiliter cõclu

O

dit Ant.de But.in conſi.xliiij.incip.caſus, quidã presbyter. &c.cum quo concordat dicta deciſio Rotæ v.in antiquioribus.titulo de re iudic.Sed illa Rotæ deciſio in alio eſt magis mirabilis, quia ibi fuit facta renũtiatio beneficij per priuandum poſt inquiſitionem,ac poſt ſententiã perpetui carceris,latam contra homicidam, ac etiam poſt acceptationẽ expectantis: & nihilominus concludit ibi,quòd valet renũtiatio,eo ſolo motiuo:quia licet fuerit lata ſententia perpetui carceris,non tamẽ per hoc fuit lata ſentẽtia priuationis beneficij.& iſtam opin.deciſionis prædictæ ſequitur Felyn. in c.inquiſitionis.in iij.col.de accuſ.Differt ergo illa deciſio à dicto Ant.de But.in duobus.Primo, quia ibi renuntiatio fuit facta poſt ſententiã in conſilio d.Ant.ante ſententiã priuationis. Item in dicta deciſione nulli fuerat prouiſum ante renuntiationem, licet quidam expectans acceptauit. Sed in conſ.d.Ant.fuerat facta prouiſio à Papa ante renuntiationẽ cum decreto irritanti, & tamen d.Ant.tenet quòd valet renuntiatio,ſi ignorauit prouiſionem Papæ.

Renũtiatio beneficij per priuandum.

¶Sed modo circa iſta aduertendũ eſt,quia contra iſtud conſiliũ d.Ant.eſt vnum conſilium Gemin.cv.incip.ad ſupplicationem. Vbi loquitur in periurio, qui etiam eſt priuandus, contra quem Papa cuidam commiſit, quòd ſi cõſtaret illum fuiſſe periurum,conferret beneficium ſupplicanti: concludit ibi Geminia.quòd valet interim renuntiatio,etiam ſi ſciuerit prouiſionem factam alteri. Tamẽ poteſt nihilominus iudex,cui fuit hoc commiſſum,procedere ad veritatem delicti poſt renuntiationem,& etiam poſt mortem.Et conſtito de delicto conferre beneficium ſupplicanti, & renuntiatio retro non valebit.Ita ibi concludit.Et ad iſtam contrarietatem non aduertunt Moderni in c.in noſtra.inferius al legandi.Sed cum iſta cum Reuerẽdiſſimo D.Cardinali Simonetta,viro vndecunque doctiſſimo, ac multæ obſeruationis,& tunc Rotę auditori,dixit,quòd conſiliũ Geminia. non erat verũ,& quòd viderat ſæpe in Rota obſeruari prædictam deciſionem quintam, & conſilium Anto.& ſic ipſe adnotauerat.Pro qua opin.adduco rationẽ,quæ ponit gladium ad radicẽ:quia negari nõ poteſt,per prouiſionem Papæ in euentũ priuationis, nõ eſſe illi impetranti ius quæſitũ irreſolubiliter, ſed cõditionaliter in incertũ euentũ,quẽ lis produ-

Impetrans ius quæſitum irreſolubiliter



producet,iuxta l.quod debetur.de peculio. Et ideo prouiſio per reſignationẽ interim facta, etiã clauſula, dummodo alteri non ſit ius quęſitũ,valet:quia illa clauſula intelligitur de iure puro & irreſolubili, non de cõditionali & incerto, vt tradit notabiliter Rom.in conſi.cclvj.quem refert, & ſequitur Felyn.in c.ſuper literis.in ix.col.de reſcrip.& dixi in regula de nõ tollendo ius quæſitũ.q.iij.Cum itaq; ius quæſitum ex illa prouiſione Papæ in euentũ priuationis ſit conditionale, meritò prouiſio pura medio tẽpore facta, valet,ad tradita in c.ſi pro te.de reſcrip.lib.vj.Quia beneficia nõ debent eſſe in pendenti.vulg.capitulo,ſi tibi abſenti.& c.ij.de elect.libr.vj.Et pro iſta opinione contra dictum conſilium Gemin.eſt notabilis deciſ.Egidij dccxxxix.incip.ſi quis obtinens præbendã,&c.col.fi.qui notabiliter loquitur:& iſtis adde Socin.& quoſdã alios conſulentes,de quibus in regula de non tollendo ius quæſitũ.q.iij.mentionẽ feci.Et quantũ ad illud quod dicit Gemin.in d.cõſil.iudicẽ vigore illius impetrationis poſſe poſt obitũ priuare periurũ,& de veritate delicti ad effectũ adiudicandi illud impetranti cognoſcere,hoc non eſt verum, & cõtra illum eſt deciſio in terminis Rotæ,in nouis,titu.vt lit.pend.deciſ.vltima.aliàs num.491. incip.item quòd Titius.quam ſequitur Dom.Gundiſaluus Hiſpanus,quondam Rotæ auditor inſignis,in tract.lega.in xiiij.q.j.partis. col.xv. ¶Limitarem tamen iſta quæ dicta ſunt de renuntiatione priuãdi, niſi Papa in literis narraſſet vacare beneficiũ propter tale crimen, licet in veritate illud crimen non iudicat priuationẽ ipſo iure.Nam talis aſſertio Papæ,adeò beneficiũ afficit,quòd renuntiari non poſſet, vt dicit Pet.de Anch.in conſi.ccxciij.incip.vltra alia.ſequitur Fely.in c.ij.in iij.col.& in c.nonnulli.in xvij.col.de reſcrip. & in d.c.inquiſitionis.in iij.col.Et licet Pet.de Anc.& Fely. non dicant quòd renũtiari non poſſit,tamẽ reuera opi.Petri,eſt hoc à fortiori dicendũ.Quia ſi vbi Papa ſolum cõmittit priuationem faciendã renuntiatio impeditur,à fortiori vbi diſponit aſſerendo vacare fundans in hoc intentionem ſuam,quod eſt multũ notandũ. Tamen illud dictũ Petri de Anch.ita ſimpliciter intellectum, nõ puto verũ. Nam vltra hoc,quòd cõtra illum latiſſimè cõſuluit Iaſ.in cõſil.lxxxvj. incip.Redẽptoris Crucifixi,&c.in v.col.lib.iij.illa opi.dura

Beneficia non debent eſſe in pendenti.

Papę aſſertio.

videtur, per quam alicui per aſſertionem Papæ contrariam veritati ius quæſitũ tollitur. Et aliàs legendo cle.j.de prob. multis modis reprobaui. Nam clarũ eſt, quòd vbi agitur de tertij præiudicio, Papæ non creditur, vt not. Fely. in c. cum à nobis. de teſti. poſt Paulum de Caſtro in cõſi. xlvj. lib. ij. quẽ ſequitur Decius in conſi. clj. iiij. col. & Gemin. conſi. liij. maximè vbi aſſertio Papæ eſt contra ius, per l. nec dãnoſa. C. de prec. imp. offe. & ita Fely. fortaſsis de illa opin. dubitans impugnat, & declarat dicta Petri de Ancha. in d. c. cũ nobis. in ij. col. & latius in c. cauſam quæ. in verbo, impetratio. in j. & ij. col. aliàs eſt ſecundũ ſeriem foliorũ, col. vj. de reſcrip. Vbi videndũ erit ne ſim prolixior. ¶ Redeundo igitur ad propoſitum quæſtionis, habes concluſionẽ hîc, quòd iſta regula non procedit in impetrãte per priuationem. Circa quam concluſionem conſiderandũ eſt adhuc diligenter, quòd Rota in quadam cauſa Capellaniæ Pacen. coram D. Staphileo. * xxix. Octob. M. D. XXIX. tenuit contrarium. Nam voluit iſtã regulam procedere, ſiue quis poſſederit per annum ante priuationem, ſiue poſt. Et ita etiam adnotauit Do. Petr. And. Gamma. in quibuſdã recollectis deciſionum, à quo ego etiã * viua voce audiui. Et ſic vides, quòd Rota moderna bis variauit. Nam in cauſa Conuerſana prioratus, quæ coram me diu fuit diſcuſſa, concluſit regulam non habere locum, & coram Staphileo tenuit contrarium. ¶ Quid igitur tenendum? Dicas pro concordia opinionum diſtinguendos eſſe duos caſus. Primus eſt, in priuato ipſo iure, vt in execrabili, vel ſimilibus, & procedat deciſio coram Staphileo. Vel illa deciſio procedit in priuato ob non ſolutionem penſionis, quia ex quo ab initio ipſe ſe huic pœnę ſubiecit per propriũ eius conſenſum, non debet iuuari regula, vt dicetur in alia quæſtione. Aut verò eſt priuandus, & procedat opinio tenta in cauſa Conuerſana. Ratio eſt, quia prima innititur gratiæ, iſta ſecunda iuſtitiæ. Et quod dictum fuit in homicida, idem dicẽdum eſt in rebelli, vt videlicet antequàm priuetur beneficio poſsit illi renuntiare, vt eſt text. in c. cum inter. de re iud. quem ad hoc ponderauit Præpoſi. in c. ius Quiritũ. j. diſtin. pro qua opin. facit optimè conſi. Iaſ. lxxxvj. lib. iij. Et * ita in vna Peruſina plebis concluſit Rota die ſecunda Iunij M. D. XXIX. coram R. P. D. Pet. Vortio epiſcopo Aquen.

Papæ non creditur vbi de præiudicio tertij agitur.

QVAE



QVAESTIO QVADRAGESIMATERTIA.

QVAERO, ex quo regula iſta loquitur de pacifico poſſeſſore, quis dicatur poſſeſſor pacificus, quo ad effectum iſtius regulæ?

Poſſeſſor pacificus.

¶ SOLVTIO. Reſolutionem iſtius quęſtionis ſcribam latiſſimè in regula de triennali. & aliquid dicã in quæſt. ſequentibus. Vnum tamẽ interim omittendum non eſt, quòd licet impetrans agens ſuper ſolo poſſeſſorio non ſatisfaciat regulæ, quæ de petitorio loquitur, vt inferius in alia quæſt. dicetur. Nihilominus talis lis ſuper poſſeſſorio tantum bene eſt ſufficiens ad interrumpendam pacificã poſſeſsionem. Vt hodie Rota cõcluſit in vna Gienen. prioratus de Villanoua * corã R. D. Io. Mohedano. xix. Dec. M. D. XXXIX. per quæ do. Guliel. Caſsiodorus ſcribit in deciſ. ix. de cauſ. poſ. & prop.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVARTA.

QVAERO, an ille qui poſt ſentẽtiam contra ipſum latã, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſederit per annũ, dicatur poſſeſſor pacificus, ad effectũ, vt victorem aduerſarium, vel alium, exceptionem iſtius regulæ repellere poſsit?

Poſſeſſor pacificus ad effectum.

¶ ISTA QVAESTIO dependet ab hoc, vtrum per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam ſit totaliter finita, vel extincta lis. Nam ſi finita eſt lis, poſsidens poſtea per annum ſine perturbatione erit pacificus, & exceptione regulæ vti poterit. Sin autem lis totaliter extincta per ſententiam non fuit, ſequitur contrarius effectus. ¶ Quid igitur dicendũ? Solutio. Iſta difficultas antiquis temporibus, pluries in Rota ventilata, rarò tamen deciſa fuit, modo etiã in vna Conchen. præſtimoniorum de Yuieſca, & Priego corã R. D. Io. * Clerici iterum ventilatur, & poſtea in alia cauſa de qua ſtatim dicam, ſimiliter iſta eadem quæſt. propoſita fuit, & multum diſputata. Operæpretium igitur erit præſcrutari, quænam iſtarum opinionum ſit verior. ¶ Vt dixi, iſte articulus non ſolum antiquis temporibus, ſed etiã tempore meo ſæpe propoſitus fuit in Rota, nõ tamẽ fuit ita paſsim propter eius difficultatem deciſus. Et idem temporibus ſuis accidiſſe referebãt domini Seniores. Tandem poſt varios diſputãtium conflictus meis temporib. caſus iſte certam recepit deciſionem. Nam cum dicta cauſa Conchen. propter inſanam par-

tium contentionem ſine aliqua concordia ſpe, per annum
continuum,& amplius,aduocatorum & procuratorum in-
formationibus tūderetur,& adhuc partes iniquis odijs cer-
tarent,oportuit nos per huiuſmodi quęſtionis deciſionem,
in qua victoria tota cauſa conſiſtere videbatur,finē aliquem
iratis partibus ponere.Et ita factum eſt, quòd poſt infinitas
propemodū cauſæ poſitiones, Rota in hanc ſententiā con-
ceſsit,vt videlicet poſsidens per annum poſt rem iudicatam
nondum executioni mandatā tueri ſe non poſsit iſta regu-
la.Quam opinionem Rota pluribus rationibus comproba
uit.Prima fuit,quia certū erat poſt rem iudicatam,nondum
executioni mādatam, quaſdam adhuc litis primæ reliquias
durare.Quod ex eo apparet,quia iudex ſententiā, quæ trāſi
uerat in rem iudicatā,poteſt infra annum executioni man-
dare.c.quærenti.de offi.deleg.Sed nemo inficiari poterit in
illa executione faciēda,aliquam iudicij telam requiri, vide-
licet obſeruationem quatuor terminorū, & ſententiā decla
ratoriam, brachium ſeculare,& ſimilia.Ex quibus apparet
in illa tela,aliquas adhuc ineſſe litis reliquias. Nam licet ſit
lata ſententia,illa nō dat ius,ſed eſt medium ad illud acqui-
rendum,vt traditur in l.Iulianus.ff.de condi.indeb.& cap.
cum inter.de re iud.& ob eam cauſam oritur ex illa ſentētia
duplex actio ad illius executionem proſequēdam, videlicet
iudicati actio,& in factū.Quæ quidē actiones dū ad dictum
effectū in iudicio proſequūtur, litē profectò faciūt:ſola er-
go ſentētia litē omnino nō ſuſtuli,ergo illa durāte certū eſt
poſſeſſorē dici nō poſſe pacificū.Nam donec ſupereſt ſentē-
tiæ executio,nihil poteſt dici actū,iuxta l.fi.C.ad Silla.ſicut
videmus in appellatione extraiudiciali,quę licet deſerta fue
rit,dimittit tamen aliquas prioris litis reliquias, donec per
Sententię exe cutio. executionē ſentētiæ omnino ſopita ſit, vigore cuius appel-
lationis,etiā deſerta,poteſt appellatus, ſeruatis terminis,ap
pellantē condēnare,adeò ꝙ interim donec hęc agitātur poſ
ſeſſor pacificus dici non poteſt,vt patet in deciſ.xxxvj.de re
iudi.in antiquis.& dicam in regula de triēnali poſſeſſore.q.
xxv.quo in loco illā q.latius diſputo,quia ibi in facto cōti-
git.¶Secūdo,pro iſta opi.facit:quia nō videtur cōueniens,
nec iuridicū,quòd condēnatus,& conuictus poſt ſentētiam
per annum poſsidēs pacificus dici debeat, ad effectū, vt ex-
ceptio



ceptione iſtius regulæ victorem repellat,quia ex hoc ſeque
retur illud maximum abſurdum, quòd ſententia multis la-
boribus & impenſis quæſita,& eius executio fruſtrarentur,
& condemnatus poſſeſſor ex malitia ſua commodum repor
taret,& per conſequens delinquens,& victus plus iuris ha-
beret, & melioris conditionis eſſet, quàm victor bonum
ius fouens, contra æquitatem & rationē.l.quòd Seruius.ff.
quod vi aut clàm.& c.cum qui.de præb.lib.vj.

¶Tertio,iſta opinio comprobatur.d.Ioann.Fabri,qui ſe-
cundum Iaſ.in tit.de act.in prin.in vij.col.in fin. eſt vir in
hac noſtra iuris diſciplina magnæ authoritatis. Nam eum
inſignē,& fundamētalem doctorē appellat idem Iaſ.in l.na
turaliter.§.nihil commune.in ij.col.de acquirend.poſſeſſ.
Nec mirum:fuerat enim per xiij.annos aduocatus,vt idem
Ioan.Fab.dicit in §.fin.inſt.quib. ma.licet.& ob eam fortè
cauſam Alex.de Imol.illum doctorē ſubtilem vocat in ru-
brica.ff.de ope.no.nunti.col.ij.Sic igitur Ioan.Faber hanc
opi.Rotæ videtur tenere in l.ij.C.de litigio.dum vult poſt
ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,ante eius execu
tionē durare effectus litis pendentiæ.Nam,vt dixi ſuperius, Effectus litis
ad executionem conſequendam,ex eadē ſententia naſcitur pendentiæ.
duplex actio,& ſic eadem cauſa in vno inſtanti eſt finitiua &
productiua litis.Quinimo præter actiones prædictas iudi-
cati,vel in factum,in quibus ineſt noua iudicij tela, in qua
ſolet produci nouus libellus, vt traditur in l.intra. & in l.à
diuo Pio.ff.de re iud.& in l.j.maximè per Bald.C.de iur.&
fac.ign.ad executionem ſentētiæ iudicis,etiam officiū mer-
cenarium competit,in quo licet libellus non producatur,
neq; lis quouis modo conteſtetur. Tamen in illo iudicis of
ficio exercēdo,ineſt adhuc quidā modus litigādi,vt expreſ-
ſè dicit Bald.in l.ij.in ij.col.verſ.modo quæro.C.de excep.
rei iudi.qui quidem litigandi modus certè aliunde fomēta-
ri non poteſt,quàm ex primæ litis remanentibus reliquijs.
Nam ex quo,vt dictum eſt,in tali officio exequēdo libellus
non datur,nec lis cōteſtatur,iſte modus litigandi de nouo
ex facto partiū oriri non poteſt, cum nō habeat materiam
pręexiſtentē.Et eſſet minus incōueniēs dicere per ſententiā
omnino litē non eſſe finitā quouſq; iudex illā exequatur,vt
illud iudicis officiū ex lite priori fomētum recipiat,quàm

quòd dicamus,per ſententiam litem eſſe finitam,& ex ea li-
tem nouam oriri,vt dicit idem Bald.in d.l.ij.in prin.verſ.
quæro nunquid.Nam vna & eadem res non debet eſſe pro-
ductiua contrariorum.l.j.cum vulg.C.de furt.

¶Concludendum igitur eſt,per ſententiã litem totaliter
non extinctam fuiſſe,ſed adhuc reliquias quaſdã eiuſdem li
tis manere.In quibus executionis iudiciũ fundari videatur,
qua executione per acta dicemus litẽ finiri,cum antea nihil
potuit dici actũ,cum aliquid ſupererat ad agẽdũ.vulg.l.Ti
tia.ff.de verb.oblig. Cum qua opinione videtur concor-
dare idem Bal.in l.j.C.de iur.calum.& Bar.in l.litibus.C.de
agri.& cẽſi.lib.x.& iſtã etiã opi.tẽpore Sixti reperio Ioachi
num de Narnia,& L.de Interamne,tũc famoſiſsimos aduo-
catos in terminis regulæ de triẽnali.defendẽdo cauſam Mo
naſterien.decanatus tenuiſſe. Et ita etiam ſecundum iſtam
* opinionem tẽpore meo Rota pluries iudicauit,videlicet,in
* in vna Oueten.coram R.D.Ioan.Clerici,de mẽſe Decembri
* M.D.xxxiij. Et in alia Mediolanenſis prioratus,pro Reue-
rendiſsimo Cardinali Cæſarino.Et in alia Leodien.præpo
ſituræ,coram R.D.Ioan.Mohedano.De qua mentionem fa-
ciam in regula de triẽnali.Et poſtremo in dicta cauſa Con-
chẽ.præſtimoniorũ die xvj.Ianuarij. M.D.xxxiiij. Pro qua
deciſione vltra prædicta facit vna alia ratio iuridica.Quia
certũ eſt poſt latã ſententiã,quæ tranſiuit in rem iudicatam,
executionem vſq; ad triginta annos fieri poſſe: quia,vt di-
ctum eſt,ex ſententia oritur actio in factũ & officiũ iudicis.
l.actori.C.de iureiur.& tradit Bal.in l.tale pactũ.§.qui pro

Actiones,quæ dant ius proſequendi,&c.

uocauit.ff.de pact.cum ſimilib.Et iſtę actiones quæ dant ius
proſequendi,durant per triginta annos,nec minori ſpatio
præſcribũtur.vulg.l.ſicut.& l.cum notiſsimi.C.de pręſcrip.
xxx.ann.ſi igitur dictæ actiones per triginta annos durant,
non poterit eas condemnatus ſub prætextu annalis poſſeſ-
ſionis poſt ſententiã inchoatã,& pacificè cõpletã beneficio
iſtius reg.excludere. Patet igitur,durãte illo iure proſequẽ
di,poſſeſſorẽ dici non poſſe pacificũ.Et per iſtam rationem
in illa cauſa Monaſterien. excludebatur regula de triẽnali.

Intellectus ad textum in c.j. de exceptiõe.

¶Accedit ad hoc text.qui videtur facere ad propoſitum in
c.j.de excep.lib.vj.in prin.iuncto §.fi. Nam dicitur in prin.
illius tex.quòd exceptio excommunicationis poteſt propo
ni in



ni in quacunque parte litis.Quærit poſtea in §.fin.nunquid
poſſet dicta exceptio proponi in executione ſententiæ. vi-
debatur dicendum quòd non,cum lis videatur extincta per
ſententiam. Tamen hoc non obſtante,textus dicit contra-
riũ,videlicet,quòd poteſt dum exequitur ſententia opponi,
per quod manifeſtè datur intelligi adhuc durare litis reli-
quias,quod etiã ex ſtylo hodierno,quo vtitur Rota,clarius
oſtẽditur, dum capiẽs poſſeſsionẽ rei iudicatæ,etiã cum exe
cutorialibus videtur attentare,niſi prius poſt dictarum exe
cutorialium intimationem,quatuor terminos cõtra intru
ſum non ſeruauerit,& deinde ad aggrauationem,& reag-
grauationem vſq; ad brachiũ ſeculare procedatur,vt refert
Fely.in c.ad probandum.in iiij.col.de re iud.facit deciſ.cj.
in antiq.& meminit d.Guliel.in deciſ.vj.tit.de cau.poſ.&
prop.Si igitur poſt ſententiã aliquæ litis reliquię durant,di
ci non poterit poſſeſſor aliquo modo pacificus,vt requirit
iſta regula:quæ quidẽ opinio adhuc ſuaderi poteſt ex.l. in-
ter.ff.de arbitris.vbi probatur poſt ſententiã quendã adhuc
calorem iudicij durare,donec executioni fuerit demãdata.
Nam illud notiſsimũ eſt, in rebus tractũ ſucceſsiuũ habẽti-
bus,finitũ negotiũ non dici,donec totaliter perficiatur,vt
dicit Aret.in l. ſubſtitutione in iiij.col.ff.de vulg.& pupil.

Stylus Rotæ hodiernus in capienda poſſeſsione.

Finitum negotium.

¶Et quamuis prædicto ſtylo Rotæ relato per Fely.& do-
min. Guliel. obſtare videatur deciſio finalis,in tit.de cauſ.
poſſ.in no.quam ſequitur Milis Auditor, in verbo,attẽta-
tum dici non poteſt. Cum quibus videtur concordare,licet
in caſu diſsimili,Egid. deciſ. ccccIxvj.& Rotæ deciſ. cij.&
cccxliiij. in no. incip. licet in cauſa. quæ diſponunt tunc
non dici attentatum quãdo poſſeſsio cum legitimo titulo,
etiam propria authoritate capitur:vt etiam Angel.de Ceſ-
ſis,antiquus & excellens aduocatus ſic in vna Toletana ſpo
lij tentum fuiſſe dicebat.Nihilominus contrarium,vt dixi,
practicatur:quæ quidem practica & ſtylus,nec authoritate
aut ratione caret. Nam fundari videtur in deciſionib.xxiij.
& cj.& ccccxj.in no.& in dictis Nicolai Milis,in verbo,poſ
ſeſſorio recuperandæ.& in verbo,executio ſententiæ.quas
breuitatis cauſa nõ refero. Satis eſt, quòd iſta diuerſitas cõ-
cordari poteſt,ex his quæ ſcribit Fely.in cap.de cætero.col.
fi.de re iud.& Moder. Auinionen.in rep.cap.ſæpe.col.xij.de

Poſſeſsio cum legitimo titulo.

reſt.ſpol.& Philip. Fran.in c.eum qui.§.j.de præben.lib.vj. Quæ omnia non examino,cum hîc incidenter occurrant. Nam ſufficit,quòd ex prædicto ſtylo Rotæ manifeſtè colligitur poſt ſentẽtiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,etiam executorialibus intimatis,non finiri litem,donec ſententia executioni demandata fuerit. Et hoc idem dicendum videtur * in cauſa Salamantina canonicatus, quæ modo de hoc menſe Iunio coram R.P.D. Petro Vortio pendet,in qua dubitatum fuit,nunquid poſsidẽs per annum pacificè poſt ſententiam latam contra intereſſe putantes poſsit tanquam pacificus exceptione iſtius regulæ tueri cõtra tertiũ in locum defuncti collitigãtis poſſeſſoris ſubrogatum de iſta regula mentionem non faciẽte:& certè hoc dubium poteſt ex prędictis facilè reſolui,licet tunc ſuper hoc in dicta cauſa Salamantina nihil fuit diffinitum.

¶ Et tenendo iſtam opinionẽ, ad motiua & argumẽta pro contraria parte adducta facilè reſpõdetur. Nam primo non obſtat dictum Bald.in dicta addi.ad Specul. in rubr.de ceſ-

Actio iudicati cedi poteſt.

ſio.actio in princip.vbi dicit,quòd actio iudicati cedi poteſt,quia non dicitur litigioſa res,lata ſententia. Quia ad iſtud dictum reſpõdetur,quòd ſtant iſta ſimul,quòd res non ſit litigioſa,& quod duret lis ad effectum impediendi pacificum poſſeſſorem,vt tradit Ant.de Butr.in c.primo.de con-

Beneficium litigioſum.

fir.vtil.vel inut. Et ſic videmus in alio ſimili caſu beneficiũ non deſinere litigioſum,licet quis abſoluatur ab obſeruatione iudicij,vt dicunt Innocen.in cap.cauſam quę.de teſti.& Bart.in l.litigator.C.de fruct.& lit.expen. Nam licet per illam ſententiam circũducatur citatio,ſecundum Innoc.in c.conſuluit.de offi.deleg.effectus tamen litis cauſatus remanet,vt probat Bart.in l. fi.C.de litig.ibi,hodie verò,&c.& ſequitur Nicol.Milis in verſ.litigioſum beneficium.& contra Bal.in d.addi.ſi eius eſt illa apoſtilla,facit dictum Bar.in l.j.C.de præſcrip.long.tempor. Prȩterea poteſt dictum Bal. aliter reſolui,videlicet, quòd res non dicatur litigioſa,lata ſententia,vt intelligatur,quando ſententia eſt executioni demandata,vt concordet cum practicis. Et ita etiam eodem modo poſſet reſponderi ad deciſ.x.in tit.vt lit.pend.in nouis.aliàs ſub nu.ccccxj.quæ communiter ſolet ad hoc quotidie in curia allegari,quòd lis finitur per ſentẽtiam:nam in-

telli



telligitur de ſentẽtia executioni mãdata. Quamuis etiã ex eo reijci illa deciſio poſſet,quia nihil pro aſſertione ſua allegat, prout etia illam impugnat Nicol.Milis in verbo, litis pendentia.& in verbo, lite pend.& Hiſpanus noſter Gloſſator in reg. Cancellariæ. xxvij. Tamen tenendo eam poteſt dici procedere in ſuo caſu, declarando vt per Nicol.Milis, loco ſuprà allegato.

¶ Sed vt prædictorũ omnium clarior habeatur reſolutio, eſt vlterius aduertendum,quòd litem finiri per ſententiam, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo circa ea quæ recipiunt inſtantiam,& tunc lis non finitur ſecundum Rotam, niſi per ſentẽtiam. Et ita procedit illa deciſio. Aut verò conſideramus cauſam & effectum litis,vt quòd quis efficiatur malæ fidei,& ſic teneatur de fructibus:& quòd ſit res litigioſa,& quòd interrumpatur præſcriptio:tunc iſti effectus cauſati ex prima lite,data ſententia,non extinguuntur,ſed durant per triginta annos,donec ſententia ſit executioni mandata. Et iſti effectus militant in caſu noſtro,& interrũpunt annalem poſſeſsionem. Pro quo videtur notabilis doctrina Bar.in l.ſecunda. verſ. quæro igitur.C.de fruct.& lit.expẽſ. & iſtam doctrinam Bar.ſequuntur Moderni in l.ſecũda.C.de eden.& reaſſumũt alij Moderni Taurinen.in tract.præſcrip.in quarta parte.vj.q. principalis.quæſt.ij. Ex quorum dictis poteſt etiam declarari & limitari dictum Bald.in d.addi.ad Specu.ſuperius allegatum.

¶ Et iſta omnia procedunt de plano in regula de annali,de qua loquimur. Sed quo ad regulam de triennali,fortè non procederent, propter verba poſita in dicta regula, videlicet,antiquas lites penitus extinguẽtes,&c. De qua dicemus fortaſſè ibi in vltimis quæſtionibus.

¶ Poſtremo iſta omnia quæ dicta fuerũt, procedunt quando ſententia fuit lata contra poſſeſſorem beneficij, quia tunc durant adhuc litis reliquiæ quouſque ſententia ſit executioni mandata. Secus verò quando ſententia fuiſſet lata pro poſſeſſore,quia tali caſu lis omnino finitur per ſententiam, & poterit victor poſt eam poſsidendo per annum dici pacificus,ad effectum iſtius regulæ, & illius de triennali, ac aliarum de pacifica poſſeſsione loquentium : & ſic poteſt intelligi prædicta deciſ.x.vt lite penden.in no.quæ voluit

litem

litem finiri per ſententiam. Et ita in terminis omnia prædi * cta declarauit Rota in vna Taruiſina Decanatus coram R. P. D. Marcello epiſcopo Marſicano de anno M. D. xxxvj. vt ipſe idem adnotauit.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVINTA.

**Poſſeſsio pacifica annalis.**

QVAERO, nunquid poſſeſsio pacifica annalis, de qua loquitur iſta regula, interrumpatur per citationem nulliter factam, quæ peruenit ad notitiam citati?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio fuit propoſita per D. Camillum * de Balionibus, anno M. D. xxxj. menſe Octobr. in Rota, in cauſa Cæſarauguſtan. Cãtoriæ, inter Ioan. Munyos reum, & Petrum Villauerde actorem aduerſarium. Et etiã eadem quæſtio accidit ſuper regula de triennali, in vna Segouien. * parochiali de Paladinas corã R. D. Raynaldo Petrutio. Et * in alia Virdunen. canonicatus, & præbend. coram R. P. D. Petro Vortio, vt ibi dicam. Super qua multa hincinde dici poſſent. Tamen, omiſsis ſuperfluis, quædã motiua pro vtraque parte ſcribam, quæ totam materiam iſtius quæſtionis clariſsimam reddent, & ad rem ipſam proximè accedẽt, deinde ſubnectam opinionem Rotæ.

**Actus iudicialis nullus.**

¶Quòd igitur talis citatio in propoſito non interrumpat poſſeſsionem pacificam, adducitur. Primo quia actus iudicialis nullus concernens ius ipſius beneficij, non interrumpit pacificam poſſeſsionem, ſi facti moleſtia nõ interueniat, vt probatur in deciſ. iij. de cauſ. poſ. & prop. in antiq. Sed in caſu iſto illa citatio cõcernebat titulum & ius beneficij, igitur nõ inducit interruptionẽ pacificæ poſſeſsionis annalis.

¶Sed ad hoc reſponderi poteſt, quòd iſtud argumentũ nõ concludit ad citationem nullam, cum etiã ſi valida fuiſſet, militaret argumentum. Niſi dicamus, quòd citatio nulla, non poteſt dici actus iudicialis. Quia ea, quæ ſeruato ordine iuris non expediuntur, de facto fieri dicuntur. cap. fin. de ſpon. duo. notat Bart. in l. creditores. in v. q. C. de pigno. Et quæ de facto fiunt, moleſtiam extraiudicialem inducunt, vt in l. verum. de minor. tradunt Doctores in l. ſtipulatio iſta. de verb. oblig. cum concordan. vt ſcribit Moder. in tract. clauſularum compromiſsi. fol. xlix.

**Moleſtia extraiudicialis.**

¶Punctus igitur eſt, nunquid iſta poſsit dici moleſtia facti: & poſito, quòd ſic: vtrum ſufficiat ad interrumpendam pacifi-



pacificam poſſeſsionem annalem. Quidam dicebant, quòd non, quia moleſtia facti, eſt illa, quæ fit extraiudicialiter, & de facto: non autem in forma iudicij, vt colligitur ex notatis per Imol. & Card. in cle. gratiæ. de reſcrip. Vbi ponunt, moleſtiam iudicialem differre ab ea, quæ de facto, & extraiudicialiter fit, vt ſunt tex. in l. Lucius. §. tres. ff. ad Trebel. & in l. prohibere. §. fin. ff. quod vi, aut clàm. & in l. clàm poſsidere. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. cauſas. C. de tranſact. Et pro iſtorum dicto facit, quod dicit Marian. Socin. in repet. §. quod ſuper. cap. quoniam. vt lit. non conteſt. col. penult. Vbi notabiliter voluit, quòd licet per expulſionem coloni propria authoritate dominus perdat ciuilem poſſeſsionẽ, vt traditur in l. peregrè. §. quibus. & in l. iuſtè. ff. de acquir. poſſeſ. Tamen hoc nõ procedit in iudice, qui licet de facto & propria authoritate expellat: nihilominus quia illa expulſio fit in forma iudicij, & non egit, neq; intendebat poſſeſſorem extraiudicialiter expellere, tali caſu non perdit ciuilem. Quod dictum ſequuti ſunt Domini mei in quadam cauſa Bononien. Cruciferorum, pẽdente coram R. D. Raynaldo, menſe Nouemb. M. D. xxxvj. Sed iſta citatio, de qua * hîc, licet nulla, tamen fuit in forma iudicij decreta. Igitur non inducit moleſtiã facti, de qua in propoſito loquimur. Cõfirmabant hoc, quia talis citatio in caſu noſtro fuit nulla ex defectu iuriſdictionis per regulam Cancellariæ annullantem commiſsionem, quæ emanauit, literis non expeditis. Clauſula igitur annullatiua poſita in dicta regula adeò annullauit citationẽ emanatam vigore dictæ commiſsionis, vt nullus ex ea effectus iuris vel facti ſequi potuit. iuxta l. ſi quis Sempronium. ff. de hære. inſtit. & in authen. ſacramenta puberũ. Vbi Bart. & Angel. C. ſi aduerſus vend. iunctis notatis per gl. in clem. j. de immunit. eccl. per quam gl. ita in ſimili tenuerunt Domini in vna Salamantina beneficiorum de anno M. D. xxxix. mẽſe Martio, coram me, vbi * voluerunt, quòd ex quo regula Clementis VII. reuocatoria facultatum conclauiſtarum dicebat, quòd reſignationes factæ vigore illarum facultatum eſſent nullius roboris vel momenti, illa verba importabãt tantũ, ac ſi nunquam fuiſſet de iure, nec de facto facta aliqua reſignatio. Sed ſi dicamus, talem citationem interrumpere poſſeſsionem annalem,

*Moleſtia facti.*

**Moleſtia iudicialis.**

**Coloni expulſio.**

**Citatio emanata vigore commiſſ.**

lem, producere effectum iuris. Hoc autem eſſe non poteſt per prædicta. Igitur,&c. ¶ Adde, pro iſta opinione, videlicet, quòd talis citatio non interrumpat, Bart. in l. accuſaturus. ff. de adulter. Card. in clem. j. in j. & iij. not. & in clemen. fin. in iiij. q. vt lite penden. qui dicit, quòd reſcriptum nullum non inducit litis pendentiã. Propterea, quia actus agentium non operantur vltra intentionem agentis. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Sed qui obtinuit citationẽ, non intendebat moleſtiam iuris inferre. Hoc tamen ei non obuenit, quia fuit nulla. Igitur non debet inducere moleſtiam facti, cum hoc non intellexit facere. Et actus agentium non debent operari vltra eius intentionem, vt dicit Abb. in notabili caſu, in cap. ſi ſacerdos. de off. ord. facit l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig. Et ita in ſimilibus terminis tradit Rom. in conſ. ccclxviij. circa princip. in primo dubio. & facit cap. cum ſuper. de offic. deleg.

Actus agentium.

¶ Sed etiam ad iſta motiua poteſt reſponderi. Quia ſine iſta citatione reſultat moleſtia facti extraiudicialis, ſiue in forma iudicij, ſiue mixta moleſtia facti erit, quæ ſola ſufficit, per notata in d. clem. gratiæ. Nam moleſtia iuris dici nõ poteſt, cum citatio ſit nulla. Ergo ſequitur, quòd ſit moleſtia facti, vel mixta: & extra hos caſus moleſtiæ non poteſt alius conſiderari. Nec obſtat, quòd clauſula annullatiua, annullat citationem, & eius effectum. Quia illud eſt verum ad effectum iuris, ad quem ordinatur ipſa citatio, videlicet, vt iudicium ſuper ea fundetur. Quia omnia acta, quæ ex tali citatione fient, erunt nulla: non tamen annullatur effectus extraneus & accidẽtalis facti, reſultãs ex ea, quia ille nõ comprehẽditur ſub decreto. arg. l. ſi quis nec cauſam. & ibi not. ff. ſi cert. pet. & optimus tex. in l. j. ff. de in litem iur. Et hoc probatur in l. fi. de reb. eo. & in l. eum qui duas. C. de adul. & in c. j. de ſponſ. lib. vj. cum concor. vt latè ſcripſi in cap. j. de cõſtit. lib. vj. & in fallentia mea xvij. quæ hodie impreſſa eſt ad Socin. in tract. fallen. vbi hoc multis modis limito. Nec eſt mirum, quòd actus iſte facti producat effectum vltra intentionem agentis: quia hoc prouenit accidentaliter ex diſpoſitione iuris, prout limitãdo illam theoricam d. l. non omnis. ponit exemplum Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in iij. col. ff. de pact. & aliud exemplum ponit Bald. in l.

Cauſa ante citationem non dicitur.

Effectus extraneus.

quod



quod ſine. C. de teſti. Iunctis his, quæ dicit in l. cum allegas. col. iij. C. de vſur. cum concor. quæ ſcribo ad fallen. Socini. num. 20. nouiter impreſſas. Et ideo ex alio capite mihi videtur, dictam citationem nihil obſtare. Quia præſuppoſito, quòd induceret aliquam moleſtiam facti, non tamen illa eſt ſufficiens ad interrumpẽdam annalem poſſeſſionem pacificam. Quia talis interruptio requiritur, quòd perceptionem fructuum, vel perturbationem poſſeſſionis concernat, iuxta ea quæ not. Bald. in l. ordinarij. in iiij. col. ver. deinde quæro, ego ago contra te. C. de rei vend. Faciunt ea, quæ Innoc. tradit in c. ij. de in integ. reſtit. & Aret. in l. prætor ait. col. penul. ff. de acquir. hære. & Paul. de Caſtr. in conſil. ccxxj. ij. volum. Pro qua opinione, videlicet, quòd citatio nulla non interrumpat, plura allegat Felyn. in c. illud. col. iij. de præſcript. & in c. ex tenore. de reſcript. col. iiij. Iaſ. in l. fi. col. ij. verſicul. vj. limit. ff. de eo per quem factum erit. Et Moder. Bononien. in repet. rubr. C. de probat. num. 211.

Citatio nulla an interrumpat.

¶ Sed ad iſta etiam reſpondetur. Primo, quòd dictum Baldi in d. l. ordinarij. cum ſimilibus. procedit in interdicto vti poſsidetis. In quo requiritur vis turbatiua reſpectu poſſeſſionis, quam quis prætendit ſe habere. l. j. & l. ſi duo. §. hoc interdictum. ff. vti poſsid. Adeò, quòd ſi interueniat lis, vel moleſtia iudicialis, ſi tamen non inducit cõtrouerſiam, reſpectu poſſeſſionis, non ſufficit, vt notat Bal. in l. incerti. & Bart. in l. j. §. huius autem. ff. vti poſsid. Sed in caſu noſtro ſufficit quælibet moleſtia, quamuis quis non contendat ſe poſsidere, vt dicit Lapus alleg. lxvj. poſt Bart. in l. ſi prius. in v. oppoſit. ff. de operis no. nunt. Imol. Alexan. & Iaſ. ibi plus voluerunt, quòd in confeſſoria, in qua ſufficit moleſtia vel inquietatio, ſatis eſt quem pati controuerſiã verbalem, non autem illa ſufficit in interdicto vti poſsidetis. Et quòd talis moleſtia ſufficiat, in propoſito, tenet Domin. in conſil. cxl. aliàs lxxviij. & quæ notant Bart. Rom. & Iaſ. in l. iuſtè. in fin. de acquir. poſſeſ. Et ita bonæ memoriæ Martinum Spinoſa iudicaſſe in vna Beneuentana Archipresbyteratus, adnotauit Dominus Berengarius Sagãta, antiquus procurator, vt ipſe mihi retulit. Et pro iſta opinione poteſt etiam adduci vnum, quod bis, me præſente, tenuit Rota, vt ſcribam in regula de publicandis, videlicet, quòd noua prouiſio etiam

Lis interueniens.

Controuerſia verbalis.

*

nulla

Noua prouiſio.

nulla ſupplet diligentias regulæ,iſta ratione: quia licet no
ua prouiſio nulla non producat effectum iuris, videlicet
prouiſionem: inducit tamen publicationem propter illam
propoſitionem ſupplicationis coram Principe factam,quæ
in facto conſiſtit.arg.l.omnium.C.de teſtam. Vnde illud fa
ctum,licet nullum,publicationem inducit, quæ etiam con-
ſiſtit in facto,vt latius dicam in dicta regula.Ita videtur di-
cendum in propoſito de citatione nulla.Et pro iſta parte fa
ciunt,quæ ſcribit Felyn.in cap.cum inter.in ix.col.de exce-
ption.vbi tenet, quòd proceſſus factus per excommunica-
tum,licet ſit nullus,tamen interrumpit præſcriptionem,per
ea quæ ibi allegat.

Proceſſus factus per excōmunicatum.

¶Iſta ſunt motiua, quæ in hac materia fieri poſſunt pro
vtraque parte.Quæ etiam ampliari poſſent ex his quæ con-
gerunt Moder.in locis ſuperius allegatis,& ex his, quæ di-
centur inferius in ſequenti quæſtione.

¶Breuiter in hac materia,omiſsis ambagibus, tenenda eſt
iſta opin.quæ eſt verior & æquior,videlicet,per huiuſmodi
moleſtiã ex citatione nulla reſultanté, nõ interrumpit paci
ficam poſſeſsioné, de qua loquitur iſta regula. Sed requirit
moleſtiã turbatiuã fructuũ,aut poſſeſsionis.Et ita heri xiij.
* Octobr.M. D.xxxj.iudicauit Rota in prædicta cauſa Cæ-
ſarauguſtana. Pro qua deciſione ego adducebã doctrinam
Bald.in authen.offeratur.in iiij.col.C.de lit.conteſtat.Vbi
tenet in vno ex tribus caſibus ibi per eum poſitis,quòd quan
do citatio eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, nihil omnino
operatur:ſed in caſu noſtro citatio fuit nulla ex defectu iu-
riſdictionis, igitur nullam moleſtiam inducet. Et pro iſta
parte faciunt plura alia ſimilia, quæ tradit Iaſ.in rubr.ff.de
in ius voc.& ea, quæ congerunt Moderni Bononien.in §.
emancipati.inſtit.de ex hære.liber.cum igitur regula de li-
teris non expeditis annullauerit iuriſdictionem cum inde
ſecutis,illud decretũ eſt tantæ potentiæ,quòd tollit omnem
effectum iuris vel facti illius citationis, & iudicij, iuxta gl.
in verſic.pro infectis.de immun.eccl.vt dixi ſuperius.Hinc
videmus,citationem nullam nõ perpetuare iuriſdictioné,
vt cõcludit Archi.in cap.non ita. ij.q.vj.dicens, quòd cita-
tio nulla nihil operatur. facit gl.in c.placita.xv.q.iiij.quæ
dixit citationem nullam non aſtringere citatum, & idem
dicit

Citatio nulla nõ perpetuat iuriſdictioné.



dicit gl.fin.in c.veniens.de accuſ.Quia non entis nullæ ſunt
partes,nec præſtat impedimentum,quod de iure non ſorti-
tur effectũ,vt dicit regula iuris,& tenet gl.in c.cum plures.
de offic.delegati.lib.vj.& reaſſumunt Moderni Taurinen.
poſt Iaſ.& alios Moder.in l.more.in xvij.col.num.114. ff.
de iur.om.iudi.Et hoc in ratione conſiſtit. Nam ſi citatio
nulla non interrumpit præſcriptioné,quæ ſola notitia ma-
læ fidei interrumpitur,vt tradit Bald.in l.cum notiſsimi.§.
imò.in ſecũda col.C.de præſcrip.xxx.anno.& in l.& poſt-
ea edictum.§.j.ff.de iud.Quanto fortius non interrumpet
poſſeſsioné pacificam,cuius interruptio requirit plus facti.
Concludo igitur cum opinione Rotæ, quòd citatio nulla
non interrũpat poſſeſsionem ex illa moleſtia, quæ conſide-
rari poteſt ex citatione nulla.Et ita etiã in terminis reperio
tenuiſſe gl.in Concilio Baſilienſi,tit.de pacif.poſſeſ.in pra-
gma.in verbo,iudicio.Et iſtam opinioné tenuerũt antiqui
aduocati,videlicet,Ioachinus de Narnia,in quodã ſuo con
ſilio pro Angelo de Scapampis,in cauſa Alben.Præpoſitu-
ræ,coram A.Craſsis Auditore,vt in volumine primo alleg.
fol.xxxj.in fi.Et Io.Aloiſius Tuſcanus aduocatus, & poſtea
Auditor Cameræ,in quodã ſuo conſ.incip.poſito ſine præ-
iudicio,&c.reddito in cauſa Maioricen.parochialis eccle-
ſiæ de Ginen.Nam ad hoc, vt interrumpatur pacifica poſſeſ
ſio,requiritur perturbatio in ipſa poſſeſsione,vel fructibus,
iuxta d.Bal.in d.l.ordinarij.& eſt text.in l.cum nemo.C. de
acquir.poſſeſ.cum concord.vt ſcribit Guido Papæ, qui hoc
etiam tenet in conſ.clxxj.col.fi. Et pro hoc eſt gl.magiſtra
in l.extat.ff.quod met.cauſ.& not.in c.quoniã.vt lit.nõ con
teſt.& in l.ſi finita.§.ſi fortè.vbi Bart.ff.de dam.infec.& per
Domin.in c.eum qui.de præbend.lib.vj. Et quo ad hoc ſo-
lus conatus non ſufficit:quia requiritur factũ, à quo differt
conatus.vt in l.ſi quis non dicam rapere.C. de epiſc.& cler.
& ita loquuntur Doct.in c.cõmiſſa.& in c.licet epiſcopus.
de elect.& de præbend.lib.vj. Et ſecundum iſtam opinioné
iudicauit Rota etiam tẽpore Sixti,coram domino Ioanne
de Cæſarinis,tũc auditore in cauſa Brixien.præben.de men
ſe Februario M.CCCCLXXV. vt atteſtatur Ioan. Aloiſius *
Tuſcanus in quodam ſuo conſilio incip.an gratia ſi neutri.
poſito in primo volum.ſuorum conſiliorum, fol.xlvij. De

Sola notitia malæ fidei interrumpitur.

Poſſeſsio pacifica.

Factum à conatu differt.

qua deciſione facit mentionem latius ad aliud propoſitum
ſuperius q.xxviij. Et tunc Rota iudicauit in fortioribus ter
minis, quòd citatio male executa, vigore cuius proceſſus fa

Citatio male executa.

ctus fuerat, non interrumperet pacificam poſſeſsionem. Et
quamuis ibi citatio eſſet bona, reſpectu iuriſdictionis, tamẽ
executio fuit male facta, ex eo, quia in alijs locis, quàm vbi
habitabat canonicus. Et ideo facta fuit alia citatio, & exe-
cuta in loco habitationis, & ab illo tẽpore incepit fieri non
pacificus. ¶Non obſtant, quæ in contrarium adducuntur,
quia ad illa reſponderi poteſt, ſecundũ diſtinctionem Bald.
in d.authen.cfferatur. Vel dicas, quòd vbi agitur de pœna

Actus nullus.

incurrẽda, actus nullus poteſt operari aliquem effectũ, cum
nemini interſit. & ita procedit l.cum qui.C.de adulte. cum
ſimilibus. Sed in caſu noſtro agitur, duntaxat de interrum-
penda pacifica poſſeſsione, quæ interruptio debet fieri ex
actu valido. Nam cum regula iſta loquitur ſimpliciter de ci
tatione facienda, debet intelligi in dubio de valida & effica
ci, iuxta text. in c.Cumana.de elect. & l.iiij. §. cõdemnatum.
ff.de re iudi. cum ſimilibus. Et ita ex prædictis firma manet
deciſio Rotæ. ¶Limitatur tamen prædicta deciſio, niſi ci-

Citatio geminata.

tatio nulla fuiſſet geminata, quia tunc bene interrumperet
pacificam poſſeſsionem. Ita notabiliter dicit Alex. in apoſt.
ad Bal. in d.l.cum notiſsimi. allegat gl. quam ibi ad hoc pro
notabili commendat Fulgoſius in l.qui bis idem. ff.de verb.
oblig. ſuper quo cogitabis. Tamẽ ſi conſideretur hæc limi-
tatio, confunditur ex ſuperius dictis, maximè quando cita-
tio eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quam geminatio non
reſtaurat. Nam etiam ſi fierent mille citationes nullæ, ſi cita
tus eas ſperneret, & nollet cõparere, certè in nihilũ reſolue
rentur. Non igitur per eas inquietatur in aliquo, neq; in ti-

Nuntiatio noui operis in dubio afficit.

tulo beneficij, neque in poſſeſsione. Licet ſecus ſit ex noui
operis nuntiatione nulla, quæ in dubio afficit, & turbat no
uum opus, vt in l.j. ff.de operis noui nuntia. Rationem vide
ibi per Bart. & alios. Vbi tamen citatus compareret per cita
tionem nullam, tunc non tam vigore citationis, quàm com
paritionis ſibi noceret. vt tradit Rom. in conſi.cccc.x. incip.
vt clarior, &c. quem ſequuntur Moder. repe. rub. C.de pro-
batio. num. 371.

¶Et iſta omnia procedunt, etiam ſi citatio eſſet valida, &
execu



executio nulla. Quia adhuc eſſet idem dicendum, videlicet,
quòd nõ deſinat citatus eſſe pacificus, niſi ita demũ, ſi pro-
bata notitia citationis per teſtes produceretur contra eum
ſecundum deciſiones nouas.

¶Et hoc idem dicendum videtur in citatione bona, & be-
ne executa, quando apparet litem fuiſſe calumnioſam, quia
illa non obſtante, fortè poſſeſſor non deſinet eſſe pacificus,

Poſſeſſor pacificus.

vt exẽpla ponit D.Gulielmus Caſsiodorus in collectaneis
deciſionũ, ſub titulo, de dolo & contu. deciſ.vij. & tit. vt lit.
penden. deciſ.v. vbi latius hoc diſputat, quæ non curo refer
re, poſtquàm eius deciſiones per omnium manus verſantur,
& ibi videri poteſt. Et dixi in regula, de ſubrogãdis. in quo
loco extrauag. quandam non antea impreſſam inſerere vo
lui, quæ in duobus vel tribus caſibus ibi expreſsis litem ca-
lumnioſam eſſe declarat, prout idem fecit Hadrianus & San
ctiſsimus D. noſter in dicta regula de ſubrogandis.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA.

QVAERO, an ſequeſtrum appoſitum beneficio per iudi-
ces ſeculares, impediat pacificam poſſeſsionẽ, quo ad
effectum iſtius regulæ.

Sequeſter appoſitus beneficio.

¶SOLVTIO. Iſte caſus contigit tempore meo, & fuit de-
ciſus per Dominos in cauſa Agrigentina decanatus coram
R.P.D. Marcello de Creſcentijs, pẽdente anno M.D.XXXIIII. *
In qua concluſerũt domini, ſequeſtrum Proregis Siciliæ fa-
ctum colonis Antonij Caſtellani per nuntium regium, non
interrumpere pacificam poſſeſsionẽ, quominus dictus Ant.
poſſet vti exceptione iſtius regulæ aduerſus Io.Guerreriũ,
ad cuius inſtantiam fuerit ſequeſtrum impoſitum. Pro qua
opi. aduocati quidam rationẽ iſtam adducebant, quia pro-
rex Siciliæ, ex quo eſt laicus, ad cognoſcendum etiã de poſ-

Laicus.

ſeſſorio in cauſis habentibus connexitatem ſpiritualem, iu-
dex incompetens videbatur, vt notat Abb. in cap.ij. de iur.
calumn. Et tenuit Rota in vna Tiraſonen. coram R.D.Io. *
Clerici, de anno M.D.XXXVI. Et iterũ coram R.D.Io.Paulo
xvij. Decemb. M.D.XXXVI. Per conſequens non potuit ſeque *
ſtrum in beneficio ponere, vnde ex quo eſt actus nullus ex
defectu iuriſdictionis, non potuit ex tali actu pacifica anna
lis poſſeſsio interrumpi, per ea quæ latiſsimè dicta fuerunt
ſuperius, quæſtione præcedẽti, & tradit latè Abb. & Moder.

in cap.illud.de præſcrip.Sed iſta ratio nõ placuit Dominis,
propter conſil.Gemin.lxxxviij.in v.colum.qui in terminis
concludit contrariũ.Et quia negari non poteſt, quòd quan
do clericus priuatur poſſeſsione per ſequeſtrum factum au-
thoritate iudicis ſecularis dicitur ſpoliari, vt dicit Petrus de
Ancha.in conſil.ccxlix.ad prædicta dubia.in primo dubio.
quem ſequitur Decius in conſil.cxxv.col.j. Et ideo domini
alia ratione opinionem prædictam tenuerũt, videlicet, quia
per ſequeſtrum huiuſmodi coloni d. Antonij in perceptio-
ne fructuum, & re poſſeſſa minimè perturbati fuerunt, quia
ſequeſtrum illud fuit verbale.Nam Prorex mandauerat per
nuntium colonis vt tenerent beneficium in ſequeſtro & ſal
uagardia. Quo caſu non dicitur ſublata pacifica poſſeſsio,
vt concludit Bal.in l.ordinarij.in iiij.col.C. de rei vend.&
Bart.in l.j.§.huius autem interdicti.ff.vti poſsid.Et hoc di
cit communiter teneri Aret.in l.prætor ait.col.penult.ff.de
acquir.hære. Vbi volunt, quo ad interrumpendam pacificã
poſſeſsionem requiri perturbationem in perceptione fru-
ctuum.Prout etiam in cauſa Auinionen.Prioratus Sancti
Crucifixi, pendente coram Reuerendiſ.D.Ioan.Mohedano
die xj.Maij M.D.XXXV. idem domini concluſerunt in fauo
* rem cuiuſdam Petri, contra quendam Ioannem de Balanza.
¶Præterea, quia eo tempore d. Antonius erat abſens à lo-
co beneficij, vbi fuit factum illud mandatum de ſequeſtran-
do colonis, pro parte Viceregis, & per conſequens nõ præ-
ſumitur habuiſſe notitiam talis mandati, cum ignorantia
præſumitur, niſi ſciẽtia probetur, ad vulg. l.verius.de prob.
Et ſic ſi ignorans fuit, dato, quòd ſequeſtrum fuiſſet validũ,
non habuit pro ſe moleſtato. Et ita in dicta cauſa Domini
iudicarunt.
¶Adde, pro iſta opinione bene facere dictum Card.in cle-
menti.prima.in xviij.quæſt.de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct.Vbi
vult, quòd ſequeſtrum appoſitum abſque cõſenſu partium,
non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſsione, quin ea vtatur ad
vſucapionem, & præſcriptionem contra ſe, & contra alium,
per l.intereſſe.ff.de acqui.poſ.& quod ibi tradũt Doct.hoc
idem dicit Henricus Boich in cap.examinata.de iud.Vbi di
cit, quòd manus regia appoſita rei contentioſæ non priuat
aliquem poſſeſsione.Et ſequũtur Moderni in tract.benefi.
in ſe

Clericus priuatus poſſeſsione.

Ignorãtia præſumitur, niſi ſciẽtia probetur.

Sequeſter appoſitus abſq; conſenſu partium.

Manus regia.



in ſecunda parte.q.x.& alij Moderni Taurinen.in copioſo
tract.præſcrip.in vj.& vltima parte.verſi.venio nunc ad ſe-
cundam ſpeciem. Et ante ipſos hoc idem tenet Fely.in cap.
illud.col.xij.de præſcrip.quorum dicta intelligẽda ſunt mo
do prædicto.Et in ſumma, iſta eſt communis opinio, quòd
ſequeſtrum abſque voluntate vtriuſque partis poſitum, non
priuat quem poſſeſsione:& maximè ſi per iudicem incom-
petentem appoſitum fuit, vt hîc:& hoc idem expreſſè tenet,
& probat quidã doctus Modernus Bart.Caſſaneus in conſ.
xlviij.per totum.Ex quibus poteſt de facili teneri conſilium
illud Geminiani non eſſe verũ, niſi ad illud aliquid ſupplea
tur, prout plura alia illius cõſilia ſolent per Rotã nõ teneri.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

QVAERO, an regula iſta habeat locũ in poſſeſſore, qui
non percipit fructus, fortè ex eo, quia non ſoluit iura
eccleſiæ, vel quia iuxta conſuetudinem, vel ſta-
tutum eccleſiæ nõ reſidet prius per aliquod tempus, vel quia
fortaſsis debentur pro primo anno capitulo, vel epiſcopo,
iuxta capitulum ſi propter tua debita.de reſcript.lib.vj. vel
quia beneficium nullos habet fructus?

Poſſeſſor non percipiẽs fructus.

¶SOLVTIO.Videtur prima fronte, regulam non tueri hu
iuſmodi poſſeſſorẽ, quod multipliciter probo.Primo, quia
verba iſtius regulæ, quæ de poſſeſſore ſimpliciter loquũtur,
debent intelligi de poſſeſſoribus effectualibus, qui fructus
percipiunt, & alia faciunt, quæ veri poſſeſſores facere ſolẽt.
arg.c.ſi tibi conceſſo.de præbend.lib.vj. Hoc enim eſt pro-
prium & verum ſignum poſſeſsionis veræ, videlicet, fructus
percipere, vt in l.Titia.ff.de ſolu.& in capitulo, inter dile-
ctos.§.præterea.de fide inſtrum.&.l.qui vniuerſas.§. quod
per colonum.cum ſimilibus.ff.de acqui.poſſ.Nam verba in
dubio, in proprio & pleniori ſignificatu intelligi debent.c.
penult.de ſenten.excommuni.l.j.ff.ſi ager vecti.Et licet du
plex ſit poſſeſsio, vna, quæ animo, & alia, quæ corpore tene
tur, iuxta notata in l.clàm poſſidere.§. qui ad nundinas.ff.
de acquiren.poſſeſſ.& l.naturaliter.eod.tit.Et ſic qui ſemel
poſſeſsionẽ accepit, poſſet eam animo retinere.d.l.qui vni-
uerſas.§.quod per colonum.Illa tamen eſt verior, plenior,
& potentior poſſeſsio, in qua vtrunq;, ſcilicet, corpus & ani
mus concurrunt.vt in l.iij.in princ.& §.Neratius.& ibi no-

Poſſeſsiõis veræ ſignum verum.

Poſſeſsio duplex.

Poſſeſsio verior & potentior.

tant. Doct. ff. de acquir. poſſ. & tenet Baldus in l. mater. C. ad Tertullia. per l. raptores. §. ſin auté. C. de epiſcop. & cleric. Sequitur Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ædes. in ij. col. num. 7. ff. de leg. j. Hinc eſt, quòd quando duo poſſeſſores concurrũt, & quilibet dicit alterũ ſpoliaſſe, & producunt inſtruméta ſuæ poſſeſsionis facta eadem die, illa poſſeſsio in Rota iudicatur prior, quæ fuit effectualis cum perceptione fructuum, & ita ſemper Rota temporibus meis iudicauit.

¶ Cum igitur iſta de iure vera ſunt, regula in tali poſſeſsione intelligéda eſt. arg. l. quæritur. ff. de ſta. ho. Eo maximè, quia iſta regula conſiderat ſolum factum poſsidétis, magis, quàm titulum. Adeò, quòd etiam ſi conſideremus communem vſum loquendi peritorum, & imperitorum, & vulgarium, regula de poſſeſsione effectuali erit intelligenda, vt in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. & d. l. iij. in princi. & §. in admittenda. Hinc eſt quòd diſpoſitio cap. de multa. de præb. & cap. licet canon. cum ſimilibus quæ de poſſeſsione loquuntur, non habent locum, niſi illa poſſeſsio effectualis fuerit cum fructuum perceptione, vt patet in d. c. ſi tibi conceſſo. de præben. lib. vj.

Intellectus ad c. de multa.

¶ Præterea, quia beneficium ſine redditibus, nõ dicitur beneficium, vt not. Collecta. in c. ij. in ij. col. de conceſſ. præb. & in d. c. de multa. & ibi no. Abb. & tenet Rota in deciſ. xxv. aliàs ſub num. ccccxliij. tit. de præb. col. fin. in no. Sed regula iſta loquitur de poſsidente beneficium. Igitur, &c.

Beneficium ſine redditibus &c.

¶ Et pro iſta opinione facit, quod in ſimili concluſerunt Domini tempore meo in vna Tarraconen. parochialiũ coram domino Paulo Capiſucco. xxviij. Ianuarij M.D.xxv. dum voluerunt, permutationé factam cum beneficio, quod ibi vulgariter appellatur de Pertica, non valere, ex eo, quia illud beneficiũ de Pertica nullos habet fructus: & ſic eſt ventoſum & fictum: de quo aliquid dixi in reg. de infirmis reſig. q. xix. Nam ſicut corpus ſine anima non dicitur homo, ſed cadauer: ita beneficium ſine redditibus beneficium dici non poteſt, vt in capitulo, ſiquis obiecerit. prima, quęſtione ſecunda. Nam in tali beneficio etymologia nominis non quadrat: quia beneficium dicitur, quia bona facit, vt inquit antiquus ille doctor Paulus Rom. in trac. de penſione eccleſiaſt. fol. xxvij. col. ij. num. iij.

Beneficium dicitur, quia bona facit.

¶ Præte



¶ Præterea, quia cum beneficium caret fructibus, inutile, & nullius eſſe mométi iudicatur: hinc eſt, quòd nullũ & inutile à iure æquiparantur, vt in c. ij. de transla. præla. cum concor. de quibus ibi in gloſſ. & tradit Abb. in cap. de multa. in v. col. de præb. vbi poſt alios Doctores tenet diſpoſitionem illius text. non comprehendere poſsidentem parochialem habitu tantum, & non actu. Et dicit gloſſ. in c. licet canõ. de electio. lib. vj. quòd diſpoſitio illius text. non comprehendit parochialem non habentem fructus, quia caret effectu. Et hoc idem dicit Card. in cle. in pleriſque. in j. q. de elect. & in cle. quia contingit. §. cæterum. q. ij. de relig. domib. & in clem. j. in vj. notabili. de ſenten. excom.

Nullũ & inutile æquiparãtur.

¶ Et iſta omnia in ratione conſiſtunt. Quia diſpoſitio loqués de beneficio, debet intelligi de effectuali, quod in perceptione redditũum conſiſtit. Quia verba cum effectu ſunt capienda. c. relatum. de cle. non reſi. Hinc voluit Bald. poſt Cy. & ſequuntur ibi Moderni in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. quòd ſtãte ſtatuto, quòd pro tali delicto debeat amputari manus: illud debet intelligi de manu vtili. Cum aliàs amputando manum inutilem & aridam non ſatisfieret ſtatuto, cum mébrum ineffica:, dicatur mortuum: & dicitur deeſſe, quod inutile eſt, vt dicit gloſ. in c. fraternitatis. de frigi. & male. Et ad iſta faciunt plura, quæ de actu inutili dicit Fely. in c. ex tenore. in iij. col. de reſcrip. & Iaſ. in l. vbi pactum col. penul. & fi. C. de tranſact. & in l. j. de offi. eius.

Diſpo. loqués de benefi. effectuali.

Inutile quod eſt, deeſſe dicitur.

¶ Accedit etiam ad hoc, quod dicimus de epiſcopis nullatené. & comitibus Palatinis, qui non dicũtur propriè tales, ſed abuſiue, vt latè tradit Iaſ. in l. id quod. nu. 25. de leg. j. Adeò, quòd voluerũt And. Sicul. in tract. de præſtan. cardi. in iij. q. primæ partis. col. iij. poſt Bal. in auth. licétiam. C. de epiſcop. & cler. diſpoſitionem illius auth. nõ habere locum in epiſcopis, qui habent epiſcopatus apud Saracenos, quorũ nullos capiunt fructus, quod reaſſumũt latè Moder. Mediolané. in memorialibus iuris in verſ. comes. Nam ex quo non habét redditus, dicuntur habere nomina vétoſa, vt dicit Iaſ. in l. j. in ij. col. ff. de offic. eius. Nam ſi re priueris, nec nomen habere mereris, vt dicit gl. in c. cor epiſcopi. lxviij. diſt. Et tradit Prepoſ. Alexandr. in c. multis. xvij. diſt. Et Paulus de Caſtr. in conſ. cccvij. lib. ij. Patet etiam de cardinali-

Epiſcopi nullatenen.

Cardinales Rauennaten.

bus Rauennaten.qui non merētur dici cardinales,cum effectu careāt.vt dicit gl.in c.pudor.xxxij.q.ij.& Abb.in c.bonæ.el.j.in ij.col.de poſtul.præl. Et idē de canonicis Mediolanen.dicēdum,qui cardinales appellantur,vt dicit Rochus in tract.cōſue.fol.xxij.in ij.col. Nam ſicut rex Scacorū non dicitur propriè rex,ſed abuſiuus,vt dicitur in d.cap.pudor. ita & iſti beneficiati ſine redditibus non dicuntur veri,ſed abuſiui: quia vt dictum eſt,verba cum effectu debent intelligi,vt latiſsimè tradunt Moder.Bononien.in l.j.in vj.& vij. col.C.de ſicarijs.Cum igitur dicta beneficia ſine redditibus effectū non habeāt,nō debēt ſub iſtius regulæ diſpoſitione de beneficio loquēti cōprehēdi,quia verba regulæ debēt in potentiori ſignificatu intelligi,iuxta ea quæ tradit Iacobus Butr.in tract. termin.in princip.Et Abb.in c.ex publico.de conuer.coniug.& Alexandrinus in c.rurſus.in primo notabili.qui cle.vel vouen.plura alia pro iſta parte adduci poſſent,quæ in calce iſtius q.remiſsiuè complectar.

¶Pro parte affirmatiua, quòd iſta regula intelligatur de beneficijs poſſeſsis abſq; perceptione fructuū, facit primo, quia ea,quæ in potentia ſunt,reputātur eſſe in actu.l.penul. de teſtamen. mili.tradit Iaſ.in l.ij. C.de inoffic.teſtam.& in l.quædā puella.in ij.col.ff.de iur.omni.iudi.& dixi in §.pœnales.in fi.inſt.de actio.Sed beneficiū quodlibet eccleſiaſticum eſt in potentia habendi redditus,vt tradunt omnes in c.de multa.de præb.vt ibi notat Petrus de Ancha.in ſecūdo notabili.& Salyce.in l.cum in te.in fin.C.de dona.ante nuptias.igitur tale beneficium reputabitur effectuale,quo ad effectū,vt diſpoſitio iſtius regulæ in eo verificetur.

Beneficiū eccleſiaſticū eſt in potentia habendi redditus.

¶Præterea pro iſta opin.facit optimè conſil.Decij ccx.viſo puncto.vbi probat beneficiū,quod nullos habet redditus,poſſe cū altero permutari:quia diſpoſitio loquēs de permutatione beneficiorū,locū habet in dictis beneficijs,vt ibi per eū.

Diſpo.de permutatione beneficiorum.

¶Breuiter,omiſsis multis,quæ hîc dici poſſent,pro reſolutione iſtius q.arbitror duos caſus eſſe diſtinguēdos.Primus eſt in beneficijs,quæ nunquā habuerūt aliquos redditus,nec ſperātur haberi. Secundus caſus eſt in beneficijs,quæ tēpore ſuæ fundationis habuerūt redditus,ſed calamitate tēporum perierūt,vel ad tēpus auferūtur,ratione alicuius priuilegij.

¶Primo caſu pro firmo teneo,in talibus beneficijs regulā non



non procedere,ne ſit impoſita verbis: nam non exiſtimo aliquem ita inſanum reperiri,qui ſuper beneficio nullius valoris litem mouere,& ſe pro nullo commodo obſeruationi iſtius regulæ ſubijcere velit,vt nihil aliud inde,quàm improbi impetrantis cognomen conſequatur:nam proculdubio hoc factū non prudentis,ſed parū rebus ſuis proſpicientis videretur.quid enim aliud eſt de beneficio nullius valoris litē & tragœdiā mouere, quàm de vmbra Aſini,vt eſt in prouerbio,diſputare? Sic igitur ex quo talia beneficia ſunt ventoſa & abuſiua, teneo in talibus regulam non verificari,per ea,quæ in parte negatiua dicta fuerunt. Ex quo infertur,bene iudicaſſe Rotam in illo Tarraconen.quicquid dixerit Decius in dicto conſ.ccx.

¶Secundo caſu puto regulam in tali beneficio præcedere, quia licet de præſenti beneficiū redditus non habeat,tamen ab initio habuit:& ſufficit,quòd à principio tēpore erectionis beneficiū omnia requiſita beneficij eccleſiaſtici habuerit,arg.gl.notabilis in verbo,canonicis.in c.ſtatutū.de reſcri.lib.vj.vbi dicitur,quòd ſufficit tēpore cōmiſsiōis fuiſſe canonicum,licet poſtea deſinat eſſe.Ita dicit ibi gloſ.quam commendat Deci.in c.poſt ceſsionem.in x. col.de probat. cum cōcor.vt ſcribit Soci.cōſ.lxxxj.in iij.col.lib.iij.Et iſta opi.ex hoc ſolo tenenda eſt,vt poſſeſſoribus faueamus,pro quibus iſta regula principaliter ædita fuit in odium moleſtantium.Et quia iſta beneficia,vt dixi,ſunt in potentia recuperandi redditus,& iſto caſu inſpicimus quod euenire poteſt.l.ſed an vltro.ff.de neg.geſt. Nam ſæpe de facultatibus ſuis amplius,quàm in ijs ſint,ſperant homines,vt dicit text. in §.in fraudem.inſt.quib.ex cau.man.non licet.

Beneficiatum tempore commiſsionis fuiſſe canonicum ſufficit.

Homines ſperantes de facultatibus amplius, quàm in ijs ſint.

¶Hinc videmus,quòd habēs eccleſiam parochialem,cuius alius maiorem partem fructuum poſsidet,tenetur promoueri infra annum ad ſacerdotium, aliàs priuabitur,iuxta c. licet canon.de elect.lib.vj. Et tenet Rota deciſ.lxj.in quadam addi.in no.licet ſecus,quo ad c.de multa.quia illud reſpicit nudam aſſecutionem fructuum,ſed c.licet.adminiſtrationem curæ.Et ſic exercitiū ſicut regula iſta reſpicit etiam poſſeſsionem,non autem perceptionem fructuū,& hoc priuilegiū annalibus poſſeſſoribus ratione poſſeſsionis,non ratione fructuum conceditur,quia hoc non videtur neceſ-

Parochialis eccleſia.

ſarium,etiam in re in qua fructus percipiuntur,per l.Titia cum ibi not.ff.de ſolu.l.litibus.C.de agri.& cēſi.lib.xj.ſufficit ergo quòd quis faciat actus pertinentes ad poſſeſsionem,licet fructus non percipiat,vtputa agrum colere,& ſimilia,quæ notat Pau.de Caſt.in l.iij.C.ſi.reg.& Bal.in l.indicia.C.de rei vendi. Sic igitur concludo,quòd poſsidēs beneficiū,licet fructus nō percipiat,vtitur priuilegio iſtius regulæ:quia licet fructus corroborēt,& magis poſſeſsionē firmēt,non tamē ſequitur,quòd ſine ipſis poſſeſsio capi,& retineri non poſsit, etiam latius probat Claudius Aquen.in rep.l.Celſus.ix.colum. verſic.qualiter autem.ff. de vſucap.

Fructus licet corroborent.

¶ Et ex iſtis ad plures alias conſimiles,& affines quæſtiones inferri poſſet,videlicet,an ſtatuta,vel pacta de ſoluendis gabellis de animalibus,intelligatur de mortuis,an de viuis:& nunquid ſtatutum imponens pœnam manus,comprehēdat manum aridam & inutilem.de quibus quæſtionibus videndum eſt per Felyn.in c.inter cæteras. iiij. col.de reſcrip.per Philippum Franc.in c.ſi.in ij.notabili.de homici.lib.vj.per Paulum de Caſtr.in l.inſtitor.§.de eo.in fin.ff.de inſtit.per Moder.poſt Bart.in l.quòd te.in ſi.ff.ſi cert.pet.cum ſexcentis concor.congeſtis per nouiſsimos Aſten.in tract.formæ.fol.vij.in prima & iij.col.quæ omnia addi poſſunt ad tex.in c.ij.de trāſla.epiſcopi.& ad l.iij.§.quòd ſi quis.ff.arbor.fur.cæſ.quę ſolent ad hoc propoſitum allegari,quòd nullum & inutile æquiparantur.Quibus conuenit illud quod dici ſolet,vanos,& inſulſos homines,non niſi nomine tantum homines eſſe,vt inquit Cicero in Offic.& eſt tex.in c.multi.xl.diſt. Tales enim non veniunt appellatione hominū,ſed iumentorum,quorum ſimilitudinem gerunt,iuxta ea, quæ dicit Abb.in c.prudentiam.de offic.deleg.

Gabellę de animalibus ſoluendæ.

Statutum imponens pœnā manus.

Vani & inſulſi homines.

QVAESTIO QVADRAGESIMAOCTAVA.

QVAERO, an poſſeſſori annali excipiēti de regula obſtet confeſsio procuratoris ſui reſultans ex cōmiſsione cauſæ ſuper moleſtationibus infra annū dictæ poſſeſsionis facta,quam commiſsionem ipſe poſſeſſor poſt annum ratam habuit?

Poſſeſſor annalis.

* ¶ SOLVTIO.Hodie quæ numeratur xx.Octob.M.D.xxiij.iſta difficultas per R.P.D.Marcellum de Creſcētijs in Rota propoſita fuit in vna cauſa Agrigentina decanatu,in qua qui



quidam Ioannes Guerrerius decanatum poſſeſſum per Antonium impetrauerat:& cum in partibus coram iudicibus ſecularibus regijs contenderetur,procurator poſſeſſoris in curia ſuper iactationibus & moleſtationibus commiſsionem contra dictum Ioan.impetrantem poſt xvj.dies impetrationis ipſius obtinuit.quo quidem tempore ſatis dubitari poterat,an procurator prædictus veriſimiliter in curia Rom.& in tam breui tempore notitiā de moleſtatione ſuo principali facta Agrigenti, habere poterat. Euenit, quòd poſt aliquos dies idem poſſeſſor conſtituens alios procuratores, ratificauit geſta per primos: cumque in curia litem ſuam impetrans proſequeretur, poſſeſſor excipit de iſta regula:impetrans replicat regulam pacificum poſſeſſorē requiri.ipſe verò non erat pacificus,igitur &c.quòd non eſſet pacificus,oſtendebat ex commiſsione prædicta per dictum procuratorem impetrata,in qua fatebatur principalē ſuum moleſtari:quæ quidem commiſsio per ipſum poſſeſſorē ratificata fuerat. Dubitatum fuit, nunquid illa confeſsio ad probandum illum pacificum poſſeſſorē non fuiſſe ſufficiat. Concluſum fuit per omnes Dominos,excepto vno,quòd non.Ratio iſtius deciſionis fuit,quia iſta regula principaliter in odium impetrantium,& in fauorem poſſeſſorum condita fuit. Ergo vt fauor poſſeſſoris conſeruetur , probatio non pacificæ poſſeſsionis, ex qua eſt obiectus,dari debet,& per concludentes probationes probari,ad effectum,vt præſuppoſitio pro poſſeſſore,& contra impetrantem inducta, tollatur.l.ſcire. §.ſcire.ff.de excuſ.tut.cum concord.vt per Felyn.in cap.paſtoralis.in iiij.colum.verſic.ſigna.de excep. Cum igitur illa probatio ex cōfeſsione procuratoris reſultans,non erat clara,nec concludens, quia poterat intelligi de moleſtia poſt vel ante impetrationem facta : quarū altera pacificam poſſeſsionem interrumpere poterat,altera vero non: talis probatio ambigua & dubia non debet admitti,per ea quæ dicuntur in c.in præſentia.de probat. Eo maximè,quia illa cōmiſsio fuerat impetrata poſt impetrationem aduerſarij,& ſic eo tēpore,quo veriſimiliter procurator non poterat habere notitiam moleſtiæ : fuit igitur illa moleſtia potius imaginaria & præſumptiua,& ad cautelam inducta,quàm vera : potuit procurator cōfitendo moleſtiā,

Poſſeſsio pacifica.

quam

quam ignorabat, ad excludendum beneficium iſtius regulæ domino præiudicare, iuxta not. in l. j. C. de pact. Debuit ergo in iſtis dubijs probationibus contra impetranté, & pro poſſeſsione interpretatio fieri, quia clara eſt regula iuris, in dubijs reo, magis quàm actori fauendum eſſe. Hinc euenit, quòd ius tertij per ſolam ſupplicationem productum non releuat, quia non reputatur clarũ quouſque ſuper ſupplicatione literæ expeditæ ſint: & ob eam cauſam res efficitur dubia, quæ probantem non releuat. Et in illa etiam ratione fundatur illud, quod Rota in vna Cremonen. penſionis coram domino Chriſtophoro Panigarola x. Decembr. M. D. xxix. concluſit, videlicet, quòd ad effectũ incurrendi priuationem ob non ſolutionem penſionis, non ſufficeret notitia vaga & incerta, vel etiam, quòd procurator ſciuerit, & dominus ratum habuerit: ſed requirebatur clara & indubitata notitia principalis, quo ad incurrendum in cenſuras & pœnam, per ea, quæ ſcripſit Fely. in cap. quoniam. §. porrò. col. antepenult. vt lit. non conteſt. & in cap. cum contingat. col. penult. de reſcript.

*Priuatio ob nõ ſolutioné.*

QVAESTIO QVADRAGESIMANONA.

*Poſſeſſor pacificus.*

QVAERO, nunquid poſſeſſor pacificus dici poterit ad effectum regulæ ſi cauſa contra eum infra annum nomine meo committatur per aſſertum procuratorem meũ, quam cõmiſsionem ego poſt annũ ratã habui?

* ¶ SOLVTIO. Hodie quæ eſt iiij. Februarij. M. D. xxxiiij. iſta dubitatio per dominos in cauſa Tuden. decanatus coram R. D. Ioan. Clerici pro parte negatiua deciſa fuit. Et inter alia pro iſta deciſione adductũ fuit dictum Bal. quod communiter approbatur in l. fin. C. ad Macedonianum. vbi ratificatio, quæ fit tempore quo actus nihil operatur, propter lapſum temporis non valet, quia inuenit obſtaculum in medio, quod impedit, ne tempora, ſiue extrema coniungantur. Sed in quæſtione præſenti, licet cõmiſsio facta fuit infra annum poſſeſsionis, ex quo tamen illa nõ valebat ex defectu mandati, & ratificatio venit poſt annum: eſt dicendum poſſeſſori nullum detrimentũ afferre, quia res deuenit ad cauſam, à quo incipere non poterat. arg. cap. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj. Et quia ratificatio per dominum de actu nullo poteſt fieri in præiudicium ſui, non auté in damnum alterius,

*Ratificatio p dominum noſtrum qũo fieri debeat.*



alterius, vt dicit deciſ. j. de procur. in antiq. ratificatio enim debet fieri infra tempus, infra quod actus geri poteſt. vulg. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & gl. iuncto text. & ibi not. Geminian. & Alex. in cap. non ſolent. ij. q. vj. & hoc videtur in terminis exponere gl. in cap. ratihabitioné. de reg. iur. lib. vj. cum concor. vt ſcribit Alex. in conſ. cj. viſo proceſſu. col. j. lib. ij. & in conſ. cxxxv. ponderatis his. eodem lib. præſertim, quia hoc caſu per poſſeſsionem annalem ante ratificationem fuit ius quæſitum poſſeſſori, & ſic ratihabitio impeditur, vt dicit gl. in d. cap. ratihabitionem. cum concor. de quibus per Decium in conſil. cxlvij. in cauſa. col. pen. & conſil. ccxxvj. in ij. col. & alibi ſæpe, vt dixi in d. cap. ratihabitionem. Et in ſumma, iſta eſt apud omnes vera & recepta concluſio, quòd vbi de præiudicio alicuius agitur, ratificatio locum non habet, vt habetur in dictis locis. Et tradit Alexan. in conſil. lxxviij. viſo, & diligenter. in iiij. col. lib. v. ſed in caſu iſto eſt idem. igitur &c.

¶ Vltimo pro iſta opin. videtur eſſe gl. in cap. nonnulli. de reſcript. quæ vult, quòd commiſsio impetrata nomine meo non poteſt per me ratificari, ex quo ad illam impetrandam requirebatur ſpeciale mandatũ. Et iſta eſt vna de fallentijs, quæ dantur ad regulam, ratum. de reg. iuris. lib. vj. quam ad hoc ponderat Felyn. in cap. cauſam. el. j. in penul. & fin. col. verſicul. fallit tamen. de iudic. quod eſt multum notandum in propoſito quæſtionis noſtræ.

*Cõmiſsio impetrata.*

¶ Accedunt prædictis, quæ in vna Hiporigen. parochialis * coram D. Nicolao de Aretio de menſe Iunio M. D. xxj. Rota tenuit, videlicet, quòd lis mota per aſſertum procuratorem poſt obitum collitigantis ad effectum regulæ de ſubrogandis, ratificari non poſsit. pro qua deciſione faciunt ea, quæ ſcribit domin. Anto. in cap. cum veniſſent. in fin. de reſtit. ſpoliato. vbi dicit, quòd ſi aliquis tanquàm procurator meus poſſeſsionem vnius beneficij pro me capit. Et deinde ille aſſertus procurator ab alio ſpolietur, non potero ego ad effectũ, vt mihi actio ſpolij cõpetat, poſſeſsionem illam ratam habere. ita dicit ibi dominus Antonius, & aſſerit Rotam ita tenere, cuius dictũ laté ſequitur, & cõprobat Alex. in l. quòd meo. in ij. col. ff. de acquirenda poſſeſsione. Reliqua circa præſentem quæſtionem videnda erunt in regula de trien

*Lis mota per aſſertum procuratorem.*

*Spolij actio.*

de triennali, vbi eandem quæſtionem, quæ ibi in facto contingit, ſcribam.

### QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

Poſſeſsio annalis.

QVAERO, an poſſeſsio annalis ad producendam exceptionem iſtius regulæ, ſufficiat, quòd adſit tempore impetrationis, citationis, aut ſententiæ, licet poſtea deſinat eſſe?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio per dominos meos in Rota, in * cauſa Hiſpalen. Scholaſtriæ coram D. Nicolao Aragona de mēſe Octob. M. D. xxxiij. diſcuſſa fuit. Et quia cauſa ex alio cap. tunc fuerat reſoluta, inter loquendū dictum fuit poſſeſsionem annalem pacificam ſaltem tempore impetrationis requiri debere, quo tempore aliarū qualitatū hîc requiſitarum expreſsio fieri debet, prout regula hîc in prima ſui parte diſponit. vnde ſicut ſufficit dictas qualitates impetrationis tempore adeſſe, licet poſtea ceſſent, per not. per gl. in verſ. canonicis. in cap. ſtatutū. de reſcript. lib. vj. codē modo & qualitas poſſeſsionis annalis ad producendam iſtam exceptionem ſufficere debet tempore impetrationis interuenire, licet poſtea poſſeſsio perdatur. Quia exceptio ex annali poſſeſsione præcedente impetrationem naſcitur, non ex ſequenti, vnde ſufficit impetrationis tēpore iam eſſe annalem, ad effectum, vt impetrans ſeruare hîc cōtenta teneatur, & poſſeſſori exceptio regulæ cōpetat. & hoc clarè innuunt verba iſtius regulæ ibi, per annum immediatè præcedentem, &c. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſi poſſeſſor poſt impetrationem actoris deſinat poſsidere, impetrans non poterit vſque ad ſententiā cauſam proſequi, vt hîc dicitur. Quia illud eſſet verū quando ageretur poſſeſſorio, ſed regula iſta ſecundū dominos, vt etiā inferius in aliā q. dicetur, petitoriū concernit, ſuper quo poſſeſſor ad iudiciū trahitur, & ſuper quo debet dari ſententia, vt innuunt verba text. ibi, & cauſam quare ſibi ius non cōpetat, &c. nō igitur refert, nec requiritur reum conuentum tempore proſecutionis cauſæ, vel ſententiæ, ſed tēpore impetrationis annalem fuiſſe, quo ad hoc, vt impetrans implere debeat quod ei incūbit: quia forma illi per iſtā regulam impoſita eſt, quæ cum ipſum impetrantem cōcernat, & in ſui odium introducta fuit, debet ad vnguem obſeruari, & ideo cauſam cōtra reum conuentum

Exceptio ex annali poſſeſſione.

Poſſeſſor.

tum



tum vſque ad ſententiam proſequi tenetur, vt hîc dicitur. facit clem. j. vt lit. penden. & cap. j. & ij. eod. tit. lib. vj. nec iſta regula requirit ſententiam contra poſſeſſorem ferri, quia non reſpicit factum poſſeſſoris, ſed impetrantis: & ideo regula imperſonaliter loquitur, quòd eam proſequi teneatur: & ſic, licet reus conuentus deſinat eſſe poſſeſſor, hoc facere tenetur, iuxta l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. quia defectus rei actorem non proſequentem excuſare non debet. Quod ex eo etiam ſuadetur, quia licet regula faueat poſſeſſoribus, eſt tamen principaliter in fauorem publicum introducta, vt lites terminentur, vt dixi ſuperius in quadam quæſtione, ponderādo verba regulæ, vbi, vt improbi exquirentium lites motus reprimantur, &c. & genus pœnæ Cameræ apoſtolicæ applicādo. Et ideo impetrans cauſam terminari facere intra annum aſtringitur, ad effectum, vt ex litis euentu videatur, an impetrans improbus litigator fuerit, & puniatur, vt ſic moleſtatores iniuſti ex grauitate pœnæ deterreantur, aliiq; impetrantes cautiores in poſterum reddantur, cum ſe per regulam ita interpretatam ad cauſam vſque ad ſententiam proſequendam aſtrictos eſſe cognouerint. Diſcantq; pariter non, niſi ex claro & bono iure, impetrationes ſuas obtinere, & poſſeſſores ex eodē ad iudicium euocare: & hoc eſt, quod verba iſtius regulæ præ ſe ferunt, ibi, ſpecificam, & determinatam cauſam, ex qua clarè conſtare poterit, quòd nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius cōpetit, &c. Non igitur curandum eſt, an reus dimiſerit poſſeſsionem, vel ne. Quia ſufficit eum per annū immediatè præcedentem impetrationē poſsidere, vt dicitur hîc: vnde ſi poſt citationem deſinit eſſe poſſeſſor, nihilominus exceptioni regulæ locus erit.

Impetrās cauſam.

¶Ex quibus omnibus apparet in proſecutione cauſæ priuati factum non tantum conſiderari, quàm publicum. arg. eorū, quæ not. Bart. in l. agraria. ff. rerum amot. cum ſimilibus. Ex quo infertur, priuatam perſonam facto ſuo à lite ſe abdicando intereſſe publico præiudicare non poſſe, vt not. in l. j. ff. ad Tertul. Imò ſi poſſeſſor poſt motam litem poſſeſsioni ceſsiſſet: nihilominus à dicto impetrante damna & intereſſe, quæ poſſeſsionem ſuam contigiſſent, repetere poſſet, per iſtum tex. arg. gl. in cap. præſenti. de offic. ordin.

Priuati factū.

Priuata perſona.

lib.

lib.vj.& cap.cæterum.de donat.poſſeſsio igitur ad effectũ proſecutionis cauſę,de qua loquitur iſta regula,nihil facit: nam ſufficit qualitatem poſſeſsionis adeſſe tempore verbi, id eſt tempore impetrationis, iuxta vulg.l.in delictis.§.ſi extraneus.de noxal. Et hoc dicendũ ſuadet dictio exnunc, quæ extremitatem principij refert,ſecundum gl.in clem.ij. de hær.& in clem.j.de iure patronat.cum ſimilibus.

¶Nec obſtat ſi dicatur regulam ita demum impetrãti obſtare quando per poſſeſſorem annalem opponitur, & ſic videtur requiri qualitas poſſeſsionis tẽpore exceptionis,cum hæc exceptio fauore poſſeſſoris inducta ſit: & iſto modo bene quadrat,quod dicitur in d.l.in delictis.§.ſi extraneus. videlicet,quòd qualitas adiecta verbo, debet adeſſe tempore verbi,id eſt exceptionis proponendæ, cum exceptio non detur non poſſeſſori. Sed ad hoc reſpondetur,quòd poſſeſsio ſequens impetrationem, non eſt illa, quæ impetrantem afficit,ſed præcedens:vnde impetrans tempore ſuæ impetrationis ad faciendam mentionem poſſeſsionis præcedentis, non ſequẽtis,aſtringitur, & tunc requiſita regulæ circa expreſsionem nominis & gradus tunc poſſeſſoris aſtringitur. vnde ex quo impetratio ſemel affecta fuit, dato, quòd poſſeſſor poſt impetrationem deſinat poſsidere: impetratio, quæ à principio fuit nulla,nõ validatur quominus reus conuentus tunc poſſeſſor excipere de regula poſsit,dato, quòd tempore exceptionis nõ poſsideat. Et ad illud dictũ, quòd qualitas adiecta verbo,&c.reſpondetur,quòd illud dictum procedit,quando qualitas non habet tractum ſucceſsiuum ſicut poſſeſsio,quia tali caſu poteſt qualitas verificari,ſecundum aliud tempus. Ita notabiliter illud dictum limitat & declarat Card. Zabarel.in repet.cap.perpendimus.in viij. col.de ſenten.excom. Vbi etiam aliam limitationem ponit, quam videas, pro quibus allegat bona iura. Et ita reperio tempore Sixti, ſecundum iſtam opinionem excellentiſsimos Doctores in quadam cauſa Burgen. Abbatiæ de Villalbuca cõſuluiſſe,vt patet in primo volumine conſiliorum Ioan. Aloiſij Tuſcani Mediolanenſis aduocati tunc conſiſtorialis,fol.xliij. Quibus accedent ea,quæ in illa quæſtione De poſſeſſore cedente dicam.





QVAESTIO QVINQVAGESIMAPRIMA.

QVAERO, nunquid regula iſta inhabiles ipſo iure etiã per extrauag.Bonifacij,Pij,Alex.& Iulij, contra non ſoluentes annatas æditas,vel quemcunq; alium inhabilem defendat?

Inhabiles iure.

¶SOLVTIO.Reſpondetur,quòd ſic,quia iſta regula nõ recipit reſtrictionem de habilitate. Nam licet iura loquentia de perſonis intelligi debeãt regulariter de habilibus.l.j.C. de ſacroſanct.eccleſ.& vulg.l.vt gradatim.ff.de mu.& ho. Hoc tamen fallit, niſi conſtitutio reſpiciat animæ vel reipublicæ commodum:quia tali caſu lex generaliter loquẽs,intelligitur etiam de inhabili, vt eſt text.ſingularis in l.ſi quis in graui.§.vtrum.verſ.is quoque.ff.ad Sillan.quem ad hoc pro ſingulari notat Iaſ.in l.qui ſeruum. in tertia col.ff.de verb.oblig.Et prius Alex.in l.cum mulier.in pen.col.ff.ſol. mat.& And.Sicul.in c.j.col.xxiiij.de conſti.& in cap.nouit. num.232.de iud.& in rubr.de reſcrip.in cle.col.xj.& in rub. de reb.eccle.nõ alien.in iiij.col.num.19.& col.lxxiij. num. 225.& alibi ſæpe,vt latius ſcripſi in §.in perſonam.inſtit.de actio.Sed iſta regula reſpicit fauorem reipublicæ, cuius intereſt lites reprimi,vt dicitur in l.properandum.de iudic.vt dixi ſuperius in primis quæſtionibus iſtius regulę.Ergo debet generaliter de quocunq; poſſeſſore intelligi. Et ita ſemper iſta regula interpretata fuit. Inhabiles igitur quomodocunque inhabilitati iſta regula defendũtur, quæ ſola detentatione ſatisfieri videtur ſecundum interpretationẽ longeuam Rotæ.¶Limitatur tamen iſta nõ procedere in duobus caſibus. Primus caſus eſt in inhabili, ea inhabilitate, vt nec etiam rem detinere poſsit,prout eſt hæreticus, cuius nõ ſolum poſſeſsio,ſed etiam nuda detentatio rei prohibita & damnata eſt à lege,vt probat Card.Alex.poſt gl.ibi in cap. quo iure.viij.diſtinct.de quo ſtatim dicã in ſequenti quæſt.

Lex generaliter loquẽs cõprehendit inhabiles.

Hæretici poſſeſsio.

¶Secundo fallit in eo, de cuius non titulo notoriè cõſtat, quia talem non defendit regula,ne malitijs & fraudib.detur locus,contra capitulum,ſedes.de reſcriptis.facit, quod tradit Iaſon in l.j.in prima col.ff.de operis noui nuntiatione.vbi dicit,quòd licet in dubio nuntiatio noui operis, de qua in veritate nuntianti nullum ius competit, debet attendi,& ligat: vt ibi eſt text.vbi tamen notoriè conſtat de non

Poſſeſſor annalis titulum non habens.

iure nuntiantis, talis nuntiatio debet ſperni. Nam regula iſta loquitur in eo poſſeſſore, de cuius titulo ignoramus, vel ſumus in dubio, an habet titulum, vel non: quia licet in rei veritate titulum nõ habeat, dummodo illud notorium non ſit, defenditur à regula: ſecus, vt dixi, in notorio. arg. eorum, quæ dicit Abb. poſt Innoc. in c. eccleſia. de cauſ. poſſ. & proprie. & in c. ex parte. circa ſi. de reſti. ſpol. cum concor. & ſcribit Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſſeſ. qui volunt, quòd licet regulariter expoliatus reſtitui debeat, fallit tamen, niſi notoriè de non iure expoliati conſtaret. Regula igitur iſta debet intelligi de detinente, quem credimus habere aliquem titulum. Nam poſsidens per annum beneficium ſciente & patiente impetrante, qui pretendit ius habere, præſumitur ex poſſeſsione illa annali titulũ habere, vt dicunt Doct. in c. ij. in fi. ſi de inueſti. feu. inter domin. & vaſal. & in c. Titius. in fin. ſi de feu. contro. ſue. cum concord. vt per Mod. conſulentes, videlicet, Stephanũ Beltrãdum in cõſi. j. in x. col. num. 56. in j. vol. & ante ipſum hoc ſequitur Dom. in cõſ. xiiij. circa fi. ſed quicquid ſit de iure in ſpoliato. ¶ In hac regula tamẽ contrarium ſeruatur, quia ſiue notoriè de non titulo annalis poſſeſſoris conſtet, ſiue non conſtet, impetrãs ſeruare tenetur hîc contenta; & ſic ſi poſſeſſor nullũ ius habet in proſecutione litis, cõdemnabitur, & à ſua intruſione cũ fructuũ reſtitutione amouebitur.

Expoliatus.

Poſsidere per annum beneficium.

## QVAESTIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

Hæreticũ defendere.

QVAERO, an regula iſta defendat hæreticum?

¶ SOLVTIO, Dominus Guliel. Caſsiodorus auditor egregius & diligens in quibuſdam ſuis collectaneis deciſionum nouiſsimarum Rotę, diſcutit iſtum articulum pro vtraque parte, & certe, iudicio meo, impertinéter. Nam ex quo ſuper iſto puncto, vt ipſe refert in vna cauſa * Illerden. præpoſituræ de annis M. D. XIX. & M. D. XX. coram D. Paulo Capiſucco iudicauit Rota, quæ mota fuit vna tantum ratione iuridica: ſuperuacuum videtur argumẽta contraria contexere, & illa quidem minus efficacia, quæ occupatis viris legendis melioribus impediti, negotium dare poſſunt: viſum igitur eſt mihi ſolum circa illam rationem deciſionis, qua tũc Rota mota fuit, inſiſtere: quæ ſi vera eſt, non attinet amplius ſcholaſticorum more rem per diſputationes



tiones in dubium refricare: ſin autẽ ratio non ſubſiſtit, alia fortior quærenda erit.

¶ Ratio igitur deciſionis in illa cauſa Illerden. fuit, quia in hæretico reprobatur à iure non ſolum poſſeſsio, ſed etiam detentatio ipſo iure. vt tradũt gl. Domin. & Alex. in c. quo iure. viij. diſt. vbi igitur non datur poſſeſsio, nec detẽtatio, regula non procedit. Iſta eſt ſumma deciſionis dominorum cõprobata, multis rationibus. ſed iſta cæteris eſt efficacior, & magis proxima: aliæ vero ab extra tendunt.

¶ Videndum eſt igitur, num ratio iſta ſubſiſtat: & certè nõ video vbi probetur in iure, quòd hæreticus priuetur ipſo iure detentatione, & quòd talis detentatio adeò in eo ſit dãnata, quòd illi defenſio iſtius regulæ prohibeatur: cum igitur non reperiatur hoc iure cautum, erubeſcimus ſine lege loqui. c. ego ſolis. ix. diſt. facit text. in c. illa. ne ſede vac. Nam vt inquit Bald. in c. nihil. de elect. quod lege non cauetur, in practica non habetur: quia paria ſunt, aliqua ſine lege facere, vel contra legem, vt ipſe idem Bal. dicit in c. in Geneſi. in fin. col. de electio. ſequitur Iaſ. in l. ſingularia. in vij. col. ff. ſi cer. pet. Hinc illud emanauit, quod Anto. de But. dixit, quòd poſſumus iudicare contra communem opi. non habentem caſum legis pro ſe, vt refert Iaſ. in l. illam. C. de colla.

Quod lege nõ cauetur, &c.

Facere ſine lege, vel contra legem, paria ſunt.

Iudicare quãdo poſſumus cõtra comm. opinionem.

¶ Pro qua opin. adduco duas rationes iudicio meo efficaces. Prima eſt, quia, vt dictum fuit ſuprà q. proxima, regula iſta reſtrictionem de habilitate perſonarum nõ recipit: ſed quicunque inhabilis, & nudus detentor tueri ſe regula iſta poteſt, quia non tam poſſeſſoribus ipſis fauet, quàm impetrantes inſequitur: & ſic principaliter regula inducta eſt in odium exquirentium lites, ſed iſtud odium calumnioſe impetrantium nõ purgatur, nec ceſſat propter hoc, quòd poſſidẽs ſit hæreticus: ergo debet habere locũ regula, quia propter hoc hæreticus nõ manet impunitus, cùm poſsit ab alio impetrante ſeruante requiſita in regula priuari beneficio, & amoueri à poſſeſsione. Nec obſtat, quòd hæreticus expoliatus non reſtituitur: quia hoc non facit quominus vti nõ debeat regula: quia videmus execrabilem expoliatũ non reſtitui. Vt concluſit Rota in vna Gieuen. prioratus corã R. P. D. Petro Vortio de anno M. D. XXX. per rationes, & authoritates de quibus inferius in quæſt. de execrabili, & etiam in *

Expoliatus execrabilis.

regula de triennali.in x.quæſt.dicam,& tamē ille vtitur beneficio iſtius regulæ,& etiam de triennali,vt meminit Caſſiod.hîc.Et dicam latius vtroque loco.igitur argumentum non eſt concludens.

¶Secunda ratio eſt,quia videmus, quòd licet hæreticus ſit priuatus ipſo iure,beneficijs tamen nō poteſt amoueri, niſi prius citetur,& ſententia declaratoria cōtra eum promulgetur,vt dicit text.in c.cum ſecundū.de hære.lib.vj.Et hoc idem eſt in execrabili,vt patet in c.licet epiſcopus.de præb. libro vj. Sed antequam declarentur, certum eſt eos beneficia detinere, quia hæreſis vel execrabilitas facultatem facti non auferunt, quia talis facultas non poteſt niſi à iudice tolli. Nam fieri nullo pacto poteſt, vt dicit lex,quominus quis aliquid detineat,vel de facto faciat, vel etiā in ſeipſum ſæuiat,niſi prohibeatur à iudice,vt toto tit.ff.de his qui ſibi mor.conſci. Nam licet lex prohibere poſsit detentionē iuris,non tamē poteſt prouidere,quin aliquis ſi vult beneficiū de facto non occupet,& illa detētio facti ſufficit quoad iſtā regulam ſecundum interpretationem Dominorum.

Facti facultas.

¶Non obſtant notata in d.c.quo iure.quia licet illa negari poſſent,cum non ſit lex aliqua hoc prohibens.Nihilominus dici poteſt,quòd illa detēta, quæ prohibetur hæretico, debet intelligi in dubio de detentione iuris, non autem de detentione nudi facti,qua ſola contenta eſt regula iſta:quia ſecundum communes regulas appellatione detentionis intelligitur de detentione iuris,non facti,vt latè tradit Alex. in l.j.in princ.in xvj.col.verſi.quærit Bart.ff.de acquir.poſſ. Et licet dicta deciſio iſtis rationibus expugnari poteſt, tamen in iudicando magna eſt authoritas illius gloſ.Gemin. & Præpoſiti,licet nihil allegent.de hoc tamen in regula de triēnali adhuc aliquid dicam. Et iſta omnia quæ dicta ſunt, procedant in poſſeſſore hæretico:in impetrante verò hæretico,dixi ſuperius in tertia quæſtione.

Detētionis appellatione intelligi.

QVAESTIO QVINQVAGESIMATERTIA.

QVAERO, an iſta regula defendat poſſeſſorem priuatū beneficio,ob non ſolutionem penſionis?

Poſſeſſorē defendere priuatū beneficio.

¶SOLVTIO. Rota iſtum caſum de anno M.D. xxix.menſe Octobri coram Staphileo deciderat,vt adnotauit D.Petrus. And.Gammarus auditor inſignis in memorialibus ſuis.Et concluſerunt Domini,quòd talis poſſeſſor regula non defendatur. Ratio fuit, quia licet iſta regula ſit inducta in odium impetrantis, tamen ex quo conſentiens penſioni videtur à principio conſenſiſſe priuationi ob non ſolutionem, non debet adiuuari regula, nec poteſt in hoc conqueri,quia conſentienti & volenti non fit iniuria.vulg. l.ſcienti.de reg.iur.lib.vj. Et ſic iſto caſu initium attēditur. argu.eorum,quæ dicit Lap.alleg.xxiiij.Hinc eſt, quòd licet paupertate oppreſsis ſoleat concedi beneficium.cap.Odoardus.de ſolut.ſecus tamen eſt in debitore penſionis, vt dixi latè in tract.ſignaturæ.



QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVARTA.

QVAERO,an regula defendat execrabilem poſſeſſorem annalem?

Execrabilis poſſeſſor.

¶SOLVTIO.Poteſt dici quòd ſic,quia defendit quemlibet detentorem,dummodo detentio non ſit improbata à iure,vt in hæretico,de quo proximè quæſt.lij.dixi, & in execrabili expeditum videtur: quia pluries fuit dictum in Rota,execrabilem ſaltem detinere: quia à detentione nō reperitur prohibitus, quinimò neq; poſſeſsionem amittit, ſed vt ea priuetur,debet prius citari,vt patet in capitulo,licet epiſcopus.de præbend.lib.vj.& faciunt ea quæ dicit Pet. de Anch.conſil.cxvij.

Prohibitꝰ, vt à poſſeſsione priuetur, debet prius citari.

¶Sed pro vera reſolutione iſtius quæſt.diſtinguendi ſunt duo caſus.Primus eſt, quādo beneficia incompatibilia non detinentur vltra tempus contentum in d.extrauag.execrabilis.Et tali caſu,quia datur poſſeſsio,aut ſaltem detētatio, iuuatur iſta regula,& ita procedit text.in d.c.licet epiſcopus.Secundus caſus eſt,quando execrabilis detinet beneficia vltra tempus præfixum in d.extrauag.& tunc, quia extrauagans prædicta ſeruationem inducit,cum decreto poſſet teneri execrabilem non defendi iſta regula. Ratio eſt, quia per decretum reſeruationis annichilata & improbata fuit quælibet poſſeſsio,& facti detētatio,vt dicit notabilis deciſ. j.in tit.de reſti.ſpol.deciſ.j.in antiquiori. Et vbi non datur poſſeſsio vel detētatio,iſta reg.non habet locū.Hinc voluit Rota in vna Gienen.de qua in proxima q.faciā mētionē,ꝙ talis expoliatus nō reſtituitur.Quod etiā tenuerūt Mod.in tract.reſeruatio.in xlj.effectu.Sed quicquid ſit,Rota tempo

re meo tenuit vtroque caſu contrarium, quia ex quo iſta re-
gula nullum requirit titulum, neq; bonam fidem, quælibet
occupatio ſufficit in odium impetrãtium beneficia poſſeſ-
ſorum viuentium certo modo.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVINTA.

Obſtare impetranti beneficium per alterius aſſecutionem.

QVAERO, an regula iſta obſtet impetranti beneficium
per alterius aſſecutionem, vel per nõ promotionem?
¶SOLVTIO. Quidã antiqui Doct. vt Ioachi.
de Narnia. Ioan. Aloiſius Tuſcanus Mediolanen. & alij ple-
rique tenuerunt, regulam hoc caſu non habere locum, vt ap
paret libro j. & xiiij. allegat. illorum temporum. Moti hac
tantum ratione, quia regula loquitur de beneficio vacanti
ex perſona alterius quàm poſſeſſoris, & ſic ex antiqua vaca-
tione ante poſſeſſionem annalem, vel poſt, & tali caſu impe
tranti poſt poſſeſſioné annalem obſtat regula, ſed hæc non
verificantur in vacatione cõtingente ex perſona poſſeſſo-
ris, eo maximè, quia iſta eſt quædam priuatio iuris.

¶Tamen quicquid ipſi dicant, Rota contrarium tenuit, vt
* refert hic Gloſſator in fin. & ſequitur d. Guliel. in collecta.
deciſionum Rotæ. Et ita etiam in vna cauſa capellaniæ Pa-
cen. coram d. Staphileo. xxix. Octob. M. D. xxix. cõcluſum
fuit, vt atteſtatur d. Pet. Andr. Gammar. in quibuſdam ſuis
memorialibus deciſionum Rotæ. Ratio deciſionis fuit, quia
iſta regula indiſtinctè loquitur: ergo non eſt facienda diffe-
rentia, an aliquis ex perſona poſſeſſoris, vel alterius impe-
trauerit: quia dummodo aliquis ſit intruſus per annum an-
tea, & pacificè per dictum tempus poſsideat, erit locus regu
læ, & hoc idem in execrabili, & non promoto locum habe-
bit: quia illi antequam poſſeſsione priuentur, poſſunt per
annum beneficia detinere: & talis poſſeſsio, ſiue detentatio
ante ſententiam conſideratur à iure, vt patet in c. licet epi-
ſcopus. de præb. lib. vj. vbi text. diſponit execrabilem ante-
quàm citetur à poſſeſsione amoueri nõ debere, ex quo appa
ret poſſeſsionem illam ante amotionis tempus coloratã di-
ci poſſe. Hinc eſt quòd eſt locus reſtitutioni, ſi illa expolie-
tur, vt dicit Compilator deciſionum Rotæ in tit. de reſt. ſpo
lia. deciſ. iij. in vltima additione.

Execrabilis antequam citetur, &c.

¶Sed vlterius cogitãti videtur adhuc primã opi. ſuſtineri
poſſe, in qua Gloſſator hic, & antiqui aduocati fuerũt. Ra-

tio



tio iſtius opi. eſt, quia illa impetratio, de qua hîc quæritur,
eſt quędã priuatio iuris: &, quemadmodũ ſuperius diximus
in alia quæſt. regula iſta locum non habet in impetrãte per
priuationem rationibus & argumentis, de quibus ibi latius
dixi. Tum etiam, quia ſi cõſtat poſſeſſoré eſſe execrabilem,
apparet de notorio non iure eius, & per conſequens eius
poſſeſsio & detentatio improbatur à iure, adeò quòd ſi ſpo
lietur reſtitui non debet, ſicut de hęretico ſuperius diximus.
& licet Compil. in d. deciſ. iij. tenuerit execrabilem expolia
tum, eſſe reſtituẽdum, eius opi. vltra hoc quòd eſt vnius tã-
tum doct. nihil tamen pro ſua opi. allegat. Imò contra eius
opi. concluſit tempore meo Rota in vna Gienen. beneficio- *
rum coram R. P. D. Petro Vortio nunc epiſcopo Aqué. M. D.
xxxiij. die viij. Octob. cõtra Rodericũ Lopez pro quodam
capellano, & familiari Reuer. Card. Gienen. aliàs Baren. vt
ego tunc adnotaui, quæ voluit execrabilem expoliatũ non
eſſe reſtituendum. pro qua deciſ. inter plura, quæ breuitatis
cauſa omittuntur, allegatum fuit conſil. Oldr. ccxxvij. vbi
expreſsè tenet execrabilem non eſſe reſtituendũ. & idé pro-
bat Rom. in conſ. ccccxcix. & eſt deciſ. dominorum in anti-
quis. nu. ccclxxj. cum qua trãſit Abb. in diſput. Titius. in iij.
dubio. & in c. in literis. col. penul. de reſt. ſpol. Corſet. in tra
cta. de reſt. ſpol. fallen. xvij. & xxxiij. Non enim videtur iuri
nec rationi conſonũ, vnde quis pœnam meretur, præmium
& fauorem reportare. l. congruit. de offic. præſ. & quia reſer
uatio d. extrauag. inficit etiam detentationem, vt probo ſu
perius in alia q. Sublata igitur detentatione, regula iſta lo-
cum non habebit, niſi dicamus, prout in illa q. de hæretico
dixi, execrabili prohiberi detentioné iuris, prout in dubio
præſumitur, non autem detentationem nudi facti, quæ quo
ad iſtam regulam ſufficit: & quia regula de triennali execra
bilé defendit, vt tenuit Rota, & ibi latiſsimè dixi: ergo idé
dicendum eſſet in iſta regula, aut eodé modo tenendũ eſſet
in vtraq;, nec titulus coloratus in regula de triennali debe-
ret illum iuuare: quia ſi execrabilis prohibitus eſt poſsidere
& detinere, ſine poſſeſsione præſcriptio non procedet, vt di
cit regula iuris: nec titulus quo ad poſſeſsionem aliquid fa-
cit, quando illa prohibetur, præſertim, quia Gemi. in d. cap.
licet. negat execrabilem habere poſſeſsionem, neq; titulum Execrabilis.

coloratum. Pro reſolutione igitur iſtorum videnda ſunt, quæ in dicta regula ſcribam.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEXTA.

An primus reſignans annalis, &c.

QVAERO, an primus reſignans poſſeſſor annalis defendi poſsit iſta regula contra tertium reſignatarium habentem cauſam à ſecundo reſignante?

¶SOLVTIO. Iſta q. fuit propoſita per d. Iacobum Simonettã de menſe Iulio M.D.xxxj. in cauſa Hiſpalen. beneficiorũ, & tunc prima facie fuit dictũ per Dominos animo melius deliberandi quòd non, quia talis reſignans videtur habere improbam detẽtionem, adeò quòd ſpoliatus non reſtituetur. ſed nihil ſuper hoc fuerat informatum: ſed ea omnia per Dominos fuerũt ex tempore dicta. Nam certè cõtraria opin. videtur firmior, quia clarum eſt, quòd licet primus reſignans ex reſignatione, quam fecit, transferat titulũ & poſſeſsionem, vt dicit deciſ. in no. xxiij. tamẽ poteſt manere in detentione quam non transfert, vt ibi dicitur, quæ ſola ſufficit ad ſe tuendum beneficio iſtius regulæ: quia, vt ſæpe dictum eſt, omnes intruſi, excepto hæretico, in quo reperitur reprobata detentio, iuuantur iſta regula, vt cõcluſerunt ſæpe domini, & maximè in caſu iſto, in quo detẽtio primi reſignantis eſt tãti momẽti, quòd ſi in ea perſeueraſſet per triennium, præſumeretur retroceſsio, vt tenuerunt Domini propter æquitatẽ alleg. Lapi. lxxxix. in caſu verò propoſito ſi primus reſignãs non fuerat triennalis detẽtor, ſufficit ergo ſola aſinina occupatio, vt iuuet eum quo ad exceptionẽ regulæ, ſicut iuuat excommunicatũ, homicidã, & alios criminoſos & intruſos, imò expoliatorẽ non violentum, vt dicam in alia q. nec reperio quòd in iſto primo reſignãte detentio fuerit improbata à iure, prout tunc de improuiſo dicebatur: quia hoc iure non cauetur, imò in hæretico qui eſt cæteris peccatoribus deterior, quem Domini noluerũt iuuari, regula nõ reperitur reprobata detẽtio, niſi per dictum Geminia. & Alexandrini tenentis hoc abſq; aliqua authoritate iuris. ſed in hæretico poteſt deciſio tolerari, ex quo habet ſaltem aliquos doctores egregios pro ſe, licet ſuper hoc fuerit multũ diſceptatũ. Sed in caſu noſtro nullus vnquam hîc dixit quòd ſit reprobata detẽtio. ſed pro opi. Dominorũ vide quæ dicã in q. ſeq. Et interim tenẽda eſt prima opin.

Intruſi omẽs.

Detentatio reſignantis.

*





QVAESTIO QVINQVAGESIMA SEPTIMA.

Annalis poſſeſſor renuntiãs alteri benefi. &c.

QVAERO, nunquid annalis poſſeſſor renuntians alteri beneficiũ ſuum, qui poſt renuntiationem in eius poſſeſsione per annum pacificè remanſit, de iſta regula contra impetrantem dictum beneficium per obitũ reſignatarij excipere poſsit?

¶SOLVTIO. Iſte caſus in indiuiduo in Rota propoſitus fuit per R.D. Silueſtrũ Darium. xviij. Decemb. M.D.xxxvj. in cauſa Burgen. canonicatus de Veruieſca, & tunc inter loquendum in partem affirmatiuã inclinabant Domini: quia renuntians continuauit ſuam poſſeſsionem priorem quam habuerat ante reſignationem poſt renuntiationẽ, ita quòd tempore impetrationis reperitur annalis. Præterea facit, quia, licet iſtius renuntiantis poſſeſsio per renuntiationem amiſſa fuerit, ſuperius in proxima quæſtione dixi, eſt verum reſpectu poſſeſsionis ciuilis quæ animo retinetur: ſecus verò reſpectu naturalis, quam per reſignationem non dimiſit, ſed illam detinendo continuauit, vt dicit Cald. cõſilio iiij. de renuntia. & deciſ. prima. de renuntia. in no. & propterea illa detentio ex quo eſt annalis, debet eſſe in conſideratione. Suadetur hoc, quia qui detinet, vtiq; poſsidere videtur, ſaltem largo modo, vt dicit Alexander in l. j. in princ. in v. col. num. 18. & §. adipiſcimur. num. 9. ff. de aquiren. poſſeſ. & videtur gl. in cap. cauſam. de præſcrip. Et ideo detẽtori interdictum recuperandæ detẽtionis conceditur, vt dicit prędicta deciſio, & tradunt Innoc. & alij in cap. literis. de reſti. ſpolia. & Alexand. in dicta l. j. in prin. nu. 66. & Innoc. in c. ſuper hoc. de renuntia. Et ſecundũ dictas deciſiones, ita Rota de anno M.D.xvj. coram d. Ioan. Staphileo in vna Segobien. Archidiaconatus, pro N. de Roias. Et iterum coram R.P.D. Petro Vortio in alia Calagurritana abbatiæ de Logrogno pro Franciſco de Sylua cõtra Aluarum de Cabredo. iij. Nouembr. M.D. xxxj. iudicauit. Si igitur Rota reſtituit ad talem detentationem, vtique erit talis detẽtatio conſiderabilis, quo ad iſtam regulam, quę nullum titulum requirit. Et quòd in tali detẽtione habeat locũ iſta regula, tenuit nuper Rota xx. Maij. M.D.xxxviij. coram R.D. Ioan. Paulo Ptolomæo in vna Hiſpalen. capellaniæ ſanctæ Catharinæ, in qua Domini in hanc partem inclinabant, videlicet, regu

Detinens largo modo.

Detentor.

*

*

læ eſſe locũ: verũ, quia poſtea conſtitit per teſtes, Antonium
del Corro, de cuius poſſeſsione annali dabatur, nõ percepiſ
ſe fructus poſt renũtiationẽ quam fecerat, & per cõſequens
non detinuiſſe: & poſſeſsio eius ante renũtiationẽ non ſuf-
ficiebat ad annũ, niſi iungeretur cum detentione facta poſt
renuntiationẽ, ideo ex iſto capite non iuuit illum regula.

¶ Et licet prædicta ita ſe habeant. Nihilominus cõtrarium
de iure ſuſtineri poſſet, videlicet, quòd prædictus detentor,
qui renuntiauit beneficio ſuo, non poſsit ratione prædictæ
anterioris poſſeſsionis annalis ſe tueri ex iſta regula, ſub
prætextu quòd ante renuntiationẽ fuerat annalis poſſeſſor.

Detentatio triplex.

¶ Pro quo eſt diligenter conſiderandum, quòd triplex eſt
detentatio: quædã eſt iuris, quam tenent poſsidentes & vſu-
fructuarij: alia eſt facti, vt colonorum & ſeruorum, de qui-
bus per Bart. & Alex. in l. j. ff. de acquir. poſſeſ. tertia eſt me-
ri facti, & beſtialis, quæ dicitur aſinina, de qua loquuntur
Doct. in l. iij. de acquir. poſſeſ. & eſt illa, quæ tenetur ex nul
lo iure, ſed de facto, & propria authoritate, qualis eſt iſta de
qua loquimur, retenta per illum qui renũtiauit iuri ſiue be-
neficio ſuo: quia, vt dictum fuit, per renuntiationem huiuſ-
modi, renuntians perdidit ius, & poſſeſsionem ciuilem &
naturalem, vt latè probant deciſ. Rotæ in antiqu. lxvij. tit.
de renuntia. quæ incipit nota quòd reſignans &c. Et Ioan.
And. Innoc. & Abb. in c. ſolicite. de reſtit. ſpol. & eſt text. in
l. iij. §. in amittenda. & in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de ac-
quir. poſſeſ. & ibi not. expreſſe Alex. ſolo enim animo vtra-
que perditur, vt ibi dicitur. Ergo ſi adhuc ille qui renuntia-
uit inſiſtit beneficio, dicitur de facto tenere: & ideò fructus
non acquirit, ſed probata renuntiatione condemnabitur
in eis à tẽpore reſignationis, vt tenet Rota deciſione clviij.
incip. licet reus. titulo de renuntia. in no. Et ratio eſſe po-
teſt, quia iſte talis, ex quo non habet titulum, neque poſſeſ-
ſionem non habet colorem poſsidendi, & ideo fit talis con

Expenſarum condẽnatio.

demnatio: ſecus verò vbi haberet poſsidendi colorem: quia
tunc à tempore motæ litis fieret condemnatio, vt declarat
Rota deciſione vigeſimaquarta. titul. de reſtitu. ſpol. in no.
Cum igitur iſta detentatio, quæ incœpit à die reſignatio-
nis, tali detentori regulæ auxilium non præſtat. Nec di-
catur quòd illa detentio fomentari videatur ex poſſeſsione
præ



præambula, quia hoc eſſe non poteſt pluribus rationibus.
Prima, quia iſte renuntians ante renuntiationem non deti
nebat, ſed verè & iuſtè poſsidebat: & illa poſſeſsio per re-
nuntiationem fuit extincta & mortua, & ſequens detẽtatio
de facto de qua loquimur poſt renuntiationem incœpit: &
ideo non poteſt dici poſſeſsio conglutinata, nec cum deten
tione continuata, ſed magis de nouo acquiſita, ex eo, quia
animus continuandi operatur nouã acquiſitionem, ſecun-
dum Bart. Angel. Imol. & Alex. in l. iij. in prin. ff. de acquir.
poſſeſ. quæ cum non ſit annalis, nec habeat aliquod alimen
tum ex poſſeſsione anteriori, ſed ſit multum diuerſa ab ea,
cum aliud ſit poſſeſsio, aliud detentio, vt dicitur in l. ſtipula
tio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. & l. quòd ſeruus. ff.
de acquir. poſſeſ. cum ſimil. vt ibi tradunt Moder. ex diuerſis
non fiet coniunctio. l. Papinianus. ff. de minor. cap. præſen-
tia. de probat. ¶ Eſt igitur concludendum, iſti detentato-
ri regulam nõ iuuare. Nec obſtat, quòd detentor habet re-

Detentor habẽs remediũ, &c.

medium recuperandæ detẽtionis ſi ab ea eijciatur, vt deciſ.
j. de renun. in no. quia illud eſt verum in detentore iuris &
facti, qui habet colorem poſsidendi, vt declarat Alexan. &
Moder. in d. l. j. in xvj. col. num. 66. de acquir. poſſeſ. Secus
verò eſt in detentore aſinino, & de facto qui nullum colo-
rem poſsidendi retinet, vt colligitur ex l. j. §. deijcitur. ff. de
vi & vi arm. Nam talis etiam de ſtylo hodierno Rotæ non
reſtituitur, quia reſtitutio non datur ſine colore, iuxta do-

Reſtitutio nõ datur ſine colore.

ctrinam Innoc. in cap. in literis. de reſtit. ſpol. Nam ex quo
hîc deficit primum extremũ, non poteſt agere ſpolio, iuxta

Spolio agere.

no. in c. conſultationibus. de offic. deleg. nec obſtat dictum
Innoc. in d. c. ſuper hoc, quia loquitur in prophanis, vt pa-
tet ex iuribus allegatis per eum: licet Abb. in d. c. ſolicitè.
aliter reſpondeat, diſtinguendo, quòd aut ille qui renũtiat,
ſtetit longo tẽpore poſt ceſsionẽ in beneficio, & tunc præ-
ſumitur iuſtè poſſediſſe, quia potuit ius de nouo acquire-
re. & ita procedit d. j. deciſ. quod veriſimile eſt, ad cap. illud.
cum materia de præſumptio. quia aliàs ordinarius eum ſine
titulo tanto tẽpore nõ toleraſſet, vt dicit Lap. alleg. lxxxix.
& Milis in ver. beneficium impetrans. & Ancha. conſi. cxvij.
Et tunc ſi talis detentor expoliaretur, eſſet reſtituendus, &
eodẽ modo iuuaretur iſta regula, ad quam ſufficeret ſtetiſſe
per

per annum,quo ad iuſtificandam detentionem, licet Lapus requirat longius tempus,ſaltem triennium,ſecundũ interpretationẽ Rotæ,cuius opin.etiã quo ad regulam de triennali eſt canonizata in curia. Sed vbi detentor non eſſet annalis,nec triennalis,ſed quadrimeſtris,vt in caſu noſtro, ex quo nullum habet colorem iuſtæ detentionis, non debet iuuari beneficio iſtius regulæ, nec reſtitutionis, licet quo ad hoc de reſtitutione videatur magis dubium, propter alleg. Lapi lij.lætatus ſum.in fin.& dictum Abb.in d.cap.in literis.& deciſ.j.de renunt.in no.quæ contrarium tenent. Tamen cõtraria opin.hodie practicatur,videlicet quòd in beneficialibus requiratur colorata poſſeſsio quo ad reſtitutionem petendam. Et ita hodie ſeruat Rota, & olim per deciſionem vij.in tit.de probat.in no.aliàs ſecundũ numerum 257.& Egid.deciſ.xlix.cum ſeq.& xcix.& hoc fuit introductum ne daretur vitioſus ingreſſus.c.vnico.de eo qui mit. in poſſeſ.cau.rei ſerua.in vj.& ne ex vitio ſuo quis commodum ſentiat,iuxta l.quòd ſeruus.ff.quod vi aut clàm.& ideo reſtitutio adminiculum iuris deſiderat, vt tradit Bald.in l. vnica.C.ſi de mo.poſſ.in ij.col.& ideo dictum Innoc.& deciſ.Rotæ ſuperius in contrarium allegata,iſto caſu nõ procedent cum loquantur in prophanis, vel in detentore cum aliquo alio titulo,præſertim,quia dicta deciſ.j.de renuntia. non ſe firmat, ſed incidenter illud tenet. Nec minus obſtat

* deciſ.nouiſsima facta de anno M.D.xvj.coram Staphileo, quia illa nõ loquitur in caſu noſtro, ſed cum ſpoliatur quis à tertio iniuſtè,& de facto: & ideo ex colore longæ detentionis poteſt reſtitui.& ſic facit illa deciſio pro iſta parte,& pro iſta etiam reſoluitur conſil.Calderini non eſſe verum, cum per renuntiationem vtraque poſſeſsio amittatur, vt ſuperius dictum eſt:& poſito quòd retineret naturalem, vt ipſe dicit, illa ſine colorato titulo nõ ſufficit, per ea quæ dicta ſunt,& tradit Soci.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſeſſ.& ſunt caſus in d.cap.ſolicitè.& cap.accepta.de reſtit. ſpol.qui indiſtinctè loquuntur,quo ad effectum reſtitutionis.Nam poſſeſsio à iure damnata non iuuat poſſeſſorem, niſi fuit tanti tẽporis,de quo non eſt memoria, vt dicit Bal. in l.ius eius.C.de probat.& in l.ij.verſic.quæro nunquid. C.de ſentent.

*Detẽtator annalis.*

*Ingreſſus vitioſus.*

*Reſtitutio adminiculum iuris deſiderat.*

*Poſſeſsio à iure damnata.*

¶Nec



¶Nec obſtat,quòd detentator largo modo dicitur poſſeſſor; quia eſt verum in detentore iuſto,vt in colono vſufructuario,& ſimilibus.ſecus verò in iniuſto, temerario, & de facto,vt in iſto de quo loquimur: quia talis nõ dicitur poſſeſſor largo modo,nec ſtricto. Et præſuppoſito, quòd huiuſmodi detẽtio ſub poſſeſsione cõprehenderetur, nõ poſſet tamẽ iſto caſu iuuare detinentẽ,ex eo,quia licet ante renuntiationem poſsidens diceretur detinere, illa detentio iuncta cum poſſeſsione fuit iuſta: iſta verò quæ poſt renuntiationem tenetur,ſiue fuit poſſeſsio,ſiue detentio, eſt iniuſta,diuerſa à prima, & alterius ſpeciei, quo caſu non poteſt continuari,nec coniungi cum poſſeſsione, vel detentione anteriori, quæ iuſta fuit,iuxta gl.in l.ij.§.ſi ſub cõditione. ff.pro empto.& ideo non data coniunctione præcedentis poſſeſsionis,iſta ſola detentio non eſt ſufficiens ad iſtã regulam. Et pro iſta parte faciũt ea quæ dicta fuerunt in præceden.q.& quæ dicẽtur infrà q.lviij.incip.quid ſi quis poſſidet,&c. Tamen licet iſta quæ dicta ſunt de rigore iuris ſuſtineri poſſunt,nihilominus quo ad iſtam regulam, nõ militant,in qua ex longæua interpretatione Rotæ ſufficit ſola detentio,etiam aſinina & iniuſta.Ratio eſt,quia lex impetrantes certo modo beneficia viuentium multũ abhorret,vt in cap.ij.de conceſ.præb.& dixi latius in regula,de impetr. benef.viuentium.& regula iſta non tam iniuſtam poſſeſsionem,quàm improbum impetrantis animum improbat: & ideo dictis impetrantibus imponit formam hîc contentam obſeruandam,qua obſeruata, ſi bonũ ius proſequentur, iniuſtus detentor condemnabitur, aliàs in dubio Papa poſſeſſori fauere intendit: & ita ſæpe Rota tales ad exceptionem regulæ admittit, vt refert D.Guliel.hîc, & quòd iſta regula locum etiam habeat quando quis ſubrogatur in ius alterius tertij, quàm poſſeſſoris,tenuit tota Rota in vna Hiſpalen.cantoriæ coram R. D.Raynaldo, die vij.Februarij *
M.D.xxxix.& dicetur infrà alia q. Nec obſt.quòd nudus detentator expoliatus non reſtituitur, quia eſt verum quando ſe ſine aliquo titulo intrudit,ſecus verò vbi titulum habet ab eo qui dare potuit,etiam ſi fuerit reuocatus: quia tali caſu detentio eſt reſtituibilis.& ita procedit deciſ.j.de renuntiat.in no.& poſſunt prædicta omnia concordari.

*Detẽtator largo modo.*

*Detentio aſinina & iniuſta.*

QVAE

QVAESTIO QVINQVAGESIMAOCTAVA.

Illegitimus poſſeſſor.

QVAERO, nunquid iſta regula defendat illegitimum poſſeſſorem annalem, de cuius clericatu ordinatione vel diſpenſatione non conſtat?

* ¶SOLVTIO. Iſta q.in Rota coram R.P.D.Marcello de menſe Martio M.D.xxxiiij.in vna Placentina decanatus diſcuſſa fuit inter Ioan.Vergaz actorem,& Lazarũ Alphõſum reum poſſeſſorem, & opponentem de iſta regula pro parte negatiua,videlicet quòd illegitimus non defendatur regula. Adducebatur primo, quia regula de poſſeſſore loquẽs debet intelligi de habili,vulg.l.vt gradatim.ff.de mu.& hon.ſed illegitimus nõ eſt huiuſmodi.igitur,&c. Secundo pro iſta parte facit,quòd diſpoſitio generaliter loquens de clericis, non habet locum in illegitimo.hoc probatur: quia canones volunt,quòd quilibet poſsit clericatum ſuum ſola reputatione probare,vt deciſ.iiij.& xiiij.in tit.de probat.in antiquis.Et tamen illæ deciſiones non procedunt in illegitimo,vt tenet Rota: & eſt ratio,quia in illegitimo eſt præſumptio contra eum,iuxta ea quæ not.Rota deciſ.xiij.de proba.in antiq.Et ſecunda eod.tit.in antiquiorib.Et ſic apparet,quòd diſpoſitio generalis de clericis non habet locum in illegitimis. ergo idem dicendum videtur in iſta regula,ex quo eſt odioſa & pœnalis.pro quibus facit gloſſ.in clem.j.in verbo,liberi.de baptiſ.quæ vult illegitimo nõ includi in diſpoſitione legali,quantum ad commodum.

Præſumptio contra illegitimum.

Illegitim⁹ expoliatus non reſtituitur.

¶Præterea,quia illegitimus expoliatus non reſtituitur,vt tradit Abb.in cap.conſtitutus.de fil.presbyt.hoc autẽ non procedit,niſi quia in eo improbatur poſſeſsio & detentio, ſicut de hæretico, dicit Card.Alex.in c.quo iure in iij.col.viij.diſt.igitur,&c.Iſta ſunt,quę pro iſta opi.facere videtur.

¶Quibus non obſtan.cõtrarium videtur verius. In primis non eſt verũ iſtam regulã reſtringi ſe ad habiles, vt in proprijs terminis,& in eodem caſu Rota iudicauit in regula de triennali,vt ibi latius dicam,& hoc manifeſtius in diſcurſu plurium qq.iſtius regulæ apparebit. Nec obſtat quem in dubio laicum reputari,vt tradit Decius cõſil.cxxv.col.j.& Ripa in cap.ij.in ij.col.de iud.quia hoc eſt verũ in dubio, ſed hîc videmur eſſe in claro: quia iſte Lazarus per plures annos celebrauit in eccleſia præſentibus & patientibus ſuperioribus:



rioribus: qui ſi talis non eſſet,nõ eum permiſiſſent, vt not.in cap.ordinarij.de offic.ord.lib.vj.& tradit Petr.de Anch.conſil.cxvij.& Lap.alleg.lxxxix. Moder.in c.illud.de præſump.facit deciſ.Rotæ lxxxiiij.incip.nota, quòd vbi cõtra aliquem &c.in antiquis.& deciſ.cccciij.& Bellam.deciſio.dcxlv.igitur talis præſumitur clericus.& Doctores loquuntur,quando nullæ præſumptiones militent in contrarium: ſicut hîc tali caſu recedimus à præſumptione iuris.Prout in ſimili caſu voluerunt domini in præterita audientia huius menſis Iunij M.D.xxxviij.in vna cauſa Placentina legati coram me,videlicet quòd præſumptio §.defuncto.l.miles.ff.de adult.ꝙ quis præſumatur filius mariti in dubio, quando vxor eodẽ tempore moratur cum marito,& amaſio tollitur,quando in contrarium ſunt plures præſumptiones,vt ibi,de quo tamen latius in meis notulis ſcripſi. *

Præſumptio quãdo amitti ſoleat.

¶Nec obſtat baſtardum ſpoliatum non reſtitui, quia hoc eſt falſum.Nam Abb.in d.cap.conſtitutus.non dicit hoc,& caſus poſitus ibi per Abb.ſecundum regulam procedit, qui non adaptatur caſui noſtro: quia ibi agebatur de beneficio poſſeſſo per illegitimũ,quod pater eius immediatè poſſederat: & iſte defectus tituli erat notorius, vt ibi dicitur, quo caſu regulariter procedit,quòd ſpoliatus etiam ſi ſit legitimus debeat repelli,exceptione notoria de non titulo,vt tradit latè Corſet.in tract.de reſtit.ſpol.in j.col.poſt Abb.in c.cum eccleſia.de cauſ.poſſeſſ.

Spoliatus legitimus.

QVAESTIO QVINQVAGESIMANONA.

QVAERO, quid ſi quis tempore vnius Papæ per ſex menſes,& illo mortuo tempore ſucceſſoris per alios ſex menſes pacificè beneficium poſsideat, an poterit iuuari regula iſta contra impetrantem?

Pacifice beneficium poſsidere.

¶SOLVTIO. Videtur concludendum quòd non,quia tempore primi Pontificis non poſſederat,niſi per ſex menſes,& ſic non poterat vti regula: quia mortuo illo primo Pontifice,expirauit regula. Succeſsit alius pontifex, & tempore iſtius Pontificis militabat regula pro ſuo tempore, ſed illa non poteſt trahi retro: quia ſicut lex in dubio reſpicit futura,non autem præterita,niſi de præteritis caueatur, vt in c.ij.& fin.de conſtit.Præſertim,quia regula tempore eius conditoris tantum viuit,& nõ trahitur retro. Et verũ eſt dicere tempo

Regula reſpiciens futura, non autẽ præterita.

tempore iſtius ſecundi Pontificis,niſi per ſex menſes poſſediſſe: & regula non afficit,nec ligat impetrantem, niſi tempore quo viuit regula:& quo ad hoc, vt illa locum habeat, requiritur quòd poſſeſsio annalis impetrationem nõ procedat,quæ in q.propoſita non concurrunt.igitur hoc caſu regula locum non habebit. Nam & ita in facti contingentia Ioan. Baptiſta.de ſancto Seuerino, vulgò Cacialupus, quibuſdam reſpondit.

¶Tamen ſaluo meliori iudicio, ego putarem contrariam opinionem eſſe veriorem,videlicet regulam obſtare impetranti non ſeruanti requiſita : in ea ratio eſt, quia tempore ſecundi Pontificis iſte poſſeſſor reperitur annalis,& regula iſtius Pontificis capit ipſum annalem : ergo illum defendere debet,quia regula non requirit aliud, niſi quòd tempore impetrationis poſſeſſor per annum immediatè præcedentem poſsideat,vt hîc : & illa cõſideratio Cacialupi eſt quædam fallacia æquiuocationis , vt de ſe patet : videnda ſunt tamen quæ ad iſtam q.latiſsimè ſcribam in regula de publican.reſig.quæſt.vj.

QVAESTIO SEXAGESIMA.

Reſeruare ſibi fructus.

QVAERO, nunquid iſta regula procedat in eo qui reſignauit, & reſeruauit ſibi omnes fructus,in quorum percipiendi poſſeſsione exiſtit?

¶SOLVTIO. Iſta q.modo de menſe Martio M.D.xxxiiij. fuit propoſita per R. P. D. Marcellum in vna Placentina Decanatus,in qua cõcluſum fuit per Dominos, quòd ſi reſignãs fructus cum denominatione,ac ſtallũ in choro,& vocẽ in capitulo ſibi reſeruauerat , tali caſu regula iuuaretur, quia talis æquiparatur titulari. Aut verò reſignans non,niſi ſolum fructus reſeruauerat,& quia habentur loco penſionis,& regula iſta loquitur de titulo,quod impetratur:ideo non habet locum iſte text. Et iſtam quæſt.etiam latius attingam in regula de public.reſig.

QVAESTIO SEXAGESIMAPRIMA.

Annalis poſſeſsio.

QVAERO, an liceat mihi impetranti allegare annalem poſſeſsionem mei aduerſarij ad excludendum ius tertij,de quo excipit contra me dictus aduerſarius meus poſſeſſor annalis,attento quòd prius impugnaueram eius poſſeſsionem annalem ſub prætextu ſimoniæ?



¶SOLVTIO. Quia q.iſta varios habet ſinus, ac propterea ancipitem materiam continet, propterea eam ad vtranque partem diſputabo,vt ſi poſtea caſus contingat,habeat quiſque argumenta quibus partem ſuam tueatur, quouſq; Rota vltimum calculum ſua ſententia ponat.In primis igitur dicendum videtur impetrãtem hoc caſu minime ſe regula iſta tueri poſſe,ex eo,quia iſta regula in fauorem poſſeſſoris, & non impetrantis ædita fuit:ergo poſſeſsori annali competit exceptio eius,non impetrãti,non poſſeſsori:aliàs ſequeretur, quòd odium impetrantis hîc conſideratum in eius fauorem conuerteretur,contra l.quòd fauore.C.de legi.

¶Sed ad hoc poteſt reſponderi,regulam eſſe realem, & ſic quilibet etiam non poſſeſſor de ea excipere poteſt,nec ſatis conſtat regulam in odium cuiuslibet impetrantis æditam fuiſſe:ſed calumnioſi & improbi dũtaxat,vt in tex.apparet.

¶Secundo,quòd impetrans regula ſe tueri non poſsit, facit:quia in caſu propoſito impetrans prius contra poſſeſsorem, tanquam intruſum & ſimoniacum, & propterea tanquàm contra nulliter poſsidentem ratione ſimoniæ cõmiſſæ litem mouerat,& ſic eius poſſeſsionem impugnauerat:& ideo ex illa poſſeſsione contra eundem poſſeſsorem, & contra ius tertij ab eodem poſſeſsore cõtra ipſum impetrãtem productum iuuare ſe nõ poterit,vt in cap.ex eo.de reg.iur. lib.vj.& tradit in notabili caſu Abb.in c.diuerſis.col.pen. num.4.verſi.ſed tunc remanet.de cler.coniug.Nam in iudicio in præiudicium tertij variare non licet, vt dicit regula iuris in c.mutare.de reg.iur.libr.vj.& in l.nemo mutare.ff. eo.tit.& declarat Bart.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberi. ff.de inoffic.teſtam.& præſertim hoc in perſonis eccleſiaſticis deteſtatur,vt in clem.j.de renuntia.cum ſimilibus. Et ſic licet quilibet de poſſeſsione annali alterius contra impetrationem tertij excipere poſsit, cum regula ſit realis, non tamen ille qui poſſeſsionem illam reprobauit & impugnauit. Nam viam quam eligit,& approbauit,illa ſibi patere debet, arg.l.ſi mulier.ad Velleianum.¶Sed ad hoc etiã reſponderi poteſt,neminẽ prohiberi varijs exceptionib.vti.c.nemo. de reg.iur.lib.vj.& quod quis impugnat vna via , poteſt ex alia approbare,vt not.Abb.& Moderni in c.cum venerabilis.de excep.& in c.cum inter.de renuntiat.

Variare in iudicio in præiudicium alterius nõ licet.

Exceptionib. varijs qs vti non prohibetur.

Impugnatum vna via, poteſt &c.

Impetrans nõ poteſt de iure, &c.

¶Quarto pro dicta opin.facit,quia impetrans, nec quiuis alius non poſſeſsor,non poteſt de iure tertij excipere ad infringendũ gratiã tertij, iuxta not.per Bart.in l.ij.ff.de excep.rei iud.& hoc ſequitur Rota.Sed ad hoc etiam reſpondetur,quòd impetrans excipiendo de regula,non dat de iure tertij: quia regula eſt ius publicum vnicuique competẽs. Ex prædictis igitur apparet quæſtionem iſtam eſſe dubitabilem,& ita eam ſub dubio relinquo, quia eadem q.pendet modo in Rota ſuper regula de triennali,& ideo illius deciſionem ibi ſcribam.

QVAESTIO SEXAGESIMASECVNDA.

Exceptio cõpetens.

QVAERO,nunquid exceptio iſtius regulæ competẽs cedenti beneficium,competat ceſsionario?

¶SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum quòd non,prout in quadam cauſa Iſclana coram D.Iacob. * Simonetta tentum fuit tempore Leonis,vt ipſe idem adnotauit,& meminit D.Guliel. Algaren.in memorialibus deciſionũ Rotæ,ſub tit.de reg. Canc.deciſ.xvj.vbi cõcludit,impetrãtem non teneri cauſam proſequi infra annum hîc deſignatum cum ceſsionario,quando poſſeſsor infra illum annum renuntiat. Quod iſta ratione probat,quoniã ſicut contra mortuum poſſeſsorẽ annalem non teneretur impetrans cauſam infra annum terminare, etiam ſi alius in locum defuncti ſubrogaretur: Ita neq; quando poſſeſsor annalis renuntiat,quia renuntiatio eſt mors ciuilis, vt in c.ſuſceptũ. de reſcrip.lib.vj.& habet eũdem effectum, quàm naturalis: & ideo vtrobique militare debet eadem ratio, iuxta tradita in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.& iſtam opin.pluribus alijs rationib.cõprobat, quas ibi ſub num.7. eiuſdẽ deciſ.vſque ad fi.proſequitur,quæ ibi videri poſſunt.

Mors naturalis.

Hinc videmus quòd text.in clem.fi.de procur.qui loquitur in morte naturali locum habere,etiam in morte ciuili, videlicet renuntiatione,ſecundum Rotam deciſ.ccclxxxviij. fuit dubitatũ.in no.ſequitur Rom.in conſil.ccclxxiiij. præſens,&c. Et licet contrarium tenuerit Guido in deciſionib. Parlamenti,quæſt.dxlvij. cum quo concord.Stephanus Bertrandi in conſil.ccl.in ij.volum. Tamen prædicta deciſ.Rotæ eſt verior, ſecundum quam nouiſsimè iudicauit Rota in * vna Oxonen. Archidiaconatus coram me.xiij. Decemb.





M.D.XXXVII.pro Roderico Lopez contra Alphonſum Enriques,& in pluribus alijs cauſis, quas breuitatis cauſa non refero. Et ad prædicta facit quod dicit Felyn.in c.licet.col. ij.de offic.deleg.& text cum gloſ.in clem.ij.in verſic.mori. vt lit.penden. ¶Suadetur hoc,quia quantum ad commodum,ſeu ius beneficij, nihil plus commodi remanet cedẽti, quàm morienti. Ergo qua ratione impetrans non teneretur proſequi cauſam contra mortuum vel ſubrogatum, nec illi contra impetrãtem de regula excipere poſſent, pariter, ac eadem ratione,neque ipſe ceſsionario de regula excipere poterit,neque impetrans ad illam ſeruandã teneri debet. ¶Præterea,quia regula videtur habere reſpectũ ad poſſeſſorem annalem, non ad beneficium, vt videlicet impetrans contra eum teneatur cauſam proſequi infra annum, quod apparet ex genere pœnæ in fautorem poſſeſsoris inductæ. Ceſſante igitur poſſeſsione,morte, vel renũtiatione,ceſſat diſpoſitio & fauor regulæ l.adigere.ff.de iure patr.cum concord.vt in vulg.cap.cum ceſſante.

¶Poſtremo,quia ſecundum ſtylum Cancellariç iſta regula eſt perſonalis,ergo extinguitur cũ perſona: & ita olim Paulus de Caſtello,& N.de Herrera,& N.de Parma abbreuiatores illorum temporum excellentes in quibuſdã ſuis formularijs adnotarũt fol.lxxviij. Et pro iſta opi.facit,quia quando exceptio oritur propter actionẽ intentatam,ſi actio excluditur anno,ita & exceptio:quia tali caſu non habet locũ illud, quod dicitur in l.licet.C.de excep.videlicet quòd annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, vt declarat notabiliter Abb.& ibi omnes Moder.in cap.ſi autem.de reſcrip.& Socin.in l.qui agnitis.col.fin.ff.de excep.

¶Prædictis tamẽ non obſtantibus contraria opin.de facili defendi poteſt, quam in primis ſequuti fuerũt plures excell. viri temporib.Sixti & Alex.vt Ioannes Aloiſius Tuſcanus tunc aduocatus conſiſtorialis,& poſtea auditor Cameræ in primo libro cõſiliorum ſuorũ fol.xliij. vbi plura dicit, quæ ibi videri poſſunt. Et iſta etiam opin.quibuſdam dominis ſeniorib.Rotæ placuit,iſta ratione moti: quia verba iſtius regulç in rem prolata videntur,& ſic magis beneficiũ,quàm perſonam concernunt: ergo apparet ex hoc, quia exceptio regulæ erit realis,& quilibet de ea excipere poterit.

¶Præterea, quia vt ſæpe dictum eſt, iſta regula odium impetrantis reſpicit, & iſtud odium ita militat poſt ceſsionem, ſicut poſt mortem poſſeſſoris, dummodo detur certus contradictor, quo deficiente ſecundum ſtylum citari debent intereſſe putantes, iuxta c.fin.de electio.lib.vj.cum ibi not.& tradit Bal.in authen.ſi omnes. C.ſi mi.ab hæ.ſe ab. Nam hoc iure vtimur, quòd mortuo altero ex collitigãtibus, proceſſus contra intereſſe putantes per contradictas decernitur, quibus citatis, tunc valide pronuntiatur, vt tradit Egi.deciſ.clvj. Nam per ceſsionem, vel mortem lis non extinguitur in Rota, vt dicit deciſ.x.vt lite pendente.in nouis. Et ſi actor impetrans poteſt ſine aliquo impedimento eam proſequi, iuxta clementinam primam, vt lite pendente. tenetur igitur, & cogitur prædictus impetrans in omnem euentum ſententiam infra annum præfixum à regula obtinere: quia cum regula iſta ſit realis, quilibet etiam centeſimus poſſeſſor excipere contra impetrantem, & illum ſub prætextu nõ ſeruatæ regulæ excludere poterit, & abſolutoriam ab impetratione ipſius petere, iuxta deciſ.j.de re iud.in nouis.& tradita in l.qui accuſare. C.de edendo.& c.fi.de iureiur. ſic ergo prouiſus per obitũ vel ceſsionẽ poterit opponere, ſicut poterat eorum anteceſsor, quamuis iſte ſucceſsor poſſeſsionem non habeat, ſed tertius. quia ſatis illi erit prædeceſſorem ſuum per annum præcedentem pacificè poſſediſſe, quo ad hoc, vt reus conuentus in eodem iure & lite fortè ſuccedens ab impetrante conuentus, excipere de non iure agẽtis poſsit, vt actori ſaltem perpetuum ſilentium imponatur, iuxta prædictã deciſ.j.de re iud.in nouis.& tradita per Alex. in conſil.c.in fi.& Philip.Franc.in c.j.de eo qui mit.in poſſ. cau.rei.ſer.lib.vj.

Intereſſe putãtes citari debent.

Lis per ceſsionem vel mortem nõ extinguitur.

¶Rurſus accedit, quia verba illa, vt improbi exquirentium lites reprimantur, &c. poſita in procœmio iſtius regulæ, denotant cauſam finalem, vt ſuperius in j.quæſt.dictum fuit: quæ quidem cauſa finalis, & improbitatis præſumptio, quæ contra impetrantem militat, non tollitur per ceſsionem, vel mortem poſſeſſoris. Ergo non eſt per illam ſatisfactum regulæ, niſi impetrans effectualiter infra annum cauſam vſque ad ſententiam proſequatur, per quam præſumptio regulæ contra ipſum militans diſcutiatur, quæ quidem ſententia haberi non poteſt ſine contradictore



vero, vel ficto, vt dictum fuit: vbi autem verus cõtradictor datur, vt poteſt eſſe ceſsionarius, de quo loquimur, non video quare ille de regula excipere non poſsit, quia tertius ſe opponens conſequitur, idem quod prædeceſſor, cum per ceſsionem ſubrogatus ad litem & locum cedentis videatur, & ſubrogatus ſapit naturam illius, in cuius locũ ſubrogatur.arg.eorum quę dicit Abb.in c.ne pro defectu.in pen. notab.de elect.& quod dicit Iaſ.in l.poſsideri.col.j.num.11. de acquir.poſ.cum concord.vt ſcripſi in §.fuerat.in iiij.col. inſti.de actio. Hinc dicimus, quòd exceptio quæ repellit accuſatorem, repellit etiam iudicem inquirentem, qui in eius locum ſubrogatur, vt tradũt Moder.Mediolanen.in c.j. in ij.lectur.de iudic.

Exceptio repellens accuſatorem.

¶Accedit ad hoc, quia huiuſmodi exceptio regulæ non ſolum continet intereſſe ceſsionarij, ſed etiam cedentis beneficium propter penſionem, vel regreſſum, quam ſibi fortaſſè cedendo retinuit: vel quia cedentis intereſt, quòd ceſsionarius habeat beneficium fortè propter ſeruitia ſibi impenſa, iuxta c.relatum.de teſta. vel quia anticipauit ſibi ſolutiones penſionum pro ſubuentione cõſanguineorum pauperum, vel in expeditionibus bullarum, vel alia neceſſaria impenſa pręcedente expoſuit, aut etiã, quia ſperat illum propter hoc magis ſibi ad antidora obligare, vel quia alteri tertio concedi fecit acceſſum, aut etiam fortè, quia ceſsio ex cauſa permutationis facta fuit, quæ omnia non ſuſtinerentur, ſi per renũtiationem poſſeſſoris regulæ exceptio extingueretur, & non tranſiret ad ceſsionarium: & quia penſionis, vel regreſſus reſeruatio non ſubſiſterent, niſi valida fuiſſet ceſsio. intereſt igitur poſſeſſoris cedentis, ac etiam ceſsionarij, qui agit de damno euitando ſi fortè beneficium ex cauſa permutationis habuit, vel ſi ex ſimplici ceſsione, qui tractat de lucro iam acquiſito perdendo, quod in effectu damnum reputatur, iuxta l.liberto octuaginta.ff.de bon.liber. vti beneficio, & exceptione regulæ, qua ſi vti non poſſet, de facili beneficium amittere ſeu perdere poſſet, quod ſæpe magnis laboribus & impenſis acquiſiuit: quæ quidem cõſiderationes, quando corã Papa renuntiatio fit, licitę ſunt, vt tradit Fely. in c.ad audientiam.ver.tertia concluſio.de reſcrip.& tenet clarè Angelus in ſumma in ver.ſimonia.el.iij.in verſ.ſin.

Conſiderationes.

Nihil plus cõmodi manere cedenti, quàm morienti.

¶Et per hoc reſpondetur ad motiuũ contrarię partis, dum dicebatur, quòd nihil plus commodi manet cedenti, quàm morięti: quia eſt falſum per ſuprà dicta, imò iſta ratio retorquetur, quia per mortem poſſeſſoris non expirat beneficiũ regulæ, quod eſt reale, & tranſit ad quoſcunque, vt diximus in quæſt. proxima. Ergo eodem modo, neque per renuntiationem poſſeſſori ceſſabit, cum regula ſit inducta in odium impetrantis.

¶Nec etiam obſtat, quòd regula iſta videtur habere reſpectum ad poſſeſſorem, quo ad hoc, vt contra illum habere ſententiam teneatur: quia non eſt verum, cum iſta regula non obliget impetrantem ſententiam contra poſſeſſorem obtinere, ſed iſte textus tantum dicit, quòd impetrans cauſam vſque ad ſententiam diffinitiuam proſequi teneatur, & ſic reſpicit ſolum beneficium, quod fuit poſſeſſum per annũ, vt patet ibi, Quicunque beneficium per annum poſſeſſum impetrauerit, &c. Et ſic regula imperſonaliter loquitur: vnde licet reus deficiat morte, vel renuntiatione, iuxta l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. certe defectus rei non debet actorem non proſequentem excuſare. Præſertim cum regula vtilitatem publicam concernat, & ſecundario commodum priuatum. l. ipſius poſſeſſoris, videlicet ratione pœnæ ſibi acquirẽdæ. Nam ſi poſſeſſor mortuus naturaliter non fuiſſet, beneficio renuntiaret: nihilominus impetrans ad pœnam contentam in regula illi teneretur, hoc eſt ad damna, intereſſe, & impenſas, quæ poſſeſsionem ſuam contigiſſent. argum. gl. in cap. præſenti. de offic. ord. lib. vj. & capitulo, cæterum. de donatio. Et ad effectum perſona poſſeſſoris bene hîc cõſideratur. Cõcludo igitur, quòd mortuo poſſeſſore, impetrãs alias partes regulæ, quæ rem ipſam poſſeſſam concernunt, id eſt, ipſum beneficium ſeruare tenetur, hoc eſt cauſam contra ſuperſtitem vſque ad ſententiam proſequi: quæ ſi impetrans non ſeruauerit, punietur.

Defectus rei.

Defectus igitur rei non proſequentis litem, actorem non excuſat, vt in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudic. vt patet de pœna xl. florenorum cameræ apoſtolicæ applicandorum, & de alijs hîc contentis, videlicet de nullitate gratiæ, &c. quæ pœnæ cum ſint publicæ, à quolibet peti poterunt, iuxta l. j. & ij. ff. de popul. actione. Nam dictæ pœnæ, que



quæ commodum publicum reſpiciunt, per mortem poſſeſſoſis non ceſſant: quæ ne de cætero quis beneficia viuẽtium poſſeſſor certo modo impetret, inductæ videntur, quæ quidem impetrãtis improbitas, vel iuſta impetratio per ſententiam diſcutietur, & ideo neceſſaria videtur: & hoc innuunt illa verba hîc poſita, videlicet, ſpecificam & determinatam cauſam, ex qua clarè conſtare poterit, &c. Aliàs ſi non cogeretur proſequi cauſam, de facili poſſet diſpoſitio iſtius regulæ deludi, & impetrans commodum ex improbitate ſua conſequi ſubrogãdo ſe per mortem poſſeſſoris collitigãtis, vel eum ſpoliari procurando, quod dicendum non eſt.

¶Vltimo pro iſta parte facit, quia in iſta regula inducitur geminata forma, quæ impetranti implẽda proponitur, cui minime ſatisfactum videtur, ex eo, quia poſſeſſor cedat, vel decedat. l. ij. & l. multum. & l. in cuius. & l. quibus. §. Termilius. ff. de cõd. & dem. Præſertim, quia hæc obſeruare cõmodum publicum reſpiciat: ideo factum priuati cedentis cauſæ publicæ (quæ debet magis attendi) officere nõ debet, vt no. in l. j. ff. ad Tertul. iuxta tradita per Bart. in l. Agraria. de termin. amot. & l. iij. de ſepul. viol. & l. iubemus. §. his iudicibus. C. de ſacroſanctis eccleſ. & l. mulctarum. C. de modo mulct. aliàs ſequeretur, quòd poſſeſſor poſſet huic regulæ renuntiare, quod eſt falſum, propter formam introductam iuxta gl. in c. j. & in c. diſpendia. & in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. & eſt etiam gl. in ver. clauſula. in c. dilecto. de præbẽ. Non obſtant ea, quæ ibi dicebantur ex dictis Abb. in d. cap. ſi autem. Concludendum eſt igitur per ceſsionem regulæ exceptionem, quæ cedenti competebat non extingui: & iſta opinione multi antiqui doctores fuerunt in quadam cauſa Burgenſ. Abbatiæ de Villalbura, & in alia Leodien. parochialis, licet Moderni variauerint, vt ſuperius dixi.

Factum priuati cedẽtis non officit cauſæ publicæ.

¶Et iſta omnia procedere videntur, etiam in caſu contrario, videlicet, quando impetrans ante lapſum ſex menſium, infra quos poſſeſſorem ad iudiciũ euocare debebat, cedat: quia tali caſu ceſsionarius tenetur ſeruare regulam, ex quo ius primi impetrantis tranſit cum lepra ſua. Tamen, vt dixi, in vtroq; caſu contrarium tenuit Rota vt refert d. Guliel. in d. deciſ. Sed vt iſtæ opi. cõcordentur, eſt conſiderandũ quòd aut poſſeſſor annalis infra annũ datum impetranti ad pro-

ſequendum cauſam vſque ad ſententiam cedat:& iſto caſu, quia adhuc impetrans detectus non fuit, improbus tali caſu liberatur à tali proſecutione facienda cōtra ceſsionarium, & procedat deciſio Rotæ. Et eodem modo dicēdum erit in ceſsionario ipſius impetrātis: quia ſi impetrās infra ſex menſes ſibi ad citandum poſſeſſorem annalem conceſſos cedat, ceſsionarius non tenetur regulam obſeruare: quia tūc non poteſt aliquid impetranti imputari, cum infra tempora experiendi adhuc fuerit, argum. cap. commiſſa. de electione. lib. vj. Secus verò quando iam impetrans incidit in regulā. Nā tali caſu ne ex ſua malitia reportet cōmodū,& via fraudibus precludatur, erit dicendū exceptionē regulę hoc caſu ceſsionario poſſeſſoris cōpetere cōtra impetrātem, vel ceſsionarius eius, qui quidē ceſsionarius hoc caſu ſubijcietur regulæ per prædicta motiua cōtraria,& ita opin. cōcordari poterūt. Reliqua, quæ circa iſtā q. deſiderari poterunt, ex his quæ in ſimili q. in regula de triennali dicā, mutuari poſſunt.

QVAESTIO SEXAGESIMATERTIA.

QVAERO, an exceptio regulæ de annali cōpetens prædeceſſori meo mortuo contra impetrantem tranſeat ad me ſucceſſorem in dicto beneficio?

Exceptio cōpetens prædeceſſori.

¶ SOLVTIO. Rota ſemper tenuit, quòd huiuſmodi exceptio ad ſucceſſorem poſsidentis tranſeat, vnde ſi aliquis impetrauerit beneficium à me per annum pacificè poſſeſſum, & poſt meum obitum beneficium alteri confertur, tenetur impetrans cauſam contra iſtum ſucceſſorem infra annum terminare,& ea omnia quæ in iſta regula ſeruare continentur: quòd ſi non ſeruauerit, ſucceſſor beneficio exceptionis regulæ aduerſus impetrantem vti poſsit.

¶ Aduertendum tamen eſt, quòd circa hoc Cācellaria olim tenuit contrarium, cum qua aliqui antiqui Doctores tenuerunt: & cum hac opi. videtur tranſire Rota, vt refert d. Guliel. in hoc tit. deciſ. xvj. Pro quibus hoc fundamentum ſatis concludens adduci poteſt, quia ex quo in beneficialibus non datur ſucceſsio, ille cui per mortem meam prouidetur, dici non poteſt beneficiū ex titulo prædeceſſoris conſequi, cum titulus per obitū extinctus fuit. Sed venit ex nouo titulo à Papa nunc creato, vt dicit gloſſa in ver. vacantium. in extrauag. ſuſcepti. ne ſede vacant. tenet Ioan. And. in cap.



in cap. ex parte. de arbi.& in c. ij. vt lit. penden. lib. vj.& alibi ſæpe, vt tradit Milis in repertorio ſuo, in verb. ſucceſſor. iſte igitur ſucceſſor ratione iuris ſui, nec poſſeſsionis ſuæ, quæ annalis non eſt, non poterit impetrātem repellere, nec etiam virtute dictæ poſſeſsionis annalis prædeceſſoris ſui impetrātem repellere poterit: quia illa morte extincta fuit, & eſt alia ab iſta,& poſſeſsio non tranſit, niſi ad eam ſubrogetur, vt dicit Rota deciſ. lxvij. in no. Cum alia ſit poſſeſsio vnius, alia alterius,& duo eadē poſſeſsione vti nō poſſunt, vt tradunt omnes in l. j.& l. iij. §. genera. ff. de acquir. poſſ. patet igitur, quòd iſte ſucceſſor nullo iure regula de annali adiuuari poterit.

Poſſeſsio non tranſiens. Poſſeſsione eadem duo vti non poſſunt.

¶ Tamen iſtis non obſtan. Rotæ opin. præualuit, quæ ſemper tenuit ſucceſſorem iuuari exceptione regulæ de annali orta ex poſſeſsione annali prædeceſſoris. Et hoc ideo, quia regula iſta eſt realis, concernens beneficium ipſum,& non perſonam, vt patet in illis verbis ibi, quicunque beneficium eccleſiaſticum, tūc per annum immediatè pacificum poſſeſſum impetrauerit,&c. Ad illum igitur, ad quem beneficium tranſit, cum qualitate & exceptione ſua transfertur, iuxta ea quæ Pet. de Ancha. dicit in conſil. ccccciiij. colum. fin. quia tali caſu ſucceſſor & anteceſſor eadem perſona reputantur, vt in cap. dilecti. de foro competen. cum concor. vt ſcribit Pauinus in tract. de offi.& pote. cap. ſede vacan. in v.& vj. q. j. partis. Exceptio igitur, quæ cōpetebat prædeceſſori, tranſit in ſucceſſorem. l. exceptio. de excep. rei iud. cum concor. vt per Anto. de But. in c. quia gu. in iij. colum. verſ. venio ad ſecundum. de iudi.& tenet Bart. in l. ſi tertius. §. ſi prius. ff. de aqua. plu. arcen. quia ſucceſſor reaſſumit cauſam prædeceſſoris in eodem ſtatu in quo erat, vt dicit Rota deciſio. j. vt lite penden. in antiq.& Fely. in d. c. quia gu. in fine.

Succeſſor & anteceſſor quā eadem perſona reputātur.

¶ Præterea, quia prædicta impetratio facta contra prædeceſſorem annalem ab initio odio impetrantis infecta fuit, decreto iſtius regulæ, iuxta l. nō dubium. C. de legib. Et iſta infectio, ſeu odium non tollitur, propterea quòd mortuus fuerit prædeceſſor: quia odium ſemel cauſatum adhuc durat, iuxta ea quæ dicit Baldus in l. in ipſius. C. fami. herciſ.& Innoc. in cap. cum oporteat. de accuſa.& quæ tradit Ancha. conſilio ccxlvij. in cauſa agitata.& Bartol. in l. non ſolum.

Odium ſemel cauſatū adhuc durat.

**Affectum ſemel, ſemp manet affectum.**

§.ſi mandato. verſic.quid ſi mandaui.ff.de iniurijs.& Bald. in authen.ſi dicatur C.de teſti. Nam ſemel affectum, ſemper manet affectũ:vt dicit alibi Rota.quia lex ſemper loquitur, vulg.l.Arriani.C.de hæret.

¶Et tenendo iſtam opinionem,non obſtant quæ in contrarium allegata fuerint:quia illa non procedunt quando exceptio concernit rem,ſiue beneficium ipſum,quia tali caſu non conſideratur exceptio regulæ,ratione perſonæ prædeceſſoris. Sed ex re,ex qua exceptio orta fuit. Et ita ſæpe Rota tenuit,vt in regula de triennali dicã.& faciunt ea quę dicta ſunt quæſtione proxima. Tamen omnes iſtæ contrariæ opin.concordari poſſunt,ſecundum ea quæ in fin.præceden.quæſtion.dixi.

QVAESTIO SEXAGESIMAQVARTA.

**Expoliatorẽ defendere.**

QVAERO, an iſta regula defendat expoliatorem,poſtea poſſeſſorem annalem effectum?

¶SOLVTIO. Diſtinguendum eſt de ſpoliatore. Nam aut fuit violentus,& de iſto latius in regula de triennali dicetur,vbi proprius caſus contingit. Aut verò ſpoliator violentus non eſt,& puto eum regula tueri : imò putarem etiam violẽtũ regula iſta defendi,cum poſſet ab alio, & alio impetrantibus regulam ſeruantibus moleſtari,& in iudicium trahi,adeò quòd non reportaret ex malitia ſua commodum.

**Poſſeſſor violentus, à lege improbus iudicatur.**

¶In contrarium tamen facit,quia violentus poſſeſſor à lege improbus iudicatur, cuius poſſeſsio à iure damnatur.l. improba.C.de acquiren. poſſeſ.Et illa nõ debet huiuſmodi poſſeſſorẽ tueri,vt dicit Andr.de Iſernia in titulo,quæ ſint regalia.ver.extraordinaria. cum cõcor.vt tradunt quidam Moder. Neapolitani in quibuſdam votis,ſiue conſilijs nouiter æditis conſil.xij.col.fi.Nec eſt veriſimile Papam de tali poſſeſſore hic intellexiſſe,& quòd velit homines pœna dignos fauoribus proſequi,cõtra l.congruit.ff.de offi.præſi. & c. irrefragabili.§. exceſſus.de offic.ord. Intelligenda eſt igitur regula de poſſeſsione non damnata,qualis eſt illa,de qua in d.c.eum qui.Et ita concludendum videtur.

¶Sed circa ſpoliatorem non violentum alia ratio concurrit,quia ex quo regula defendit merum detentorem,& intruſum defendet,& iſtum in quo videtur eadem ferè ratio.

E



Et ita ſecundum iſtam opi.hodie quæ numeratur xj. Maij. M.D.xxxv.Rota in vna Pãpilonen. Prioratus Sancti Crucifixi,coram reuerẽdiſſ.d. Io.Mohedano in fauorem cuiuſdam Petri de Bexam,contra Ioan.de Balanza iudicauit. Ratio fuit,quia non violentus ſpoliator poteſt poſsidere, & eius poſſeſsio,aut detentio non improbatur à iure,ſicut eſt in violento,contra quem omnia iura clamant.

QVAESTIO SEXAGESIMAQVINTA.

**Impetrans citatus.**

QVAERO, nũquid iſti regulæ quo ad primam partem per impetrantem ſatisfactum ſit,propterea quòd impetrans citatus fuit à poſſeſſore infra ſex mẽſes?

¶SOLVTIO. Iſta q.modo ventilatur in Rota corã d. Nicolao Aragona inter Sebaſtianum Ponze,& Franciſcũ Solis epiſcopum Balneoregien.ſuper Scholaſtria Hiſpalen.& adhuc nihil eſt deciſum,& ideo pro vtraque parte motiua ſcribam,& interim expectabimus deciſionis euentum.

¶Pro parte igitur negatiua,quòd non ſit ſatisfactum regulæ,facit:quia iſta regula in odium impetrantium moleſtantium poſſeſſores ædita fuit. Ergo illis implementum regulæ incumbit.l.ij.cum vulg.ff.de condi.& demonſt. Et quia, vt ſuperius dictum eſt in alia q.quando in conſtitutione tẽpus ad aliquid faciendum apponitur,tunc inducta videtur forma,& in formalibus non poteſt quis factum per alium adimplere,ſed ipſemet cui poſita eſt lex,& data forma hoc facere tenetur,vt tradunt Moderni in capitulo,quorũdam. xxiij.diſtinct.& patet in l.ij.C.de ſent.ex peric.recitan.vbi ſententia quæ debet legi per iudicem,nõ poteſt legi per notarium.Simile videmus in decreto ſuper alienatione rei minoris,quod non poteſt per procuratorẽ impetrari: quia eſt data forma in l.in minorũ.vbi not.gloſſ.& Bal.C.de præd. min.cum cõcor.de quibus per Iaſ.in l.j.§.item acquirimus. in iij.col.verſic.iij.ff.de acquiren.poſſeſ.Sic igitur in propoſito eſt dicendum,quòd ex quo iſte modus ſatisfaciendi regulæ eſt impoſitus impetranti, propter odium impetrationis,quòd ipſe tenetur ſatisfacere regulæ,nec ſufficit quòd poſſeſſor prius illum traxerit in iudicium.

**Forma per alium impleri non poteſt.**

**Decretum ſuper alien. rei minoris non poteſt,&c.**

¶Secundo pro iſta parte facit ratio,quia per iſtam regulam plura imponuntur impetrãti,quæ non poſſunt impleri per poſſeſſorem.Nam regula iſta vult,quòd impetrans in

ſua

ſua impetratione exprimat nomen, gradum,& qualitatem
poſſeſſoris,& quot annis ille poſſederit, &c. Iſta enim con-
cernunt impetrationem, & gratiam moleſtantis, quæ non
implentur, nec ſeruantur, ex eo, quòd poſſeſſor impetrãtem
ad iudicium vocaret: quia in tali vocatione iſta non expri
muntur, tanquam ibi impertinentia. dato igitur quòd for-
ma hîc inducta per aliũ impleri poſſet, reſpectu citationis
infra ſemeſtrem faciendæ, non tamen alia requiſita impleri
poſſent, cum ad reum poſſeſſorem non pertineant, ſed con-
cernant gratiam impetrantis: vnde niſi ſeruetur contextus
verborum iſtius regulæ ad vnguem, nõ dicitur ſatisfactum
formæ, vt dicit Bald. in l.j.ff. de liber.& poſthum. per l. cum
hi.§.ſi prętor.ff. de tranſact. facit bonus tex. in c.j. de baptiſ.

**In formalibus habet locũ regula.**

¶ Sed pro parte contraria facit, quia nihil intereſt quid ex
æquipollentibus fiat. l. ſi mater. C. de inſtit.& ſubſtit. Et iſta
regula habet locum etiam in formalibus, vt patet in l. con-
ditionibus. §. ſi patronus.ff. de cõd.& demonſt.& in cle. cau
ſam. de elec. tradit Soci. in l. iiij. in prin.ff. de cõd.& demõſtr.

¶ Cum igitur per citationẽ poſſeſſoris habeatur effectus,
ad quem inducta fuit iſta regula, non curatur de modo d.
clem. cauſam.& tradunt Doct. in cap. fin. de elect. lib. vj.&
in l. de vnoquoque.ff. de re iud.& in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff. de
verb. oblig. vbi Lanzellotus Galiaula notabiliter loquitur.

**Appellati diligentia prodeſt appellanti.**

¶ Præterea, quia in correlatiuis etiam ſi alteri eorum ſit da
ta forma, alter tamen illud idem faciendo ſatisfacit formæ,
deciſ. eſt Dominorum vj.& vij. de appell. in nouis. vbi licet
pro forma ſit datum appellanti, quòd cauſam appellationis
infra x. dies committat, tamen ſi appellatus illam cõmittit,
eſt ſatisfactum diſpoſitioni. Nam, vt ibi dicitur, diligentia
appellati prodeſt appellanti. Et ita hodie quæ numeratur
xiij. Octob. M. D. xxxiij. fuit pro iſta parte affirmatiua con
cluſum in Rota per omnes dominos vnanimiter in prædi-
cta cauſa Hiſpalen. quod nota.& ad motiua ſuperius facta
* patet reſponſio ex his quæ Doct. tradunt in locis ſuperius
allegatis, quæ breuitatis cauſa non refero.

¶ Adde quòd iſtam partem tenuit iterum Rota, die xx. Iu-
* nij M. D. xxxix. in vna Cõchen. beneficij ſancti Michaëlis
coram D. Ioan. Paulo. In qua quidam Franciſcus de Men-
doza impetrauit beneficium poſſeſſum per annũ, per quen-
dam



dam Ioan. de Morillas nõ facta mentione iſtius regulæ. Ta-
men ipſe Ioan. Morillas cõmiſit cauſam contra dictũ Fran-
ciſcum, qua penden. ſicut latè ſententia canonizatoria in fa
uorem dicti Franciſci, quæ fuit in ſecunda inſtantia confir-
mata, in tertia verò inſtantia Io. de Morillas excipit de iſta
regula,& nitebatur annullare illas duas ſententias retrò la

**Impetratio prædicta.**

tas, propter verba regulæ, ibi: alioquin impetratio prædi-
cta,& quæcunq; inde ſecuta, nullius exiſtant firmitatis, &c.
quæ verba videntur annullare ſententias ex defectu iuriſ-
dictionis, ex quo Franciſcus non commiſerat cauſam infra
ſex menſes, vt dicta regula.

**Sententiæ nullæ ex defectu iuriſdictionis.**

¶ Breuiter Rota concluſit ſententias nõ eſſe nullas ex defe
ctu iuriſdictionis, quia licet Franciſcus non fecit diligen-
tiam committendi cauſam infra ſex menſes, tamen Io. Mo-
rillas aduerſarius illud fecit,& ſic diligẽtia aduerſarij pro-
deſt colligitanti: itaque bona fuit iuriſdictio, licet ſentẽtia
ſit iniqua ex defectu iuris, quod ius annullatur per regulã,
arg. l.j.§. item cum contra.ff. quando appellan. ſit. Nam no
ta eſt doctrina Abb.& Doct. in cap. quoniam cõtra. de pro-
bat. quòd ſententia ex defectu iuris partiũ non dicitur nul-
la, ſed iniqua,& ideo tranſire poteſt in rem iudicatam. bona

**Pars vna quo ad iuriſdictionalia ſupplere poteſt.**

igitur hîc fuit iuriſdictio: quia vna pars poteſt ſupplere, quo
ad iuriſdictionalia, quòd alia facere tenebatur, vt not. in l.
fin.ff. de offic. præfect. vrbis.& in l. ſi mandauero.§. ſi hi.ff.
mandati. cum concor. quæ tradit gl. magna ante fin. in l. ij.
ff. de admin. rer. ad ciui. pertinentium. faciunt quæ not. Bar.
in l. Ariſto. in fin.ff. quæ res pig. oblig. poſſ. Nec inconuenit
quòd vna perſona inhabilitata conſequatur per aliũ, quod
per ſe non poteſt, vt patet in cap. per tuas. de arbit. cum con
cor. vt ſcribit Felyn. in cap. j. in iiij. col. de præſcrip.

### QVAESTIO SEXAGESIMASEXTA.

QVAERO, nunquid ſit ſatisfactum iſti regulæ in ſecun-
da & tertia parte eius ſi impetrãs infra ſex menſes cau
ſam commiſerit ſuper poſſeſſorio, & poſſeſſo-

**Sententiã obtinere infra annum.**

rem citari fecit,& infra annum ſententiam obtinuit, an ve-
rò requiratur ſententia ſuper petitorio?

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio fuit poſita in Rota menſe Octo- *
bri M.D. xxxiij.& deciſa anno ſequenti per dominum Ni-
colaum Aragona in eadem cauſa Hiſpalen. Scholaſtriæ, &
fuit

fuit concluſum, quòd regula iſta cócernat petitorium, & ſic quòd non ſufficiat ſententiam infra annum habere ſuper poſſeſſorio: pro qua parte vltra plura alia adducta per me, & alios dominos ponderabãtur verba iſtius regulæ. Primo ibi, dum dicit, beneficium impetrauerit, &c. Nam clarum eſt quòd iſta verba quæ impetrationem concernunt, petitoriũ & proprietatem denotant: quia poſſeſsio certo modo non impetratur. Secundo ibi, dum dicit, quòd impetrans in impetratione ſua debet exprimere ſpecificã & determinatam cauſam, ex qua clarè conſtare poterit nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competere, &c. Iſta etiam verba (quæ fundamentũ intentionis agentis concernunt, & ſuper quibus lis exordiri debet) petitorium denotant. Nam quando tractatur de ſola poſſeſsione, non quæritur an ius cópetat, vel non, vt not. in cap. in literis. cum ſequen. de reſtit. ſpol. Tertio ponderãtur illa verba, ibi, cauſamque extunc deſuper. quæ verba connectuntur prioribus, ratione dictionis extunc, quæ extremum coniungit, & reſpicit tempus impetrationis, vt in cap. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vj. & petitorium reſpicit, quod clarius indicat illa dictio, deſuper, quæ de ſui natura petitoriũ, magis quàm poſſeſſorium cócernit, vt patet in l. codicillis. §. inſtituto. cum vulg. ff. de leg. ij.

Beneficiũ impetrare.

Extunc, dictio extremũ coniungit.

Deſup, de ſui natura petitorium magis q̃ poſſeſſorium concernit.

¶ Cum igitur iſta tria ſint in text. connexa, & ab impetratione dependentia, quæ circa ipſum beneficium vertitur, eſt dicendum, regulam non habere locum quãdo poſſeſſorio agitur: & ideo diligentia impetrantis circa poſſeſſorium, videlicet in trahendo poſſeſſorem infra ſex menſes ad iudiciũ, & cauſam vſq; ad ſententiã proſequẽdo, nõ eum ab exceptione regulæ liberat, quæ prædictas omnes diligẽtias & ſolennitates in petitorio obſeruare requirit. Et ad iſtũ effectũ fuit aliàs in Rota ponderata iſta regula in illa dictione deſuper, in vna Cęſarauguſtan. Archipresbyteratus corã domino Camillo contra N. Villauerde. Et ita ſecundum dictam deciſionem in dicta cauſa Hiſpalen. facta nouiſsimè in vna Giennen. Prioratus de Villanoua tenuit Rota de hoc menſe Decembr. M. D. xxxix. coram R. D. Io. Mohedano.

¶ Et iſta omnia putarem eſſe vera in mero & ſimplici poſſeſſorio, in quo prædictæ deciſiones loquuntur. Secus tamen in poſſeſſorio, quod petitorij cauſam habet annexã, vt eſt



vt eſt poſſeſſorium adipiſcendæ: quia in tali caſu putarẽ ſatisfactum eſſe regulæ, ſi impetrans in tali iudicio requiſita regulæ ſeruaret, non intentando aliter merum petitorium. Ratio eſt, quia de tali poſſeſſorio iudicamus ferè idẽ quod de petitorio, vt in exemplo, de quo per dominum Anto. in cap. fin. de iud. & in cap. literas. de iur. cal. Hinc eſt quòd libellus ſuper tali poſſeſſorio trahit ad ſe proprietatẽ, vt tradit Iaſ. in l. vinum. in xiiij. col. ff. ſi cer. pet. & pro tali poſſeſſorio aliquando rei vendicatio cõpetit. l. officium. ff. de rei ven. & not. gl. in cap. examinata. de iud. quia talis poſſeſsio reputatur res ipſa, iuxta gl. fi. in l. fi.. ff. vſufruct. quemad. caue. Et in tali poſſeſsione poſſunt verificari ea quæ dicit Decius in c. cauſam. in ij. & iij. col. de iud. videlicet, quòd cauſa poſſeſsionis eſt ardua, & ea quæ tradit Rota deciſ. ix. titul. de cauſ. poſſeſsio. in no.

Libellus ſuper tali poſſeſſorio.

QVAESTIO SEXAGESIMASEPTIMA.

QVAERO, an ſex menſes ad citãdum, de quibus loquitur iſta regula, computãtur à die datæ impetrationis an verò à die expeditionis bullarum, vel commiſsionis cauſæ, vel citationis decretæ, vel executæ?

Mẽſes ſex ad citandum.

¶ SOLVTIO. Gloſſator hic dicit, quòd iſti ſex menſes current à data impetrationis, non expeditionis bullarum, vel commiſsionis. Ponderando dictionem tunc, quæ denotat extremitatem, iuxta gl. in clementina ſecũda. de hæret. cum concor. vt hîc per eum.

Tũc dictio, extremitatem ſignificat.

¶ Aduerte, quia dictio extunc non apponitur termino ſex menſiũ: ſed termino anni, infra quem cauſa debet terminari, vt patet ex litera. Et dictio alia, tũc apponitur poſſeſsioni immediatè præcedenti, & non termino ſex menſium.

¶ Sed pro opin. Gloſſatoris, videlicet quòd ſex menſes incipiant à tempore impetrationis, vltra gl. in clem. fin. de reſcrip. quæ videtur facere ad propoſitũ, ponderãdo iſtam regulam, quæ requirit plures qualitates copulatiuè concurrere tempore impetrationis faciendę. Primo, quòd nomen, gradum, &c. exprimat. Secundo, quot annos poſſedit. Tertio, ſpecificã cauſam, ex qua conſtare poſsit nullum ius poſſeſſori competere. Quarto, quòd infra ſex menſes ad iudicium vocent. Iſtæ qualitates ponuntur copulatiuè, & immediatè poſt impetrationem. Ergo per hoc datur intelligi, quòd

Qualitates copulatiuè concurrentes.

quòd ab illo tempore incipiant. Nam qualitas adiuncta verbo, debet adeſſe tempore verbi. cap. licet canon. de elec. lib. vj. cum vulg. ſi adeſſe debet tempore impetrationis. Ergo ab illo initium capient illi ſex menſes.

¶ Tamen iſtis non obſtan. contrariũ poteſt attentari, præſupponendo prius, quòd in quæſt. præſenti conſiderantur quatuor extrema: licet Gloſſator tantum duo conſideraverit, à quibus ſex menſes præfati poſſent initium capere, videlicet extremum impetrationis, expeditionis bullarum, & iſta duo tempora, ſiue extrema tantũ cõſiderauit Gloſſator. Tertium eſt tẽpus cõmiſsionis. Quartum eſt tẽpus citationis decretæ vel executæ. Item aduertendum vnũ aliud, quòd iſta regula eſt odioſa, & contra ius commune multis rationibus, vt dicam in q. ſequen. Et inter alias rationes eſt vna, quia per iſtam regulam quis compellitur inuitus agere contra rubricam & nigrum. C. vt nemo inuitus. Et quia gratia quæ de ſui natura debet eſſe perpetua fit temporalis. Tunc ſic quando aliqua conſtitutio eſt, contra ius commune interpretanda eſt, vt quoad fieri poſsit, minus aduerſetur iuri communi. cap. cauſam quæ. de reſcrip. cap. ſuper eo. de off. deleg. Sed certum eſt, quòd ſi iſti menſes numerantur à tempore cõmiſsionis vel citationis, minus aduerſatur iuri communi. Ex eo, quia minus arctatur impetrans agere, cum interim habeat tempus longius ad deliberandum, an velit experiri in iudicio, vel non: & ſic illo tempore non cogetur, & diſtantia tẽporis induceret fortaſsis ſanius litigandi conſilium. Nam opiniones hominum ex tempore facilius mutantur, vulg. c. non debet. de conſang. & affin. & multa impetrantur, quæ nõ proſequũtur, arg. l. Titia. de verb. oblig. quod non eſſet, ſi ſex menſes currerent à die impetrationis. Nam metu pœnæ cogeretur agere contra ius commune, & non agendo perderet gratiam, quæ ſecundum ius deberet eſſe manſura & perpetua, iuxta cap. decet cõceſſum. de reg. iur. lib. vj. & cap. j. de capel. mon. eod. lib.

Regula odioſa.

Conſtitutio quãdo aliqua eſt, contra ius commune interpretanda eſt.

Opiniones hominũ ex tempore facilius mutantur.

¶ Præterea capienda eſt illa interpretatio per quam minus quis lædatur, quia in pœnis, quod minimũ eſt, ſequimur, vt dicit regula iuris, maximè quando actus nemini nocet, & mihi prodeſt, iuxta l. ij. cum ibi not. ff. ſolut. mat. Sed in caſu iſto iſta impetratio nemini nocet: quia per eam nõ efficitur



citur beneficium litigioſum. Item quando magis impetrãs differt cauſam committere, eſt ſibi magis damnoſum, quia poſſeſſor interim gaudet fructibus, & de annali poſſeſsore poſſet fieri triennalis, quæ excludit totaliter impetrantem. itaque cum magis ex dilatione citandi poſſeſſorem recipiat damnum impetrans, quàm commodum, non debet arctari, vt infra ſex menſes à data impetrationis citet poſſeſſorem: nam iſto modo interpretãdo minus læditur ius commune, & magis adhæremus ei, vt fieri debet, iuxta c. cum dilectus, de conſue. & d. c. cauſam quæ. Sed incipiẽdo numerare illos ſex menſes à die commiſsionis vel citationis, non ſequũtur tot abſurditates, ex eo, quia tunc conſtat deliberata mente impetrantis volentis experiri potius ex voluntate & arbitrio ſuo, cum non cogebatur, quàm coactus: ergo viã, quam elegit ipſa pateat ſibi, iuxta l. ſi mulier. ad Velleia. Et quòd tali caſu incipiant illi ſex mẽſes à die commiſsionis, eſt fauor poſſeſsoris, ne diu habeat beneficium litigioſum, quod multa incommoda affert, vt toto titulo de litigioſis. Item quia per talem præſcriptionem tẽporis lites incœptæ abbreuiantur, & habent exitũ. Sic igitur, omnibus conſideratis, dicendum eſt, illos ſex mẽſes numerandos eſſe à tempore commiſſionis. ¶ Præterea pro iſta opin. faciũt ea, quæ tradit Bar. & cõmuniter Doct. in l. ſi cui legetur. de leg. j. vbi quærũt, ponamus, ꝙ vẽdo tibi rẽ cum termino vnius anni ad ſoluendũ pretiũ, dubitant ibi Bart. & alij, à quo tẽpore curret ille annus, an à tẽpore cõtractus, an verò traditionis: & cõcludũt, ꝙ à tẽpore traditionis, per text. ſingularẽ in l. tali. ff. de iure dot. licet ibi Iaſ. in iij. col. alleg. cõcordantem in l. ſi ita quis permiſerit. in princ. ff. de verb. oblig. Et inter plures rationes pro illa deciſ. adducitur ibi vna per Iaſ. quæ quadrat in propoſito, videlicet, quòd quando terminus aſsignatus eſt reſpectiuus certæ cauſæ, requiritur quòd illa cauſa prius exiſtat, à qua debeat currere. d. l. tali. Sed in caſu noſtro iſte terminus ſex menſium, infra quem tenetur impetrans poſſeſſorem ad iudiciũ euocari facere, eſt relatiuus ad commiſsionẽ iudicis tanquam ad cauſam agentem, ſine qua citatio emanare non poſſet: igitur ab illa debet ille terminus initiũ capere. Non obſtant allegata in contrarium, quia ſi rectè conſiderentur, nihil faciunt, quia, vt dixi, dictio tunc, non per-

Terminus vnius anni ad ſoluẽdum.

Terminus aſſignatus eſt reſpectiuus certæ cauſæ.

currit ad ſex mẽſes,vt voluit gl.nec gl.cle.fin.poteſt ad hoc
adaptari : nec minus illud facit, quòd qualitas adiecta ver-
bo,&c.quia qualitas ſex menſium non eſt adiecta impetra-
tioni,ſed potius commiſsioni à qua dependet.Sed quicquid
ſit,prima opin.Gloſſatoris,ſeruatur hodie in Rota,& in cu
ria:& ideo tenenda eſt per rationes ſuperius factas.

¶ Omiſsis tamen ambagibus tota iſta difficultas per regu-
lam Eugenij decidi videtur,cuius tenorẽ ſuperius in proœ.
iſtius regulæ poſui, per quam iſta moderna regula intelligi
& declarari debet,argum.l.non eſt nouum.ff.de legi.

QVAESTIO SEXAGESIMAOCTAVA.

Annus terminans cauſam, &c.

QVAERO, an annus ad terminandam cauſam per impe
trantem cõtra poſſeſſorem annalem, de quo loquitur
iſte text.currat impetranti à die impetrationis,
an commiſsionis,vel citationis executæ?

¶ SOLVTIO.Gloſſator hic tangit quæſtionem,& cõclu-
dit, quòd currat à die citationis executæ. Mouetur iſta ra-
tione , quia vbicunque à lege datur duplex terminus ſimul (Terminus duplex.)
actori & reo ad aliquid agendum,debet intelligi lapſo pri-
mo termino,iuxta not.per Bald.in l.contra maiores.C.de
inoffic.teſtam. Sed in quæſt.propoſita datur duplex termi-
nus per iſtam regulam.Primus ſex menſium ad citandũ poſ-
ſeſſorẽ.Secundus eſt annus ad proſequendum , ergo iſte an-
nus non curret,niſi à lapſo primo,iuxta doctrinam prælle
gatam. ¶ Addo vltra Gloſſatorem pro iſto dicto ſuo tex.
in l.j.§.ſed ſciendum.& §.largius.ff.de ſucceſ.edict.& in l.fi.
§.ſin autem dubius.C.de iure delib.& c.cupientes.§.cæte-
rum.de elect.libr.vj.Et ſubdit Gloſſator ſe credere Rotam
ſic intelligere iſtam regulam. ¶ Quid dicendum?Mihi vi-
detur,omiſsis ambagibus,quòd iſta opin.Gloſſatoris ſit ſa-
nior,& vera,quam vltra ipſum pluribus rationib.cõprobo.

¶ Primo,quia clarum eſt,quòd non prius de iure currit ali- (Præſcriptio quando alicui currere dicatur.)
cui præſcriptio ſuper aliquo iure , quàm prius conſtet illud
ius fuiſſe in eſſe productum.l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.
xxx.vel xl.anno.Sed iſtud ius impetrantis à quo excluditur
per lapſum anni in eſſe produci non poteſt ante iudicium,
quod incipit à citatione , vt in §.fi.inſti.de pœna tem.litig.
& not.Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap.quoniam.in ver.cita-
tionem.de proba.& gloſ.ij.in clem.j.de iudic.Ergo quo ad
hoc,



hoc,vt excludatur per lapſum anni , requiritur citatio præ-
ambula,vt ab illo tempore currat annus.

¶ Præterea inſtantia,ſeu facultas proſequendi ius meũ non
eſt præfinita de iure canonico aliqua temporis meta, vt eſt
text.in cap.fin.de iud.Regula verò iſta præfinit facultatem
agendi per annum. Ergo ille annus non prius cœpiſſe vide-
tur,quàm ſit cœptum iudicium,de cuius proſequendi facul-
tate tollenda agitur.l.ſi ſeruus hæreditarius.ff.de ſtip.ſer.&
l.tali ſtipulatione facta.ff.de iure dot.& l.ſi in diem.in prin-
cipio.ff.de condi.& dem.

¶ Præterea, quia clarum eſt, quòd iſte annus ad finiendam
cauſam hîc præfixus, per iſtam diſpoſitionem nouam vide-
tur loco inſtantiæ ſubrogari. Et licet hîc de tempore quan-
do incipere debeat,nihil dicatur,tamẽ hoc facilè intellige-
re poſſumus ex theorica omnium doctorum, vbique tradi-
ta,qui volunt,quòd quando in lege noua de aliquo dubita
tur,illud declarationem recipit à lege antiqua,vt not.Bart.
in l.ſciendũ.ff.qui ſat.cog.& in l.ſed & poſterioris.ff.de leg.
Sed in lege antiqua communi non reperitur , quòd inſtan-
tia incipiat ante citationem, ſed incipit poſt citationem, vt
in l.properandum.in princ.C. de iudic.c.cum ſit Romana.
de appell.& in c.ei qui appellat.ij.q.vj.& in auth.ei qui.C.
de tempo.appell. Ergo iſta regula in dubio debet interpre-
tationem à iure communi recipere , quia inquantũ fieri po-
teſt,ſtatuta debent interpretari & declarari,etiã per impro- (Statuta.)
priationem,vt conformentur ſecũdum ius commune , vt in
c.cum dilectus.de conſuet.& in l.ſi ſerui.C.de noxal.

¶ Præterea,quia tempus ſex menſium hîc præfixum,non da- (Tempus præfixum.)
tur ad aliud , niſi ad euocandum aduerſarium poſſeſſorẽ ad
iudicium,ſi ergo vltima die ſex menſium vocaretur,ſatisfa-
ctum eſſet regulæ.l.quicquid.§.fi.& l.hoc iure.& l.ſi ſtipula
tus eſſem.ff.de verb.obliga.& l.ſi neceſſarias.§.ſi annuas.ff.
de pigno.act.& cap.commiſſa.de elect.lib.vj.Secundus ve-
rò terminus hîc aſsignatus,qui eſt annus, datur impetranti
ad proſequendum & terminandum cauſam. Si igitur ſecun
dum tempus dilationis non incœperimus,à fine primæ dila
tionis ſex mẽſium,oportebit alterum de duobus fateri,aut,
quòd ſex menſes dentur promiſcuè ad citandum & proſe-
quendum,cuius contrarium apparet. Cum non poteſt quis

videri aſtrictum dilationi,niſi in eo quod eſt in ipſa expreſſum,vel quod eſt abſurdius,ſex menſes ad finiendum tãtum cauſam viderentur concedi, cum primæ dilationi aliorum ſex menſium in vltimo ipſius momento ſatisfieri potuerit. Cuius contrarium cauetur hîc in regula,igitur &c.

¶ Præterea quando à iure communi diſceditur,debet quantum fieri poſsit,ne lõgius fiat diſceſſus.c.cauſam.de reſcrip. Quod præſertim locum habet in hac regula, quæ maximè deuiat à iure communi, vt patet, quia de iure communi nemo compellitur inuitus agere:vt in rubrica,vt nemo inuitus.per totum.Item quia ex leui omiſsione gratiam,quæ de iure debet eſſe menſura,vt in cap.decet.de regulis iur.libro vj.deducit ad non eſſe.Item quia inſtantia,quæ de iure communi eſt perpetua.c.fi.de iudic.reducit ad annum.Item quia imponit neceſsitatem exprimendi ea,quæ de iure communi exprimere nõ oportet,iuxta not.in clem.ſi dignitatem.per gl.de præben.& in c.ſi motu proprio.eodem tit.lib.vj.Item quia à iure canonico ſecundum quod inſtãtia eſt perpetua, tanto magis diſcedimus,quanto inſtantiam breuiorẽ & anguſtiorem reddimus.Nam breuitas eſt oppoſita longitudini,& perpetuitas temporalitati:in hac igitur dubietate interpretabimur iſtam regulam de anno potius quàm de ſex menſibus,vbi anguſtior eſſet meta, & per conſequẽs maior à iure receſſus.& ſic,vt hoc abſurdum euitemus,annus incipere debet à fine ſex menſium.

¶ Præterea ius canonicum primæ inſtantiæ nullum præfigit terminum, lex verò ciuilis præfixit triennium in prima inſtantia, intra quem exiſtimat commodè cauſam diffiniri poſſe: in ſecunda verò inſtantia vtrunque ius concordat, quia dant annum, nec infra minus tempus commodè poſſe diffiniri.c.ex oratione.de appel.Tunc arguo ſic,& à maiori vbi lex canonica de inſtantia certa meta præſcribenda cogitauit in cauſa, ſcilicet appellationis vbi cauſa venit iam inſtructa,cognita,& ventilata, & partium aſſertione planè diſcuſſa.Non exiſtimauit infra minus tẽpus,quàm anni cauſam poſſe cognoſci & terminari,vt traditur in d.cap.fin.& in d.l.properandum.Non eſt igitur credendum principem, qui cum tãta diſcuſsione & maturitate iſtam regulam ædidit, voluiſſe minorem metam apponere primæ inſtãtię,vbi res



res nouiter rudi,& vt ita dixerim,indigeſta materia, & non cognita, nec diſcuſſa ad iudicium deducitur, aſtringendo impetrantem quodammodo ad impoſsibile, quod eſt legi contrarium.in c.erit autem.iiij.diſtinct.l.j.§.his autem.vbi Bald.ff.de orig.iur.Lap.alleg.cj.Præſertim cum principem non latebat,ius ciuile exiſtimaſſe opus eſſe triennio. Comprobatur hoc, quia nõ dicitur intra dilationem fieri poſſe, quod commodè fieri nequit.Et ideo præſumẽdum eſt,principem eius intẽtionis fuiſſe, nolle dilationem taliter dare, vt commodè cauſa explicari nequeat:quia talis præſumitur intentio & mens principis in dubio qualis legis, vt not.in l.vniuerſa.C.de preci.imp.offer.& in c.j. de conſtitu.lib.vj. & in cap.ſi quando.& cap.ad hæc.de reſcript.facit pro hoc text.in dicto capitulo,cupiẽtes.in principio.& §.cæterum. in verſ.poſtquàm commodè.& ibi not.Domi.nam dilatio commenſurari debet ſecundum onus agendorum ad iudicium finiendum ſecundum commodum impetrantis.l.ſi ita relictum.§.penult.ff.de leg.ij.l.in fideicommiſsi.§.ſed cum Polidius.ff.de vſur.

Impetrantem ad impoſsibile aſtringere.

Dilatio quomodo commẽſurari debeat.

¶ Poſtremo, quia iſta regula loquitur de cauſa finienda, ſed cauſa non dicitur ante citationẽ.l.cauſas.C.de tranſact. & in clem.cauſam.de electio.& in cap.ex parte.de verborũ ſignific.Ergo inſtantia anni poſt citationem incipiet. Suadetur hoc per text.in l.fin.§.ſi autem.C.de iure deliberand. Vbi cum lex præſcripſiſſet terminum hæredi,à morte teſtatoris,ſuppleuit,& aditæ hæreditatis,& ſic longius cum non poſſet antea præſcribi hæredi.Et hoc expreſſe etiam notat Domin.in dicto capitulo,cupientes.in princip.in verſicul. petituri.& in verſicul.proſecuturi. Quæ omnia cum in caſu noſtro concurrant, concludendum eſt annum præfatum non à tempore impetrationis, ſed citationis numerari debere, quod videtur tenere Bald.in l.prima.in ſecunda colum.ff.ſi quis cautio.Et vt tollatur omnis dubitatio, pro iſta opin.videtur hic text.clarus ſi ponderetur.nam dicitur hîc,& infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, cauſamq; extunc deſuper infra annum, &c. pondera dictionem extunc, quæ ponit extremum à quo incipere debet annus, iuxta l.iiij.ff.de condi.& demon.Putarem tamen quòd ſi poſſeſſor ante vj.menſes citetur, non

debet impetrans expectare totum tempus ſex menſium,ſed
ſtatim facta citatione incipiet annus ad finiendam cauſam,
iuxta not.per gl.in verſ.commodè.in c.cupientes.de elect.
lib.vj.quam ibi not.Doct.

QVAESTIO SEXAGESIMANONA.

Impetrans, mortuo poſſeſſore,&c.

QVAERO, nunquid impetrans mortuo poſſeſſore iam
prius citato teneatur finire cauſam vſque ad ſenten-
tiam infra eundem annum contra ſucceſſorem
in beneficio:an verò debeat habere alium annum ad proſe-
quendum cauſam cum ſucceſſore?

¶SOLVTIO. Dicendum videtur impetrantem ad proſe-
cutionem cauſæ contra ſucceſſorem vſque ad ſententiã te-
neri,aliàs ceſsionarius poterit de regula excipere, quia iſta
regula eſt realis,& ad quem tranſit beneficium,tranſit exce
ptio regulæ.Nam iſto caſu perſona prædeceſſoris & ſucceſ-
ſoris reputatur eadẽ:ſicut ergo cum prędeceſſore teneretur
impetrans terminari facere cauſam infra annũ:ita cum iſto
ſucceſſore ad quem tranſit beneficiũ affectũ & litigioſum.

¶Suadetur iſta opinio,quia iſta regula non dicit,quòd im
petrans habeat ſententiam contra illum qui poſsidet,ſed
dicit indiſtinctè & abſolutè,quòd cauſam vſque ad ſenten-
tiam diffinitiuã incluſiuè proſequi teneatur,& ſic regula lo
quitur imperſonaliter:itaq; mors rei,vel renuntiatio nihil
impedit,quominus impetrãs hoc facere poſsit,iuxta l.pro-
perandum.§.ſin autem reus.C.de iudic. Maximè,quia regu
la iſta concernit publicam vtilitatem,vt patet ibi,vt impro
bi lites exquirentium motus reprimantur.Et ideo aſtringit
impetrantẽ,vt cauſam terminari faciat infra annũ,& hoc
factum eſt ad effectum ne impetrantes faciles ſint ad impe-
trandum,niſi cauſam iuſtam,& claram,& expedibilẽ vide-
rint,quæ ſine magna diſcuſsione terminari valeat,iuxta l.
continuus.§.cum ita.de verb.oblig.Et quia regula dat for-
mam,vt dictum eſt in alia quæſtione,debet adimpleri in for
ma ſpecifica.cap.cum dilecta.de reſcript.& c.cui de non ſa-
cerdotali.de præbend.lib.vj.

Regula dans formã, debet adimpleri in forma ſpecifica.

¶Breuiter iſtis non obſtan.Rota cõcluſit contrariũ in vna
Iſclana coram d.Iacobo Simonetta,vt refert d.Guliel.hic.
Ratio deciſionis fuit,quia regula iſta non loquitur,niſi de
poſſeſſore conuento,& contra illum quem citauit,regula
vult,



vult,quòd impetrans proſequi cauſam teneatur vſq; ad ſen
tentiam.de ſubrogato verò,ſeu ceſsionario nihil regula di
cit:ergo in eo regula non habebit locum.l.ſi ſeruum.§.non
dixit prætor.ff.de acquir.hære. Sed licet iſta opin.ſit Rotæ,
mihi tamẽ magis placet præcedẽs opi.non ſolũ ex motiuis
d.Guliel.ſed ex vna alia ratione,quia ex quo beneficiũ ceſ-
ſum tranſit litigioſum,intereſt ſubrogati,quòd impetrans
cauſam incœptam contra prædeceſſorem, cum eo proſequa
tur,ne ex ſua malitia commodum conſequatur,cõtra c.cum
qui.de præb.libr.vj.Sed quando impetrans ante finem anni
ceſsit in aliũ,quòd ille ceſsionarius non teneatur regulam
ſeruare, tenuit Rota, vt hic refert d. Guliel.qui videatur,
quia iſto caſu ceſſat fraus.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA.

Subrogatio gratioſe impetrata.

QVAERO, an regula iſta obſtet ſubrogationi gratioſè
impetratæ per tertiũ propter mortem vnius ex duo-
bus litigantibus,poſt cuius obitum alter colliti
gans,qui ſubrogationem tertij ignorabat decreto proceſ-
ſu per audientiam contradictarum contra omne intereſſe
putantes obtinuit ſententiam,vigore cuius poſtea poſſedit
per annum, & nunc dat de regula contra ſubrogatum ve-
nientem ad cauſam?

¶SOLVTIO. Hodie,quę eſt.xxvj.Nouemb.M.D.xxxv.co *
ram d.Silueſtro in vna Abulen.parochialis contigit iſte ca
ſus,& diuiſa fuerũt vota. Nam vna pars dicebat,quòd licet
collitigans ſuperſtes ignoraret ſubrogationem,tamen il-
la erat in cauſa,quòd lis durabat,quia ſubrogatus ſubintra
bat in locum collitigantis mortui,& vigore dictæ ſubroga
tionis eadem lis videbatur continuari,& in ea ſuſtineri:er-
go quo ad hoc nihil intererat , quòd collitigans ſuperſtes
ſubrogationẽ ignorauerit. Et ideo durãte dicta lite nõ po
terat alter collitigãs pacificè poſsidere,quia lis viuebat ad-
huc in perſonã ſubrogati,iuxta deciſ. Egid.dxlv.& Guliel.
in deciſ.j.vt lit pend.nec ſententia contra intereſſe putãtes
poterat pacificã poſſeſsionem producere: quia illa nõ præ-
iudicabat ſubrogato,nec etiam illa citatio contra intereſſe
putantes arctabat ipſum ſubrogatum , iuxta deciſ.xviij.de
dolo & cont.in no.ſic dicebant aliqui ex dominis.Præter-
ea,quia iſta regula requirit annum poſſeſsionis præcedere

impetrationé,vt patet in text.ergo poſſeſsio poſterior an-
nalis non nocebit impetrationi anteriori.

¶ Alia pars Dominorum tenebat contrarium,iſta ratione,
quia quo ad ipſum litigantem ſuperſtitem lis per ſenten-
tiam latam contra intereſſe putan. executioni mandatam
finita fuerat: nam mortuo collitigante alter collitigans ſu
perſtes ſequutus fuit viam iuris, videlicet, decerni facien-
do proceſſum contra intereſſe putan. docto prius de mor-
te collitigantis, vt eſt communis ſtylus: & illa via iuris ſibi
non nocere,ſed prodeſſe debet,& licet in locum præmor-
tui fuerit alius ſubrogatus,illa ſubrogatio ignorata nõ no
cet,donec ipſi litiganti præcedente citatione ad dicendum
contrà,intimata fuerit.Si verò interim habet ſententiã,quę
executioni mandata fuit,cuius vigore per annum poſtea pa
cificè poſſedit,non poteſt dici non eſſe pacificus,propter il-
lam ſubrogationé,cum lis(vt dictũ eſt)finita fuerit per ſen-
tentiam,iuxta deciſ.noſtram vulgaré x.in titulo,vt lit.pen.
in no. Et ita ſub dubio remãſit Rota.Mihi tamé magis pla-
cet prima opin.qua ſtante non obſtant ſecunda motiua.pri
mum non eſt verũ ſtante ſubrogato in iure,& lite:quia non
poteſt dici lis finita. Et licet poſſeſſori annali non noceat
ſubrogatio ſibi non intimata,minus debet nocere ipſi ſub-
rogato,cui non eſt præfixum à lege,vel ab homine aliquod
tempus ad intimãdũ,& ius ſuũ ſemper durat,& poteſt dedu-
ci hodie, quia lis nõ eſt finita,quo ad ipſum. Et certè caſus
iſte eſt diſputabilis. Et hodie,quæ eſt v. Iunij. M. D.xxxix.
iterum in vna Salamãtina canonicatus,& præb.fuit in Ro-
* ta propoſitus per R.P.D.Pet. Vortium caſus omnino ſimilis
illi,de cauſa Abulen.& tandé Domini cõcluſerũt dicta die
v.& xx.eiuſdem menſis Iunij,poſt plures informationes &

*Subrogato an obſtet regula in forma gratioſa.*

propoſitiones,quòd ſubrogato in forma gratioſa non ob-
ſtaret iſta regula,ex eo, quia ſtatim talis ſubrogatio ſubin-
trabat in locũ mortui litigãti,per quam videbatur lis in eo
ſtatu manu teneri: & ſic poſſeſsio annalis non poterat eſſe
pacifica ſtante ſubrogatione gratioſa:ſecus verò ſi ſubroga
tio gratioſa non fuiſſet,ſed mandatũ de ſubrogãdo:nam ta
li caſu ſi illud mandatũ Auditori non præſentetur,& in effe
ctu ſubroget,non dicetur impedire iſtam regulam:& idem
eſt in eo,cui conceſſum fuit,quòd literas expedire poſſet in
vim



vim gratioſæ ſubrogationis. Nam ſi antequam expediat,ce
dat in alium ius ſuum poſt annum,ille reſignatarius poteſt
literas expedire ſub eadé data,& ſufficit,& ſtabit illi reſigna
tario iſta regula.Quod eſt verũ quando reſignatarius expe-
dierit literas ante ſententiam executioni mandatã. Secus ſi
pòſt,quia tunc obſtabit regula,prout in dicto caſu conti-
git,vbi Ludouicus de Torres,ſe in locũ cuiuſdam Ioan.Lo-
pez ſe ſubrogauit cum clauſula,& quòd literæ in forma gra
tioſa expediri poſſent: & antequam Garzias Roderici ſu-
perſtes collitigãs ſententiã cõtra intereſſe putan.obtineret,
d.Ludouicus ſolam ſupplicationem ſubrogãti in actis pro-
duxit per aſſertum procuratoré, deinde Garzias obtinuit
ſententiam cõtra intereſſe putan.& poſſeſsioné continua-
uit per annum pacificè d.Ludouicus,poſtea ius ſuum literis
non expeditis,in fauorem Franciſci ceſsit,& ille etiã literis
non confectis,etiã in fauoré Andreæ Lopez,& Andreas in
fauorem Alphonſi Diaz,qui poſtea literas nomine dicti Lu
douici primi cedentis ſub eadé data expediuit in forma gra
tioſæ ſubrogationis,& venit ad cauſam contra dictũ Gar-
ziam,qui habuerat ſententiã contra intereſſe putan.& eius
executioné.Tandé Rota in iſto diſcurſu q.voluit dicto tem *
pore. Et iterum de hoc menſe Decembri M.D.xxxix.quòd
dicto ſubrogato obſtaret regula,non obſtan. bulla ſubro-
gationis in forma gratioſa ſubrogationis ſub data primæ
ſupplicationis Ludouici expedita,& nouiter producta.ex
quo Ludouicus primus ſubrogatus,qui ſciebat,vel ſcire prę
ſumebatur litem inter dictũ Garziam,& d. Ioan. Lopez de-
functum,debuit menté ſuam declarare, nunquid ſubroga-
tione gratioſa vti vellet,ex quo ſupplicatio illi facultaté da
bat expediendi literas ſi vellet:vnde ex quo hoc non decla-
rauit,ſed literis non confectis renuntiauit,in fauoré dicti
Franciſci de Gumiel,& ille in aliũ,& alius in alium,ille vlti
mus tardè venerat poſt ſententiam executioni mandatam,
& ideo declarare per expeditionem bullæ menté d. Ludoui
ci nõ poterat,qui iam per ceſſationé reputabatur mortuus. *
Et eodem modo de hoc menſe Decẽbri M.D.xxxix.tenuit
Rota in vna Gerũden.beneficij de Pineda,vbi voluit,quòd
Archangelus in qué Antiquus Piquer ceſſerat,lite pendẽte,
inter dictũ Antiquũ,& ipſum Archãgelũ,& quendã alium

Baldirium Auigno excipere de iſta regula poſſet, ſi poſt ceſſionem per annũ pacificè poſſedit, nõ obſtãte, quòd lis non fuerit extincta in ceſsione quam fecit d. Antiquus actor, quo ad Baldiriũ: quia ſufficit, quòd inter Archangelũ, & Baldirium nõ eſſet iuriſdictio, neq; lis, licet inter Antiquũ actorem, Archangelũ, & Baldiriũ lis eſſet, ex quo antiquus ambos citari fecerat, iuxta vulg. deciſ. de reſcrip. in no. Et hoc procedit etiam ſi Archangelus fuiſſet gratioſe ſubrogatus, dummodo literas non expediret, quia tũc ſecus propter deciſ. d. Galiel. primam, vt lite pendente. Nam per expeditionem literarum videtur mentem ſuam declarare, & vti velle ſubrogatione gratioſa, quæ ſtatim habet effectum, ſed ante expeditionem non poteſt conſtare de eius mente, cum poſſet non vti ſubrogatione, ſed fortè gratia ſi neutri: quia omnes iſtæ viæ in ſupplicatione conceduntur.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAPRIMA.

Impetrans impeditus.

QVAERO, an impetranti impedito currant tempora iſtius regulæ?

¶SOLVTIO. Si impedimentũ iuſtũ eſt, tẽpora non currere nemo dubitat. l. j. in fi. C. de anna. quia illud tẽpus impedimẽti de medio ſubducitur, & reliquũ tẽpus cõputabitur, vt in c. auditis. c. cũ nobis. & c. de quarta. de præſcri. & iſta eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Iaſ. in §. rurſus. col. xv. & xvj. inſtit. de act. Et hoc putarẽ verũ, niſi hoc impedimentum actor per prorogationẽ temporis tollere poterat: quia (vt quotidie experimur) Papa nũquam ſolet prorogationẽ iſtius regulæ denegare: vbi verò impetrãs prorogationẽ habere non potuit, prædicta procedent, ſuper quo videndũ eſt latè per Moder. in tract. præſcrip. in prima parte vj. partis princip. verſ. vigeſimusſecundus caſus. vbi lõgo verborũ apparatu omnia impedimentorũ genera proſequũtur, quæ nõ attinet hic recenſere breuitati ſtudens. Sed nunquid ſaltem impetrans proteſtari debuit, quòd per ipſum non ſtetit cauſam ſuam proſequi infra annũ hîc deſignatum, dicetur inferius in alia quæſtione, & dicam etiam latius de hoc in regula de triennali. in lvij. quæſt. nam vtrobique caſus accidit.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASECVNDA.

Impetrãti qñ ſubducunẽ tẽpora.

QVAERO, an quãdo ſubducuntur tẽpora impetrãti cõputẽtur dies feriati, quibus impetrãs agere nõ potuit?

¶SOLV



¶SOLVTIO. Rota in cauſa Hiſpalen. Scholaſtriæ corã d. Aragona de mẽſe Octob. M. D. xxxiij. cõcluſit, tẽpora feriarum non ſubduci, ſed in tẽpore dato cõputari debere. Pro cuius deciſ. inter cætera eſt tex. in l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſ. maior. vbi tex. aſsignat rationẽ huius deciſ. quia proſpicere debuit actor ne in huiuſmodi ferias incideret. Et hoc de plano procedit in ferijs ſolennibus & ordinarijs. Secus verò eſſet in ferijs repentinis, quia illas actor præuidere non potuit. Et propterea in illis ceſſat ratio. d. §. ſi feriæ. Hinc eſt quòd terminus datus per legem ad accuſandũ, vel agendũ, dicitur in dubio perẽptorius, etiã ſi non dicatur: ratio poteſt colligi ex prædictis, quia eſt quid imputandũ actori, quare prius quàm ageret non proſpexit omnia, arg. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Sed ſi terminus ad proſequendã cauſam, vel audiendã ſentẽtiã, vel ſimilia pręfigeretur à iudice, quia hoc pars proſpicere non poterat, cum non dependeret ex facto proprio, ſed præter ſpem accidit, vt dicitur in l. ſi quando. de dilat. & tunc terminus non præſumitur perẽptorius. Ita dicit Salyc. in l. ſi ea. col. pen. C. qui accuſ. ſequitur Fely. in c. cauſam quæ. in ij. col. de reſcr.

* Dies feriati.

Terminus datus per legẽ.

QVAESTIO SEPTVAGESIMATERTIA.

Dies feriati.

QVAERO, nunquid in anno iſtius regulæ ad proſequendum cauſam computentur dies feriati, an verò tantum vtiles?

¶SOLVTIO. In iſto articulo pugnat æquitas non ſcripta cum iure ſcripto. Quia licet videatur æquum & rationabile, quòd tempus iſtius anni vtiliter cõputari deberet, id eſt, ex illis diebus, quibus qui vtiles ſunt ad agẽdum & proſequendum cauſam, ea ratione, quia dies feriati inutiles & prohibiti ſunt ad iudicia pertractanda: nihilominus iura contrarium voluerunt. Nam lex voluit, quòd quando aliqua diſpoſitio ſimpliciter de tempore mentionem facit, debet intelligi de continuo, iſta eſt gl. ordinaria, quæ ad hoc ſolet cõmuniter allegari in rubrica. ff. de diuer. & tẽp. præſcrip. quam ſequitur Abb. in c. fi. de elect. Et in c. ad apoſtolicam. in penul. col. de reg. vbi per hoc dicit, quòd annus profeſsionis, de quo ille text. loquitur, de continuo, & non interpollato intelligi debet, pro quo alleg. Bartolum in l. interdum. §. quoties. de publican. cum multis concord. vt in

Diſp. de tẽpore mẽtionẽ faciens.

propo

propoſito ſcribit Lapus alleg.xlvij.qui plura iura adducit, & idem quod Abb.in d.cap.ad apoſtolicam, cõcludit etiam Iaſ.in l.contra maiores.in ij.col.C.de inoffic.teſtam.

¶ Et hoc maximè procedit, vbi odium conſideratur, prout hîc, quia tali caſu, vt dicit Bald.in l.non ſolum.in princ.ff. de excuſ.tut.in odioſi præiudicium tempus debet eſſe continuum, & hoc conueniens videtur in caſu iſtius regulæ, vt impetrantes ab huiuſmodi litibus citius ſe expediant. pro qua opinione quamplura Doctorum dicta congerit And. Sicul.in conſil.incip.clementiſsimi Dei.poſitum inter conſilia Alexan.in iiij.volum.eius conſil.vltimo.col.j.

¶ Sed vt multa, quæ hincinde dici poſſent, ſub breuitatis compendio concordentur, in iſta materia poſſunt notabiliter caſus omnes diſtingui, ex his, quæ dicit Bald.in conſil. lxxj.incip.quãdo tempus.in iij.volum.videlicet, quòd tempus dicatur continuum, quo ad ea, quæ ſine iudice pro tribunali ſedente fieri poſſunt. Sed quo ad ea, quæ ſine iudice fieri non poſſunt, tempus dicitur vtile: quam quidem diſtinctionem Bald.ibidem per bona iura probat, pro quibus videnda ſunt etiam quæ ſcribit idem Bald.in l. Aemilius.col.j. ff.de minor.& in l.veteranis.C.quando prouoc.non eſt neceſſ. Sic itaque circa primam & ſecundam partem iſtius regulæ tempus erit continuum: quia ad iudicem pro tribunali ſedentẽ tempora illa non pertinent, & ideo in dictis temporibus ſex menſium ad citandum poſſeſſorem, & in anno hîc ad proſequendum cauſam præfixo dies feriati & non feriati computabuntur. Sed circa tertiam partẽ regulæ tempus dicitur vtile, quia per partem non ſtat: pro quibus faciunt ea, quæ dixi in §.rurſus num.32.de action.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVARTA.

Impetrãs nunquid excuſetur à pœna, &c.

QVAERO, nunquid impetrãs excuſetur à pœna, de qua in vltima parte iſtius regulæ, ſi terminos omnes in petitorio non ſeruauit, vſque ad commiſsionem poſſeſſorij per partẽ aduerſam factam, ſed ſufficiat poſt dictam commiſsionem, ante tamen ſuſpenſionem petitorij reliquos terminos ſeruare?

¶ SOLVTIO. Hæc quæſtio in Rota per plures dies procuratorum & aduocatorũ informationibus coram dom.Nicolao Aragona in cauſa Hiſpalen.Scholaſtriæ ventilata fuit, tandem



tandem hodie xx.Octobr. M. D. xxxiij.deciſa fuit, in qua omnes Domini, duobus exceptis, in dicta cauſa concluſerunt, ſufficit tempore ſuſpenſionis petitorij impetrantem omnes terminos ſuper petitorio (cuius proſecutionem requirit iſta regula, vt dictum fuit ſuperius in alia q.) ſeruare, quia tunc clarè apparebit per eum non ſtetiſſe, quominus cauſam vſque ad ſententiam infra annum proſequutus fuerit. Ratio iſtius deciſ.fuit: quia licet ante commiſsionem cauſæ poſſeſſorij termini omnes ſeruati non fuerint, ſed aliqui, ille defectus poſt dictam cõmiſsionem, dummodo ante petitorij ſuſpenſionem, ſuppleri poteſt: quia illa poſſeſſorij commiſsio ante petitorij ſuſpenſionem auditori iuriſdictionem ſuper petitorio non auferebat, & ideo impedire non poterat impetrantem, quominus reliquos terminos poſtea ſeruare poſſet, cum auditores in proſequendo ordinarij dicantur, iuxta not.in clem.auditor.de reſcript.vt dixi latè in cap.j.eod.tit.lib.vj. Donec igitur aut per cõmiſsionem expreſsè, aut per partem petitorium ſuſpendatur, acta facta ſuper petitorio valent, quia tunc videtur pars vti commiſsione poſſeſſorij, quãdo petitorium ſuſpendit.arg. not.in cap.vt debitus.de appel.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVINTA.

Impetrãs ſi per iudicem ſtat, &c.

QVAERO, nunquid ſi per iudicem ſtat quominus impetrans cauſam terminare poſsit per ſententiam infra annum, teneatur impetrans de neceſsitate proteſtari iudici per ipſum non ſtare quominus cauſam proſequatur, quo ad hoc vt excuſetur?

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio ſæpe per aduocatos diſputata fuit in præallegata cauſa Hiſpalen. Scholaſtriæ. Et certè ſi oſtentationẽ doctrinæ quærimus, hic articulus varias habet pro vtraque parte conſiderationes, totidem fortaſsis, quot opin.reperiuntur: ſed quia moris mei nõ eſt, vt Scholaſtici obſeruãt, argumentorum philaterijs tempus terere, maximè in tanta temporis penuria, qua per iſta publica officia premor: ideo breuiter medullam & deciſionis veritatem complectar, multa labore meo addens. Rota igitur coram domino Nicolao Aragona, poſt varios cõflictus vnanimiter concluſit de menſe Octobr.M. D. xxxiij.proteſtationem hoc caſu neceſſariam eſſe, ad effectum, vt impetrans

à pro

à proſecutione cauſæ infra annum facienda excuſetur. Quæ quidem Dominorum deciſio principaliter in gl. c. plerunque. de reſcrip. & in gl. cap. fin. de appel. fundatur, quæ gloſ. de impedimento proueniente ex parte iudicis loquuntur, & neceſſariam eſſe proteſtationē concludunt. & iſta eſt cōmunis opin. vt atteſtatur Philip. Franc. in c. ex ratione. maximè in viij. col. & in cap. fin. de appel. & Ang. in l. ij. §. dies. in fin. iij col. ff. eod. tit. Et cum iſta opin. tranſeunt communiter Doctores in cap. cupientes. §. quòd ſi per viginti. poſt gl. ibi. verſic. propoſita. de elect. lib. vj. quam Fely. in cap. ex tranſmiſſa. in ij. col. de præſcrip. & in ſexcentis alijs locis ſequitur, & cum ea tranſeunt Alex. & Moder. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudic. & idem tenet Alexan. in conſil. cxiiij. lib. v.

Proteſtatio neceſſaria.

¶ Et licet aliqui Doct. tenuerunt contrarium, prout Abb. in d. cap. plerunque. & in cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. Et Aret. in conſil. clxij. incip. verum eſt. & alij plures quos Iaſ. & Moder. in d. l. properandum. cumulant: volentes, proteſtationem potius requiri de conſilio quàm de neceſsitate: nihilominus illa opin. non eſt vera, ſed cōmunis eſt in contrarium, pro qua Moderni Auinionen. in tracta. peſtis. fol. xxviij. q. vj. Et Moderni Bononien. in eodem legali tract. peſtis. fol. xv. c. iij. & latius quidam Iacobus Florius de Vino in reper. l. ſi quos. C. de offic. præfect. præt. orien. plura cumulant, quæ ibi videri poſſunt. Et, vt ibi vnico verbo omnibus contrarijs dictis reſpondeatur, dico, quòd motiua opinionis contrariæ procedunt, quando per iudicem non ſtetit quominus impetrans cauſam proſequeretur: ſecus ſi per illum ſtetit, vt hîc: vel ſecūdo argumenta cōtraria procedunt in proteſtationibus extraiudicialibus, vel quādo cum proteſtatione aderat probatio impedimēti, vt declarat Decius in d. cap. fin. de appel. Secus verò vbi de impedimento aliter non conſtabat: nam tunc proteſtatio requiritur, vt eſt text. quem ibi ad hoc in ij. col. pōderat Io. de Platea in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. & iſta opin. tenenda eſt.

## QVAESTIO SEPTVAGESIMASEXTA.

Impetrās impeditus.

QVAERO, nunquid ſi impetrans impeditus fuit cauſam proſequi infra annum loco proteſtationis, ſufficiat illi impedimentum probare?

¶ Sol



¶ SOLVTIO. Quibuſdam aduocatis in cauſa Hiſpalen. Scholaſtriæ, pro parte Franciſci epiſcopi Balneoregien. videbatur quòd non, ex eo, quia iura requirētia proteſtationem, cenſentur formam tradere: vbi verò eſt forma, debet illa ad vnguem obſeruari, nec illi per æquipollens ſatisfit, vt dicit Bald. in l. ſi inſtitor. ff. ſi cert. pet. cum vulg. & ſuper hoc multum aduocati exaltabant vocem ſuam.

Proteſtatio.

Forma vbi eſt, debet ad vnguem obſeruari.

¶ In contrarium allegabant alij aduocati: quia vbi habetur finis ad quem inducta eſt proteſtatio fine ſeruato nō curatur de ea. arg. clem. cauſam. de elect. vbi licet pro forma in caſu illius text. intimatio requiratur, vbi tamen pars habet notitiā: quia ad illum finem intimatio introducta fuit, ſufficit, vt ibi dicitur. facit l. ſi mater. de inſtit. & ſubſtit. vbi in formalibus non refert quid ex æquipollentibus fiat. Adde text. & quod ibi not. Felyn. & Deci. in cap. quoniam. de probat. vbi per illum text. volunt, poſt S. Thom. quòd licet ieiunium ſit de præcepto, vbi tamen finis ieiunij ſeruatur, non peccaret non ieiunans. Et in caſu iſto prædicta à fortiori procedunt: quia proteſtatio in caſu præmiſſo non eſt inducta pro forma, vt aduerſarij dicebant, quia hoc iure non cauetur.

Finis vbi habetur.

¶ Tandem diſcuſſo negotio, Rota, quæ (omiſsis argumentis, & apicibus iuris) ſolet ſemper veritatem & effectum rei attendere, de menſe Octob. M. D. xxxiij. ſecuta eſt vltimam opinionem, tanquam æquitati magis proximam: nam Rota non vult habere niſi veritatem rei. Nam ſufficit Rotæ de impedimento legitimo conſtare abſque alia proteſtatione, quæ ad illum tantū effectum inducta fuit, vt conſtaret per iudicem extitiſſe, quominus impetrans cauſam proſequeretur: qui quidem effectus æque, ac per proteſtationem haberi poteſt: ideo proteſtatio non eſt neceſſaria, ſed debet eſſe per probationes, pro qua opin. faciunt ea, quæ latè tradit Decius in l. in omnibus cauſis. la ſecunda. num. 10. ff. de reg. iur. vbi hoc notabiliter probat. *

## QVAESTIO SEPTVAGESIMASEPTIMA.

QVAERO, nunquid annus poſſeſsionis, de quo loquitur iſta regula, debeat eſſe continuus, an ſufficiat eſſe interpollatum. Exempli gratia: poſſedi per ſex menſes pacificè, deinde ſpoliatus fui, vel alio modo poſſeſſionem

Annus poſſeſſionis nūquid debeat eſſe cōtinuus.

ſionem per quatuor, vel quinque, vel plures menſes perdidi: quam mox, vel per menſem poſtea recuperaui, & continuaui per alios ſex menſes: An iſta poſſeſsio annalis iſto modo per interpollationem temporis cõtinuata, ſufficiat ad producendam exceptionem regulæ?

Poſſeſsio interpollata.

¶ SOLVTIO. Ioan. Aloiſius Tuſcanus Mediolanen. quondam inſignis Doctor conſuluit huiuſmodi poſſeſsionem interpollatam non ſufficere, vt patet lib. j. conſiliorum ſuorum. fol. xxvij. cuius opin. poteſt ſuaderi ex dictis gloſ. in rubric. ff. de perpet. & temp. præſcript. quæ voluit tempus in dubio de continuo non interpollato intelligi debere, vt ſuperius in alia quæſtione dixi, & probat latè Andr. Sicul. in conſ. vltimo. poſito in fin. conſil. Alex. in iiij. volum. & dixi in §. rurſus. num. 32. inſtit. de act. Sed tempus iſtius poſſeſſionis non eſt continuum. igitur, &c. Facit etiam pro hoc, quia iſta poſſeſsio annalis videtur interrupta per poſſeſsionem mediam: ergo non debet prodeſſe. l. naturaliter. & l. ſi quis pro emptore. §. ſi quis. & l. cũ qui. §. ſi autẽ. ff. de vſucap.

¶ Pro contraria parte adduci poteſt, quòd iſta regula eſt inducta in fauorem poſſeſſoris, quo caſu quando conſtitutio eſt fauorabilis alicui, tempus non interpretatur continuum, ſed ſufficit interpollatum. ita dicit Bald. in l. non ſolum. in princip. per illum text. ff. de excuſ. tut. facit gloſ. in l. iij. §. minorem. ff. de minor. pro quo allego text. in l. Paulus. §. Gaius. ff. de libe. cauſ. quem ad hoc pro ſingulari Angel. inducit in repet. l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & ad hoc eſt notabilis deciſ. Arch. in c. ſi frater. xvj. q. j. col. iij. & iſtam deciſ. ſequitur Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus eſſẽm. col. fi. ff. de verbor. oblig. cum alijs cõcor. quæ ſcribit Decius in l. ſi idem. in ij. & iij. col. ff. de iur. om. iudic. Et ita limitatur gl. in dicta rubrica. ff. de temp. & perpet. præſcript.

¶ Præterea quia tempus primum poſſeſsionis accedit alteri poſſeſsioni, & iſtæ poſſeſsiones interpollatæ cõiungunt, vt faciant vnum corpus, vt dicit Bald. in conſil. clix. incip. ſuper eo quod quæritur. col. fin. lib. iij.

Ann⁹ integer, non interpellatus.

¶ Breuiter pro prima opin. pro qua videtur militare æquitas, faciunt ea, quæ dicit Domin. poſt Archi. & Io. Andr. in cap. j. de vit. & honeſt. cler. in j. col. vbi dicunt per illũ text. ꝙ integer annus non interpollatus requiritur quo ad hoc, vt ali



vt aliquis in pœnam incidat. Sed in caſu noſtro ſi poſſeſſor excipiens de iſta regula non eſt poſſeſſor continuus, ſed interpollatus, impetrans non incideret in pœnas iſtius regulæ: ergo requiritur, quòd ſit talis poſſeſsio per annum continuata. Et pro iſta parte pondero iſtam regulam, quæ requirit annum immediatè præcedẽtem. Ergo interpollatus annus non ſufficiet: quia annus interpollatus non eſt immediatus, ſed mediatus. Et dicam in regula de triẽnali, & vide quæ dixi ſuprà quæſt. lix.

### QVAESTIO SEPTVAGESIMAOCTAVA.

QVAERO, quomodo intelligantur iſta verba regulæ, videlicet, & quæcunque inde ſecuta, nullius exiſtant firmitatis, &c.

¶ SOLVTIO. Iſta verba diuerſis temporibus, ac etiã ſub diuerſis regulis bis in Rota diſcuſſa fuerunt, videlicet, ſuper regula de publicandis reſignationibus. j. eod. & ſuper regula Clementis reuocatoria facultatum conclauiſtarũ. in quibus eadem verba, prout hîc ſcripta reperiũtur. Et dum hoc dubium propoſitum fuerat, variȩ dominorũ ſentẽtiæ exortæ fuerunt. Nam quidam dicebãt ſub illis verbis, & inde ſecuta, &c. nouas prouiſiones, gratias ſi neutri, acceſſus, & regreſſus, poſſeſsionem etiam vigore dictȩ impetrationis captam, comprehẽdi, quod hac ratione probabant. In primis, quia, vt ex text. apparet, impetratio principalis hîc annullatur: ergo in neceſſariam conſequentiam acceſſoria omnia ad impetrationem etiam debent eſſe nulla, quia vulgata eſt iuris regula, quòd principali annullato omnia, quæ ſequuntur ex illo corruunt, vt in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & l. fi. ff. de conſti. pec. Et ideo non ſine myſterio Papa hic vniuerſalibus verbis vſus fuit, videlicet, quæcunq; inde ſecuta, quæ de ſui natura prædicta omnia includunt, quæ ſpecialiter non reperiũtur excepta. cap. ſolitæ. de ma. & obe. l. Iulianus. ff. de leg. iij. cum ſimilibus. ¶ Alij Domini totum oppoſitum tenebãt, videlicet, ſub prædictis verbis nouas prouiſiones, nec regreſſus, aut huiuſmodi ſimilia comprehẽdi, quod ita ſuadebãt. Quia regula iſta ſecundũ communem curialium intellectum diuiditur in duas principales partes, & quælibet pars ſecũdum qualitatẽ delicti cõtinet etiam ſuas & diuerſas pœnas. Prima enim pars regulæ imponit impe-

Impetratio principalis.

Hęc regula diuiditur ĩ duas partes.

tranti tria requiſita per illum obſeruanda.Primũ,quòd nomen,gradum,& nobilitatẽ poſſeſſoris,& cauſam quare poſſeſſori in beneficio ſic poſſeſſo nullum ius nõ competat,in impetratione exprimat.Secundum requiſitum,quòd impetrans poſſeſſorem ipſum infra ſex menſes ad iudicium euocari faciat.Tertium requiſitum,quòd cauſam deſuper infra annum vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam incluſiuè proſequi debeat & teneatur.Iſta ſunt tria requiſita,quæ ſi in ſua impetratione impetrans non ſeruauerit,ſed negligenter omiſerit, tres pœnæ illi infligũtur.Prima pœna,quòd impetratio erit nulla , & iſta pœna imponitur etiam de iure communi non obſeruanti formã,vt patet in c.cum dilecta.de reſcrip. Secunda pœna,quòd quæcunq; inde ſecuta, ſunt etiã nulla. Tertia pœna,quòd ipſe impetrãs in damnis,& intereſſe poſſeſſori tenebitur.Iſta eſt prima pars regulæ,quæ nullã mentionem facit de noua prouiſione , neque de gratia ſi neutri, nec de regreſſu,aut alijs ſuperius enarratis , ſed de iſtis tanquàm de rebus diuerſis in ſecunda parte regulæ fit mentio, quæ quidem ſecũda pars regulæ tres alias pœnas grauiores continet,quæ imponuntur impetranti non ex eo,quia non ſeruauit requiſita regulæ,ſed quia per litis euentum cõſtitit illum nullum ius habuiſſe,ſed perperàm, iniuſtè,& de facto poſſeſſorem moleſtaſſe, & ſi improbum litigatorem eſſe,& propterea tanquam hominem lites iniuſtas exquirentẽ dictis tribus pœnis punitur, quæ commodum reipublicæ concernunt. Nam illæ tres primæ pœnæ in prima parte regulæ poſitæ priuatum ipſius poſſeſſoris cõmodum reſpiciunt.Et ideo impetrãs in ſecũda parte regulæ grauius punitur,quia magis offendit poſſeſſorẽ , & rempub.quàm in prima parte regulæ.Nam magis poſſeſſorem moleſtaſſe dicitur,qui iudicium indebitè vſq; ad finẽ proſequitur,malitioſe ſeruando regulam,ad effectũ,vt illum maioribus moleſtijs & impenſis afficiat,quàm ille,qui non ſeruata forma regulæ,ſtatim deſiſtit,prout in prima parte regulę,quod ſuaderi videtur ex l.ſi quis legatum.& l.qui falſum.ff.de falſ.& l.damus. C.eod.tit.ex quibus Bart.in d.l.ſi quis.poſt Dy.notabiliter dicit,quòd ſi notarius falſans ſcripturã deduxit eam in verã exiſtentiam teſtamẽti,cum debitis ſolennitatibus, tunc notarius tenetur pœna falſi ; quod non eſſet ſi nõ ad vltimum

Poſſeſſorẽ moleſtare.

Notarius falſans ſcripturam.

pro



proſequeretur , vt ibi per eos.In prima igitur parte regulæ impetrãs peccans in forma regulæ in minori diſcrimine cõſtituit poſſeſſorem, quàm quando eam ſeruat , & iudicium proſequitur vſque ad ſentẽtiam,per quam impetrans,vt iniuſtus & improbus litigator cõuincitur.Meritò regula iſta in ſecũda parte,quæ incipit ibi, Et ſi poſſeſſorem ipſum &c. diſponit,quòd ſi impetrans per iudicẽ repertus fuerit annalem poſſeſſorem iniuſtè ac indebitè moleſtaſſe , tribus alijs pœnis caſtigetur.Prima pœna eſt,quòd quinquaginta florenos auri cameræ apoſtolicę perſoluere tenetur.Secũda pœna eſt,quòd impetrãti nullus alius quàm præmiſſæ vacationis modus,etiam per literas ſi neutri,aut ſubrogationis,vel aliàs,ſibi quo ad hoc,vt huiuſmodi beneficium ea vice conſequi,vel obtinere valeat, quomodolibet ſuffragetur. Tertia pœna eſt , quòd beneficium in antea nullatenus litigioſum cẽſetur.Dicebant igitur Domini,ecce,quòd in hac ſecunda parte regulæ fit mẽtio de literis ſi neutri,& ſubrogationis,quæ nouæ prouiſiones ſunt , vt dicit quædã deciſ.xj. vt lit.pend.in no.& diſponit, quòd nullatenus ſuffragẽtur. certe ſi iſtę gratię acceſſorię,ſuperius ſub verbis illis,& quęcunque inde ſecuta &c.comprehẽſa cum principali impetratione,annullatæ fuiſſent,fruſtrà in hac ſecunda parte regulę diuerſa à prima annullarẽtur.Nam ſi eſſent iam nullę,verba in ſecũda parte regulæ poſita , quo ad hoc vana & penitus fruſtratoria eſſent : quia illud quod iam nullum eſt,non poteſt amplius annullari,neq; mortuus iterum occidi, quia priuatio præſupponit habitũ.c.ad diſſoluendũ.de deſpon. impub.& l.decem.ff.de verb.oblig.vt igitur iſta cõcordentur,eſt neceſſarium dicere,quòd ſub prædictis verbis , quæcunq; inde ſecuta,&c.nouæ prouiſiones , neq; alia ſuperius enarrata cõprehendantur.Et iſta opin.poſt varias iuris informationes,& dominorum propoſitiones , & diſputationes præualuit.Nam in vna Salamãtina parochiali de Teiada de anno M.D.XXXVII.coram R.D.Io.Mohedano cum diſcuterẽtur hæc eadẽ verba , & inde ſecuta &c.poſita in regula de publicãdis reſignationib.Rota cõcluſit ſub verbis dictæ regulæ nouã prouiſionẽ non comprehendi. Et idem Rota tenuit in vna Abulen. beneficiorum coram me ix. Decemb.M.D.XXXVIII.pro Antonio Palenzuela contra

Nullum quod eſt,non poteſt amplì annullari.

Alphonſum Garillo. Nam voluerunt domini regulam Clementis VII. reuocatoriā facultatis conclauiſtarū, quæ continet etiā prædicta verba inde ſecuta &c. non comprehendere nouam prouiſionē. Moti inter alia per conſil. Rom. cccc. xxxiij. qui voluit, quòd noua prouiſio ſuppleat diligentiam ad regulam de publicādis: quæ quidem noua prouiſio ſi per dicta verba, & inde ſecuta &c. poſita in dicta regula de publicandis, annullata fuiſſet, non induceret illum effectum. Hæc etiā opinio alia ratione adiuuabatur, quia noua prouiſio nihil aliud eſt, quàm quædā antiqui iuris cōfirmatio: & clarū eſt, quòd in generali reuocatione nō venit actus confirmatus, vt not. gl. in verbo, pacta. in clem. dudū. §. nos et. enim. de ſepult. cum concord. de quibus per Fely. in c. conſtitutus. in iij. col. de reſcript. Et quia etiam noua prouiſio eſt quædam mixta prouiſio, & tamē in odioſis ſub ſimplicibus, caſus mixtus non comprehēditur, vt traditur communiter per Doct. in l. ij. ff. de verb. oblig. Et ita etiam prædicta verba, & inde ſecuta, & cætera acceſſus, nec regreſſus cōprehendere, tenuit Rota in vna Bergomen. canonicatus, & præb. * coram Dom. Petra ſancta, vt annotauit D. Ioan. Baptiſta de Senis, quondam conſiſtorianus aduocatus in quibuſdā ſuis notis cauſarum, aſſerens ſe ita obtinuiſſe. De quibus meminit Do. Iacob. de Nigris, vir certe illa ætate curioſiſsimus, & etiā conſiſtorij aduocatus, in quadā apoſtilla ſua ad iſtam regulam, & ita inuenio hæc Reuerend. bon. me. Laurētium Cardinalem Sanctorū Quatuor in memorialibus ſuis adnotaſſe, de quibus etiam idem Iacob. meminit. Et ratio prędictæ deciſionis fuit, quia acceſſus & regreſſus nullo pacto ſub dictis verbis, & inde ſequuta &c. poterant comprehēdi: quia non ſunt principaliter gratiæ acceſſoriæ, nec in conſequentiam neceſſariam ab alia dependētes, ſed faciunt caput de per ſe, vt principales: & ideo ſub inde ſecutis comprehendi non debent. ¶ Non obſtant modo ea, quæ ſuperius pro contraria parte dicebantur, videlicet, quòd nouæ prouiſiones gratiæ ſi neutri, ſubrogationes, & ſimilia, ſint gratię dependētes ab impetratione principali, quam præſupponūt, vt neceſſarium antecedens, vt dicit Gloſſator ſuper regula lxij. col. iij. & ideo annullata impetratione principali acceſſoriæ gratiæ corruere debent: quia reſpondebatur, quòd licet

Actus confirmatus.

Nouæ prouiſiones gratiæ ſi neutri.



cet verum ſit, quòd noua prouiſio, & prædictæ gratiæ præſupponant aliquē titulum, tanquam principale antecedens præcedere: nō propterea ſequitur, quòd annullato principali corruat acceſſorium, & in primis hoc oſtenditur in noua prouiſione, quæ cōmuniter ſecundū ſtylū impetratur, quando gratia principalis eſt nulla. Nam verba nouæ prouiſionis hæc ſunt: Beatiſsime Pater, quia Orator dubitat gratiā ſibi factā viribus non ſubſiſtere, ſupplicat igitur &c. Ecce ergo, ꝙ non eſt verū iſto caſu, quòd annullata principali gratia, noua prouiſio tāquam acceſſoria corruat, imò illa ſubſiſtit, & in illa principalis gratia, quæ nulla erat ſuſtentatur, pręſertim, quia illa iuris regula, ꝙ annullato principali corruit acceſſoriū, vltra plures limitationes, quæ à doctoribus in c. acceſſoriū. de reg. iuris. lib. vj. & in locis vulg. tradūtur, habet vnā limitationē, quam ponit Bart. in l. ita ſtipulatus. in xij. oppo. de verb. oblig. quæ facit multū ad propoſitū, videlicet, quòd illud procedit quādo eſt eadem ratio, ſecus verò vbi diuerſa ratio cōcurrit, quia tunc annullato principali acceſſoriū nō reſcinditur, quod dictū Bart. latè cōprobat, & ſequitur Decius in d. l. cum principalis. ff. de regu. iur. ſed in caſu noſtro eſt longè diuerſa ratio inter nouā prouiſionem gratiā ſi neutri, ſubrogationis acceſſum, & regreſſus, reſpectu ipſius gratiæ, ſiue impetrationis principalis, vt ſuperius oſtenſum fuit: igitur annullata impetratione, gratiæ acceſſoriæ prædictæ nō reſcindētur. Maximè, quia illa iuris conſideratio, videlicet, ꝙ actu principali annullato corruit acceſſoriū &c. procedit quādo principale tollitur à iure cōmuni, ſecus ab alia cōſtitutione populi, vt eſt tex. in l. fi. §. Lucius. ff. de cond. indeb. Et iſto modo, licet cauſa expiret reſpectu impetrationis principalis poterit in acceſſorio ſuſtineri, vt in l. vtique. ff. de rei ven. & ſecundū hoc verba hîc poſita, videlicet, & inde ſecuta, quæcunque &c. intelligētur de alijs acceſſorijs, exceptis pręmiſsis, vt de citatione, proceſſu cauſę, de poſſeſsione vigore dictę impetrationis capta, item de ſentētia & ſequeſtro inde emanàto, vel de alijs ſimilibus actis iudicialibus, quæ numerātur in c. quoniam contra. de prob. Et ſpecialiter, quòd ſequeſtrum virtute ſentētiæ emanatum, etiam annullatum cēſeatur, tenuit Rota in quadam cauſa, de qua mētionem facio ſuperius in quinta quæſtione

Annullato principali corruit acceſſorium.

iſtius regulę,circa fin. Et vlterius prædicta verba,& inde ſequuta, quid comprehendãt,vel ſignificẽt, notabilẽ q.ponit Cardin.in c.quia diligentia.in iij.quæſt.& ſequen.de elect. & aliam in c.ad petitionem.de accuſat.quæ omnia ſunt notanda ad intellectum iſtius regulæ.

QVAESTIO SEPTVAGESIMANONA.

Beneficium litigioſum.

QVAERO, ex quo Papa in finalibus verbis iſtius regulæ diſponit beneficium in antea litigioſum nõ fuiſſe, quid oportuit ſuperius dicere gratiam ſi neutri,vel ſubrogationis impetrãti non prodeſſe,cum eo ipſo, quòd beneficium in antea litigioſum nõ fuit,& ceſſat lis dictæ gratiæ ſi neutri,vel ſubrogationis exitum non habeãt, cum ad eorum eſſentiã litem requirãt,ſicut piſcis aquã expoſtulat,iuxta deciſ.viij.de reſcrip.& xvij.de pręben.in no.

¶SOLVTIO. Si rectè omnia verba cõſiderentur,non ſunt ſuperflua. Nam ſtant iſta ſimul,quòd hodie beneficiũ in antea litigioſum non fuiſſe decernatur,& quòd gratiæ ſi neutri & ſimiles legitimo tempore,& durante lite,impetrante etiam lite,poſtea ceſſante ſubſiſtant. Et ideo pro vera ſolutione eſt aduertendũ,quia vt in proxima ſuperiori q. diximus,regulam iſtam duas partes continere,quas impetrans in ſua impetratione ſeruare tenetur, & quælibet pars regulæ ſuas pœnas,& inter ſe diuerſas habet. Nam in prima parte regulæ impetrans illam non ſeruans non ita acerbè punitur,ſicut in ſecunda. Ratio eſt,non obſeruando primã partem regulæ, licet puniatur:non tamen adhuc detecta eſt in iudicio eius improbitas,quam quia lex multum abhorret, iuxta ea quæ ſcribit Andr.Sicul.in conſi.xxxj.in iij.colum. volum.iiij.propterea in ſecunda parte acerbius punitur. Et ideo ita in ſecunda parte impetrãs punitur,quia iam iudici per litis euentum conſtat impetrãtem improbũ,ac moleſtatorem fuiſſe,& tali caſu gratia ſi neutri,vel ſubrogationis in pœnam eius impediuntur,& tunc cum beneficium decernitur litigioſum non fuiſſe,& tali caſu neceſſarium fuit decernere gratias ſi neutri,vel ſubrogationis impetranti non prodeſſe,quia illa verba,videlicet, beneficiũ litigioſum nõ cenſeri de neceſsitate,non inferebant nullitatem dictarum gratiarum,quia illæ impetrari potuerunt ante improbitatem impetrantis detectam,& ſic legitimo tempore. Ponamus

Improbitas à lege magnopere deteſtatr.



mus enim impetrantem re ipſa,& in veritate optimum ius fouere,ſed quadam negligentia (vt ſæpe fit)non obſeruaſſe primam partem regulæ,& facta citatione moritur poſſeſſor,quis dubitat hoc caſu ſubrogationi locum eſſe,quæ iſto caſu per regulam iſtam non impeditur,niſi ita demũ quando impetrans in ſecundam partem regulæ incideret,videlicet,quando eius improbitas per euentum litis per probationes,vel aliter à iudice detecta eſt : tunc enim iuſtũ,& neceſſarium eſt gratias ſi neutri,vel ſubrogationis calumnioſo,ac improbo impetranti non ſuffragantur,quod procedit etiam ſi dictæ gratiæ,& tempore improbitatis detectæ, impetratæ non fuiſſent,ſed eo tempore quo adhuc eius malitia in propatulo non fuit. Dico igitur quòd verba prædicta regulæ,ita demum ſuperflua eſſent, ſi ſummus pontifex hic gratias tantum annullaret,quę impetratæ fuiſſent tempore detectæ improbitatis. Nam ex quo illo tempore beneficium decernitur litigioſum non fuiſſe, dictæ gratiæ eo ipſo nullius momenti forent, non ſolum eo reſpectu,quia non videretur honeſtum improbos litigantes per indirectum ad beneficium à quo ceciderũt admitti,nec ex eorum malitia per viam iſtarum gratiarum commodum cõſequantur,& quod in lite improba amiſerunt,hoc modo recuperent:ſed quia hîc tempore improbitatis lis annullatur quo caſu dictæ gratiæ impetrari non poſſunt,quæ,vt dixi,ita litem pro ſui eſſe requirunt,ſicut piſcis aquam. Et ideo dictas gratias tali tempore impetratas annullare ſuperfluũ videretur,quod non eſſet quando gratię ante improbitatẽ probatam impetratæ,effectu priuãtur,vt hic,quia tali caſu verba illa ſunt neceſſaria, nec vltima verba ad comprehendendum iſtum caſum ſufficiebant, niſi hoc Papa per prædicta verba exprimeret. Intelligẽtur igitur pręd icta verba de gratia ſi neutri, vel ſubrogationis ante tempus improbitatis ipſius impetrantis,nam de impetratis pòſt,vt dixi,non fuit neceſſarium hoc ſtatuere.

Impetrãtis improbi & calũnioſi malitia.

¶Et eſt vlterius aduertendum,quòd hoc quod dictum eſt, beneficium in caſu prædicto non cenſeri litigioſum,inductum fuit in odium impetrantis. Nam ſi hoc illi proficuum foret,litigioſum non cenſeretur, ne ex eo,quod quis pœnam meretur,pręmium,ſeu commodum conſequatur,con-

tra not.in l.quod fauore. C.de legi.& ea quæ latè ſcribit Andreas Sicul.in c.fin.col.j.de pecul.cle. Et talis interpretatio ſemper in odium & damnum puniti fieri debet,vt idẽ And. Sicul.probat in c.eam te.col.v.de reſcrip.

### QVAESTIO OCTVAGESIMA.

Beneficium litigioſum.

QVAERO, quia dictũ eſt ſuprà,quòd regula in ſua prima parte annullat impetrationem,& omnia inde ſequuta, quæcunq; ſub quibus citatio,proceſſus, ſententia,& reliqua omnia,quæ continẽtur in c.quoniam. de probat.quibus annullatis,beneficiũ litigioſum dici non poterit,cum lis cũ ſua cauſa hic annulletur & extinguatur. ſi ita eſt,quare regula hic in ſecũda ſui parte decernit beneficium non eſſe litigioſum,ſi iſte idẽ effectus reſultat ex pœna,& verbis in prima parte poſitis?

Impetrans in prima,&c.

Citatio initiũ iudicio præſtans.

¶ SOLVTIO. Verum eſt,quòd impetrãs in prima parte regulæ peccans punitur in prædictis,videlicet,quia omnia acta iudicij extinguũtur,iuxta ea quæ ſcribit Oldra.conſil.j, inter quæ adnumeratur citatio,quæ initiũ iudicio præſtat, vt in c.quoniam contra.de proba.& in §.fin.inſtit.de pœna tem.lit.& ſic deficiente citatione nulla erit lis,& per conſequens beneficium litigioſum non erit. Sed in ſecunda parte hoc idem fuit neceſſarium declarare,videlicet,quòd beneficium non eſſet litigioſum,ex eo,quia ibi omnia acta iudicij valebant,ex eo,quia impetrans ſeruauerat regulam,& illæ pœnæ in ſecunda parte regulæ impetranti non imponuntur,propter regulam non ſeruatam,ſed quia conſtitit iudici per euentum litis impetrantem,nullum ius habuiſſe,ſed temerarium & improbum litigatorẽ fuiſſe:vnde licet obſeruaret regulam, nihilominus illas pœnas propter ſuam improbitatem ex defectu ſui iuris incurrit: vnde ſi Summus Pontifex hic in ſecundo caſu regulæ non decerneret beneficium non fuiſſe litigioſum,vera lis maneret ex quo acta in ſecunda parte regulæ non annullantur,ſed tãtum in prima, & in hac ſecũda parte præſupponuntur eſſe valida propter obſeruatam regulã.Neceſſariũ igitur fuit in pœnam temerarij, & calũnioſi litigatoris hoc decernere,quod in prima parte regulæ neceſſarium non fuit,ex quo per annullationem impetrationis,& inde ſecutorum hoc tacitè colligebatur: & ſic habes rationes diuerſitatis primæ & ſecundæ partis



partis regulæ,quo ad iſtum articulum,quod eſt notandum.

### QVAESTIO OCTVAGESIMAPRIMA.

Acta iudicij. Poſſeſſor annalis conuentus poſt citationem.

QVAERO, ponamus impetrãtem non ſeruaſſe primam partem regulæ,propter quam negligentiam,etiam ſi milies foueret bonum ius,eius impetratio,& omnia acta iudicij annullantur, nunquid interim poſſeſſor annalis conuentus poſt citationem à tali impetrãte factam poterit dici pacificus,ad effectum vt fieri poſsit triennalis?

Præſcriptionis interruptio.

¶ SOLVTIO. Si hoc tenetur pro conſtanti,prout ſuperius dictum eſt,omnia iudicij acta cum impetratione ob nõ ſeruatam formã corruere,quod in notabili caſu tradit Card. in c.ad petitionem.de accuſ.& Bal.in l. fi.C.de Lat.lib.toll. nemini dubium erit per citationem impetrãtis emanatam, & modo predicto annullatam,nec pacificam poſſeſsionem, nec tempora interrumpi,vt latiſsimè dixi ſuperius q. xlv. Nam quo ad hoc,vt litis pendentia inducatur,oportet citationem eſſe legitimã,vt not.per gl.& Card.in cle.ij.vt lit. pend.& per conſequẽs per citationem nullam,nulla poteſt introduci præſcriptionis interruptio,vt probatur in l.ſi pater.C.ne de ſta.defunct.& per Archi.in c.non ita ij.q.j.quibus ſtantibus,concludẽdum erit poſſeſſorem fieri poſſe interim triennalem:& hoc,quod dictũ eſt,non ſolum ex verbis regulæ,ſed etiam ex mente præſumpta diſponentis, ex qua regula interpretationem capere debet,colligitur,vt in c.venerabilis.de præbend.l.pater Seuerinam.§. conditionum.ff.de condit. & demon. Nam licet regula facta fuerit in odium litigantium, & ſecundario in fauorem poſſeſſoris,argu.not.in l.finali.C.de edic.di.Hadri.tol.fauet tamen intentioni condentis,quæ fuit,ne per dictas temerarias impetrationes,poſſeſſores detrimento interruptionis poſſeſsionis plectantur,& dicti impetrantes ſua damnata temeritate ea iactura illos afficiant:ergo quòd nulla cenſeatur facta interruptio, prouenit ex præſumpta mente condentis, quæ interpretatione adiuuanda eſt.d.capitulo,venerabilis. Nam ſi de hoc expreſsè interrogatus fuiſſet, vtiq; idem reſpondiſſet, & illud debet habere pro expreſſo,iuxta notata in l.tale pactum.ff.de pactis.& in Clementina finali. de reſcriptis.

In odium litigantium regula facta.

## QVAESTIO OCTVAGESIMASECVNDA.

Beneficium litigioſum.

QVAERO, nunquid illæ pœnæ L.florenorum, & quòd
beneficiũ non cenſeatur litigioſum &c.poſitæ in fine
iſtius regulæ referantur ad omnes caſus præce-
dentes etiam contentos in prima parte regulæ,an verò re-
ferri debent ad ea quæ in ſecunda parte regulæ cõtinentur?

Pœnæ appoſita in vna parte,&c.

¶SOLVTIO. Videtur, quòd dicta pœna in fine appoſita
reſpiciat omnia præcedentia, iuxta doctrinam Baldi in l.
quiſquis.in primo notabili.C.ſi cert.pet.quia pœna appo-
ſita in vna parte eiuſdem conſtitutionis,refertur ad aliam,
vt not. Ludouic. Rom.in l.fin.ff.de in ius voc.& eſt de hoc
gl.in ver.omnino.in capitulo,ſi poſtquam.de electіon.lib.
vj.& gloſſ.in clem.fin.§.fin.de pœnis.& not.card.in clem.
ſtatutum.in iij.colum.& iij.oppo.de elect. Gemin.in capit.
vbi periculum.§.nulli.de elect.& in c.j.in fin.de poſtul.prę-
lat.lib.vj.& eſt gloſſ.notab.in ver.eccleſia.quam ibi notat
Abb.in c.de multa.de præben.cum ſimil. Itaq; ex iſtis infer-
tur,quòd impetrans,qui non citauit infra ſex mẽſes poſſeſ-
ſorem annalem, vel ſi citauit,& non proſecutus fuerit in-
fra annum cauſam,quòd puniatur pœnis contentis in iſta
vltima parte regulæ.

¶Suadetur hoc,quia impetrans non ſeruans primam par-
tem regulæ punitur in nullitate impetrationis,& inde ſecu
torum,& ſic citatio facta vigore illius proceſſus,ſententia,
& inde ſequuta erunt nulla,ſi nulla eſt citatio: ergo benefi-
cium non remanebit litigioſum,quia citatio nulla non in-
ducit litẽ,vt latius probabo in regula de triennali,vbi acci-
dit caſus.Itaque ex iſta annullatione ſequitur in conſequen
tiam iſta alia pœna,quòd beneficium litigioſum non cenſe-
tur,quia ſublato diſpoſito omnis ſequela,vmbra,& effectus
cauſatus tollitur.ad hoc gl.ſing.in cle.j.de immun.eccleſ.

Clauſula in fine appoſita ad ſuperiora non refertur.

¶Tamen iſtis non obſtan.contraria opin.videtur verior,
videlicet,quòd pœnæ poſitæ in iſta vltima parte regulę non
referantur ad omnes partes ſuperiores.Ratio eſt,quia quan
do clauſulæ ſuperiores habent ſuam propriam & ſpecialem
determinationem,clauſulæ,ſeu qualitas in fine appoſita ad
ſuperiora non referuntur,vt eſt text.in cap.cum dilectus.de
dona.& tenet Abb.in c.cauſam.col.iij.de reſcrip.& ſequun
tur ibidem cõmuniter Doctores. ſed in caſu noſtro partes
præce



præcedentes iſtius regulæ habent ſuam ſpecialem determi-
nationem,quia ſi impetrans non citauerit infra ſex menſes,
& proſecutus fuerit cauſam infra annũ,& alia,quæ in prin-
cipio regulæ enumerantur,nõ ſeruauerit,triplici pœna pu-
nitur,videlicet,quia impetratio,& inde ſecuta, quæcunque
annullantur,ac parti læſæ in damnis & intereſſe cõdemna-
tur: & ſic ſecundum qualitatem delicti impetrãs habet ſuas
pœnas.Non igitur iuſtum videtur alijs tribus pœnis in fine
regulæ poſitis puniri,ex quo illæ tres pœnæ reſpiciunt ca-
ſum diuerſum, & habent ſuam determinationem de per ſe.
Præſertim,quia abſurdum videretur,quòd quis vltra condi
gnum puniatur: vt in capitulo,non afferamus.xxiiij.q.j.&
not.Doct.in cap.at ſi clerici. de iud.& in l.ſancimus.C.de
pœnis.quo caſu vbi ex aliquo facto abſurdum ſequitur,vel
conſiderari poteſt,clauſula in fine appoſita, ad præcedẽtia
non refertur,vt dicit Abb.in cap.eccleſia.el vltimo,per il-
lum text.de elect.Præſertim,quia quando in vna diſpoſitio
ne diuerſi ſunt §.ſiue partes,pœna appoſita,in vltima parte
non extenditur,nec refertur ad alias partes habentes diuer
ſam rationẽ,vt not.Imol.& Card.in clem.fi.§.fi.in fi.per gl.
ibi.Et ita ex iſtis poterunt ea quæ ſuperius pro parte con-
traria dicta fuerunt,limitari & reſolui, vltra quæ videnda
ſunt ea quæ dixi latius in §.pœnales.inſtit.de action.

Pœna appoſita in vltima parte.&c.

¶Non obſtat etiam quòd per annullationem actorum, &
ſic citationis factam contra non obſeruantem primam par
tem in neceſſariam conſequentiam deſinat beneficium liti-
gioſum,quia reſpondetur, acta hîc annullantur,prout ex-
nunc,id eſt tempore quo datur de regula: & tunc verum eſt
dicere ceſſare litis pendentiã. ſecus verò in præteritũ, id eſt
ab initio, quia à principio antequàm exciperetur de regu-
la,per citationẽ inducta fuit ſemel lis,& licet poſtea alimen
tum eius tollatur per annullationem actorum, effectus ta-
men per prius conſumatus vigore illius non tollitur: quia
effectus conſumati ſemper durant, licet tollatur cauſa quæ
illos cauſauit, vt in l.fin.ff.vnde lib.l.ſi cognatis.ff.de reb.
dub.l.quicunq;.§.fi.ff.de publicia.& l.antepenul.C.de in-
ſtit.& ſubſtit.& l.j.§.j.C.de vſucap.transfor.tradit Decius
in c.j.de iud.& in c.cum ceſſante.de appel.Nam mortuo pi-
ctore remanet pictura,& mortuo genitore remanet geni-
tus,

Effectus conſumati ſemp durant.

tus,vt dicit Bald.in l.generaliter.C.de epiſc.& cler.Remanebit ergo beneficium litigioſum, dato quòd annulletur prouiſio & proceſſus : nec poterit talis poſſeſſor ſemel conuentus iuuari poſſeſſione triẽnali,tanquàm quòd eius poſſeſſio maneat pacifica,& non fuerit interrupta,ſecus tamen eſt in vltima parte regulæ, in qua iam per ſententiam iudicis, impetrantem iniuſtum & improbum fuiſſe cõſtat:quia tali caſu vltra alias duas pœnas illa etiam imponitur, quòd beneficium in antea non cenſeatur litigioſum:& ſic pondera verbum antea,quod concernit initium litis,ad differentiam,quòd in primo caſu regulæ nõ deſinit eſſe litigioſum: & ratio eſt,quia in primo caſu regulæ non cõſtat adhuc impetrantem calumnioſum fuiſſe. Nam propterea quòd non ſeruauit formã hîc traditam,improbus non iudicatur,quia improbitas & moleſtia concernit vexationem de facto:& poſſunt iſta eſſe ſimul quòd aliquis non ſeruauit primã partem regulæ,& tamen quòd verè competat illi ius, quia donec non fuerit declaratum per iudicem dici non poteſt illi ius nõ competere,iuxta ea quæ dicit Egid.deciſ.ciij.incip. non dicitur conſtare.tenet Archid.& Ioan.Andr.in c.ſi beneficia.de præben.lib.vj. Sed in vltima parte regulæ peccatur non ſolum in tranſgreſſione formæ traditæ, ſed etiam in defectu iuris,ex quo improbitas arguitur, vt dicit Abb. in cap.calumniam.in ij.col.de pœnis. Nam quando de meliori iure poſſeſſoris conſtat, tunc impetrans in mala fide conſtituitur, ex qua temeritas litigandi cauſatur, vt dicit Bart.in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti.& in l.eum quem temerè.ff.de iud.nimirum igitur ſi tot pœnis punitur,poſtquàm perperàm,de facto,& iniuſtè poſſeſſorem vexauit.

**Antea verbũ, initiũ litis cõcernit.**

## QVAESTIO OCTVAGESIMATERTIA.

**Annullare titulum impetrantis.**

QVAERO, quare exceptio iſtius regulæ annullat titulum impetrantis,& exceptio regulæ de triennali nõ?

¶SOLVTIO. Quia in regula iſta ponũtur plura requiſita,& qualitates, quas tenetur impetrans exprimere in ſua impetratione,videlicet nomen, gradus, nobilitatem poſſeſſoris, & quot annis ille poſſedit,& huiuſmodi reliqua,quorum taciturnitas in aliquibus eorũ reddit gratiam nullam,etiam de iure communi ſi opponatur.Nam de iure communi in impetratione requiritur,quòd mentio de poſſeſſio



poſſeſſione viuentis fiat, aliàs impetratio eſt nulla, vt tradunt Doct.in cap.cum noſtris.de conceſſ.præben.& Felyn. latè in cap.in noſtra.in xxxvj.correl.de reſcript.Sed iſta nõ militãt in regula de triennali, quia impetrans ad nullũ requiſitũ obligatur,ſed pœna illa ſuſpenſionis gratię ibi propter negligentiam impetrantis inducitur : quæ quidem negligentiæ pœna non erit perpetua, ſed durabit viuẽte poſſeſſore.ſed in regula iſta pœna eſt perpetua:quia annullatur ipſo iure impetratio, & titulus reducitur ad non titulum, non autem ſuſpenditur,vt in regula de triennali.

***Mẽtio de poſſeſſione viuẽtis fiat.***

## QVAESTIO OCTVAGESIMAQVARTA.

**Annus an currat impetranti, &c.**

QVAERO, an annus de quo iſta regula loquitur currat impetranti,qui ignorabat aliquem eſſe annalem poſſeſſorem?

¶SOLVTIO. Dicendum videtur quòd non, quia licet regulariter aliæ præſcriptiones contra ignorantem currant, vt eſt tex.in l.fin.C.de longi temp.præſcrip. Tamen præſcriptio annalis non currit probabiliter ignoranti, vt patet in l.cum ſex.ff.de ædil.edict.quia vbi lex non notat culpã, annus non incurrit, niſi à die ſcientiæ.cap.cum ſeruorum.de ſer.ord.tradit Bald.in cap.fin.de prohib.feud.alien.

**Præſcriptio annalis.**

**Annus nõ currit, vbi &c.**

¶Tamen iſtis non obſtan.crederem contrariũ eſſe verius, vt aliquid plus operetur regula iſta quàm diſpoſitio iuris communis.arg.eorum,quæ dicit Bart.in l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij.Præſertim, quia ſi contrarium diceremus, poſſent infinitæ fraudes contra poſſeſſores committi : inueſtigare igitur debet impetrans poſſeſſorem, vel procurare prorogationem regulæ, aut ſaltem eius prorogationem, quæ denegari non ſolet,quouſque inueniat poſſeſſorem. Et ad contraria reſponderi poteſt, ex his quæ Bart.ſcribit in l.j. §.ſi quis autem propter.ff.de itin.actuque priuat.& ea quæ latius tradunt Moder.in tract.præſcript.fol.xxxvij.in iiij. col.alias non faciens diligentias prædictas excludetur exceptione regulæ,quia vt dicit Ludoui.Rom.in conſ.ccccxxxj. non terminans cauſam infra annum ſibi datũ, cenſetur gratiæ ſuæ renuntiare, vt ibi per eum. Sed pro prima opin.faciunt ea quæ dicit Gloſſator in fin.commenti regulæ de publicand.reſig.& ibi dicetur.

**Plus operatur hæc regula ꝙ diſp.&c.**

**Prorogatio.**

**Renuntiare gratiæ.**

REG

## REGVLA DE TRIENNALI POSSESSORE.

I TEM *ſtatuit & ordinauit* Dominus no-
*ſter, quòd ſi quis quæcunque* eccleſiaſti-
*ca beneficia qualiacunque ſint abſque ſimo*
*niaco ingreſſu ex* Apoſtolica *uel ordina-*
*ria collatione, aut electione, & electionis huiuſmodi*
*confirmatione, ſeu præſentatione & inſtitutione illo-*
*rum, ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, promiſ-*
*ſio, electio & præſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio*
*pertinet, per triennium pacificè poſſederint.* Dummodo
*in beneficijs, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua reſer-*
*uatione generali in corpore iuris clauſa reſeruata fue-*
*rint, ſe non intruſerint, ſuper eiuſdem beneficijs taliter*
*poſſeßis moleſtari nequeant.* Necnon *impetrationes de*
*beneficijs ipſis ſic poſſeßis factas, irritas, & inanes cen-*
*ſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas peni-*
*tus extinguentes.*

### PRAEFATIO.

Hæc regula vnde originem habuit.

NOTABILIS & quotidiana eſt materia iſtius regulæ,
& per plures altercationes in curia & foro ſæpe di-
ſcuſſa. Ideo eam pro tenui facultate mea plenius attingam.
¶ Habuit originem iſta regula à decreto quodam Baſilien.
concilij ordine viij. vt dicunt Moder. quidam in tract. ele-
ctio. fol. lxxxvij. & Gloſſator hic, & ante ipſos Fely. in cap.
ſicut. in xvj. col. de re iud. à quo quidem concilij Baſilien. de-
creto fuit ferè ad verbum tranſcripta, paucis omiſsis, addi-
tis, vel immutatis. Et licet prædictum decretum concilij ſit
antiquum, æditio tamen iſtius regulæ moderna eſt, & for-
tè magis recens, quàm regula de annali: quia illa inci-

Author huius regulæ quis fuerit.

pit ab Eugenio, iſta verò à tempore Calixti, qui primus
eam in vſum tradidit, addita vna clauſula poſt illa verba, ſe
non intruſerint, &c. quæ in Modernis regulis omiſſa fuit,
quæ eſt iſta, videlicet & cauſæ ſuper iſtis beneficijs, ab anno
proximè



proximè tranſacto proſecutæ non fuerint, &c. Hadrianus
verò vi. plura ad iſtam regulã addidit. Primũ ibi, dum di-
cebatur, ex Apoſtolica vel ordinaria collatione, &c. addidit
iſta verba, ex quouis titulo apoſtolico, &c. & hoc fecit ad
effectum, vt iſta regula comprehenderet commẽdas: ſuper
quo antea in Rota dubitabatur. Secũdo in fine regulæ, ibi,
antiquas lites &c. fuit additum, ſuper illis cõtra quoſcunq;
huiuſmodi poſſeſſores in eiſdẽ beneficijs prædeceſſoris pe-
nitus extinguẽdo. Et hoc fecit ad tollendum dubiũ, quod
fiebat ex deciſ. x. vt lit. penden. in no. videlicet quòd lis ſe-
mel per prædeceſſores introducta afficiebat beneficium, do
nec per ſententiã eſſet finita, ita quòd interim poſſeſſor pa-
cificus dici non poterat, quod eſt per d. clauſulam ſublatũ:
quia licet prædeceſſori fuerit mota lis, ſi ſucceſſor poſtea per
triennium poſsideat, defenditur iſta regula, quæ hodie eſt
in vſu, & non prædictum concilium Baſilien. & licet decre-

Conciliũ Baſilien. in quib9 caſibus fuit receptum.

tum illud concilij prædicti, cum ſit perpetuũ, videbatur ma
gis efficax, & maioris authoritatis in deciſionibus cauſarũ,
ad cauſandum effectũ iſtius regulæ, propter rationẽ quam
ponit Abb. in cap. prudentiam. in princ. ff. de off. deleg. Ta-
men quia illud conſilium receptum non fuit, niſi in certis ca
ſibus expreſsis ibi per Eugenium: ſummi pontifices autho
ritate illius vti noluerunt, ne ſic tacitè illud approbare vide
rentur. quod ex eo apparet: quia in iſta regula nullam de
eo mentionem fecerunt. Et illud concilij decretum, & regu
la iſta cum illo concordans, fortè fundamentum acceperũt
ab æquitate l. properãdum. C. de iud. quæ lites triennio ter-
minare voluit: vel à ratione l. j. ff. de vſucap. quæ in vſu-
capione rerum mobilium triennium induxit, in pœna ne-
gligentium eas: vel fortaſſè regula iſta fomentum habuit à
Chalcedonenſi concilio, quod eccleſiarum parochias, vel
poſſeſsiones per triennium quietè, & abſq; vi poſſeſſas, in-
concuſſas manere voluit, de quo quidem concilio Chalce-
donenſi factum fuit poſtea decretum antiquum, quod ſcri-
bitur in libro membrano vetuſtiſsimo decretorum, & con
ciliorum ſedis Apoſtolicæ. lib. v. cap. xxvj. vtcunque ſit, ne-
gligentia non petentis ius ſuum in cauſa fuit, vt prædictæ
conſtitutiones æderentur. Quam quidem negligentiã cum
myſterio Papa hic conſiderauit, beneficia in hoc rebus mo-
bilibus

bilibus comparans, quæ etiam fragilia ſunt, & ſicut res mobiles ad tempus durant, vt inferius dicetur.

Triennalis ſi ab initio malus ſit, &c.

¶ Nec mirandum ſi triennalis poſſeſsio tantum roboris tribuat iuri inualido, cum etiam homo ipſe, cuius gratia beneficia inuenta fuere, ſi ab initio malus ſit, triennio de malo bonis fieri preſumitur, vt dicit tex. notabilis in §. ſancimus. in auth. de monac. & not. And. Sicul. in repet. cap. teſtimonium. de teſtib. & Felyn. in c. cum deputati. in prin. de iud. & ante ipſos Rom. in cõſilio ccxxxvj. in iij. col. multa enim ſingularia priuilegia præter cõmunes regulas, etiam apud Philoſophos hic numerus ternarius vſurpauit ſibi, quæ recenſere extra propoſitam quidem materiam videretur, cum de hoc ſatis ſuperq; Clichthoueus in libello quodã, quem de myſtica numerorum ratione ędidit, ſcribat: & Syluius in in grypho Auſonij omnia ternarij numeri loca commemoret, quæ fortè curioſum inter legendum detinere aliquãdo poſſent. Et Ludouicus Viualdus in opere regali, de laudibus trium liliorum, lxxiiij. laudes iſtius numeri ternarij ſcribit, quæ ibi videri poterũt. Sed iam rẽ ipſam aggrediamur.

## QVAESTIO PRIMA.

Trienniũ, decennium.

IGITVR quæro, quare magis in tuẽdis poſſeſſoribus triennium quàm decennium, vel aliud tempus præfixit Papa?

¶ SOLVTIO. Poſſet capi ex dictis Andr. Sicul. in clem. j. in iiij. col. num. 17. de elect. qui dicebat, triennium præfixum à lege, vſucapioni fuiſſe arbitrarium, cum ſit iuris poſitiui, prout aliàs in ſimili dicebat gl. in verbo, ratus. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtul. ita quòd idem videtur dicendum in caſu iſtius regulæ.

¶ Tamen aduertendum eſt, quia licet iſta ratio arbitraria aliquando ad aliquas leges temporis præfinitiuas dari poſſet: nõ tamen in omni caſu, & ad quemlibet legem quadrabit. Præſertim quando in lege aliqua ratio ſaltem in genere reddi poteſt, vt dicit Archi. in c. Nabuchodonoſor. col. ij. xxiij. q. iiij. declarat Felyn. in cap. ſi quando. in viij. & ſeq. col. de reſcript. & Bald. in l. non dubium. in ij. col. C. de leg. Nam conari prius debemus, quoad fieri poſsit, ne legem ratione mancam, velut euentualem, pro arbitrio, & fortuito conditam, dimittamus: quin potius in ea oportet nos aliquam rationem, fortè etiam non omnino concludentem inuenire,



inuenire, vt dicit dom. Anto. in c. non debet. de conſang. & affini. Melius enim eſt legem aliqua ratione, etiã fatua defendere, quàm nudã, & ſine aliqua ratione dimittere, vt Moder. dicũt in l. cum filio. de leg. j. quod obſeruauit gloſſ. in l. Eunuchis. C. qui teſta. facere poſſ. quæ fatuã rationem ad illam legem, cum aliam nõ haberet, ſcripſit. Quod iure factũ fuiſſe Doct. exiſtimarunt, ne legem ſine ratione dimitteret: quia, vt vulgò dici ſolet, lex ſine ratione, corpus eſt ſine anima. Nam rationem animam legis eſſe omnes affirmãt. in c. ſecũdo requiris. de appel. & in c. fi. de reg. iur. lib. vj. Et ideo quando lex non cõtinet rationẽ expreſſam, debemus in ea, quando aliam non inuenimus, rationẽ etiam remotam fingere: & illa ſufficit, vt dicit Abb. in proœ. Greg. in viij. col. verſ. primo not. & Dom. in c. quamuis. el. ij. §. fi. circa fin. de præben. lib. vj. Et ob eam cauſam gl. iij. in l. filium. C. famil. hercis. reprehendit illos, qui non aliter inueſtigata ratione legis, ad quamlibet oppoſitionem legis reſpondent ibi eſſe ſpeciale, quod etiã deridet Iaſ. in auth. quas actiones. in ij. col. C. de epiſc. & cler. & in l. ſi ex toto. col. ij. de leg. j. debemus enim ſpeculari rationẽ, etiam contra verba legis, ne lex ſine ratione videatur, vt dicit Cynus in l. non dubium. C. de legi. Quod imperatorẽ feciſſe conſtat in §. igitur. in proœ. Inſtitutionum. nam ad partiendum Inſtitutionum opus in quatuor libros, ratione magis colorata, quàm concludenti ſit vſus: ne fortè librorũ diuiſionem pro arbitrio factã fuiſſe diceremus. Quod etiam Papa nos facere docuit in c. non debet. de conſang. & affinita. quo loco ad reducendos conſanguinitatis gradus ad quatuor, nõ rationibus arbitrarijs & fortuitis, ſed perſuaſiuis mouetur, vt ibi patet.

Legem aliqua ratione etiã fatua defendere melius eſt, quàm &c.

¶ Apparet ergo quòd nõ ilico, quòd lex ſtatuit aliquid fieri ſub certo tẽporis ſpatio, ſeu terminũ dierum præfinit, dicere debemus hoc ſine ratione: ſed ex libito voluntatis, & pro arbitrio principis factũ fuiſſe. Inueſtiganda eſt igitur ratio, qua legẽ fuiſſe ratione conflatã facile dignoſcamus, ne aliàs ſine ratione reſpondentes meritò rideamur, iuxta tex. in c. ſi ex bono. de pœni. diſtin. iiij. & probant quidam Moder. in tract. extẽſio. col. iiij. facit Oldr. conſ. xciij. col. iiij. quæ omnia in caſu præſentis q. militant. Nam cũ regula iſta rationem non aſsignet, quare Papa potius trienniũ, quàm aliud

tempus in beneficijs pręſcribẽdis induxit: debemus nos eam ex mente, vel cõiecturis potius elicere, quàm arbitrari Papã triennium huiuſmodi, arbitraria & caſuali quadam ratione introduxiſſe. Ratio igitur, quæ mouere potuit ipſum Papam ad triennium magis ſtatuendum, quàm aliud tempus,

Ternarij numeri frequentia & celebritas.

indicio meo potuit eſſe multiplex. Prima fuit frequentia & celebritas iſtius numeri ternarij, quo tam ſæpe legislatores & philoſophi vſi fuerũt, quos Papa in lege iſta cõdenda imitari voluit. Nam modeſtiæ plenum iudicatur, ſi principes in legibus condendis conſuetudines, & mores maiorũ ſequantur, propter rationes quas adducit Rom. in conſil. cccxxvij. col. ij. Conſtat igitur veteres legumlatores in actibus iudicialibus & extraiudicialib. multum huic numero ternario tribuiſſe, quod ex multiplici legum numero de ternario numero loquentium, facilè deprehendi poteſt. Nam in primis Papa ad hoc triennium conſtituendũ potuit moueri, ex forma iudicij tradita in c. forus. de verb. ſig. quæ ex ternario numero, tãquam ex re perfectiſsima, iudiciũ diffiniuit, ex principio, medio, & fine: id eſt, iudice, actore, & reo. Eſt enim hic numerus, vt inquit Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. iij. hiſtoriarum, omni diſceptationi conuenientiſsimus. Regula igitur iſta, quę iudicialis eſt, debuit tali numero cõformari. In quo genere aliud exemplum ad imitãdum habuit ſummus Pontifex, poſitũ in l. properandum. C. de iud. vbi tota concertationis ſpecies, & iudicialis controuerſia, tribus inſtãtijs terminatur. Et ita etiam in l. j. C. de fideicom. per triẽnij præſtationem Imperator fideicommiſſum induxit. & in l. quæcunq;. C. de apoch. publi. lib. x. tãtum operari voluit triennij cõtinui ſolutionem, q; per eam voluit liberationẽ præcedentium annorũ arguere. Ex quorum iuriũ exemplo & ratione, putabat Decius, vir alioquin omnium temporum & horarum curioſiſsimus, in l. ſi certis annis. col. ij. C. de pact. triennium iſtius regulæ inductũ fuiſſe: non autem pro arbitrario & libito voluntatis Papæ. Aliud etiam magis proximum imitationis exẽplum habuit Papa ad trienniũ ſtatuendum ex l. j. ff. de vſucap. quæ propter negligentiã, ac non petentis ius ſuũ deſidiam, vſucapionem triẽnalem in rebus mobilibus induxit. Quarum ſimilitudine Papa ductus, voluit etiam negligentẽ petere beneficiũ ſuum lapſo triennio, eadem

Controuerſia iudicialis tribus inſtantijs terminatur.

Fideicommiſſum per triennij præſtationẽ inducitur.



dem pœna mulctare, ſilentium illi imponens, in hoc beneficia (vt opinor) rebus mobilibus comparans. Nec immeritò: nam & annui redditus, qui cum perſona extinguũtur, & cum eccleſiaſticis beneficijs ſymbolum habent, appellatione mobilium continẽtur, vt notabiliter dicit Abb. in conſ. lxiij. in iiij. col. lib. ij. limitans per hoc iura contrariũ diſponentia, vt procedant quãdo conceduntur loco ad longiſsimum tempus. Et hoc etiam vltra Abb. videtur ſentire Io. de Anania in c. in ciuitate. in xv. col. de vſur. Sicut ergo in vſucapionibus pro rebus mobilibus datur triennium, ita Papa pro poſſeſsione tuenda idem tẽpus iniunxit. Et ſicut etiã in c. j. de præſcrip. per triennium poſsidens rem eccleſiæ, etiam cum mala fide præſcribit eam: ita & poſsidẽs beneficiũ triennio tutus eſſe debet. Plura enim ad trienniũ magis quàm ad aliud tempus ſtatuendũ ſummum Pontificem induxerũt, vt ſuperius diximus, & etiã apparet in c. ſua nobis. cũ ſequen. de appel. vbi Papa omnem grauaminis querelam ſub tribus tantum appellationũ gradibus concluſit. Et in c. contingit. el. ij. de ſenten. excom. iudicialem monitionem tribus quoque terminis voluit eſſe contentã: quod etiam in denuntiatione Canonica, ſeu Euangelica ſeruatũ legimus. Illa enim trina etiam monitione perficitur, qua ſeruata reus homo iudicatur. vt in c. nouit. de iud. Sic etiam veteres hominem tribus denuntiationibus conuictum, tribus literis indicabãt, authore Suida. Nam cum volebant hominem malum ſignificare, ſcribebãt vnum Cappa: cum verò peiorem, duo: cum peſsimum, tria habere Cappa dixerunt. Ex quo prouerbio peruetuſto, vt id obiter dicamus, compoſitum puto hoc nomen fur, cum miniſterio trium literarũ. Vnde meritò ille titulus trium etiam dictionũ ff. nautæ, caupo. ſtabularij, originem accepit: quãdo & hoc perſonarũ genus multis in locis taxatur, & furibus omnino æquiparatur, vt patet in l. j. in princ. eo. ti. ibi, ne materia detur cũ furibus coeundi, &c. & in l. & ita. §. ſed ſi totam. eod. tit. ibi, prætor curam agere reprimendæ improbitatis horum hominũ &c. & alibi ſæpe. Inde euenit, quòd pro peſsimo homine, tribus Cappis digno, antiqui intelligebant Cretenſem, Cilica, Cappadoca, qui ſingularis fuiſſe improbitatis memorãtur. Quod quidẽ genus hominum, prout de malo teſte dicimus, tribus perſo

Poſsidẽs rem eccleſiæ p̱ triẽnium.

Hominem malũ antiqui tribus literis ſignificabant.

Nautę, caupo. ſtabularij.

nis eſt obnoxiũ, Deo, iudici & patri, vt in c.j. de crimine falſi. Sic etiam aduocato malo ad ſe corrigendũ de errore ſuo, tres illi dies præfiniũtur, in l.fi.C. de errore aduoca. ſicut recuſanti iudicẽ, tres etiã dies aſsignãtur, in l.fin.C.de iudi. Et in ſumma, totum ius ciuile, quod in tres diſtributum eſt partes, vt dicit text. in §.fi.inſti.de iure nat. totum etiã Pontificium ius, numeris ternarijs eſt refertum. Iuxta quem numerum, non abſq; ſumma ratione, tẽpora in præteritum, præſens, & futurũ diſtinxit Deus. Neq; aliquis ex numeris, tam frequenter in diuinis & humanis actibus commẽdatus fuit, aut ſpeciali prærogatiua munitus, ſicut ternarius. Cum igitur regula iſta iudicialis ſit, Papa frequentiã ſecutus, voluit eam triẽnij poſſeſsione magis quàm alterius temporis eſſe contentã. Plura alia exempla numeri ternarij, quibus Papa ad hunc potius ternariũ, quàm alium numerũ deligendum potuit moueri, contexere poſſem, quæ ne in re tam leui tempus conterã, recenſere deſinam: vt obiter omittã, quæ in ſacris literis de iſto numero Auguſtinus, Hieronymus, & Ambroſius varijs in locis tradiderũt, quos latè Paulus Foroſempronien. epiſcopus, & Io. Faber in illis tract. quos de triduo Chriſti ſcripſerũt, & Iodocus Clichthoueus in libello, qui de myſtica numerorũ ratione inſcribitur, referũt, cum ſexcẽtis alijs locis, quos accuratè in hac materia Guliel. Benedictus in copioſa repet. c. Raynutius. de teſtam. fol. xv. congeſſit, quæ omnia huc pertinent, vt dicamus Papam nõ tam arbitrio ſuo & caſu fortuito, (vt quidam voluerunt) ad triennium conſtituendum: ſed potius ratione certa & exẽplo clariſsimo, ſacrarumq; legum imitatione digna motũ fuiſſe, quæ in ſimilibus caſibus hoc numero, magis quàm alio, tam quàm omnium perfectiſsimo vſæ fuerũt. Et ſecundum iſtius rationes emanarũt iſta iura in c. ſi ſeruus. el. ij. liiij. diſtinct. & in c. ſi quis xvj. q. fi. quæ hunc numerũ ternarium in diuerſis alijs caſibus amplexa fuerũt. Et certè ſi trienniũ hîc conſtitutum vſucapioni comparemus: proculdubio iudicabimus ſummũ Pontificẽ, nõ fortuitò, ſed rationabiliter ad hoc triennium ſtatuendum motum fuiſſe. Nam in vſucapione rerum mobiliũ, quarum vſum quotidianum habemus, ideo triennium magis quàm decennium cõſtitutum fuit, vt homines ad repetẽdum tales res ad vſum vitæ neceſſarias, celerius ar

ſtaren

Numerus ternarius plus alijs in diuinis & humanis actibus commẽdatus.

Mobilia præſumuntur conſumi per triennium pro maiore parte.



ſtaretur, quæ ex vſu quotidiano occupatoris diſsipari, atq; omnino poſſent deteriores fieri, vſuq; cõſumi. Nam mobilia pro maiore parte per triennium conſumi præſumuntur, iuxta gl. notabilem. in l.j.C.ſi aduer. vſuc. & gl. pen. in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſti. nõ eſt neceſſ. quæ ad hoc Alex. adducit in l. interdũ. ff. condi. indeb. in ſecũda addi. ad Bart. neq; iuris conditor breuius tempus triẽnio hoc caſu ſtatuere potuit, propter totidem gradus appellationum, quæ reis cõdemnatis ad ſe defendendũ à lege conceduntur, ob quam cauſam tres inſtãtiæ iudicij in d.l. properandũ. C. de iudic. ſtatutæ fuerunt. Et infra idem tẽpus ſummus Pontifex conueniens putauit, etiam beneficiatos beneficia eorum occupata repetere debere: quorum etiam beneficiorum; ſicut & rerum mobilium, vſum tantum habemus, qui quotidie conſumitur. Apparet igitur ex omnibus prædictis, ſummũ Pontificem optima ratione, & digna tot legum imitatione motum fuiſſe. Nam, vt inquit Cicero, quod exemplo fit, ratione fieri putatur. Sed de ijs ſatis.

## QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, iuxta illud verbum ibi, quòd ſi quicunq;, &c. nunquid iſta regula baſtardum, ſiue illegitimum poſſeſſorem cum colorato titulo defendat?

Baſtardus ſiue illegitimus poſſeſſor.

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio heri tertia mẽſis Iunij M. D. XXX. in Rota propoſita fuit, in cauſa Legionen. coram R. P. D. Petro Vortio, in qua quidam ex Dominis dicebãt, regulam illegitimum nõ tueri, ex eo, quia verba generalia iſtius regulæ, de habilibus intelligi debebãt, iuxta vulg. l. vt gradatim. ff. de munc. & ho. & gl. in verbo, quibuſcunque. §. ſed hęc ſolennia. inſti. de verb. oblig. Quod procedit etiam ſi conſtitutionis verba vniuerſalia ſint, prout hîc: quia etiam dicta verba ad habilia reſtringũtur, vt tradit Domin. in c. cum in illis. §.j. col. fi. de præb. lib. vj. cum concor. vt ſcribit Decius in conſi. clxxj. col. fi. Et ita videmus, quòd verbum quodcunq; vniuerſale in l. in traditionib. ff. de pactis. & in l. emancipari. ff. de adopt. etiam ad habilia reſtringitur. Et regulariter in materia maximè exorbitanti, talis reſtrictio verborũ generaliũ fieri debet, vt tradit Ant. de But. conſ. xix. in iij. col. Nam dictio quæcũque, ſimpliciter de perſona loquens, de legitima & habili intelligi debet, niſi termino cõmuni vtrũ-

*

Quodcunque verbum vniuerſale.

que comprehendenti addatur, vt dicit Alex.conſil.lxxx.col. fi.lib.j. Et hoc idem in regulis Cancellariæ etiam generaliter loquentibus habere locum voluit quidam doctus Mod. repetens capitulum Raynutius.fol.vij.num.32.de teſtam.

Cardinales baſtardi eſſe non poſſunt.

Illegitimi incapaces omnium iuriū ſpiritualiū ſunt.

¶ Et quòd regula iſta baſtardos cōprehendere non debeat, rationi cōſonum videtur: quia illegitimi omnium iurium ſpiritualium ſunt incapaces, vt in c.ſi gens Anglorum.lvj. diſtin. Et huiuſmodi perſonæ, quo ad commodum & honores, à iure indigni cenſentur. vt not.gl.in cle.j.de baptiſ.& Abb.in c.cum Vintonienſis.in iiij.col.& in c.innotuit.de elect.& in terminis reaſſumūt latius dicti Moder.in d.repe. c.Raynutius.fol.vj.& Curtius Iunior in repe.l.admonendi. ff.de iureiur.qui æmulatione, vt creditur, Iaſonis cōcurrentis materiam baſtardorum ampliauit. Inde non abs re veteres Summi Pontifices diligenter curarunt, ne ſacrum Card. collegium hac labe pollueretur. Nam, vt refert Nicolaus de Vbaldis, noſtri ordinis olim inſignis auditor in tract.ſucceſſio.ab inteſta.col.xlix.à Paulo II.proprio eius ore audiuiſſe, quendam ſpurium per Eugenium IIII.ad Cardinalatum aſſumptum, ante receptionē pilei, quaſi miraculoſe rebus humanis exemptū. Quod idem ſanctiſsimū inſtitutū in noſtro ſacro auditorio Rotæ inuiolabiliter ſeruatum fuiſſe ſatis compertū eſt. Nam cum idē Nicolaus apud eundē Paulum Rotæ nomine ſupplicaret, liceret eis inquiri cōtra quēdam, qui ab eodē Paulo mandatū ad auditoratū habuerat,

Auditores baſtardi eſſe non poſſunt.

nūquid baſtardus eſſet, Paulus libēter annuit, ſubiungēs, honeſtū eſſe per huiuſmodi labem locū noſtrum nō contaminari, referēs exemplum dicti Cardi.per Eugeniū aſſumpti. Ita dicit Dom.Nicolaus vbi ſuprà. Et ob eam cauſam Philippum Decium, aliàs ad auditoratū mādatū habentē excluſum loco, legimus. Cum igitur regula iſta ſit priuilegiatiua, & fauorabilis poſſeſſorib.nō videtur veriſimile velle baſtardos tāto fauore munire, vt dicit Gloſſator hic. ¶ Tamē iſtis nō obſtan.maior pars dominorū concluſit contrariū, videlicet illegitimos regula iſta defendi, pro qua opi.in primis verbum quicūq;, hîc poſitum ponderabant, quod eſt generale, vt in c.ſolitę.circa fi.de maio.& obedien.& in c.ſciāt cuncti.de electio.libro vj.& in l.quicunque.C. de ſer.fug. quod verbū de ſui natura includit ea, quæ aliàs ſub ſimplici diſpo-



ſitione non comprehēderentur, vt not.gl.in cle.ij.de vita & honeſt. cler.& gl.in verb.quicunque.in cle.j.de iudi. no.Abb.in c.ſuper quæſtionum.in gl.de offic.deleg.& reaſſumit Curtius Iunior conſil.j.& Felyn.in c.poſtulaſti.in xj. col.de reſcrip.& ante ipſos Rom.conſi.xxxj.viſis ijs, &c. Et idem Fely.in cap.nōnulli.in princ.in ix.col.de reſcrip.& in materia diſpenſationis, quæ ſolet eſſe ſtricti iuris, vt in cap. per venerabilem.qui filij ſint legitimi.verbum quicunque omnia comprehēdit, vt eſt gl.in extrauag. execrabilis.quæ allegat cle.ſi Romanus.de præben.facit textus & gloſſa in clementina j.in fin.de re iudic.quam ad hoc notat Oldrad. conſilio cccxxij.attento, &c.cum ſimilibus.

Diſpēſatus ad beneficia.

¶ Hinc eſt, quòd licet diſpenſatus ad beneficia non poſſit habere dignitatem, vbi tamē fuiſſet diſpenſatus ad quęcunque beneficia, talis diſpenſatio dignitates comprehēderet, ratione illius dictionis quącunq;, vt dicit Rota de fil.presbyt.ij.in no.& iiij.de offic.ord.in antiquis.ſequuntur Moder.in tract.de benefic.in iij.q.j.partis.col.v. Et iſta deciſio procedit, etiam ſi cum dictione quæcunque, coniungeretur dictio alia, quæ ſolet eſſe reſtrictiua ſimilium. Prout in ſimili caſu in vna Præceptoria Barchinonen.coram d.Paulo Capiſucco fuit in Rota iudicatū per Dominos ix.Ianuar. M. D.xxxj. Nam in dicta cauſa dubitabatur, nunquid in facultate conceſſa nūtio Vaſionen.ad beneficia, & præſtimonia, & alia quęcunque, &c.includerentur dignitates, & vna pars Dominorum dicebat quòd ſic, ponderando dictionē quæcunque, eſſe vniuerſalē per iura ſuperius allegata, & ea quæ dicit Fely.in c.de quarta.de pręſcrip.in iiij.colum.vbi dicit, quòd licet appellatione beneficij non veniant hoſpitalia. cle.per literas.de præb.fallit tamen, niſi ſit dictio quæcunq;. & idem de præſtimonijs dicitur in gl.quodcunque.in clem. ij.de vita & honeſt.cleric. Alia verò pars Dominorum tenebat contrarium, ex quo poteſtas nuntij erat odioſa in præiudicium ordinarię poteſtatis, vt dicit Abb.in c.ſi quis contra clericum.de foro cōmpetenti. Et ideo illa verba quæcūque, debebant reſtringi ad habilia & expreſſa, nō ad ea quæ ſunt ſpeciali nota digna, vt dicit Domi.poſt Pet.de Ancha. in c.ij.de præb.lib.vj.& Philip.Peruſinus.in c.ad hoc.circa fi.de appell.cum concor.vt latè ſcribit Socin.in conſi.cclx.

Alia dictio reſtringens terminũ generis ad expreſſa.

in cauſa Nanetcn.in ix.col.Item,quia dictio alia,in dicta facultate nuntij poſita,reſtringebat terminum generis ad expreſſa,iuxta ea quæ dicit Cidr.conſilio viij.& cclxxxvij.& Rom.conſi.xiij.& xlij.circa fin.& xcij.& Cald.conſi.ij.circa fi.tit.de arbit.cum concord.vt per Iaſ.in l.quæcunque.in primo notabili.C.qui admitt.

¶Tandem iſtis non obſtantibus Rota poſt longam diſputationem,vno excepto,tenuit contrariũ,videlicet,in dicta facultate nuntij cõprehendi dignitates propter generalitatem dictionis quæcunq;,ponderata ſuperius. Nec obſtabat dictio alia,adiuncto termino vniuerſali: quia illa non reſtringebat generalitatem verbi quæcunq;,vt eſt de hoc gl. notabilis in verbo, quamuis.in cle.j.de re iud.quæ probat, iuncto tex.verba iſta,vel alia quauis cauſa,includere maiora expreſsis:pro qua plura adducit And.Sicul.in l.j.§.fin.in iij.colum.ff.de verb. obliga.& in repet.l. cum acutiſsimi.in xiij.col.C.de fideicom. cum alijs adductis per Moder.Luſitanos in l.fundum.col.xx.ff.de reb.dub. qui reſpondent ad contraria,cum quibus cõcordat Alex.in conſ.xj.viſo.in iij. col.& in cõſil.clv.viſis,& accuratè.in ij. col.vol.ij. Et ita in dicta cauſa Barchinonen. concluſum fuit per omnes dominos,& iudicatũ dicta die ix.Ianuarij in fauorẽ Iacobi Partage,magiſtri domus Cardin.de Cæſarinis, contra Anton. Carreras. Quæ omnia conferẽdo ad caſum noſtrũ reddunt deciſionẽ claram & expeditam, videlicet,quòd generalitas iſtius verbi quicunque,poſiti in tex.comprehendit illegitimum,præſertim cum regula iſta tãtum excipiat duo genera perſonarum inhabiliũ,videlicet ſimoniacũ, & intruſum in beneficio reſeruato,ergo in alijs manet regula firma.

Verba iſta, vel alia quauis cauſa.

¶Non obſtat,quòd verba generalia debẽt intelligi de perſonis habilibus:quia vltra reſponſiones quæ poſſunt colligi ex limitationibus traditis per Iaſ.in l.fideiuſſor.§.prætor.ff. qui ſat.cog.de quibus latè ſcripſi in §.in perſonam. inſtit. de actio.limitatur illa regula nõ habere locum quando lex loquitur taxatiuè excipiẽs duo genera perſonarum, vt hic,quia tunc caſus non excepti comprehenduntur ſub regula.vt in c.ij.vbi Abb.de coniug.lepro.Vel ſecundo negari poteſt illegitimum triennio poſsidentem inhabilem eſſe,vt exceptione iſtius regulæ priuari debeat,cum ſit quædam



dam defenſio,ſicut videmus in excommunicato,qui licet ad iudicia inhabilis iudicetur,non tamen illi excipiendi facultas denegatur,vt in c.cum inter.de exceptione. Cum igitur iſta regula non det niſi merã exceptionem poſſeſſori,poterit ea illegitimus vti qui non videtur tam odioſus, quãtum excommunicatus,qui contrahere & poſsidere poteſt.c.veritatis.de dolo & cont.præſertim,quia hoc caſu,ex quo per triennium à ſuperiore eſt toleratus,præſumitur diſpenſatus,iuxta ea quæ tradit Pet.de Anch.in conſi.cxvij.cum materia.c.ordinarij.de offic.ordi.lib.vj. Vel tertio reſpondetur,quòd diſpoſitio iſtius regulæ, quia emanauit ad extinguendas lites,vt patet in fi.text.cõcernit bonum publicum. vt in l.j.ff.de vſucap.& in l.properandũ. C.de iudic.ſed vbi agitur de vtilitate publica,lex non recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum,vt dicit Bart.in l.ſiquis in graui.§. vtrum.per illum text.ff.ad Sillan.Et ita in indiuiduo ſuper hoc puncto iudicauit Rota in vna Regien.parochialiũ coram me ponderando caſus exceptos in regula. Et hanc eandem opin.hodie quæ numeratur xxiij.Ianuarij M.D.xxxviij.in vna Romana parochialis S.Pauli & Cæſarei coram d.Raynaldo Petrutio omnes Domini tenuerunt.

Excõmunicatus.

## QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an regula iſta defendat fœminã poſsidẽtem dignitatem vel adminiſtrationem?

Fœmina poſsidens dignitatem.

¶SOLVTIO. Videtur quòd ſic, quia verbum quicunq;,poſitũ in tex.cõprehẽdit fœminam.l.j.ff.de verb. ſign.Contrariũ videtur tenere Gloſſator hic in ij.col.dum vult,quòd iſta verba intelligantur de habilibus:& ideo laicus & mulier poſsidentes non iuuantur iſta regula.faciunt ea quæ idem Gloſſator dicit in regula ſecunda.in fi. ſ. eod.

Quicũque an cõprehendat vniuerſaliter omnes.

¶Quid dicendum?Pro reſolutione iſtius articuli diſtingui poteſt hoc modo, videlicet,quòd aut dignitas conceditur per Papam fœminæ in titulum,vel adminiſtrationem,vt in abbatiſſa,vel prioriſſa perpetua,quod poteſt facere Papa:& tunc putarẽ regulam habere locum,cum in iſtis eadẽ ratio defenſionis militet,aliàs ſecus.& hoc in ſpecie tenet Gloſſator conſilij Baſilien.tit.de pacific.poſſeſſorib.faciũt ea quæ in ſimili dixi in regula de infirmis relig.in vj. q.

## QVAESTIO QVARTA.

QVAERO ibi, beneficia qualiacunque ſint, &c. an ſub iſtis verbis regulæ cõprehendatur feudũ eccleſiaſticũ?

Feudum eccleſiaſticum an comp. &c.

¶SOLVTIO. Videtur dicendum quòd ſic, quia feudum dicitur beneficium. capitulo j. §. in primis. quibus cauſ. feud. admit. & not. Pet. de Anch. in regula, beneficium. in prima quæſtione. de reg. iur. lib. vj. & Iaſon in repet. l. re coniuncti. num. ccxxvij. ff. de legatis iij. vbi etiam probat, quòd feudũ eſt mera gratia. Et in materia fauorabili poſſeſſoribus, de qua iſta regula loquitur, appellatione beneficij feudum comprehenditur, vt dicunt Moder. in præludijs feudorum. Hinc eſt, quòd in generali facultate diſpenſandi ad beneficia curata & non curata feudum includitur, vt per plures rationes probat Decius in conſilio lxxvj. licet in caſu propoſito, &c.

Feudũ an veniat appellatione beneficij.

¶Breuiter prædictis non obſtantibus contrarium eſt concludẽdum, ex eo, quia licet in materia proportionabili defendi poſſet, appellatione beneficij feudum comprehendi, vbi verò verba, vel ſubiecta materia repugnant, cõtrarium eſt dicendum, vt Præp. dixit in c. per venerabilem. colum. xc. qui filij ſint legit. Sed clarum eſt, quòd verba iſtius regulæ quæ de collatione, inſtitutione, vel præſentatione loquuntur, non adaptantur ad inueſtituram feudi, quę per iſtos modos non confertur. Igitur diſpoſitio iſta in eo non habet locum, præſertim quia caſus hic excepti in regula, videlicet, de reſeruatione in corpore iuris clauſa, & de beneficio ſimoniaco poſſeſſo, nullatenus feudo conueniunt, ſed ſolum beneficijs eccleſiaſticis, quæ à feudo differunt, adaptantur.

Beneficia eccleſiaſtica.

¶Concludendum eſt igitur regulam in feudis locum non habere, preſertim quia in veris beneficijs eccleſiaſticis eſt aliquid ſpecialitatis annexum, quod non eſt in feudo: & in beneficijs quatuor requiruntur quo ad hoc, vt beneficia eccleſiaſtica dicantur, quæ à feudis ſunt multum aliena, vt tradit Pet. de Anch. in c. j. q. j. de reg. iur. lib. vj. Sequitur Decius in rubrica de reſcrip. Quæ omnia à natura feudi extranea videntur, prout etiam Moderni declarant in tract. beneficij. in prima parte. Dictio igitur qualiacunque, hic poſita, recipiet diſtinctionem ſecundum ſubiectam materiam, prout in l. quæſitum. §. j. ff. de leg. iij. cum vulg.

QVAES



## QVAESTIO ~~[illegible]~~ quinta.

Beneficia cõmendata.

QVAERO, an regula iſta de triennali habeat locum in beneficijs commendatis perpetuò ſecundum ſtylũ noſtri temporis?

¶SOLVTIO. Licet in pluribus regulis iſtius tractatus diſputatus ſit iſte articulus, adeò quòd videbãtur ſufficere iam dicta: Nihilominus quia miſera iuris cõditio ſemper in infinitũ decurrit, & nouas quotidie deproperat ædere formas, vt dicit Imperator in l. ij. C. de vet. iur. enuc. oportet nouis & emergentibus caſibus, nouas etiam accõmodare deciſiones, pręſertim in hac q. in qua maior in Rota ſuborta eſt difficultas, quàm fuerit ſuper quauis alia q. illius tractatus: & ideo eam latius attingam, non repertis hic motiuis ſuper iſta eadem q. in alijs regulis iam dictis, ne faſtidio ſim ſtudioſis, præſertim occupatis. Dico igitur circa iſtum articulum varias fuiſſe antiquorum & modernorum dominorum ſententias. Nam quidam ex antiquis tenuerũt regulã iſtam habere locum in commẽdis perpetuis. Et hoc tenuit in ſpecie Gloſſator cõcilij Baſilien. quod habetur in pragmatica Franciæ, ſub titulo de pacific. poſſeſſ. in verbo, titulum. motus ex eo, quia in perpetuis commẽdis militat eadem ratio, quæ in alijs titulis. Et quia commẽda ſecundum Doct. in c. nemo. de elect. libro vj. dicitur titulus canonicus qui ſufficit ad iſtam regulã, vt tradit Henric. in c. penul. col. penul. de verb. ſignifi. Hæc ille. Et cum iſta opi. tranſeunt quidam Moder. Sabinen. in tract. commẽdarũ. & in quibuſdam apoſtillis hic, qui dicunt ita ſe vidiſſe obſeruari in perpetuis commendis, cum ibi detur vera poſſeſſio, quam conſiderat regula. Et ſecundum iſtam opi. retulit ita fuiſſe iudicatum temporibus ſuis in Rota Reuerendiſsimus Cardin. Simonetta, tunc Rotæ auditor, & ſic propria eius manu ad iſtam regulam, & in quodam ſuo repertorio adnotatum vidi, quo in loco reprehendit Dominum Melchiorem de Baldaſsinis quondam aduocatum in apoſtillis regularum Hadriani aſſerentem oppoſitum.

Commenda titulus canonicus.

¶Contrariam verò opinionem, videlicet, quòd iſta regula non habeat locum in cõmendis perpetuis, tenuerunt etiam plures excellentes viri, tam extra Rotã, quàm etiã in Rota.

¶In primis in iſtam opinionem inclinat Gloſſator hic, qui

qui dicit audiuiſſe ita Rotam iudicaſſe. Et hoc idem Bar-
tholomæus de Doſsis quondam aduocatus conſiſtorialis in
quibuſdam Apoſtillis manu ſua ſcriptis refert ſe audiuiſſe à
D. Vanullio auditore Rotæ, pro iſta parte pluries pronun-
tiaſſe, & ita Vanullius ſcriptũ reliquit. Et Reuerend. Card.
bo. mem. Dominicus de Iacobatijs, olim auditor Rotæ in
quibuſdam ſuis adnotationibus, propria eius manu ſcriptis
expreſsè affirmat ſuo tempore omnes Dominos tenuiſſe, &
contrarium in regula de annali. Rationem ponit, qua tunc
mouebatur Rota: quia regula iſta habet verba demonſtra-
tiua tituli, vt patet ibi, ex Apoſtolica, vel ordinaria colla-
tione, ſeu præſentatione & inſtitutione, &c. quæ verba nõ
adaptantur commendæ. Regula verò de annali titulum nõ
requirit. Et ideo in commendis habet locum. Hæc Cardin.
Idem etiam atteſtatur D. Melchior de Baldaſsinis illorum
temporum celebris aduocatus in quibuſdam ſuis adnota-
tionibus ad regulas Hadriani, etiã propria eius manu ſcri-
ptis, dicens, Hadrianum Papam ideo in iſta regula illa ver-
ba ex quouis titulo Apoſtolico, &c. addidiſſe, vt cõmendas
comprehenderet. Et per hoc dubitationem Rotæ tolleret,
quam ſciebat tenuiſſe regulam iſtam in commendis locum
non habere. Et iſtam etiam opin. ſequuti ſunt in Cancella-
ria quidam Abbreuiatores de Parco, inter quos fuit D. Pau
lus de Caſtello, vt refert Moder. ille Sabinen. Aeneas de Fal
conibus in quadam apoſtilla. Et hoc etiam adnotatum re-
liquit ſummus ille vir Laurentius de Pucijs Card. Sancto-
rum quatuor, affirmans ſe audiuiſſe viua voce ab Alexan-
drino iſtam opin. tenuiſſe Rotam.

¶ Itaque ex ſupradictis apparet varias fuiſſe ſuper hoc pun
cto patrum Rotæ opin. Nec mirãdum, cum quælibet opin.
adeò ſe iuſto iudice tueatur, vt perſpicuum ſit Rotam diuer
ſis temporibus contraria ſentientem rectè iudicaſſe. Sed in
hoc eſt diſcrimen, quia licet Rota olim partem negatiuam
Iudiciũ iuſtũ. tenens iuſtum iudicium protulerit, iuſtius tamen modernis
temporibus iudiciũ pronũtiauit, dum tenuit regulam iſtam
in commendis locum habere: non enim inconuenit vnum
iudicium eſſe vno tempore iuſtum, & poſtea eius contrariũ
iuſtius, vt in l. exigendi. C. de procur. cum concor. ibi in gl.
poſitis. Et hoc malum datũ videtur mortalibus in pœnam,
vt eo



vt eorum opiniones ſecũdum varietatem temporum ſene-
ſcant & intermoriantur, aliæq́ue diuerſæ, vel prioribus con
trariæ earum loco renaſcantur, & deinde pubeſcant: talis
enim eſt humani iuris diſciplina, quòd nulla in ea opinio Opinio nulla
eodem ſtatu diu ſtare poteſt, vt dicit Imperator in l. ij. §. ſed codẽ ſtatu diu
quia diuinæ. C. de vet. iur. enucl. vnde meritò Pſalm. dixit, ſtare poteſt.
Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.
quod apparet in l. diui. ff. de iure patr. & in ſexcentis alijs
iuris locis, quæ breuitatis cauſa omitto. Opiniones enim
hominum eorum corpora ſequuntur, quæ cum tempore ve
teraſcunt & pereunt, & ſicut rerum omnium, ita quoque &
opinionum eſt quædam viciſsitudo, cuius rationem ponit
Bal. in pluribus locis, quos enumerabo infrà quæſt. liij. quo
in loco oſtendam aliquãdo modernam Rotam ab antiqua
deuiaſſe, quæ omnia iuſtificantur, per ea quæ dicit text. in c.
non debet. de conſang. & affin.

¶ Nunc autem ad propoſitum reuertamur: vidimus igitur
expreſsè Rotam aliquando iudicaſſe regulam iſtam nõ ha-
bere locum in commendis, vt atteſtati fuerunt prædicti pa-
tres ſuperius in parte negatiua nominati. Et hoc quidẽ, vt
diximus, iuſtè factum fuiſſe arbitror, cum non deſint ratio-
nes & authoritates ſummorũ virorum, qui illam opin. de-
fendant. Nam inter cætera ad tenendum iſtam opin. illi do
mini mouebantur, quia regula iſta requirit titulum, vt pa-
tet ibi ex Apoſtolica, vel ordinaria collatione, &c. & tamen
commenda non eſt titulus, aut ſi quouis modo aliquam ha-
beret ſimilitudinẽ tituli, non ſatis illa ſpecies prouidẽdi in Commendarũ
antiqua eccleſia laudabatur, vt mereretur priuilegijs iſtius prouidẽdi ge-
vel alterius regulæ, de vero titulo loquẽtium muniri. Nam nus.
videmus Innoc. v i. per extrauag. ſuam incip. paſtoris. hoc
prouidẽdi genus per viã commẽdæ reprobaſſe. Nam, vt ver
bis eius vtar, Experientia docuit, occaſione cõmendarum
plurimum diuinũ cultum minui, animarum curam eis, qui-
bus imminet negligi, hoſpitalitatem cõſuetam & debitam
non ſeruari, ruinis ædificia ſupponi, ipſorumq́ue iura in ſpi
ritualibus & temporalibus labefactari, &c. Et eadem etiam,
& deteriora cõmendarum incõmoda refert Clemens v. in
extrauag. incip. ex ſuperne. poſita in tit. de præben. ex quo-
rum verbis apparet cõmendarum vſum improbatum fuiſſe,
vt

vt meritò illi antiqui patres Rotæ voluerunt commendam
ſub hac regula cõprehendi. Non igitur eſt putãdum Rom.
Pontific.rem à tam pluribus damnatam ſub regula iſta in-
cludi velle, præſertim, quia, vt dictum eſt, regula iſta requi-
rit titulum, & commenda de iure non eſt propriè titulus, vt
probatur in cap.qui plures.xxj.q.j.vbi eſt text.quòd nemo
duas eccleſias in titulum tenere poteſt, tamen bene poteſt
vnam habere in titulum, & alteram in commendam. Ergo
apparet manifeſtè commendam nõ eſſe titulum: & ita not.
ibi gl.Vgo & Laurentius, & idem tenuerũt Tancred.Goſ-
fred.& Bernard.in cap.ſi conſtiterit.de accuſat.vt refert Io.
de Fantucijs, & Archi.in d.c.qui plures.vbi plus ſubdit Io.
& Vincen.tenuiſſe in cap.dudum.el.ij.de elect.commẽda-
tarium non ſolum nullum habere titulum, ſed neque ius in
beneficio commendato, & dicit Domin.in c.presbyteri.in
iij.col.xxiij.diſt.quòd commendatarius non eſt prælatus,
ſed quidam cuſtos iurium eccleſiæ: vnde licet capitulũ non
poſsit conferre, & per cõſequens titulum dare, tamen œco-
nomum in eccleſia, & cõmendatarium ponere poteſt: quia
hoc non eſt conferre. Et idem tenet Oldr.in conſil.clxxix.
hinc eſt quòd epiſcopus poteſt illud beneficium commẽda-
tum conferre, inuito & non vocato commendatario, vt di-
cit Lapus in cap.nemo.de elect.lib.vj.refert Felyn.in c.cum
olim.in v.col.de maior.& obedien. Et vltra prædictã aliam
rationem aſsignat gl.ij.in cap.ſi conſtiterit.de accuſat.quia
commendatarius non dicitur poſsidere, nec habere ius in
re, ſicut depoſitarius, per iura allegata in ea quæ late re-
aſſumit Rom.conſil.cccl.vbi latiſsimè probat commenda-
tarium non habere titulum, nec ius in re ſicut depoſitarius,
& de vno ad aliud arguit idem Rom.declarans iſtos termi-
nos in conſil.500.incip.ſummarius.col.j.& ſeq.& quòd cõ-
mendatarius nõ dicatur habere titulum, nec ius aliquod in
re, tenet And.Sicul.poſt Innoc.quem ibi allegat in rubrica
de commodato.in fi.verbis.Ratio enim aſsignatur per Ge-
min.in conſil.viij.incip.quidam Card.in iij.col.quia inter
commendatarium, & eccleſiam cõmendatam non contra-
hitur aliquod matrimonium, ſicut cõtrahitur inter illum,
qui habet ex collatione, qua ratione dicitur habere titulũ:
& ideo cõmendatarius poteſt ad libitũ per Papam remoue-
ri,

Eccleſias duas in titulũ nemo tenere poteſt.

Commendat. nõ dicit poſsidere, nec &c.



ri, quia nõ eſt maritus eccleſiæ. Et iſtam eandem opinionem
firmat Angel.in conſil.xxxv.incip.quidam nobilis.vbi poſt
Innoc.in cap.dudum.dicit, quòd cõmendatarius nullũ ius,
nec titulum habet in eccleſia. Sed eſt nudus miniſter, cuſtos,
& nudus detentor, per ea quæ ibi adducit.& iſtã opin.etiam
tenet Aret.in cap.ſi conſtiterit.col.fin.de accuſat.vbi tenet,
quòd cõmendatarius non ſolum non habet titulum cano-
nicum, ſed neque facit fructus ſuos, niſi expreſsè illi à Papa
concedãtur, per rationes allegatas ibi per eum, & dicit Flo-
rianus in cap.quæſitum.de rer.permut.quòd cõmenda non
poteſt cum titulo permutari, quia commendatarius non di
citur habere canonicum titulum. Et quòd cõmenda nõ det
titulum, tenet etiam expreſsè Bald.in l.ex verbo, per illum
text.C.de fideicom.lib.ſequitur Socin.in conſ.xxxij.incip.
ex ijs.in vj.col.cum alijs concor.vt ibi per eum. idem tenet
Alex.conſil.xcvj.viſis narratis.in j.col.lib.iiij.& Deci.con-
ſil.cxlix.col.iiij. Et pro iſta parte facit quod dicit Abb.in c.
illa.ne ſede vac.videlicet quòd capitulum ſede vacante, non
poteſt conferre beneficia, poteſt tamen commendare: appa-
ret igitur quòd non habet titulum, quod etiam tenet Alex.
poſt gloſ.in cap.ſanctorum.col.iij.lxx.diſt. Et quòd cõmen
datarius non dicatur habere titulum, neque poſſeſsionem,
nec ius in re, prout aliàs dicebat gl.in d.cap.ſi conſtiterit.fir
mat doctus quidã Moder.nomine Barth.Caſſaneus in con-
ſil.xx.in iij.col. Et hoc procedit non ſolum in commenda
ſpirituali, ſed etiam temporali, vt not.Imol.in l.hæreditas.
per illum text.ff.de hær.inſtit.& idem tenet Bald.in conſil.
ccxlvj.ſecundũ antiq.impreſsio. Et ita not.Anto.de Gratia-
nis, antiquus aduocatus cõſiſtorialis in quodam ſuo indice.

Commendat. nõ dicitur habere titulum, &c.

¶ Et iſta opin.in ratione conſiſtit, quia cõmendatarius ni-
hil aliud eſt, quàm quidam adminiſtrator bonorum eccle-
ſiæ, vt patet in cap.cum nobis.de elect.& notat Abb.in cap.
querelam.eod.tit.in primo notabili: & tamen conſtat admi
niſtratorem non habere titulum, vt dicit D.Anto.in clem.
ij.de reſcript.in verbo, electio.ſequitur Nicolaus Milis in
ver.adminiſtrator.& Gloſſator in regula nona.in fi.ex qui-
bus omnibus potuit olim Rota iuſtè moueri ad tenendum,
regulam iſtam non habere locum in commendis.

¶ Poſtremo pro iſta opin.adducebatur vna ratio; quia ſi

conſi

conſiderantur verba iſtius regulæ, tam illa quæ referuntur
ad Papam, quàm ad alios inferiores, inuenimus, quòd nulla
poſſunt commendæ perpetuæ adaptari. Nam verba indica-
tiua tituli quæ referuntur ad Papam, ſunt illa ex Apoſtolica
collatione, vel electionis confirmatione, &c. & nulla ſunt
hîc alia verba indicatiua tituli, quæ Papam concernant, ni-
ſi prædicta, ſub quibus non eſt dubium, quòd cõmenda non
comprehẽditur ſiue propriè ſiue impropriè interpretemur,
quia cõmenda nõ eſt collatio, neq; cõfirmatio. Nec minus
poteſt cõmenda perpetua cõprehendi ſub verbis directis or-
dinarijs duplici reſpectu, tum, quia nullus ordinarius infe- Ordinari⁹ nullus inferior à Papa.
rior à Papa poteſt perpetuò commẽdare, vt in d. cap. nemo.
tum etiam, quia ſi poſſent verba hîc poſita non conueniunt
commendæ perpetuæ.

¶ Sed prædictis nõ obſtan. pars affirmatiua, videlicet quòd
regula iſta habeat locum in cõmendis perpetuis, præualuit,
quam tenuit Modernis temporibus Rota, vt atteſtatur Re-
uerendiſsimus D. Iaco. Simonetta Card. olim auditor in-
ter alios curioſiſsimus, in quadam additione ad iſtam regu-
lam, & in quibuſdam ſuis recollectis deciſionum, quas vidi
propria eius manu ſcriptas, quo in loco reprehendit domi-
num Melchiorem de Baldaſsinis aduocatum contrarium
aſſerentem. Et iſta opin. videlicet quòd regula habeat lo-
cum in cõmendis perpetuis, videtur iuſtior & ęquior, quam
vltra Gloſſatorẽ concil. Baſilien. ſub titulo de pacific. poſ. in
verbo, titulum. qui expreſsè hoc tenet, & Moder. Sabin. in
tract. commendarum. & hîc in quadam Apoſtilla, qui dicũt
* ſe vidiſſe ita obſeruari. Nouiſsimè hoc anno M. D. xxxvij.
de menſe Nouembri poſt plures informationes, & cauſæ
propoſitiones idem dubiũ pro iſta parte determinauit Ro-
* ta, licet de menſe Octobri M. D. xxxij. in vna Romana, co-
ram D. Paulo Capiſucco ſuper hoc Rota dubitauerit. Nam
tunc cauſa propoſita quibuſdam, videbatur partem negati-
uam poſſe defendi. Nihil tamen illo tẽpore reſolutiuè con-
cluſum fuerat. Nunc autem iterum de menſe Nouembri M.
* D. xxxvij. idem D. Paulus in vna alia Vrgellen. monaſterij
propoſuit iſtud idem dubium in plena Rota, in qua poſt plu-
res diſputationes & relationes, tandẽ xvj. & xxvj. die eiuſdẽ
menſis Nouembris, duplicatis votis, omnes Domini vo-





luerunt regulam iſtam in cõmendis perpetuis habere locũ,
quam opi. pluribus rationib. & authoritatib. cõprobarunt.

¶ In primis adducebatur ratio, quia videmus quòd cõmen-
dæ perpetuę noſtri temporis propter exhuberãtiam verbo-
rum, quibus hodie conceduntur, ac licentiam & facultatem
percipiendi & cõuertendi fructus in vſus proprios, ſicut ve-
ri prælati faciunt, magis participant de collatione & vero
titulo, quàm de ſimplici depoſito. Iura verò antiqua loquẽ-
tiã de commendis, ideo locũ in iſtis perpetuis non habebãt,
quia tempore illorum iurium commẽdæ ſub iſta moderna
forma, qua hodie concedũtur, adhuc inuentæ, nec cognitæ
fuerant, vt latè probat quidam Moder. Bartholomæus Caſ-
ſaneus in quodam ſuo conſilio incip. antequàm, &c. poſito
in commẽtarijs ſuis conſuetudinum Burgundiæ. fol. cccxx-
vij. vbi latè formam perpetuæ commendæ hodiernæ diſcu-
tit, quæ re vera non poſſunt dici propriè cõmendæ, ſed titu-
li: quia commenda propria & vera eſt temporalis, quæ idem Cõmenda propria & vera.
eſt, quod depoſitum, quod etiã eſt temporale, vt dicit tex. in
l. commẽdare. ff. de verb. ſignif. cum concord. ibi poſitis. Et
probatur clarè in c. nemo. de elect. lib. vj. Et hoc manifeſtè
apparet, quia commendatarius temporalis nõ facit fructus
ſuos, vt tradit Aret. & alij in c. ſi cõſtiterit. de accuſat. Sic ne-
que depoſitarius verus non facit fructus ſuos: vnde ſicut de-
poſitarius ſi rei depoſitæ ex pacto ſuos proprios fructus fa-
ceret, propriũ nec verum depoſitũ dici poſſet: quia hoc na-
turę depoſiti aduerſaretur, & participaret magis de mutuo,
vt probant latè Moderni Mediolan. in l. certi condictio. §.
depoſiti. in iiij. notab. per illum text. ff. ſi cert. pet. & eſt text.
in l. j. §. ſi pecunia. & ibi notat gl. ff. depoſ. Sic eodem modo
ſi commendatarius habet licentiã conuertendi fructus in
ſuos proprios vſus, prout faciunt hodie perpetui commen-
datarij, talis commenda non eſt propriè, nec vera commen-
da, ſed adhæret magis ad naturã collationis & veri tituli, vt
in c. ſi tibi abſenti. ibi, vt tuum dici valeas. de præben. lib. vj.
Hinc eſt quòd hodie cõmendæ perpetuæ inducũt incompa- Cõmendę perpetuæ quare inducũt incõpatibilitatem.
tibilitatẽ, vt notabiliter probãt Moder. repetentes in clem.
gratiæ. de reſcript. allegãtes conciliũ Lateranen. modernũ.
Et hodie includũtur ſub expectatiuis conceſsis ad beneficia
vacatura, & tenet Socin. in conſil. xxxij. in vj. col. verſ. & per

prædicta,&c.Ratio aſsignatur,quia licet per mortem com-
mendatarij temporalis non dicatur beneficiũ vacare de no
uo,ſed vacet eo modo,quo prius. Hoc tamen non omnino
procedit in perpetua commenda, quia hodie per eam Papa
plene diſponit de beneficio,ſicut quando dat in titulum.Et
ideo ſicut per collationem expirat reſeruatio, ita & per da-
tionem in commendam perpetuam , quæ in omnibus effe-
ctum habet tituli,vt concludunt Moderni in tract.reſerua-
tionis.in iij.q.principali.Et eſt deciſio Rotæ vij.de elect.in
antiq.& deciſ.j.de præbend.in antiquioribus.Et licet dom.
Gaſpar de Peruſio epiſcopus Frequentinus, & doctor anti-
quus in tract.reſeruationũ.fol.v.tenuerit,expectatiuas,ſeu
reſeruationes non capere beneficia commẽdata, per ea quæ
not.Ioan.And.in c.pen.de verb.ſig.illud procedit in benefi
cijs cõmendatis ad tempus, iuxta diſpoſitionem c.nemo.de
elect.lib.vj.quia in talibus beneficijs nõ datur propria,neq;
impropria vacatio , & militant in eis omnes rationes ſupe-
rius ſcriptæ.Secus eſt in commendis perpetuis noſtri tempo
ris, quæ illis temporibus adhuc non fuerunt ſub iſta forma
inuentæ,in quibus propter ampliſsimã diſpoſitionem, quæ
datur commẽdatario,& verborum hubertatem in eius for-
ma poſitam in nihilo differunt à titulo,niſi reſpectu nomi-
nis.Nimirum igitur ſi in illis habent locum expectatiuæ,&
regula iſta,& iura omnia de titulis loquentia. ¶ Dicta igi-
tur omnia Doct.dicentium commendam non eſſe titulum,
neq; tribuere poſſeſsionem, neque ius etiam diſponendi de
fructibus,vt dicebat gloſſã,& alij ſequẽtes eam in d.c.ſi con
ſtiterit.& alijs ſuperius allegatis , procedunt in commenda
temporali,in qua non datur plena diſpoſitio,nec conuerſio
fructuum in proprios vſus:ſecus in perpetua,vt dicebat ille
Mod.de Caſſaneis in d.conſ.quia,vt dixi,talis cõmenda ex-
orbitata veris terminis depoſiti , & licet commenda perpe-
tua retineat nomẽ commendæ,vt dixi,effectus tamen perpe
tuitatis alterat naturã eius,& reponit in diuerſam ſpeciem,
arg.c.ſtatutũ.de elect.lib.vj.& l.quæſitum.§.illud.de leg.ter
tio. Vnde ſicut in cõtractu emptionis ſi vẽderem tibi domũ
hoc pacto ne transferretur dominium, licet iſte contractus
habeat nomẽ emptionis,effectu tamẽ erit locatio, vt patet
in l.eũ manu ſata.§.nemo.ff. de contrah.emptio. Hoc enim
non

Expectatiuæ, ſeu reſeruationes.



non aliũde procedit,niſi, quia propter qualitatem illam do
minij non transferendi venditioni adiunctã propria natu-
ra contractus emptionis alteratur,& in alteram ſpeciẽ repo
nitur:verborum enim adiectio rei naturã immutat , vt in l.
pediculis.§.Labeo.ff.de auro & arg.leg.Et eodem modo ſi
donarem tibi veſtem cauſa mortis,clarum eſt,quòd talis do
natio eſt de ſui natura reuocabilis : quia verè iſta donatio
eſt cauſa mortis.vbi verò huic donationi hæc verba appo-
nerentur,videlicet quòd mihi non liceret eam reuocare,ta-
li caſu,licet nomine videatur donatio cauſa mortis, effectu
tamẽ erit donatio inter viuos,vt eſt tex.in l.ſi alienam.in fi.
& in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mortis.cum concor.
vt cumulat Ferra.cautel.xxx. hoc enim regulare eſt in hac
iuris diſciplina, quòd qualitas cõtractus non ex ſimilitudi
ne nominis,ſed ab ipſo effectu metiẽda eſt , vt tradũt Doct.
in l.Lucius.la prima.per illum textũ.ff.depoſ.facit in l.vni-
ca.§.ſimili modo.C.de Latina lib.tollen.vbi dominus no-
minans ſeruum ſuũ filium , non propterea facit eum filium:
quia non attenditur denominatio,ſed effectus:ſic in cõmen
dis perpetuis noſtri tẽporis eſt dicẽdum , quòd ratione per-
petuitatis,& plenæ diſpoſitionis fructuum participent ma-
gis de veris titulis,quàm commendæ temporales, & hoc Pa
pa facere poteſt,qui poteſt naturã rei immutare,vt not.in c.
cum pridem.de pact.in gl.in verſ.illicitè.circa fi.Et ideo po
teſt probabiliter teneri, quòd commenda perpetua ſit pro-
prius & verus titulus.Si igitur verus titulus eſt,non erit du-
bium,quòd ſub iſta regula comprehendatur. ¶ Et pro iſta
opin.videlicet quòd commenda ſit verus & legitimus titu-
lus,adduci poteſt ratio vrgens.Nam ille dicitur verus,legi-
timus,& canonicus titulus, qui à lege, vel ab homine pote-
ſtatem habenti eſt inuentus, & habet ſpeciale nomen perpe
tui tituli.c.j.cum ibi not.de capel.mo.lib.vj. facit text.in l.
legitima.& in l.iuris gentium.in prin.ff.de pact.Sed cõmen
dæ noſtri temporis ſunt inuentę à canone,& à Papa poteſta
tem habenti,vt patet in c.dudũ.el.ij.de elect.& in c.qui plu
res.xxj.q.iij.cũ vulg.Ergo dicitur verus titulus canonicus:
& hoc tenet Abbas in d.c.ſi cõſtiterit.col.fi.de accuſationi-
bus.& Mod.in clem.j.in iiij.col.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.
Et tenet Milis in verbo,commẽda.& Io.Baptiſta de Sancto

Contractus qualitas.

Titulus verus & legitimus quis dicatur.

Commenda titulus verus & canonicus.

Seuerino in tract.penſio.quæſtio.xxvj. Et idem tenet Collectarius in c.fi.de filijs presby.& probant Moder.in quadã paraphraſi ad eũdem Collectariũ in d.c.dudum.& Archid. poſt Hoſtien.& Guliel.in d.c.nemo.& idem tenet Abb.in c. cum olim.in pen.col.de rerum permuta.& latius Petrus de Vbaldis de Peruſio,poſt Imol.in v.col.in c.fin.eodem titulo.& Archid.in cap.ſi propter.in fine.de reſcript.lib.vj.Pro quibus videtur text.in c.cum nobis olim.in fi.de electio.vt declarat Abb.in c.querelam.in primo notabili.eod.titu.& hoc in ratione conſiſtit,quia inter ſigna veri & legitimi tituli eſt perpetuitas,& fructuum diſpoſitio,vt habetur in c.j. de capel.mona.lib.vj.Et not.Cald.in conſi.xxx.tit.de præbend.& not.in c.fi.de pec.cler.& in c.præſenti.de offi.ord. lib.vj.& tradit latius Pet.de Anchar.in c.j.eo.lib.Et tamen illa duo interueniunt in commenda perpetua: de perpetuitate clarum eſt, de diſpoſitione fructuũ etiam non eſt difficultas,cum hoc verbis latiſsimè in forma hodierna cõmendæ perpetuæ cõtinetur,vt tradit And.Sicul.in conſil.ij.vol. ij.Et latius Troilus de Maluitijs in quodã ſuo notabili cõſi. poſito poſt repet.l.quominus.de flumi.Iaſ. aliàs poſt tract. de ſortibus eiuſdẽ Troili,quem latè refert Moder.Lambertinus in tract.iur.patron.fol.ccxj.cum concord.traditis per Moder.Barthol.Caſſaneum in prædicto conſi.Et iſta diſpoſitio plena fructuum,adeò competit commendatario perpetuo,quòd dicit notabiliter Præpoſ.in c.in vj.col.xliiij.diſtinct.quòd ſicut veri prælati habentes verum & proprium titulum faciunt fructus ſuos, adeò quòd ſi eos conſumãt in malos vſus,non teneantur ad reſtitutionem,per ea quæ notat Hoſtien.Card.& Imol.in c.fin.de pecul.cleric.ita & cõmendatarij perpetui faciũt fructus ſuos, neq; ad reſtitutionem tenentur,quia commendæ noſtri tẽporis pro titulis habentur. ¶Hinc eſt,quòd ſicut verus Prælatus poteſt fructus beneficij ſui locare ad plures annos, ita etiam & cõmẽdatarij perpetui,vt dicit Calder.in conſil.viij.tit.de locato.Et ſicut impetrans tenetur facere mentionem de titulo ſuo,ita etiam de cõmenda,qui eſt verus titulus,vt tradit idem Calder.conſil.vj.titulo,de præben.cum concord.quæ congeſſit quidam Moder.Stephanus Beltrandus in iij.vol.conſil.nouiter impreſſorum conſi.ccxxxv.incip.etiam ſi commenda. & eſt

Cõmẽdatarij perpetui quid faciant.

Impetrans tenetur facere mẽtionem de titulo.



& eſt regula Cancellariæ xlj.quæ hoc ſtatuit.

¶Ex quibus omnibus infertur,quòd diſpoſitio loquens de titulo habet locum in commenda perpetua, vt tenet Dom. in conſil.xvij.col.fin.Abbas in c.cum olim.col.pen.de rerũ permu.& videtur ſentire Philippus Peruſinus in d.c.nemo. col.fin.Et hoc latius probat And.Sicul.in conſi.ij.lib.ij.vbi latè conſuluit,quòd diſpoſitio c.quoniam Abbas.de offic. deleg.quæ loquitur ſimpliciter de prælato titulari & vero, habeat locum in commendatario , & idem tenet Decius in dicto c.quoniam.in iiij.col.verſ.& iſta tertia concluſio. Et ſequũtur Moder.Taurinen.in rubrica.ff.de offic.eius. ſi igitur hoc in diſpoſitione d.c.quoniam.receptum eſt,à fortiori procedit talis interpretatio in iſta regula quæ habet aliqua verba prægnantia apta comprehendere commendam, etiam ſi nõ eſſet proprius titulus, vt patet in illis verbis regulæ,prouiſio,&c.Et ibi,ſeu quæuis alia diſpoſitio,quæ verba comprehendunt omnem ſpeciem titulorum, vt tradunt in c.cũ in illis.de præbend.lib.vj.& per gl.in clem.fi.in verſ. prouiſioni.de elect.cum vulg.Nam ſi in d.c.quoniam.quod loquitur in commiſsionibus quæ ſunt ſtricti iuris, ſecundũ gl.in c.j.& in c.diſpẽdia.& in c.ſtatutum. cum alijs vulg.de reſcrip.lib.vj.comprehenditur commendatarius,à fortiori ſub regula noſtra,quę eſt poſſeſſorib.fauorabilis,& per conſequens extendenda comprehendi debet. Et tota iſta diſputatio,quę facta eſt circa iſtud dubium,fuit,propter regulam Innoc.quæ loquitur indiſtinctè. Sed quo ad regulam Hadriani & Pauli III.nunc feliciter regnantis quæ ſimul concordant,nulla eſſet difficultas,quòd ſub talibus regulis cõmenda comprehendatur, ex eo, quia habet quædam verba, quæ non ſunt in alijs regulis prædeceſſorum, quæ prius fuerunt poſita per Hadrianum ad tollendum iſtud dubium, vt in parte negatiua dixi. Verba enim ſunt iſta, videlicet,ex quouis titulo Apoſtolico, &c.quæ verba comprehendunt commẽdam,ſiue illa ſit propriè titulus, ſiue impropriè. Sed quia in alijs regulis illa verba ſcripta non erant: ideo ſuper hoc ſæpius fuit laboratum, vt ex ſuperius dictis apparet. ¶Non tamen iudicio meo erat laborandum, ſi diligenter natura & vis commendæ perpetuæ conſiderata fuiſſet, quæ multiplici ratione ſub illa regula comprehendi

Diſpoſitio quæuis.

debuit,non ſolū quia eſt propriè titulus canonicus,vt Moder.tradunt in repe.cap.j.fol.xj. col.j.de rerum permu.lib. vj.cum alijs ſuperius allegatis,ſed etiam quia,vt dixi,verba regulæ hoc includūt.Hinc eſt,quòd raræ admodum diſpoſitiones iuris inuenientur,quæ loquantur indifferenter de titulis beneficiorum, in quibus comméda perpetua non includatur,ſiue ex mente,ſiue ex verbis.Nam vltra prædicta videmus tex.in clem.fin.de procur.qui ſimpliciter loquitur de prælato,per cuius obitum mandatum expirat,habere locum in commēdatario perpetuo ſecundū Zenzeli.& Imolam,cum quibus Ioan.Franc.Pauinus quondam Rotæ auditor tranſire videtur in tract.de off.& pot.cap.ſede vacan. in iij.q.col.iiij.& tamen verba dictæ cle.hoc non præſeferunt,ex mente tamen hæc interpretatio ſumitur.

¶Pari modo tex.in c.j.de fil.presbyter.lib.vj.qui dicit epiſcopum nō poſſe cum illegitimo in curato beneficio diſpenſare,procedit etiam in commenda,licet verba tex.hoc non dicant,vt firmat Collectarius in c.fi.col.j.in fin.eod.tit.in antiq.Sic etiā tex.in c.quæſitū.cum ſimilibus.de rerum permut.diſponentes permutationē tituli fieri poſſe cum alio titulo,habet locum de cōmenda ad commendam,& de commenda perpetua ad titulum,licet tex.nihil de cōmenda dicat,ſecundum Pet.de Peruſio ibi,& in c.fi.eo.tit.poſt Imol ibi in v.col.& firmat latius d. Pet.Andreas quondam Rotæ auditor in rep.c.j.fol.xj.j.col.de rerum permut.lib.vj.

De commēda ad cōmēdam locū habere.

¶Et eodem modo text.in c.edoceri.de reſcrip.de prælato loquens, procedit etiam in commendatario, vt ibi Decius dicit in fina lib.verbis.

¶Similiter eſt dicendum in diſpoſitione tex.c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.quę diſponit cauſas à ſede Apoſtolica committendas exiſtentibus in dignitate,procedit etiam in cōmendatarijs perpetuis,vt modernus ſtylus habet,& ibi latius dixi poſt Pet. Vercellen.& alios antiquos, pro quibus conferunt motiua Barbatiæ in d.conſi.ij.Et hoc tenent Moderni Purpurati.in l.j.in xxxiij.col.ff. de off.eius.vbi vnum aliud inferunt,quòd ſicut Abbates titulares terras,& iuriſdictionem habentes dicūtur clariſsimi,ſecundum Bal.in l.j.§.his cunabulis. circa med.ff.de offic.præfect.præt.Ita & cōmendatarij perpetui,propter omnimodam diſpoſitionem,quæ hodie



hodie illis in literis tribuitur,clariſsimi dici poſſunt. Hinc eſt,quòd talis cōmendatarius poteſt locare bona monaſterij ſicut titularis,vt dicit Calder.in conſi.viij.titulo de locato.Non obſtan.quòd in illo vulgato libro ſtyli,ſiue practicæ Cancellariæ dicatur contrarium : quia illud procedit in commendatario temporali,vt latius ibi dixi.

Commendatarij perpetui quib⁹ gaudeant prærogatiuis.

¶Simili modo text.in cap.ij.de præben.& alia iura,quæ volunt epiſcopum non debere aliquem ordinare,niſi habeat titulum vnde viuat,procedunt,& habent locum in cōmendis perpetuis,que appellatione tituli comprehenduntur:ita Dominic. poſt Lapum in cap. penult.in ij.col. verſic.quid de habente.de tempo.ord.lib.vj.

¶Et etiam apparet,quòd diſpoſitio cap.cum illorum. de ſentent.excommunic. loquentis de Abbate & Priore,licet ſit odioſa,procedit etiam in commēdatario & adminiſtratore,vt ibi ſentit gloſſa in verbo, Abbatē.ſequitur Decius in d.cap.edoceri.in fin.

¶Facit etiam : quia videmus,quòd capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia,& licet poſsit ad tempus commendare.quia tunc non dicitur conferre,vt tradunt omnes in c.ij.ne ſede vacan.Non poterit tamen perpetuò cōmendare:quia talis commenda ſe habet ad inſtar collationis,ita dicit Præpoſ.in c.presbyteri.in ij.col.xxiiij.diſtinct.

¶Et idem dicimus de text.in cle.j.de ſupp.neg.prælat.quæ ſimpliciter loquitur de collatione facienda per ordinarios infra ſex mēſes,& tamen procedit etiam in cōmenda,quod eſt fortius,vt tradit Card.in clem.quia contingit.§.vt autem.de religio.domib.ſequitur Card. Alexādrinus in cap. ſi quis.col.penult.lviij.diſtinct.

¶Plus etiam voluerunt aliqui,quòd ſi cōmendatarius perpetuus moreretur in curia,comprehenderetur ſub diſpoſitione.c.ij.de præb.lib. vj. ſuper quo nihil allegabo,ex eo, quia modo dubium pēdet coram eodem domino Paulo in dicta cauſa Vrgelen. Monaſterij,ſuper quo aduocati hincinde ardentiſsimè diſputant.

¶Et eodem modo videmus,quòd ſicut per collationem Papæ expirat reſeruatio,vt eſt deciſio nona & xj.de præbend. & in no.& xxiiij.eod.titul.in antiq.& tenet Lapus in allegat. cxxvj.incip.Anaſtaſius.col.penul. Sic etiam reſeruatio expi

Reſeruatio p collationē Papæ expirat.

rat per commendam perpetuam,per quam ſicut per colla-
tionem videtur extingui vacatio:ſecus per commendã tem
poralẽ.iſta eſt notabilis deciſ.in antiq.vij.tit.de elect.&pri
ma in antiquio.tit.de præb.quæ ſunt corruptæ vitio impreſ
ſorũ,vt apparet per rationẽ,quam reddũt,de qua ibi videas.
¶Sic eodem modo videmus,quòd diſpoſitio c.cum apſto-
lus.cum ſimil.de cenſibus.volens Prælatos poſſe à ſubditis
eorũ exigere charitatiuũ ſubſidiũ,procedũt etiã & habẽt lo
cum in cõmendatarijs perpetuis,vt probat Barth.Belẽzinus
in tract.de chari.ſubſ.q.vj.per Car.in cle.fi.in xij.q.de pro-
cu.Tẽpus pariter,& papyrus deficerẽt ſi ſingulos iuris caſus
de Prelatis,& dignitatibus loquẽtes,qui habẽt locũ in com
mẽdis,enumerare vellem,de quibus aliàs quendã epilogum
feci ad dictum cap.nemo.Ideo iſta exempli loco ſufficient.
¶Ex quibus facilè quis intelligere poteſt,quòd commen-
datarij perpetui ſecũdum modum hodiernum, habent ean-
dem effigiem, quo ad iuris diſpoſitionem comprehẽſiuam,
quam habent veri prælati titulares,licet in quibuſdam diſ-
ferant,quæ non officiũt præſenti deciſioni. Et ideo non im
meritò videmus Rotam ſæpiſsimè tenuiſſe eandem inter-
pretationem,quo ad alias regulas. Nam regula de infirmis
reſig.de idiomate.de annali.de præſtan.conſenſu Cardina-
lium.de publicandis reſignationibus.de veriſimili notitia
obitus.de non tollendo iure quæſito.& ſimiles, procedunt
in commendis perpetuis ,vt ſæpius Rota iudicauit,vt ibi di
xi:non video igitur rationem,quare iſta etiam regula, quæ
eſt fauorabilis,non pariter habeat locum in eis.

Regulæ cãcellariæ quæ in cõmenda procedant.

¶Poſtremo ne aliquid remaneat intactũ, ponamus etiam
pro conſtanti,quòd titulus commendæ perpetuæ non eſſet
ita proprius,ſicut alius,cur ex ſimilitudine rationis non de-
beat diſpoſitio iſtius regulæ loquentis ſimpliciter de titulo,
etiam extendi ad titulum improprium,cum ſit fauorabilis,
non video, præſertim quia in ſimilibus caſibus talis inter-
pretatio ſecundum communes regulas recipitur,vt patet in
c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.quæ loquitur ſimpliciter de di-
gnitate,& tamen Doct.voluerunt,quòd extendatur ad di-
gnitatem largo modo ſumptam,vt dicit Aretin.in conſilio
xxiiij.in præſenti conſultatione.col.prima.& Andr.Sicul.
in conſilio xl.libro primo. Et eodem modo text.in c.ij.de
elect.



elect.lib.vj.qui loquitur de electionibus conditionalibus,
habet locum in præſentationibus clericorum,licet ſint in-
ter ſe differentes,vt dicit Felynus in cap.inter cætera.in iij.
colum.de appel.& in cap.cum Bertoldus etiam.in iij.col.de
re iudic.Et text.in cap.auaritiæ.licet ſit pœnalis, extẽditur
ad præſentatum miniſtrantem,vt tenet Lapus in alleg.viij.
& latè Curtius in tract.iur. patron.in ver.honorificum.in
xxxix.quæſt.Et iudicauit Rota in vna Salamantin.capella-
niæ coram R.P.D. Marcello xiij.Ianuarij M.D.xxxiij.vt
ibi latius dixi. Plura ſunt iura,quæ breuitatis gratia omit-
to,in quibus fit extenſio de caſu proprio ad improprium,
ſublata ſignificatione vocabuli.iuxta vulg.l.filium habeo.
ff.ad Maced.quæ ſi cõſiderentur in caſu noſtræ regulæ,non
erit dubium quin idem dicendum erit in commenda de qua
loquimur.

Præſentatus miniſtrans. *

¶Sed nolo tantum inniti extenſioni,quę etiam in pœnali-
bus & odioſis ſolet habere locum,vt exemplificat Iaſon in
l.fin.§.fin.columna fin.ff.de in ius vocan.ne quærere men-
dicata ſuffragia videamur.Sed dico hoc ex ratione,& ex mẽ
te iſtius regulæ apertiſsimè colligi,duplici alia ratione vl-
tra prædictas ſuperius adductas.
¶Prima eſt, quia negari non poteſt,quòd regula iſta ſecun
dum communem interpretationem Rotæ & curiæ,non ſo
lum habet locum in titulo totaliter vero, ſed etiam in titu-
lo colorato,quæ extenſio fuit in cauſa,quòd priuilegium
iſtius regulæ ad innumerabiles pœnæ caſus ſit dilatatum &
extenſum,vt ex diſcurſu quæſtionum iſtius commẽti poteſt
intelligi. Et tamen nemo negabit titulum commendæ eſſe
titulum ſaltem coloratum quando commẽda eſt perpetua,
& conceditur ab eo,qui aliàs habet poteſtatem commen-
dandi,iuxta communes regulas,de quibus in capitulo,cum
noſtris.de conceſſ.præb.Si ita eſt,nulla erit difficultas,quòd
talis commenda comprehendatur ſub regula.Nam etiam il
li Doct.qui tenuerunt commẽdatarium non eſſe verũ præ-
latum,nec facere fructus ſuos,non negarunt eundem habe-
re titulum canonicum :quia hoc negare non poterant,cum
ſit vnus de modis prouidẽdi eccleſijs inuentus à canone. Er
go erit titulus coloratus & legitimus,vt aliàs eſt dictum.
Et quòd iſta opinio ſit veriſsima, vlterius ſuadetur:quia ſe-

Commendæ titulus.

cundum interpretationem Rotæ iſta regula procedit in titulo præſumpto, qui eſt titulus non viſibilis, nec palpabilis, nec proueniens ex prouiſione alicuius ordinarij viuentis, ſed ex ſolo curſu tẽporis x. annorum, vt in c. illud. cum vulga. de præſump. Et de quo titulo regula iſta nullã facit mentionem directè, nec indirectè. Et tamen voluerũt Domini, quòd ille titulus ſufficiat ad producẽdum exceptionẽ iſtius regulæ, vt dicam latius in alia q. Quanto igitur à fortiori habebit locum in iſto titulo viſibili & apparenti, de quo regula videtur mentaliter & verbaliter cogitaſſe, per ea, quæ ſuperius dicta fuerunt. Concludendum eſt igitur regulã habere locum iſto caſu. Et ita Domini iſtam opi. tenuerunt, & firmarunt in prædicta cauſa Vrgelen. Monaſterij poſt geminatas propoſitiones die xvj. & xxvj. Nouemb. M.D.xxxvij. coram eodem domino Paulo.

**Titulus præſumptus quis dicitur.**

* 

¶ Et ex iſtis ſequitur vnũ aliud valde notabile, de quo fuit etiam factum dubium in Rota in dicta cauſa Vrgelen. per eundem d. Paulum, videlicet, quòd attento, quòd commenda perpetua eſt titulus canonicus morte commendatarij, inducetur noua vacatio, adeò, quòd ſi commenda fuit facta in curia de beneficio alibi vacanti: ſi ibi moriatur commendatarius, dicetur ibi beneficium vacare quo ad effectum reſeruationis. c. ij. de præbend. lib. vj. in quam opi. quatuor ex Dominis inclinabãt, tres verò alij tenebant contrarium, & ponderabatur dictum Lapi hoc tenentis in d. c. nemo. & in quibuſdam additio. ad Federicum in tract. permut. q. xv. & etiam illud, quod dicit Rota in antiquis. deciſ. vij. de elect. quæ præſupponit per cõmendam perpetuam deſinere vacare beneficium, vt prius, quia videbatur iam plenum ſicut per collationem, non ſic per commendam temporalem, vt idem Domini latius hoc notant in antiquio. deciſ. j. de præb. Et quòd tali caſu commenda perpetua operetur eundem effectum quẽ collatio, patet: quia ſicut per collationẽ extinguitur reſeruatio, vt dixi ſuperius: ita etiam per commendam perpetuam, vt Moder. tradunt in tract. reſer. in tertia parte. effectu xxxj. poſt Soci. conſil. xxxij. in vj. col. & quia, vt dixi, gratia ad beneficia vacatura comprehendit beneficium vacans per obitum commẽdatarij perpetui, vt Socinus tradit in d. conſ. xxxij. poſt Rom. conſ. cl. & tenet Collect. in c. penult.

**Beneficium per commendã perpetuam vacare deſinit.**



nult. in j. col. de verb. ſig. Et tamen text. in d. c. ij. loquitur de beneficijs vacantibus.

¶ Et iſta omna de plano procedunt, quo ad ſuperius dicta: quo ad alia verò quæ concernunt ſtatum eccleſiæ, commendatarius non æquiparatur titulari, cum debeat ſubire onera, & conſeruari eccleſiã in eodem ſtatu, neq; illum mutare poteſt, vt dicit Abb. in c. querelam. in j. notab. de elect. & in c. de monachis. de præb. vbi reprehendit Cardinales habentes eccleſias commendatas, qui hoc negligunt.

### QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, quia dicitur hic, quæcunque beneficia, an regula procedat in officijs?

¶ SOLVTIO. Si ſunt officia eccleſiaſtica, de quibus loquitur tex. in c. cum acceſsiſſent. de conſtit. & in c. conſulere. de ſimo. Non eſt dubiũ regulã habere locũ, quia hoc verbũ beneficiũ, in materia fauorabili poſſeſſoribus latiſsimè debet interpretari, prout in c. j. de reg. iur. lib. vj. Et ita expreſsè cautũ de officijs huiuſmodi reperitur in decreto cõcilij Baſilien. vnde originẽ traxit iſta regula, vt ſæpe dictum eſt. Si tamẽ officia eſſent tẽporalia, licet ſolita dari clericis, ſub regula nõ cõprehenderẽtur, vt dixi in regula de annali, & in regula de infirmis reſignãtibus: licet poſſet dici, quod ratione illius dictionis quęcũq;, hic poſita, poſſent includi. arg. eorum, quæ dicit Fely. in tract. quando lit. apoſtol. col. iiij. verſic. ampliatur quarto. & quæ dixi ſuprà in iiij. q.

### QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO, an regula iſta comprehendat hoſpitalia?

**Hoſpitalia.**

¶ SOLVTIO. Iſta q. ſæpe tempore Sixti, Alexãdri, & etiã tẽpore Iulij corã Alexãdrino vẽtilata fuit, in cauſa hoſpitalis S. Laurẽtij Caſtri noui: & fuit datum dubiũ, nunquid iſta regu. in hoſpitali locũ haberet. Super quo dubio ſcripſit quondã bo. memo. Laurẽt. Puccius Piſis dum cathedrã regeret, ac poſtea Romæ, ad quam cauſa dicti hoſpitalis venit, quẽ per obitũ cuiuſdã Simonis impetrauerat. Et hic agẽdo, ac poſtea per plures annos practicę operã dãdo, poſt plures labores perpeſſos, Card. Sanctorũ quatuor creatus fuit. Sic itaq; cõtra eũ apponebatur de reg. iſta, & inter plura motiua, quæ breuitatis cauſa nõ refero, tũc fuit dictũ reg. nõ habere locũ in hoſpitali, iſta ratione: quia omnis

diſpo

diſpoſitio in dubio debet interpretari, vt potius concordet cum iure cõmuni, quàm quòd ſit cõtra ius cõmune. c. cum dilectus de cõſuet. c. cauſam. de reſcrip. l. j. C. de noxal. Sed de iure cõmuni appellatione beneficij non venit hoſpitale, vt in cle. per literas. de præben. ergo nec de iſta regula loquẽs ſimpliciter de beneficio, debet interpretari de hoſpitali.

¶ Præterea iſtam opinio. tenent domini Abbreuiatores de Parco, qui indifferenter literas ſuper impetrationibus hoſpitalium per triẽnium, & vltra pacificè poſſeſſorum expediunt. Quod non facerent, ſi regula in illis locum non haberet. Nam Cancellaria expediendo literas decernit, nec ſolet literas litigioſas expedire. Ex quo mentem Papæ interpretari dicitur, & certũ decernere, non ſub dubio. Et ideo dicimus, quòd ea, quæ in Cãcellaria fiunt, in cõſiſtorio Papę fieri dicuntur, vt dicit deciſ. ccclxij. in nouis. Ex quo igitur ibi literæ de hoſpitalibus etiã triẽnio poſſeſsis cõceduntur, apparet manifeſtè, regulam locũ non habere, & huiuſmodi Cãcellariæ interpretatio facit ſtylũ, pro iure habẽdũ, iuxta vulg. cap. quàm graui. de crimin. fal. Et ita reſidet præfatus reuerendiſſ. D. Card. in dictis ſuis allegationibus.

Cãcellaria appellatiua, quæ in conſiſtorio Papæ fieri dicuntur.

¶ Quid dicendum? Puto in hac materia diſtinguẽdos eſſe duos caſus. Primus quandò hoſpitalia dãtur in titulum beneficij, & tunc non erit dubium regulam iſtam comprehendere hoſpitalia, per ea quæ not. in clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. domib. & tenet Federic. in tract. permut. q. xiiij. ſequitur Dec. in rubr. de reſcrip. col. fin. Secundus caſus quando non dantur in titulum beneficij, ſed dantur ad hoc, vt eius redditus diſtribuantur in vſus pauperũ, de quibus rector tenetur reddere rationem, tunc procedunt allegata ſuperius, etiam ſi regula loquatur per verba generalia quibuſcunque, vt dicit gl. fin. in clem. per literas. de præben. Et ita pro declaratione iſtius regulæ in ſpecie diſtinguit Gloſſator concilij Baſilien. tit. de pacif. poſſ. in verbo, beneficiũ. & ante ipſum Nicolaus Milis in ſuo indice. in verbo, hoſpitalia. verſic. antepenul. & in verbo, beneficium. Sed Felyn. in c. de quarta. in quinta col. de præſcrip. circa hoc videtur ſentire cõtrarium, dũ vult, quòd quãdo diſpoſitio iuris communis, ſiue regularũ continet materiã fauorabilem & extendibilem, & loquitur per verba generalia, videlicet, de

Beneficia hoſpitalia.

quib



quibuſuis beneficijs, comprehendit etiam hoſpitalia ſubiecta epiſcopo, licet ſolita gubernari per laicos: quia largo modo ſunt beneficia, vt dicit Card. in clem. j. in vij. q. de ſequeſtr. poſſ. Et ita dicit ſe pridie obtinuiſſe in Rota in cauſa propria. Nam Rota voluit regulam Cãcellariæ, num. 24. habere locũ in hoſpitalibus ſimili modo conceſsis. Ita concludit ibi Fely. licet latius ſuper hoc diuagetur, quæ omnia quadrare videntur ad iſtam regulã, cum ſit fauorabilis poſſeſſoribus, & loquatur per verba vniuerſalia.

¶ Tamen ego de iſto dicto multum dubito in primis, quia iſta regula licet loquatur vniuerſaliter de quibuſcunq; beneficijs, tamen illa vniuerſalitas reſtringi debet ad beneficia, quę ex apoſtolica vel ordinaria collatione, electione, & cõfirmatione, aut præſentatione, & inſtitutione obtinẽtur, & ſic ex titulo præambulo. Sed quãdo hoſpitalia cõcedũtur laicis gubernanda, nõ dantur in titulum beneficij, ſed cuiuſdã adminiſtrationis temporalis, ideo regula in illis non procedit. Et licet regula xxiiij. in huiuſmodi hoſpitalibus locum habeat, ſecundum quod refert Felyn. pronuntiatũ fuiſſe, hoc ideo factum fuit: quia illa regula non reſtringit ſe ad certam ſpeciem titulorum ſicut iſta, & ideo in ea diuerſa ratio concurrit, per hoc tamen generaliter inferri non debet ad alias regulas. Et per iſta declarantur ea, quæ dicunt Moder. in tract. benefic. in iij. parte. q. lvij. & in vj. q. primæ partis. & ſeq. Et redditur dubia cõſultatio Andr. Sicul. conſil. lxiiij. lib. iij. qui voluit clem. literas. nõ habere locum in gratijs fauorabiliter conceſsis non diſtinguendo titulum à non titulo.

Hoſpitalia quando laicis conceduntur gubernãda, &c.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERO, an reg. iſta habeat locũ in beneficio vnito?

Beneficiũ vnitum.

¶ SOLVTIO. Iſte caſus accidit tempore Sixti in vna Burgen. Scholaſtriæ, vt meminit Ioan. Aloiſius Tuſcanus aduocatus primarius illorum temporum, in primo volum. conſil. ſuorum, conſil. incip. an conſtito quòd dominus &c. in ſecundo dubio. fol. xxix. Et breuiter concludit, quòd regula iſta locum non habeat. Nam tunc fuerant vnita quædam beneficia Scholaſtriæ ad perpetuam rei memoriam pro pueris erudiendis poſt obitũ cuiuſdã Ioannis de Velaſco, quæ illa poſsidebat. Itaque mortuo Ioanne

ſtatim

ſtatim vnio ſortiebatur effectũ, accidit, quòd poſt mortem Ioãnis quidam Alphonſus dicta beneficia tanquàm vacantia impetrauit, & ea per triennium poſſedit, qui conuentus per Scholaſticum excipit de iſta regula, fuit dubitatum, nunquid eſſet exceptioni locus.

¶ Tota difficultas huius dubij conſiſtit in hoc, an per obitum Ioannis dicantur beneficia vacare. Nam tenendo, prout verum eſt, quòd non vacant, cum iam ipſo iure reperiantur vnita dignitati, impetratio non valebit, nec poſsideri poterunt beneficia, quæ non vacãt, nec ſunt: quia per vnionem extinguitur & ſupprimitur nomen, & effectus beneficij, vt tradunt Doct. in cap. cum acceſsiſſent. de conſt. & gl. in clem. per literas. de præbend. cum concor. traditis per Io. Baptiſt. de ſancto Seuerino in tract. vnio. articul. viij. q. xj. & ſeq. & quia non agitur amplius, vt de beneficijs, ſed vt de prædio, ſeu proprietate, iuxta not. in clem. diſpẽdioſam. de iud. & in clem. j. de ſeq. poſſ. & fruct. vt declarat notabiliter Oldr. conſil. cclvij. in v. & vj. col. Et verba iſtius regulæ, quæ loquũtur in beneficijs poſſeſsis nõ poſſent in talibus vnionibus verificari: quia nec ſunt beneficia, nec poſsideri poſſunt: cum ergo in illis non concurrat qualitas requiſita in regula, ceſſat eius diſpoſitio, arg. cap. j. de homicid. lib. vj.

Beneficij effectus per vnionem extinguitur.

¶ Quòd autem talia beneficia non dicantur vacare, vltra prædicta, tenet etiam Ioan. Andr. in clem. j. de reſcript. & in clem. j. de ſup. neg. prælat. & in clem. frequens. de exceſ. prælat. Federicus in tract. permut. q. xxxiij. & deciſio in nouis ccxxxvij. Si igitur prædicta beneficia nõ vacant, nec ſunt in rerum natura, cum ſint extincta & totaliter ſuppreſſa, poſsideri non poſſunt: quia non entis nullæ ſunt partes, vulg. l. eius. ff. ſi cert. pet. regula igitur iſta, quæ loquitur de beneficijs poſſeſsis non habebit locũ in talibus, & ita ſeruat Cancellaria. Et iſtã opin. pro indubitata tenet hîc D. Melchior aduocatus ſuorum temporum non ſecundus in quibuſdam adnotationibus ad regulam Hadriani, licet ibi videatur, in vnione ad vitam dubitare, quæ non ita extinguit titulum, ſed ſupprimit ad tempus: ſed ergo idem dicerem, quia reſpectu illius temporis inducitur idem effectus, & argumentum de toto ad partem, valet etiam reſpectu temporis, vt in l. ſi cui. in prin. verſic. perinde. & ibi notat Bald. ff. de leg. j. & ſequi-

Non entis nullæ ſunt ptes.

Vnio ad vitã an extinguat titulum.



ſequitur Iaſ. in l. diuortio. §. quod in anno. in ſecũdo notabili. ff. ſolut. matr. cum concor. vt ſcribit Decius in l. cuius effectus. ff. de reg. iur. & dixi in ſimili in §. pœnales. num. 15. inſtitut. de act. Quicquid tamen ſit, in vnione perpetua hoc receptum eſt, quòd regula iſta locũ non habet, & ita in ſpecie tenuit & iudicauit Rota, prout manu propria adnotauit hîc d. Dominicus de Iacobatijs auditor Rotę primarius, & poſtea Card. in quibuſdam ſuis apoſtillis, quæ adhuc hodie ſeruantur apud reuerendiſsimum dominũ Chriſtophorum Iacobatium Cardinalem eius nepotem.

## QVAESTIO NONA.

QVAERO, an habeat locum iſta regula in beneficio iuriſpatronatus?

Benefic. iuriſpatron.

¶ SOLVTIO. Patet ex verbis iſtius regulæ, ibi, præſentatione, aut præſentationis inſtitutione. Tamẽ maius dubium eſt, ſi ille qui poſsidet triennio beneficiũ ex collatione ordinarij, quod prætẽditur eſſe de iurepat. cõueniatur à præſentato per patronum, à die notitiæ, quod fieri poteſt, & poſſeſſor excipiat de iſta regula: tunc eſt dubiũ, nunquid defendat poſſeſſorem cum collatione ordinarij in beneficio, quod verè eſt de iurepatronatus. Et ad hoc reſolutio capi poteſt ex ijs quæ dixi in regula de annali. q. xxvij. ibi videndum eſt, ne bis idem repetatur.

## QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, an poſsidens duo beneficia curata per triennium, & ſic incompatibilis, ſeu execrabilis, aut non promotus infra annum ad ſacros ordines, iuxta cap. licet. & c. cõmiſſa. de elect. lib. vj. defendãtur iſta regula?

Beneficia curata per triennium.

¶ SOLVTIO. Iſta duo dubia propoſita ſæpe per me in Rota fuerunt, in cauſa Regien. Plebaniæ, vertente inter Ludouicum de Milaneſijs ex vna, & Andream de Canoſia ex alia. Et quia ſunt dubia magni momenti, ſuper quibus vtriuſq; partis aduocati longo tempore informarunt, & illa de mandato Rotæ in punctis data fuerunt nouiter auditorandis, videlicet, dominis Hieronymo Nouato, & Petro Andreæ de Ripantis priori Eſino, qui ſuper prædictis dubijs, iuxta ſtylum & morem antiquum Rotæ, omnes dominos informarunt, ad effectum, vt doctrinæ periculum faciendo habiles ſe oſtenderent. Et ob eam cauſam quilibet eorum dubij

dati

dati partem contrariam accepit: quorum diſputatio illis inutilis fuit, ex eo, quia propter nouam conceſsioné, & concurſum aliorum plurium mandatorum, alij loco eorum, de mandato Papæ, ad auditoratus locum recepti fuerunt, videlicet, D. Raynaldus Petrutius, & D. Hieronymus Auerol dus. Itaque ſuper iſto dubio facto calculo, vltra procuratores plures, ſex aduocati pro vtraque parte iſta dubia diſputarunt, prædictis computatis: inter quos fuit R. D. Ioannes Paulus tunc aduocatus, & nunc digniſsimus auditor: & D. Antonius Gabrielis.

¶Opponebat igitur in primis Ludouicus actor, Andream duo curata beneficia poſſediſſe: item quòd promotus infra annum ad ſacros ordines non fuerat: Andreas verò de iſta regula excipiebat: Ludouicus replicabat, regulam nõ tueri execrabilem, & non promotum, ex eo, quia non habebat titulum coloratum.

¶Dubitatum fuit quid iuris? Pro parte negatiua, videlicet, regulam iſtam execrabilem, & non promotum minime tueri, adducitur in primis deciſio in pũcto docti cuiuſdam Gloſſatoris in commento concilij Baſilien. inſerto in pragmatica Franciæ, ſub tit. de pacific. poſſeſſ. concludẽtis, execrabilem regula iſta non defendi, illa ratione: quia ex quo ipſo iure priuatus eſt titulo per cap. de multa. & extrauag. execrabilis. titulum coloratum non habet, qui neceſſarius eſt, quo ad iſtam regulam, quæ expreſsè titulum coloratum requirit, vt apparet ex decreto dicti concilij Baſilien. à quo ferè ad literam eſt ſumpta iſta regula.

¶Addo, quòd iſtam etiã opinionem defendebat Melchior de Baldaſsinis, aduocatus in vna Monaſterien. præpoſituræ, coram D. Guliel. vt apparet in quodam ſuo cõſilio. Nec obſtabat ei regulam iſtam excipere duos caſus: quia reſpondebat regulam loqui de colorato titulo collationis, inſtitutionis, ſeu confirmationis &c. Et exceptio etiam loquitur de eodem titulo colorato, ſecundum modos enarratos hîc: qui quidem titulus in illis duobus caſibus exceptis in regula non ſuffragatur, vt hîc dicitur. Sed vbi daremus aliquem carere omnino titulo, vt execrabilis, tunc non haberet locum iſta regula, quæ præſupponit tam in dicto ſuo, quàm exceptione, titulum aliquem coloratum adeſſe.

¶Præ



¶Preterea pro iſta opin. facit: quia per acquiſitionẽ ſecundi incompatibilis videtur quis renuntiare primo, vt dicit text. in clem. gratiæ. de reſcript. Et per renuntiationem perditur ciuilis & naturalis poſſeſsio, vt in deciſ. j. titul. de renunt. in nouis. Et dato, quòd inſiſtat de facto in detẽtione rei, à qua non poſsit amoueri niſi citatus, vt in c. licet. de præb. lib. vj. Tamen iſta detentio ſine adminiculo non operatur aliquẽ effectum regulæ. Vnde ſicut ſi expreſſe execrabilis renuntiaret primum beneficium, & poſt renuntiationem detineret triennio idem beneficium renuntiatum ſine alio titulo, nõ haberet locum regula: ita & in tacita renuntiatione cauſata ex adeptione ſecundi incompatibilis. Nam inter tacitam & expreſſam renuntiationem in beneficialibus non eſt differentia, vt notat Abb. & alij in c. ex ore. de ijs quæ fi. à ma. par. cap. Hæc Melchior.

Renũtiare primo quis videtur per acquiſitionem ſecũdi incompatibilis.

¶Accedit, quia omnis qui eſt priuatus à iure, vel ab homine, ipſo facto dicitur habere diſcoloratum titulum, vt latè poſt alios probat Fely. in c. in noſtra. in xxxvj. corr. in princ. de reſcript. Sed habens duo curata eſt huiuſmodi. Igitur nõ debet ab iſta regula defendi, quæ requirit titulum coloratũ. Et quòd execrabilis non habeat coloratũ titulum, nec coloratam poſſeſsionem, tenet expreſſe Dom. poſt Io. de Ligna. & alios in c. licet epiſcopus. de præbend. lib. vj. & in conſil. lxxxvj. in vltima colum.

Priuatus à iure.

¶Præterea pro iſta opinione facit: quia licet regula iſta excluderet contra iſtum poſſeſſorem omnem allegationẽ, nunquam tamen intelligitur excluſa allegatio inhabilitatis perſonæ. gl. & Bart. in l. j. §. vnuſquiſque. C. de ſacr. ſanct. eccle. & in l. j. §. nũtiatio. ff. de oper. noui nunt. Sed poſsidẽs duo incompatibilia effectus eſt inhabilis ad obtẽta per extrauag. execrabilis. ergo talia beneficia cenſentur excluſa à priuilegio iſtius regulæ: quia ex quo non eſt legitima inſtitutio, non poteſt dari poſſeſsio, c. j. de reg. iur. libr. vj. & iſta regula neminem ſine poſſeſsione tuetur.

¶Præterea, quia contendens ſe priuilegiatum ratione alicuius qualitatis, oportet illam qualitatem probare. l. tribunus. & l. diuus. ff. de teſtam. mil. cum igitur ad effectum iſtius regulæ requiratur poſſeſsio triennalis, ratione alicuius canonicæ inſtitutionis, eo ipſo, quòd apparet abeſſe titulum

Priuilegiatus.

Y

canonicum, & ſic deficiente illa qualitate, deficit poſſeſsio:
& per conſequens ceſſat regula. Quòd autem qualitas illa
deficiat, apparet manifeſtè: quia cum ius reſiſtat tali poſſeſ-
ſioni, talis dicitur potius occupator & intruſus, quàm poſ-
ſeſſor. cap. ad decimas. & ibi not. Lap. de reſt. ſpolia. lib. vj. &
Bald. in l. j. C. de appellat. & in l. ij de proprietate. C. ſi à non
compet. iudic. Non enim iniuſtum, ſed iuſtum poſſeſſorem
defendunt leges, vt in cap. j. ibi, non de omni poſſeſſore, ſed
tantum iuſto. per quos fiat inueſtitura. Nam poſſeſsio nihil
aliud eſt, quàm ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri, vt
diffinitur per Bart. & communiter Doct. in l. j. ff. de acquir.
poſſ. Nec obſtat iſtũ execrabilem habuiſſe titulum ab illis,
qui dare poterãt: quo caſu dicitur titulus coloratus, qui ſuf-
ficit ad iſtam regulam, iuxta vulg. dictum Hoſt. in c. dudum.
de elect. & omnium in c. cum noſtris. de conceſ. præb. quia
ad hoc reſpondetur, quòd licet ille titulus eſſet bonus & co
loratus antequàm eſſet lapſus mẽſis poſt adeptionem ſecun
di, vbi tamen lapſus eſt menſis, infra quem non renuntiauit
primũ in manibus ordinarij, illi tituli reducti ſunt per ex-
trauag. execrabilis. ad non titulum, & ſic ceſſat qualitas titu
li colorati requiſiti in regula: dicetur igitur iſte intruſus, et
quo ſcit ius ad aliũ pertinere, iuxta not. per Oldr. in conſil.
cxxxvj. incip. ex productis. col. fin. & tamẽ ſi rectè ponderē-
tur iſta regula, excludit intruſum. Nam in illis verbis debe-
neficijs ſic poſſeſsis, regula innuit requiri vna cũ poſſeſsio-
ne, canonicum titulum, de quo regula in principio poſuit
exempla: quia dictio ſic, eſt declaratiua, & ſignificatiua mo-
dorum expreſſorum. l. Gallus. in princ. & ibi gl. in verb. ſi.
ff. de liber. & poſth. Et per conſequens dicta poſſeſsio requi
ritur cõtinuata cum titulo, vt etiam indicat dictio per, quæ
perfectionem & continuationem ſignificat, vulg. l. vrbana
§. pernoctare. ff. de verb. ſignif. Cum igitur per incompati-
bilitatem tituli reducti ſunt ad non titulum, ex illo, nec co-
lor, nec præſumptio iuſtitiæ aut bonæfidei potuit reſultare
argum. auth. cui relictum. C. de indict. vidu. tol.
¶ Præterea, quia iura nõ defendunt expoliatum, ſed expo-
liantem, quãdo de defectu ipſius ſpoliandi conſtat, vt deciſ.
xv. de reſt. ſpol. in antiq. multominus debent defendere vo-
lentem retinere beneficia, in excluſionẽ boni iuris alterius
non

Poſſeſſor quãdo, & quot modis dicitur intruſus.

Poſſeſsio quid ſit.

Sic, dictio, declaratiua.



non expoliantis. Et iſtam opin. quæ fuit etiam Gloſſatoris
hîc columna fi. ſequutus fuit Antonius de Capharellis, anti
quus doctor, & inter aduocatos ſui temporis primarius, in
quodam ſuo conſilio reddito in cauſa Monaſterien. decana
tus, motus inter alia vulgari hoc motiuo: quia execrabilis
eſt multum odioſus à iure. Et ideo vnde pœnã meretur, non
debet priuilegiari indulto iſtius regulæ, cum ſit indignus.
Et lex indignis non dat priuilegia. l. auxilium. ff. de mino.
& cap. quia fruſtrà. de vſur. Rom. conſi. cclxxv. Nec releuat,
quod execrabilis poſſederit per triennium, vel decennium:
nam propter hoc magis eſt damnabilis: quia tanto grauio-
ra ſunt peccata, quanto diutius hominem detinent alliga-
tum, vt dicit text. in cap. fi. de præſcrip. & cap. fin. de conſuet.
¶ Addo pro iſta opin. vnum aliud: quia execrabilis nõ re-
ſtituitur ſi ſpolietur, vt dixi latè in regula de annali, & eſt
deciſ. cclxxj. in antiq. & tenet Rom. conſil. dccccxcix. Et ta
men ſi haberet coloratum titulum reſtitueretur, vt in deciſ.
ij. de reſtit. ſpol. in no. cum vulg. Ad idem facit: quia benefi-
cia vacantia per incompatibilitatem ſunt reſeruata per ex-
trauag. execrabilis. & tamẽ iſta regula excludit beneficia re-
ſeruata. Nec obſtat regulam nolle iſtum triẽnalem moleſta-
ri, & ſic videtur omnem moleſtiam includere etiã illam, quæ
prætextu incompatibilitatis infertur: quia ad hoc reſpõde-
tur, quòd in generali excluſione moleſtiæ nunquam intelli
gitur excluſa illa de qua probatio affertur incontinenti, &
in promptu, vt not. Bart. in l. iiij. §. cõdemnatũ. ff. de re iud.
vbi ponit exemplum in executione trium ſententiarũ, con-
tra quam licet iura in clem. j. de re iud. cum alijs ſimilib. ex-
cludãt exceptiones impeditiuas executionis, vbi tamẽ pro-
batio exceptionis offertur, incontinenti illa prohibitio nõ
procedit, nec includit iſtum caſum. Et propterea cum in ca-
ſu iſto incontinenti valere poteſt de iniuſta occupatione, &
improba poſſeſsione iſtius execrabilis, debet iudex talẽ ex-
ceptionẽ admittere, per quam appareat execrabilem dudũ
antè perfectũ triennalem poſſeſsionẽ caruiſſe titulo & poſ-
ſeſsione beneficiorũ, quæ ſine canonico titulo non obtine-
tur. quinimò illum potius fuiſſe furẽ, occupatorẽ, & latro-
nem, qui fructus incompatibilium ſine diſpẽſatione perce-
pit, vt dicit text. in c. dudũ. el ij. de elect. Præterea non debet

Lex indignis non dat priuilegia.

Moleſtia non cẽſetur excluſa in generali excluſione.

Execrabilis.

plus operari diſpoſitio iſtius regulæ, quàm voluntas Papæ,
arg.c.propoſuit.de conceſſ.præbẽdæ.Sed Papa etiam ſcien-

Incompatibile alicui conferens Papa.

ter conferendo alicui incompatibile,non cenſetur cum illo
diſpenſare in dubio,niſi expreſſè dicat,vt tradunt omnes in
cap.de multa.de præben.& in extrauag.execrabilis.eodem
titulo,per rationes de quibus ibi. Ergo nec iſta regula cen-
ſetur inducere diſpenſationem, cum hoc in ea nõ caueatur,
& in dubio diſpenſatio non præſumitur.Interpretanda eſt
igitur iſta regula in dubio ſecundum mentem diſponentis,
arg.c.cauſam.de reſcript.cum vulg. Videtur enim hoc caſu
cõditorem iſtius regulæ ſe conformari voluiſſe iuri cõmu-
ni quãtum fieri poteſt.c.cũ dilectus. de conſuet.& propter-

Titulus in præſcriptione triennali requiritur.

ea exegiſſe hîc titulum:quia aliàs iure communi in trienna
li præſcriptione titulus requiritur.l.ij.ff. de vſucap.& xvj.
quæſt.iiij. in ſumma. Præterea, quia iſta regula in impe-
trantibus beneficia per vacationem alterius perſonæ, quàm
poſsidentis. Sed caſus noſter procedit quãdo impetratio fit
propter delictũ perſonæ poſſeſſoris, & agitur ad priuatio-
nem : quo caſu videtur regulam nõ habere locum, vt latius
dixi in regula de annali,quæſtione xlij. Et ideo cum illi ca-
ſus ſint diuerſi, regula loquens in vno non habet locum in
alio.vulg.c.ſuſceptum.de reſcript.lib.xj.pro quo bene facit
conſil.Petri de Ancha.ccxciij. in prin.dum loquitur de im-
petratione beneficij ob non promotionem etiam poſt paci
ficam poſſeſsionem.¶Nec obſtat,quòd regula iſta excipiat

Caſus excepti.

duos caſus : quia caſus excepti non excludunt extenſionem
aliorum ſimilium caſuum,vulg.l.ob æs.C.de præd.mino.

¶Iſtis tamen non obſtantibus contrariam opin.quæ eſt ve
rior,per plura dicta Doct.& rationes tenuit Rota. Nam in
primis iſtam opin.tenet Gloſſator hic.fol.iij.quæ dicit regu
lam habere locum in priuato ipſo iure,vel per ſententiã.ar-
gum l.in rebus.§.fin.cum l. ſed ſi manẽre.ff.de preca.Et hoc
idem videtur ſentire in col.fin.nihil aliud allegans.

¶Et principalis ratio iſtius deciſionis cõſiſtit in hoc:quia
text.iſtius regulæ tantum excipit duos caſus, in quibus Pa-
pa diſcolorat titulum, & diſponit regulam non habere lo-
cum:ergo in alijs caſibus non exceptis regula manet firma:

Exceptio firmat regulam.

quia exceptio firmat regulã in non exceptuatis,vulg.l.nam
quòd liquidè.ff.de penu leg.

¶Secun



¶Secũdo principaliter pro iſta opin.facit quod dicit Fely.
in c.ſicut.in xvj.col.verſic.quinto aduerte.de re iudic. dum
conſiderat, quòd ratio, quæ in vno beneficio militat ad di-
cendum per triennalem poſſeſsionem præſumi titulum ha-
bilem,procedit etiam in duobus beneficijs.argum.l.ſingu-
laria.ff.ſi cert.pet.Nam tali caſu ſufficit execrabili poſſeſſo-
ri tantum allegare aliquam cauſam ad colorãdum titulum,
puta diſpenſationem,licet eam nõ probet, vt notabiliter di
cit Card.in cap.cum noſtris.de conceſſ.præbend.Præſertim
quãdo diu quis poſſedit:quia tali caſu incompatibilis præ-
ſumitur diſpenſatus,per ea quæ Pet.de Anch.tradit in cõſil.

Incompatibilis.

cxvij.Per quod ita tenuit Rota in iſta eadem cauſa tunc pen
den.coram R. P. D.Marcello Creſcẽtio de anno M.D.XXXIII.
attenta poſſeſsione dicti Andreæ diuturna,quæ hodie pro-
pter breuẽ hominum vitam poſſet ad triennium reduci vir
tute iſtius regulæ,ſicut de allegatione Lapi lxxxix.ſæpe te-
nuit Rota,vt meminit D.Guliel.Caſsiodorus in collecta-
neis deciſionum. Et iſto caſu bene quadrat dictum Card.in
d.c.cum noſtris.videlicet, quòd ſufficit allegare diſpẽſatio-
nem ad colorandum titulum. Et vltra prædicta, quòd exe-
crabilis defendatur exceptione iſtius regulæ,tenet idem D.
Guliel. Caſsiodorus in diſcurſu cuiuſdam deciſionis iſtius
regulæ,& in alia ſuper regula de annali.Pro qua opin.vlte-
rius facit: quia regula iſta iudicatur fauorabilis, aut ex eo,
ꝙ per eam lites dirimuntur,vt patet in fine regulæ,ibi,anti-
quas lites penitus extinguẽtes &c.quæ quidẽ ratio à iure cõ
muni ampliatur,& fauetur,vt in c.finẽ litibus.& in l.prope-
rãdum.cum alijs vulgatis, vel quia lites dirimere reſpicit rẽ
publicã, quo caſu ſub huiuſmodi regula etiã generaliter lo
quente inhabiles comprehendũtur, iuxta doctr.Bart.in l.ſi
quis in graui.§.vtrũ.ver.hi quoq;.ff.ad Sillan.cum concor.
vt ſcripſi in §.in perſonam.in xj.& xij.col.inſtit.de act. Aut
quia regula iſta ſequitur mentẽ & intentionẽ legis primæ.ff.

Mens & intẽtio legis primæ.

de vſucap.ne domini rerũ ſint in incerto,& ſic certi dẽtur re
ctores & beneficiati,qui cultũ vineæ domini magis propriè
& accuratè reſpiciãt:vtcunq; ſit,largè erit interpretãda, iu-
xta l.cum quidam.de libe.& poſth.& c.odia.de reg.iur.lib.
vj.cum igitur in iſta regula duo tantum caſus excipiantur,
qui ſint grauiores cæteris, quibus nec execrabilis, nec qui

non eſt promotus aſsimilantur nec æquiparantur. Ergò i alijs non exceptis latè eſt interpretanda.

Simoniæ caſ⁹ ſuperat oẽs alios.

¶Hoc enim ſic demonſtratur. Nam caſus ſimoniæ hic ex ptus ſuperat omnes alios, prout dicitur in c.tanta.de ſimo nia. Ergo execrabilis & non promotus, quæ ſunt crimi inferiora, remanent ſub regula.

Intruſus in beneficio reſeruato ſi ſpolietur, non reſtituitur.

¶Secundus caſus exceptus de intruſo in beneficio reſeru to eſt etiã in iure multũ odioſus, adeò, quòd ſi talis intru ſpolietur, nõ reſtituitur, vt patet in deciſione xvj. in no. l tamen execrabilis, licet ſit criminoſus, reſtitui debet ſi ſpo lietur, non obſtan. prædictis, vt ſtatim probabitur. Ex h igitur apparet exceptionem duorum caſuum expreſſorũ hic in regula implicare regulam habere locum in omnib alijs criminoſis nõ exceptis, & à iure priuatis, inter quos ſ cilius execrabilis, & non promotus comprehendi debe qui licet à iure ſint priuati titulo, quandoque tamẽ plen titulum habuerũt. arg. l. fin. ff. de decur. & qui niſi ſint no rij, vel lata ſit ſententia priuationis contra eos, dicũtur h bere titulum putatiuũ, vel coloratũ, vt dicũt Abbas, & a in c. niſi cum pridem. in ſecunda col. verſic. conclude ma tem gl. de renuntia. Nec obſtat, quòd exceptio non ext dit caſus ſimiles, vt dicebatur: quia iſti non ſunt caſus ſimi exceptis, & in odioſis exceptio non recipit extenſionem in c. ij. de coniug. lep. & c. quemadmodũ. de iureiur. Et n Bart. in l. j. col. j. ff. ſi quis ius dic. non ob. & in l. ſi eum. § i iuriarum. ff. ſi quis cau. Fely. in c. cum inter. col. vj. de re i vel ſi ſunt ſimiles, alia tamen ratione ſub exceptione co prehendi non poſſunt, vt dicam ſtatim pòſt, in verſic. n obſtat, quòd caſus &c.

¶Præterea quia in decreto cõcilij Baſilien. à quo iſta reg la ortum habuit, excipitur ius nouiter impetratũ. Et h quod cõtra execrabilem, & non promotum deducitur, n eſt ius antiquum, ſed nouum, igitur &c.

¶Præterea quia actor per viam exceptionis excludẽs à p uilegio iſtius regulæ execrabilem, dicitur quodãmodo gere, & id intẽdere, vt tanquam indignus priuetur, hoc tem petitorium concernit, cum tamen regula ad poſſeſ rium reſpiciat: & iſta ſunt diuerſa, vulg. §. nihil commu . de acquir. poſſeſsione.

¶Pr



¶Præterea quia iſta regula inducit præſumptionem iuris, & de iure: quod ex eo patet, quia annullat prouiſiones, & extinguit lites ſuper hoc figendo pedes, iuxta tradita per Abbatem in c. is qui fidem. de ſponſal.

Ordinarij habentes facultatem.

¶Præterea nam ex eo regula defendit inhabiles ab impetrantibus: quia ordinarij habent facultatẽ, non obſtan. triennali poſſeſsione requirere titulum à poſsidentibus, vt tradit Fely. poſt alios in c. illud. de præſump. & in c. ſicut. in xvj. col. de re iudic. & latius in c. licet. de ſimo. & eſt text. in d. concilio Baſilien. donec igitur ab ordinarijs nõ inquirãtur, debent eſſe tuti ab impetrantibus.

Preſentatus à iure.

¶Et tenendo iſtam opinionẽ, non obſtant ea, quæ pro contraria parte adducta fuerunt. Primo, quòd priuati ipſo iure non habeãt coloratũ titulum: quia reſpondetur illud procedere quo ad caſus, in quibus de iure communi requiritur color tituli: ſecus verò quo ad effectum iſtius regulę, quæ diſponit omnem titulum eſſe coloratum habitum ab eo, qui aliàs conferendi habet facultatem, ſecundũ modos hic ſcriptos, exceptis duobus caſibus hic exceptuatis, & hoc eſſe rationabile in terminis iſtius regulæ manifeſtè oſtẽditur: quia ſi iura communia non aſsiſtunt execrabili, vel alteri præſentato à iure, vel ab homine, nec eos coloratum titulum habere volunt, hoc ideo inductum fuit: quia illi inhabiles in caſibus prædictis iuris communis repelluntur, vt actores, qui in iudicio ſuper canonizatione tituli à iure reprobati contendunt, & ad hoc, vt beneficium illis adiudicetur, & ſic de lucro captando agunt: nimirum igitur ſi ſine titulo canonico ſaltem colorato tales inhabiles ipſo iure priuati nõ audiuntur, vt in c. j. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. lib. vj. cum ſim. Et tradit Imol. in c. in literis. de reſtit. ſpol. Regula verò iſta procedit in reo excipiẽte, & ſe in ſola poſſeſsione defendente, cui regula iſta exceptionem duntaxat, & non titulum concedit, ſecundum interpretationem Rotæ, de qua meminit Fely. in c. ſicut. colum. xv. de re iudic. & Gloſſator hic fol. iij. & ſic inter ius cõmune & regulã iſtam, quo ad hoc eſt longa differentia, & propterea fauorabiliora ſunt iura reis, quàm actoribus. vulg. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & c. cum ſint. de reg. iur. lib. vj. vnde quælibet etiam iniuſta cauſa excuſabit

Iura fauorabiliora reis, quàm actoribus.

execrabilem reum & poſſeſſorem,vt not.Domi.in c.nō poteſt.de præb.lib.vj. quæ fortè actorem non excuſaret. Inde euenit,quòd diſpenſatio inualida ſufficit ad excuſandū execrabilem poſſeſſorem,vt tradit Specul.tit.de diſpenſa.§.videndum.verſiculo,porrò. Et iſte fauor reis non ſolum à iure communi præſtatur in prædictis caſibus,ſed etiam ab ſtylo Rotę in alijs quàmpluribus. Nam ſecundum ſtylū,contra reum citatum & contumacem in cauſis vltra montes Rota non ſolet pronuntiare in prima inſtantia,niſi elapſis quinque,vel ſex menſibus:in Citramōtanis verò poſt ſexaginta dies:ſed vbi actor,qui cōmiſit cauſam contumaciter abeſt, prædictus fauor non attenditur,ſed infra prædictū tempus vix lapſis duobus mēſibus in fauorē rei pronuntiat. Vt con-
* cluſit Rota in vna Toletana canonicatus,& præben.coram R.D.Ioan. Paulo,v.Iulij M.D.xxxviij.quo die ipſe idem in d.cauſa contra actorem contumacem in fauorem rei pronuntiauit,cum tamen cauſa prædicta fuiſſet commiſſa vij. die Maij eiuſdem anni,ſolet enim ſæpe Rota in pluribus iuris articulis magis reis,quàm actoribus fauere.

¶ Nec obſtat,quòd caſus hic excepti extendi debent ad caſus ſimiles,iuxta vulg.l.ob æs.alleg.quia illud eſt verū quando ſtatutum,vel regula continet materiam iuris:ſecus quando ſtatutū,vel regula diſponunt contra vel præter ius:quia tunc caſus excepti non extēduntur ad ſimiles. Ita notabiliter limitat Abb.in c. ad audientiā.in primo notabili.de cle. non reſiden. Cum igitur regula iſta ſit contra ius, inquantum inducit præſcriptionem triēnalem in beneficijs,vel ſaltem ſit præter ius,vt de ſe patet, meritò eſt dicendum caſus exceptos in ea non recipere extenſionem ad alios caſus ſimiles. Itaq; caſus noſter execrabilitatis manebit ſub regula. Et propterea non ab re dicebat Card.in d.c.cum noſtris.ſufficere execrabili diſpenſationem allegare : præſertim quādo triennio poſſedit,ex qua quidem poſſeſſione triennij videtur hodie induci præſumptio diſpēſationis,ſicut olim ex decennali inducebatur,iuxta dictū Pet.de Anch.in d.conſi.cxvij. Itaq; hodie poſſeſſio triennalis poteſt dici diuturna,vt declarat Fely.in c.licet heli.col.viij.de ſimo.in qua præſumendum erit omnia legitimè interueniſſe : quia ex longo tempore præſumitur quis inſtitutus, ſecundum Domi.in cap.ſi iudex.



iudex.de ſen.excom.lib.vj.& ſic omnia requiſita concurrere,iuxta conſil.Decij cxviij per quod in iſta cauſa Regien. vt dixi,fuit concluſum in prima inſtantia,coram d.Marcello, Andream qui per decem annos poſſederat,habere præſumptionem diſpenſationis,quo ad effectum iſtius regulæ. Et hoc eſt quod dicebat Fely.in d.cap.ſicut.quòd ratio quæ conſideratur in poſſeſsione x.annorum militat in triennali poſſeſsione. Nam ideo in decennali præſumitur titulus: quia epiſcopus qui tenetur viſitare ſingulis annis,non tolleraſſet iſtum poſsidere ſine titulo,quæ ratio militat in poſſeſſione triēnali propter iſtam regulam. Et ideo in cauſa prædicta Domini magis inclinarūt in iſtam partem,videlicet, regulam iſtam execrabilem tueri propter prædicta,& per rationem text.in cap.licet epiſcopus.de præb.lib.vj.qui videtur habere cōſiderationem poſſeſsionis habitæ per execrabilem. Verum quia res adhuc magna difficultate non carebat,non fuit tunc iſtud dubium omnino reſolutum,concurrente magna contentione & diſputatione Dominorū. Hodie tamen,quæ numeratur xv.Februarij M.D.xxxv.propo- *
ſita iterum cauſa,etiam Dominorum vota ſe in duas æquales partes diuiſerunt,& vt vtar verbis deciſionis xvj.de reſtit.ſpol.in no.fuerunt adeò varij,quòd fuerunt diuiſi quaſi per medium,adeò quòd voluerūt ſcire opin.mei proponentis,vt inæqualitatem induceret. Et quamuis de more nō ſit, quòd proponens cauſam, votum proferat : quia numerum non facit,tamen vidi hoc à Rota aliquando concedi, propter difficultatem materiæ,& vt cauſa habeat exitū. Eſt verum quòd in minimis arbitrarijs,prout in dandis dilationibus,vel concedendis remiſſorijs,auditores gratificationem habere ſolēt,quamuis rarò ea vtantur. Aliter tamē temporibus antiquis fiebat. Nam quādo varia erant vota dominorū,& æqualia,auditor proponēs ſolebat cōſulere Cardinales ſui tēporis doctos,qui propter diſparitatē dubiū tollebant,prout fuit factū in deciſ.cccx.in fi.in no.aliàs ſub titulo de reſcrip.deciſ.xxv. Imò ſolebāt antiqui patres Rotæ, quando cauſa erat difficilis & dubia,non ſolū extra Rotam conſulere cardinales doctos,ſed etiā abbreuiatores,& alios Doct.curiæ,prout fuit factū in caſu deciſionis ccccxliij.in no.vbi circa fi.refert Cōpilator,quòd in d.caſu abbreuiato-

Auditor proponens cauſā.

Conſulere cardinales.

res,& Doct.extra Rotam tenuerunt opin.cum tribus auditoribus contra maiorem partem Dominorum. Et Auditor cameræ conſultus aliquando tenuit opi.contra Auditores Rotæ, prout ibi dicitur. Ad propoſitũ igitur quæſtionis redeũdo, poſtquàm cauſa pluries per innumeras informationes fuit trutinata, & ſępius in Rota propoſita, ac vt ſuperius dictum eſt votata, non videbatur adhuc eſſe digeſta, vt pronuntiari ſuper ea deberem, ex eo, quia cõputato voto mei proponentis pro iſta opi. non erant niſi quinq; auditores, & pro cõtraria quatuor. Et videbatur nouum, in tam magna difficultate, ex vno voto, quod aliàs cõputari non ſolet, diſparitatem inducere. Ideo decreuimus ſuper eadẽ re melius informari. Cauſa igitur iterum atq; iterum propoſita, tandem poſt plures diſputationes, maior pars dominorum tenuit & firmauit, execrabilem iuuari regula, præſertim in caſu noſtro, in quo Andr. poſſederat dictas parochiales plus quàm per quindecim annos. Itaq; viſus fuit nõ ſolum triennio, cum titulo vero, ſed etiam præſumpto præambulo decem annorum poſsidere. Concluſum igitur fuit, Andream poſſeſſorem pacificum plus quàm triennalem, non obſtante incompatibilitate duarũ parochialiũ iſta reg. tueri. Ratio fuit illa, de qua ſuperius memini: quia regula iſta loquitur in reo imperito, & ſe defendẽte: iura verò cõmunia, quæ deteſtantur execrabilẽ, loquũtur quãdo ipſe execrabilis agit. Nimirum igitur cum ſit diuerſiſsima ratio, debeãt iſti caſus diuerſo iure cenſeri, vt fauorabiliores ſimus reis poſſeſſoribus triẽnalibus, quàm actoribus. Hinc videmus, quòd excommunicati, vt actores in iudicio eſſe non poſſunt: tamen ſi conueniãtur, vt rei in iudicio eſſe poterũt. In quo neq; diabolo erit deneganda defenſio, vt dicit Inno. in c.cum inter. per illum text. de excep. Et ita reſpõdebatur ad omnia iura, quæ deteſtantur execrabilẽ: vt volunt eum coloratum titulum non habere, vt procedant ad effectum agendi: ſecus autem, ad effectum excipiendi, cum facilius permutatur exceptio, quàm actio, vt in capitulo j. de reſcript. libr. ſexto. ſed procedant in caſibus diſpoſitis per ius commune: ſecus eſt quo ad iſtam regulã poſtea introductã. Et ita etiam nouiſſimè execrabilem tueri exceptione iſtius regulæ concluſit

Excommunicatus.

Exceptio facilius permittitũ quàm actio.

* Rota, in vna Zamoren. beneficiorũ, coram R.P.D. Marcello

Cre



Creſcentio geminatis votis, de mẽſibus Aprilis & Maij M.D.xxxix. Et ſic etiam in vna Lucen. de menſe Iunio idem tenuit Rota, coram R.D. Ioan. Paulo. Et per hoc etiam reſpondebatur ad dictum Geminiani in dicto capitulo licet. & in conſ.lxxxvj. dum voluit execrabilem non habere titulum coloratum. Nam illud dictum procedit, niſi execrabilis per triennium poſsideat, quod inductum fuit per prouiſionem iſtius regulæ. Nam ex huiuſmodi triennali poſſeſſione exceptio acquiritur, quæ licet nihil iuris poſſeſſori tribuat, ipſum tamen defendit contra negligentem actorem poſt triennium moleſtantem. *

Exceptio ex triennali poſſeſsione acquiritur.

¶Vel ſecundo poteſt reſponderi, quòd licet execrabilis nõ habeat bonum omnino titulum, habet tamen primum coloratum per poſſeſsionem triennij, qui ſufficit quo ad iſtam regulam, licet quo ad effectus iuris communis non habeatur pro titulo, nec ſufficit. Et hoc maximè procedit quãdo per triennalem allegatur cauſa, puta diſpenſatio, iuxta dictum Card. in dicto c.cum in noſtris. & Gloſſatoris in pragmatica loco ſuperius allegato. Et ita per hoc poſſet reſponderi ad aliud argumentum ſuperius factum, videlicet, quòd execrabilis ſpoliatus non reſtituitur: quia non habet coloratum titulum: quia eſt verum non habere titulũ quo ad illum effectum introductum à iure cõmuni. Præſertim, quia illo caſu execrabilis eſt actor, & actori execrabili non ita ius commune fauet ſicut reo, vt dixi, & patet in cap.j. de reſcrip. lib.vj. & in d.cap.cum inter. de excep. Sed hîc agitur de defendendo reo in ſua poſſeſsione, meritò dicta Doctorum iſto caſu non faciunt ad propoſitum, quinimo execrabilem agere poſſe ſpolio, multi Doct. tenuerunt, vt patet in deciſ.iij. in vltima addit. de reſtit. ſpol. in no. & tenet Oldr. conſil.ccxxvij. Specul. tit. de petit. & poſſ. §.fin. Card. conſ. cxxxij. T. archipresbyt. col.vlt. Et Bal. nouel. in §.nil commune. col.xxv. in xviij. fall. ſentit Milis in verb. beneficium quo quis. Et Anto. in cap. ſolicitè. in pen.q. de reſtit. ſpolia. Præpoſ. in cap. quo iure. col.iij. viij. diſt. & in deciſ. Parlam. Tholoſani deciſ.xlvj. Et Abb. in cap. in literis. col.penul. de reſtit. ſpol. & in diſputatione incip. Titius. col.vlt. allegat optimum text. in cap. ex inſinuatione. de procur. & ſic iſti volentes reſtitutionem fieri, præſupponũt execrabilem

Execrabilis.

habere

habere titulum ſaltem coloratum. Et licet ſuper hoc in regula de annali aliter dixerim, tamen poſſet procedere, niſi execrabilis ſpoliatus triennalis ſit poſſeſſor: quia tali caſu poſſet reſtitutionem petere, vt opiniones concordentur, & ita etiam poſſunt limitari dicta per Decium in conſil. cxij. col. penul. & fin. Et vt vnico verbo opin. contrarias ad concordiam reducantur, diſtinguendi ſunt duo caſus.

¶ Primus eſt quãdo execrabilis nullum habet titulum, ſed ſe intruſit de facto ſine alicuius prouiſione in beneficijs, vel eſt declaratus per ſententiam eſſe priuatum titulo, & tali caſu procedit prima opin. Et ea, quæ dicebat Melchior, videlicet, regulam nullo pacto execrabilem defendere, quæ requirit ſaltem coloratum titulum.

¶ Secundus caſus eſt, quando execrabilis habet titulum, licet inualidum, vigore cuius poſſedit per triennium, & tali caſu procedit ſecunda opin. quia ſufficit illi habuiſſe titulũ, ab eo, qui poteſtatem habuit conferendi. Vnde licet aliqua de cauſa inualidus fuerit, dat tamen in dubio colorem poſſidendi. iuxta tradita in cap. cum noſtris. de conceſ. præben. Et ille titulus ſufficit, quo ad iſtam regulam, & quo ad effectum ne ſpoliari poſsit, iuxta not. per Moder. in l. ſi pacto. in v. notabili. C. de pact. Poteſt etiam dici, quòd non valet argumentum, ſeu cõſequentia, Execrabilis non reſtituitur: ergo non habet titulum coloratũ. quia videmus, quòd periurij exceptio impedit reſtitutionem, ex quo elidit intẽtionem agentis, & ſic impedit proceſſum, vt in cap. dilecti. de for. comp. vbi hoc tenet dom. Ant. ſuper gl. etiam in c. intelleximus. de iud. Et tamen periurus antequàm priuetur, dicitur habere titulum coloratum, vt not. Innoc. in cap. cum noſtris. de cõceſſ. præben. & Moder. in cap. ij. de reſcrip. hoc tamen de periuro declarandum eſt ſingulariter, vt per Domin. in cap. j. in iij. col. verſ. Nota incidenter. de lit. conteſt. lib. vj. & dixi latiſsimè in regula de annali, in illa q. an regula defendat homicidam, & priuandum ſententia hominis. Concluſerunt igitur Domini in præſenti q. iam ſine dubitatione locum eſſe regulæ, quod voluerunt de execrabili: idem dixerunt de poſſeſſore triennali non promoto infra annum ad ſacros ordines, iuxta c. licet. de elect. lib. vj. Quod longè antea tenuerat Rota in vna Lugdunen. ſiue Burgen.

paro

Periurij exceptio impedit reſtitutionem.



parochial. ſancti Andreæ, coram reuerendiſ. D. Ioan. clerici. xv. Maij. M. D. xxxvj. in fauorem Georgij Gineti, contra Nicolaum Polliaci: quod procedit quando nulla militat præſumptio iuris contra eum. Secus ſi aliqua præſumptio non promotionis vrgeret, vt quia conſtaret de ordinibus malè ſuſceptis: quia tali caſu plures ex Dominis tenuerunt non iuuari regula, ſed transferri onus probandi in ipſum poſſeſſorem, per not. per Imol. in l. in illa. ff. de verb. oblig. facit deciſio Egidij cliiij. Et ita heri xxviij. Ianuarij M. D. xxxviij. tenuerunt Domini in vna Romana ſancti Pauli, coram R. D. Raynaldo Petrutio.

¶ Sed aduertendum, quòd prædicta conſideratio procedit ante triennium completum, vt in d. cauſa Romana cõtigit. Secus tamen putarem poſt completum triennium pacificè: quia tali caſu putarem omni caſu onus probandi non promotionem, vel incompatibilitatem pertinere ad actorem: quia triennalis poſſeſsio inducit præſumptionem iuris pro poſſeſſore, vt transferat in aliũ onus probandi, & hoc, quia præſumitur ordinarios viſitaſſe ſubditos, & non permittere aliquẽ tandiu manere, ſine promotione in peccato, iuxta tradita per Doct. in cap. illud. de præſumpt. & Petr. de Anchar. cõſ. cxvij. Nullus igitur, excepto ordinario ſuperiore, poteſt talem poſſeſſorem cõpellere poſt triennalem poſſeſſionem, ad oſtendẽdum titulum beneficij, vel promotionis ſuæ, vt not. omnes Moder. in cap. licet heli. de ſimon. Sed tamen prima opin. eſt verior, quam tenuit Rota etiã in prædicta cauſa Regien. Nam ibi ex quo per poſſeſſorem productum fuerat inſtrumentum ordinis ſubdiaconatus ſuſcepti, poſt lapſum anni, fuimus in claro, quòd ante annũ ordinem non ſuſceperat: quia nemo bis ordinatur, & in claris ceſſauit præſumptio habilis tituli, quæ per iſtam regulam præſumitur. Secus tamen eſt in allegat. Lapi lxxxix. quę præſumit titulum, etiam ſi inutilis titulus producatur: quia præſumitur diſpenſatus. Et non poteſt titulus aliquis produci, quin ſemper alius & alius, & ſic in infinitũ habilitas in fauorem poſſeſſoris mortui præſumitur. Prout de menſe Decembri M. D. xxxix. bis concluſit Rota, in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus, coram R. D. Ioan. Paulo. Poſtremo conſiderandum eſt vnum aliud, quòd prædicta omnia de execrabili

dicta

Poſſeſsio triennalis inducit præſumptionem iuris.

* * *

dicta procedunt, quando poſt execrabilitatẽ ſequitur poſſeſsio triennalis. Secus ſi antè poſſedit vnum beneficium, & poſt acquiſitionem alterius, non ſequitur triennium: quia regula non iuuat. Vt tenuit Rota in vna Lucana archipreſbyt. coram me, de menſe Decembr. M. D. xxxviij.

## QVAESTIO VNDECIMA.

Expoliator poſſeſſor.

QVAERO, an iſta regula defendat expoliatorem poſſeſſorem, vel ſucceſſorem eius habentes titulum coloratum cõtra ſpoliatum, vel ſucceſſorem ſpoliati agentem ſpolio, & an regula iſta procedat quando contra poſſeſſorem committitur cauſa poſſeſſorij tantum?

¶ SOLVTIO. Iſtud dubium cõtinet in ſe plures articulos. Primus eſt quando ſpoliatus agit contra ſpoliatorem poſſeſſorem triennalem. Secundus quando agit ſucceſſor ſpoliati contra ſpoliatorem. Tertius eſt quando ſpoliatus agit contra ſucceſſorem ſpoliantis triennalem. Quartus quando ſucceſſor ſpoliati agit contra ſucceſſorem ſpoliantis.

¶ Circa primũ articulum, videlicet, quando ſpoliatus agit contra ſpoliatorem, & ille excipit de regula, audiui ab aliquibus procuratoribus peritis Dominos auditores antiquos tenuiſſe regulam non defendere ſpoliatorem, etiamſi per mille annos poſſederit. Et ita in vna Iſclana beneficiorum iudicaſſe Rotam coram D. Mercurio de Vipera retulerunt R. D. Paulus Capiſuccus, & D. Beſengarius Sagannа antiquus & peritus procurator, & plures alij.

¶ Tamen, vt iſta difficultas clarior reddatur, faciam in ea duo capita. Primum caput erit de violento ſpoliatore. Secundum de non violento ſpoliatore.

¶ Circa primũ mihi placet opin. illa veterũ, vt hoc modo intelligatur, videlicet, expoliatorẽ violentũ regula iſta nõ defendi. Ratio eſt: quia licet violẽtns expoliator aliàs non habens titulum, ex hoc ſolo, quòd eſt violentus, non poſſit dici intruſus, vt dicit Domin. & Moder. in cap. eum qui. in ſecundo notabili. de præbend. lib. vj. Tamen talis violentus nũquam præſcribit. l. ſequitur. §. quòd autem. ff. de vſucap. & §. furtiuè. inſtit. eod. titul. donec fuerit purgatum vitium. vt §. aliquando. eod. tit. Et iſta poteſtas præſcribendi, quæ exceptionem parit, requiritur ad effectum regulæ noſtræ. Et hoc ideo eſt: quia illa poſſeſsio à iure reprobatur, &

Expoliator violentus.



& improba poſſeſsio perdit omne beneficiũ iuris. l. improba. C. de acquir. poſſ. Nec mirũ: quia in iſta poſſeſsione violenta alia plura ſpecialia in odiũ violẽti poſſeſſoris iure inducta ſunt. Nam videmus, quòd licet regulariter malæ fidei poſſeſſor per præſcriptionẽ xxx. annorum nõ acquirat ſibi, niſi ius excipiendi duntaxat, non autem ius agendi ad rem vendicãdam ſi de poſſeſsione caderet, hoc tamen locũ non habet quando malæ fidei poſſeſſor agit contra violentum. Nam ſi de facto, & per vim poſſeſsione ſpolietur, competit proculdubio præfato malæ fidei poſſeſſori aduerſus violentum remedium poſſeſſorium, videlicet, interdictum vnde vi, ad effectum, vt ſtatim reſtituatur, nec poteſt ab expoliatore violento illi obijci defectus dominij. l. ſi quis ad fundum. C. ad l. Iul. de vi. Imò etiam dicto malæ fidei poſſ. in odium violenti conceditur rei vendicatio. Nec poteſt violentus, vt dixi, referre quæſtionem dominij, etiam ſi agatur petitorio, vt eſt text. notabilis in l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper. C. de præſcripr. xxx. annorum. quem tex. Bart. ibi dicit ad hoc ſingularem, & hoc ſpecialiter introductũ fuiſſe in odium violenti, dicunt Salyc. in d. §. ſed hæc. & Iaſ. in l. iiij. §. Cato. in x. col. verſ. quarta cõcluſio. ff. de verb. oblig. & Bald. nouel. in repet. §. nihil cõmune. col. xij ff. de acquir. poſſ. & Moder. Peruſini in authen. niſi. in ij. col. C. de bonis mater. Iura enim omnia contra violentũ exclamant, & auferunt illi omne iuris auxilium, vt ibi dicitur, præſertim in beneficialibus, in quibus odioſior eſt violentia, quàm in profanis, vt probant Moder. Auinionen. in repet. cap. ſæpe. col. penul. de reſtit. ſpoliat, & iura generaliter loquentia nõ comprehendunt caſum violenti ſpolij: quia non præſumitur in dubio princeps iniuriantibus velle fauere, nec authoritatem præſtare, vt dicit text. in l. authoritatẽ. & ibi not. gl. C. vnde vi. cum ſexcentis cõcord. cumulatis per Fely. in cap. poſtulaſti. in xix. col. verſ. circa quartum. de reſcrip. Et ante ipſum per And. Sicul. in repet. rubricæ, de teſtam. in xxj. col. num. 7. Cum igitur regula iſta diffinitè, & generaliter loquatur, & faueat poſſeſſoribus, non debet intelligi de violentis per prædicta, ſed de legitimis poſſeſſoribus, vt eſt tex. notab. in c. placuit. xvj. q. vj. Sicut videmus etiam, quòd iura loquentia de cõſuetudine, non intelliguntur de conſuetudine

*Malæ fidei poſſeſſor.*

Poſſeſſor violentus.

Violẽtia odioſior eſt in benefic. quàm in profanis.

dine exorbitāti & iniqua, ſed de pręſcripta, vt in c. Cumana cum vulg. de elect. ſicut etiam iura loquentia de remiſsione facienda homicidis, non habet locum in homicidis proditoribus: quia illud homicidium eſt exorbitans, vt in cap. j. de homicid. lib. vj. tradunt Moder. Mediolanen. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Et iſtud in caſu noſtro optima ratione ſtatutum videtur, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur, contra cap. qualiter. de accuſat. & l. meminerint. C. vnde vi. Et ideo in hoc dubio talem præſumere debemus fuiſſe mentem Papę iſtius regulæ conditoris, qualem iuris. arg. cap. cauſam. de reſcript.

Iura loquētia de remiſsione facienda homicidis.

¶ Poſtremo pro iſta opinione eſt text. expreſſus, & terminis in concilio Baſilien. decreto octauo, in titulo de pacific. poſſeſſ. à quo, vt eſt ſæpe dictum, iſta regula originem habuit. In quo quidem decreto expreſsè dicitur, quòd quicunque non violentus, qui cum colorato titulo beneficium per triennium poſſederit, non poteſt moleſtari ab aliquo &c. Et ſic ex quo ibi habemus text. hoc decidenté, non ſunt aliunde quærenda ſuffragia ad opin. iſtam confirmandam. Et licet regula iſta de violento mentionem non faciat, recipit tamen interpretationem ab illo decreto antiquiori. Nam poſteriores leges per priores declarantur, vulg. l. non poſteriores. de legib. etiā ſi priores fuerint reuocatę, vt no. Bart. in l. j. ff. de coniug. cum emācip. lib. & hoc caſu licitum eſt recurrere ad matricem, arg. eorum, quæ dicit Bart. in l. librarius. ff. de reg. iur. & in l. fin. ff. de falſ.

Termini ī cōcilio Baſilien.

¶ Circa ſecundū caput iſtius quæſt. videlicet, an regula iſta defendat expoliatorem non violentum, videtur maius dubium: quia talis expoliator non eſt tam odioſus, ſicuti violentus. Tamen, vt ſuperius dixi, quidam aſſerunt, Rotā tenuiſſe hoc caſu regulam ſpoliatorem huiuſmodi nō iuuare. Sed non accidit iſte caſus temporibus meis in Rota, nec dominus Guliel. Caſsiodorus, qui in colligendis deciſionibus præteritorum temporum fuit diligens & curioſus, de iſto caſu meminit. Et ideo ego ſatis dubitarem. Nam ſi ex poliator cum titulo colorato poſſedit pacificè per triennium, defendi debet regula: quia eſt quid imputandū expoliato, cur tādiu tacuit. arg. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. Et ideo videmus, quòd clemen. j. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. quæ



quæ indiſtinctè loquitur de poſſeſſore triennali, non moleſtando etiam vigore ſequeſtri, procedit etiam in expoliatore poſſeſſore triennali, vt ibi notat Bonifacius Vitallin. quondam Rotæ auditor. in iiij. col. num. 42. ¶ Tamen iſtis non obſtant. opinio antiquorum auditorū videtur verior: quam mihi confirmauit D. Paulus Capiſuccus, antiquus auditor. Et ratio iſtius deciſionis videtur clara, quia ſi rectè inſpiciātur verba iſtius regulæ, dicendum eſt eam hoc caſu non procedere, quia iſta regula loquitur, quando cōtra poſſeſſorem triennalem agitur petitorio, vt patet ibi, ſuper beneficijs taliter poſſeſsis nequeat moleſtari &c. Et iterū ibi, impetrationes quaslibet de beneficijs ſic poſſeſsis &c. Nam clarum eſt, quòd iſta verba, ſuper beneficijs, inducūt petitorium, & non poſſeſſoriū. l. codicibus. §. inſtituto. & ibi Bart. de leg. ij. Rom. in conſil. ccclxxxviij. Et ſic regula requirit, quòd agatur ſuper titulo beneficij, vt probatur in c. ij. vt lite pend. libr. vj. & in clem. diſpendioſam. & ibi gl. in verbo, beneficijs. & Card. q. x. de iud. & eſt etiam gl. in c. literas. de iur. calum. Regula igitur iſta, quæ odioſa etiam exorbitans eſt, locum habebit in poſſeſſorio, quod eſt diuerſum, vulg. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. Et cui verba non conueniunt: debet igitur ad caſum, in quo loquitur, reſtringi. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infect. l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. c. indemnitatib. §. ſed cum eas. de elect. lib. vj. & l. j. §. nō autem omne. ff. ne quid in flu. pub. Regula igitur defendet tantum poſſeſſorem ſuper titulo beneficij conuentum, non illum qui ſpolio conuenitur: quia tunc non agitur ſuper titulo beneficij, cum inter iſta ſit longa differentia, vt in c. cum dilecti. de cauſ. poſſeſsio. & proprie. Et iſta opinio videtur ex eo magis æquior & iuſtior: quia ſic excluditur contraria interpretatio extenſiua, fauens expoliatoribus cōtra bonum ius prætendentes, inducendo præſcriptioné peremptoriam, verum beneficiatum à iure ſuo excludétem: debet igitur regula in caſu ſuo tātum intelligi. l. iij. §. hæc verba. de neg. geſt. Nam regula ſimpliciter diſponens poſſeſſores triennales excludere agentes etiam habentes bonum titulum, non debet ampliari & interpretari, vt illa excluſio veri tituli fiat per occupationé & vſurpationem. arg. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. tali enim caſu regula, & quælibet alia di-

Poſſeſſor triēnalis.

Impetratiões quęlibet de beneficijs.

Lex anguſtanda & reſtringenda.

ſpoſitio potius eſt per interpretationem anguſtanda & re-
ſtringēda, quàm amplianda, vt ſingulariter not. Compoſt.
in capitulo, cauſam. de reſcrip. ¶ Quod vlterius ſuadetur,
quia diſpoſitio iſtius regulæ, inquantū fieri poteſt, debet cō
formari iuri communi. arg. c. cauſam. de reſcrip. & c. cū dile
ctus. de conſue. Sed de iure communi nō acquiritur præſcri-
bendi aliquod ius excipiendi, quādo in ipſo ingreſſu eſt vi-
tium reale vel perſonale, quod impedit inchoari, & finire
præſcriptionē, vt in d. l. ſequitur. & in d. §. furtiuè. inſtitu. de
vſucap. Ergo nec eodē modo debet acquiri per iſtam regu-
lam triennali poſſeſſori, qui à principio expoliando alium
incipit cum illo vitio poſsidere, quia videtur hoc eſſe cōtra

Lex nulla ſenſum capere poteſt.

mentē conditoris. Nulla enim lex, aut ſtatutū eum ſenſum
recipere poteſt, vt per illud credatur cōditor ſpoliatores in
ſua occupatione tueri, & eiectos, & ſpoliatos à reſtitutione
excludere, vt dicit text. & gl. notabilis in l. ſi qua loca. C. de
fundis & ſalti. rei dom. lib. xj. & in l. authoritatē. C. vnde vi.
ſequitur Alex. in conſi. lix. in iiij. col. lib. j. Nulla enim Papæ
fit iniuria ſi ita interpretatur eius diſpoſitio, vt per hoc eum
bonū & iuſtum principem æſtimemus & opinemur, vt dicit
Alex. in cōſil. cxxiij. col. pen. lib. iiij. Vbi per hoc infert, q di
ſpoſitio generalis facta per principem nō intelligitur in du
bio fauere vſurpatorib. per iura ſuperius allegata, quia hoc
eſſet arguere tyrannidē in principe, imò idem Papa in odiū
ſpoliantiū excipit eos à generali diſpoſitione priuilegiati-
uè, vt patet in clem. j. de cau. poſ. & proprie. ſic & pari modo
in caſu noſtro eſt dicendum, q regula iſta indefinitè loquēs
debeat reſtringi & intelligi, vt tantū de poſſeſſorib. loqua-
tur, qui ſine alterius iniuria vel vſurpatione poſſeſsionem
ſunt cōſecuti, non autē ſpoliando, vt ſic talem præſumamus
mentē Papæ fuiſſe qualem legis & boni principis debet eſſe:

Lex qualis eſſe debeat.

aliàs ſi cōtrariū dicemus, lex talia diſponēs eſſet iniuſta, ini
qua, & nutritiua peccati contra naturā legis, de qua in capi
tulo, erit autē lex. iiij. diſtin. & in l. cōuenire. ff. de pact. dot.
& in l. pacta, quæ contra. C. de pact. Talis enim lex nō vale-
ret, vt tradit Bald. in capitulo, quæ in eccleſiarū, & Hoſtien.
in cap. cognoſcētes. de cōſti. facit text. in cap. forus. de verb.
ſignif. ſequitur latè Andr. Sicul. in c. filius. in iij. col. do teſta.
Nam ſi omnia iſta in lege ſeculariū principum concurrere
debeant



debent, vt videlicet ſit iuſta, & nemini iniuriam inferens, vt
tradunt omnes in l. humanum. per illum text. C. de leg. quid
in lege eccleſiaſtica ſpectandū eſt? Omnium enim legū ina-

Inanis legum cenſura.

nis eſt cenſura, niſi diuinæ legis imaginem gerat, vt inquit
Auguſt. lib. viij. de Ciuit. Dei. & text. in c. ſana. ix. diſt. Nam
lex tantum habet rationis & virtutis, quātum magis aſsimi
latur legi naturali, & participat de lege æterna, ſecūdum S.
Thom. prima ſecundæ, quæſt. xc. art. j. & ij. cum concord. vt
ſcribūt Moder. Hiſpani in l. legitima. col. xxviij. ff. de pact.
& in repet. c. j. col. x. eod. tit. debet enim eſſe conforme iudi-
cium Papę, iudicio diuino, vt in capitulo, Deus omnipotēs.
ij. q. j. exclamat Eſaias x. cap. contra principes leges iniquas

Lex inuitans hominē ad delinquendum. Legis corruptio.

ferentes. Nam lex inuitans homines ad delinquendum, imò
vſurpatores præmians & defendēs, cuiuſmodi videretur re-
gula iſta, ſi ſic intelligeretur, non diceretur lex, ſed legis cor
ruptio, quæ cōtrauenientes non ligat, vt tradit Innoc. cap.
quia plerique. de immu. eccl. & reaſſumunt Moder. Neapoli
tani in tertia parte conſti. Regni. conſtitutione incip. hono
rem. in notabilib. Imò licitum erit legem ita latam fraudi-
bus & dolis circūuenire, vt not. Bald. Paul. de Caſt. & Mod.
in l. j. in principio per illum text. C. de cadu. tol. facit text. in
capitulo, duæ ſunt leges. xix. q. ij. Quæ omnia cum in caſu
noſtro militant, concludendum eſt regulam iſtam ſpoliato
res non tueri, ſed legitimè intrātes. Et ideo non immeritò
lex poſſeſsionem hoc modo per iniuriā ſeu ſpolium acqui-
ſitam improbam appellauit, in l. improba poſſeſsio. C. de

Lex exoſos ſpoliatores habens.

acquir. poſſ. Nam adeò lex exoſos ſpoliatores habuit, quòd
noluerit eos tueri in poſſeſsione ſua, etiā per exceptionem
veri & proprij dominij. vt in c. j. de reſti. ſpolia. & eſt cōmu-
nis opin. vt ſcribit Decius in conſi. lvij. col. pen. ſi igitur iſta
fiunt in ſicco, id eſt, in rebus prophanis, quid in beneficijs ec
cleſiaſticis agendum erit, in quibus requiritur maior puri-
tas & iuſtior ingreſſus, vt dicūt Doc. in c. j. de reg. iur. lib. vj.
¶ Tenenda igitur erit hæc opin. excluſiua ſimiliū poſſeſſo-
rum à priuilegio iſtius regulæ. Nec enim hominū congre-
gatio diu ſtare, aut regi poſſet, ſi quod alius per iniuriā ab-
ſtulit, vt reſtituat compelli non poſſet. Et licet Rota quo ad
regulā de annali iudicauerit contrariū, vt ibi dixi in lxiiij.
q. illud tamen non tollit motiua hīc facta propter diuerſita

tem maximã inter illam & iſtam regulam. Nam, vt iam eſt
notum tõſoribus, illa regula de annali fauet merè intruſis,
& interdum etiam delinquentibus in ſua detẽtione, in odiũ
impetrantium certo modo beneficia viuentium. Et quãuis
hoc iuſtum videatur, nihilominus illa regula non excludit
perpetuò omnes impetrantes, ſed ſolum ignauos, negligen
tes, & improbos regulam non ſeruantes. Qui verò ſeruant
regulam, ſi bonum ius tuentur, ab iniuſto poſſeſſore pœnas
ſuæ detentionis exigunt, eum in fructibus & expenſis con-

Regula triennalis in quo differat ab annali.

demnari faciendo. Meritò igitur regula illa nõ eſt ita præiu
diciabilis impetrantibus, ſicut iſta de triẽnali, quæ excludit
omnes impetrantes viuente poſſeſſore, & ſic perpetuum ſi-
lentium imponit, & peremptoriam exceptionem porrigit:
propterea in ea titulus ſaltem coloratus, & alia plura requi
rũtur, quæ in diſcurſu iſtius materiæ videbimus: quæ omnia
in regula de annali non requiruntur. Ideo magna eſt inter
vtraſque regulas differentia, & diuerſa iuris deciſio. Non

Intellectus ad dictum Bonif.

obſtat dictum D. Bonifacij in d. clem. j. de ſequeſt. poſſeſ. &
fruct. quia ille loquitur quo ad effectum ſequeſtri tantùm,
cuius denegatio non aufert actori ius, nec tollit etiam reo
poſſeſsionem: vt in l. intereſſe. ff. de acquir. poſſ. & ſic nõ fa-
cit illud ad propoſitum. Nec etiam obeſt, quòd decretũ con
cilij Baſilien. violentum expoliatorem tantùm excipit, quia
per hoc non excluditur caſus, in quo eſt minor ratio: vt eſt
textus notabilis in l. j. §. quòd autem. ff. de vſu aleæ & aleat.
¶ Circa verò ſecundum articulum reſultans ex iſta eadem

Subrogat' in ius ſpoliati.

quæſt. videlicet, quando ſubrogatus in ius ſpoliati agit cõ
tra ſpoliatorem, an excludatur exceptione regulæ. Sunt di-
ſtinguendi plures caſus. Primus, quando eſt quis ſimpliciter
ſubrogatus poſt mortem ſpoliati, ad ius tantùm ſpoliati. Et
hoc caſu regula defendit ſpoliatoré, vt tenuit Rota in vna
* Pampilonien. prioratus ſancti Crucifixi, coram R. D. Ioan.

Actio cõpetẽs ſpoliato eſt pſonalis.

Mohedano. xj. Maij M. D. XXXV. Ratio fuit, quia actio cõ
petens ſpoliato eſt perſonalis, & non tranſit in ſubrogatũ,
qui nec læſus, nec ſpoliatus fuit per fundaméta & rationes,
quas ſcribo inferius q. xiij. Et licet ſit ſubrogatus in benefi-
cium, ſeu ius ſpoliati: per hoc tamẽ non cẽſetur ſubrogatus
in ius ſpolij, quod concernit poſſeſsioné, niſi ſpecialiter di-
catur: etiã ſi ſubrogatio facta fuerit verbis vniuerſalibus, vi
delicet,



delicet, ad omne ius, quod cedenti, vel decedẽti quomodoli
bet competebat: vt eſt deciſ. Egidij. ccclj. incip. eadẽ die. quę
hodie ita in ſignatura Papæ & in Rota ſeruatur. Et licet illa
deciſ. Egidij, quo ad ſubrogationem ſimplicis poſſeſsionis,
male dicat, vt patet in deciſ. v. vt lite pend. in nouis. & deciſ.
ccclxxxv. in antiq. incip. nota quòd ſubrogatus &c. vt dixi
in regula de ſubrogandis. q. viij. Tamẽ quo ad interdictum
vnde vi, illa deciſ. Egi. tenetur, ex qua ſtylus hodiernus indu
ctus fuit, per quem nunquam datur ſubrogatio quo ad ſpo-
lium, niſi expreſſe concedatur, & ſubrogatus ſpecialiter pe-
tat ſubrogari, etiam quo ad ius ſpolij. Et ita in prędicta cau
ſa omnes domini concluſerunt, excepto vno. Et deciſio iſta
de plano procedit, quando quis eſt ſubrogatus, quo ad ius
tantùm quod erat deductum in litem. Vbi verò in lite non
fuiſſet deductũ, niſi ſolũ poſſeſſoriũ, & aliquis ſubrogare-
tur in litem, & ius defunctis, puto tali caſu ſubrogatũ agere
poſſe ſpolio, & non repelli exceptione iſtius regulæ, vt ver-
ba aliquid operentur. Vbi igitur propter ſubrogationem
actio ſpolij redditur efficax, ſpoliator nõ poteſt ſe tueri ali- Spoliator.
qua exceptione temporis cõpetentis, tam vigore iſtius regu
læ, quàm cuiuſcunq; alterius pręſcriptionis, etiam mille an-
norum, vt tradunt omnes in c. ſæpe. de reſtit. ſpolia. & Mo-
der. in c. reintegranda. iij. q. j. Et iſto modo declarãtur deci-
ſiones tenẽtes ſubrogatum quo ad ius, cenſeri ſubrogatum
quo ad poſſeſsioné. ¶ Secundus caſus eſt, quando quis eſſet
ſubrogatus alicui viuenti per viam ceſsionis quo ad proſe-
cutionem ſpolij, & hoc caſu licet in beneficialibus ſucceſſor
in beneficio non cenſeatur ſuccedere in iure cõpetenti de-
functo, ſed illud extinguitur, & creatur nouũ ius, quod inci
pit in perſona ſucceſſoris, vt not. Io. And. in c. ij. vt lit. pend.
lib. vj. in nouel. & in c. ſi tibi abſenti. ſuper verbo, nõ acqui-
ras. de præb. lib. vj. in no. & in cap. ex parte. in verſ. interim.
de arb. & Spec. in tit. de ſent. §. nunc de effectu. in fi. & tenet
deciſ. xiij. de procur. in fi. & deciſ. j. circa fi. de loca. in no. Ta
men hoc procederet, quando ſimpliciter fuiſſet facta ceſsio
abſque ſubrogatione in ius ſpolij, vbi verò de ſpolio ſpecia
liter cautum fuiſſet, tale beneficium trãſiret in ceſsionariũ:
quia cedi poteſt, vt tradunt Moder. Senen. in l. rem quæ no-
bis. ff. de acquir. poſſ. facit text. in l. quòd ſi in diem. §. Iulia-

nus.ff.de pet.hæred.Et hoc videtur tenere Bal.in cõſi.cccix.
ſuper quo puncto.in tertio vol.quem ſequuntur Moder.re-
petentes in c.ſæpe.in ij.fol.verſiculo,tertio dubitatur.de re-
ſtitu.ſpol.Præſertim quando Papa hoc concedit, qui etiam

Succeſſor in beneficialib. an dari poſſit.

reſpectu iuris in beneficialibus ſucceſſorẽ dare poſſet, cùm
habeat in eis pleniſsimã poteſtatem,iuxta cap.ij.cum vulg.
de præb.lib.vj. ¶ Circa tertium principalem articulum,vi-
delicet,quando ſpoliatus agit contra ſucceſſorem ſpolian-
tis,eſt videndum nũquid talis ſucceſſor,qui poſſedit benefi-
cium per triennium pacificè poſsit iuuari regula iſta contra
ſpoliatum.Et prima facie videtur dicendum, quòd ſic, quia
ſubrogatus in locũ ſpoliãtis non ſpoliauit. Et ex quo iſtud
eſt vitium perſonale,non tranſgreditur perſonã : Ergo tan
quàm poſſeſſor triennalis non culpoſus debet tueri priuile-
gio poſſeſsionis ſuæ, & per conſequẽs poterit vti exceptio-
ne iſtius regulæ triennali poſſeſſori competenti. Præterea,
quia in beneficialibus ius non transfunditur in ſubrogatũ,
vel ſucceſſorem per ceſsionem, vel ſubrogationem, ſed per
prouiſionem Papæ creatur nouum ius in perſonam ſubro-
gati, vt dictum & probatum eſt ſuperius in ſecundo articu-
lo,& tenet Rom.in conſi.cclxxiiij.col.ij.Et naſcitur etiam
in perſonã ſubrogati noua poſſeſsio,quia eadem nõ tranſ-
funditur.l.cum hæredes.ff.de acquir.poſſ.cùm itaq; in ſub-
rogato omnia de nouo creentur, tam ius, quàm poſſeſsio,
vitium ſui prædeceſſoris ei nocere nõ debet, quominus poſ-
ſit vti exceptione regulę,ſicut alij poſſeſſores triẽnales vtun-
tur.Nam cùm in ſubrogato omnia ſint noua,conueniẽs eſt,
vt quæ de nouo inducũtur,nouo etiã auxilio fulciãtur,vt di-
citur in l.de ætate.§.ex cauſa.ff. de inter.act.& c.cæterũ.de
iura.calumn.cum concord.de quibus per Decium in conſi.
cccxxxv.in ij.colum. Et quia videmus interdictum vnde vi
non competere contra ſingularem ſucceſſorem.l.cum à te.
ff.de vi & vi arm.

¶ Sed iſtis non obſtantibus contrarium videtur verius,&
in primis eſt ſciendum, quòd quando aliquis ſubrogatur in

Subrogari in ius alterius.

ius alterius, etiã quo ad poſſeſsionem,tenetur ipſe purgare
ſpoliũ,ſicut ille in cuius locũ ſubrogatur, vt tradunt commu-
niter Doct.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſ.& in d.c.ſæ
pe.Et Soc.in cõſ.cclxvj.in vj.col.quia res trãſit cũ vitio ſuo,
& licet



& licet in ſubrogato creetur nouum ius,& noua poſſeſsio:
eſt verum quando ſimpliciter fit ſubrogatio,ſecus ſi fiat etiã
quo ad poſſeſsionem,quia tali caſu actio ſpolij apprehẽdit
eum,vt dicunt præfati Doct.& tale vitium nunquam præ-
ſcribitur,donec purgetur,ſicut dicitur de remedio.c.reinte
granda.iij.q.prima.quòd perpetuo cõpetit,etiam per mille
annos,vt dicũt ibi Doct.& in d.c.ſæpe.quia improba poſ-
ſeſsio nõ mereretur priuilegiari aliqua exceptione vel præ-
ſcriptione,vt dictum eſt ſuperius,vulg.l.improba.C.de ac-
quir.poſſeſsione.

¶ Præterea quia regula iſta non procedit quando agitur
poſſeſſorio, ſed petitorio,vt dictũ eſt in principio iſtius q.
ex mẽte Rotę:& ideo talis ſucceſſor ſpoliantis cõuenti poſ-
ſeſſorio ſe iuuare nõ poterit exceptione regulæ. Et tenẽdo
iſtam opi.patet reſpõſio ad deducta in contrariũ,quia pro-
cedunt in ſimplici ſubrogatione. Nec obſtat dicta l.cum à
te.quia ad eam apparet ſolutio ex his,quæ ibi adducit Bart.
Aret.& Moder.in l.iiij.§.Cato.in iij.opp.ff.de verb.oblig.
Et ex iſtis faciliter poteſt etiã reſolui quartus articulus,vi-
delicet,quando ſubrogatus in ius ſpolij agit contra ſucceſ-
ſorem ſpoliantis:quia diſtinguendo modum ſubrogatio-
nis ſecundum ſuperiora patet clara ſolutio,ideo nõ inſiſto.

## QVAESTIO DVODECIMA.

Simoniac⁹ ingreſſus.

QVAERO, quia regula iſta excipit ſimoniacum ingreſ-
ſum. Quæritur de qua ſimonia intelligitur, an de a-
ctuali & conuentionali,aut de mentali,vel con
uentionali tantùm?

¶ SOLVTIO. Videtur,quòd inſpecta generalitate verbo-
rum iſtius regulæ,de omni ſimonia debet intelligi,quia ver
ba ſimpliciter prolata comprehendunt omnes ſpecies,licet
maior ratio ſit in vna,quàm in alia.l.ſi.ff.de fun.inſtruct.Et
bonus tex.in l.j.§.quòd autem.ff.de aleato.quia generale
verbum generaliter debet intelligi,vulg.l.j.de leg.præſt.Et
quia talis prohibitio fit,ex eo,quia ſimoniacus habet vitio-
ſum ingreſſum.c. ordinationes.prima.q.j.& not. omnes in
c.cum pridem.de pact.

Simoniac⁹ dicitur tã q promittit, quàm qui dat.

¶ Sed hoc ita militat in ſimoniaco cõuentionali ſicut reali.
Igitur in vtroq; regula habebit locũ. Nam ita eſt ſimonia-
cus qui promittit,ſicut ille qui dat,vt dicit Bald.iudicatum

fuiſſe Florentię, in c.j. de teſtib. lib. vj. & ibi hoc tenẽt Pet. de Anch. & Philip. Frãcus in j. col. per tex. in l.j. & in l. generaliter. §.j. ff. de calum. Et ſequitur Deci. in c. veniẽs. in gl. j. de teſt. Et Roma. in ſingulari ſuo cccxxvij. Nam promiſsio & datio parificãtur, non ſolum in materia ſpirituali prohibitiua, ſed etiã in alia profana: vt eſt tex. in l. fi. C. ad leg. Aquil. ſequitur Soci. conſ. xciij. in ix. col. verſ. circa quartum. & in propoſito noſtro eſt notabilis tex. in c. nõnulli. j. q. j. qui dicit ita ſimoniacũ eſſe reum qui dat, & recipit, ſicut ille qui nihil dat, vel recipit, ſed gratiam vel humanã laudem promereri cupit. quæ omnia cum militent iſto caſu, dicendum eſt regulam vtrunque caſum comprehendere.

Promiſsio & datio non ſolum ĩ materia ſpirituali, ſed & in profana parificantur.

¶ Sed quòd regula iſta tantum de ſimonia reali, ſiue actuali debeat intelligi, facit: quia verba in dubio capi debent cum effectu. cap. relatũ. de cler. non reſid. Et in potiori ſignificatu, ſicut dicimus in excõmunicatione, quæ in dubio intelligitur de maiori. c. penul. de ſent. excom. ſic Rota extrauagãtem Pauli II. incipien. cum deteſtabile, poſitã in tit. de ſimo. quæ generaliter loquitur, tantũ in ſimoniaco reali locũ habere voluit, qui in dãdo, vel recipiẽdo conſiſtit: vt me præſente, in multis cauſis ſępe deciſum fuit: & de ſuis tẽporibus ita etiã iudicatum fuiſſe atteſtatur d. Guliel. in collectaneis deciſionũ. * Sic etiã Rota in vna Lunẽ. Sarzanẽ. corã d. Marino Spinoſa iudicauit. cle. j. de ſequeſt. poſſ. nõ habere locum in reali ſimoniaco, qui triẽnio defendi nõ poteſt. * Ita etiã in alia Taurinen. Abbatiſſatus, corã d. Guliel. Caſsiodoro, de anno M.D.xiiij. Rota tenuit, ſimoniacum realem non poſſe agere ſpolio: vt de vtroque meminit idem d. Guliel.

Extrauagans Pauli II.

¶ Sed quòd iſta regula de conuentionali tantum loquatur, facit: quia lex debet intelligi de ijs quæ frequenter accidũt, vulg. l. iura. cum duabus ſequent. ff. de legi. cum concord. vt ſcribit Fely. in c. corã. in prin. de offi. deleg. Sed promiſsiones & pacta frequentius fiunt, quàm dationes, vt experiẽtia docet. quia plura dicuntur, quàm perficiantur, vt apparet in l. Titia. de verb. oblig. & in l. ſciẽdum. ff. de ædil. edict. Ideo regula in conuentionali tantum debet habere locum. Neq; obſtat ſi dicatur, quòd ſequeretur vnum inconueniẽs, quòd grauius hoc caſu punirentur promittentes, quàm dantes, cum tamen dantes magis peccent: quia deducunt conuentio

Promiſsiones frequentius fiunt, quàm dationes.

tio



tionem ad actum, & per conſequens magis deberent puniri, iuxta l. is qui cum telo. C. de ſicar. Quia reſpõdetur, hoc factum eſſe, propter frequentiam delicti: quia cum homines procliuiores, ac faciliores ſint ad promittendum, quàm ad dandum, oportuit frequentiam peccati acerbitate pœnæ coerceri. Nam licet iſti minus peccent, quàm dantes, & recipientes, frequentia tamen delicti minoris, ſæpe maiori delicto præpõderat, vt in c. tres autem. circa fi. verſ. quid autem. de pœniten. diſtinct. j. Et quòd delicta frequẽtata magis debeant puniri, probatur in c. admonere. xxxiij. q. ij. vbi plus punitur interficiens vxorem, quàm matrem: licet magis peccet, qui matrem interficit. Hoc autem factum eſt propter frequentiam: quia cum homines procliuiores, & frequẽtiores redduntur ad occidẽdas vxores ſuas, quàm matres, meritò oportuit illi frequẽtiæ grauioribus pœnis ſuccurrere, vt ibi declarat gl. in verb. exiſtẽtes. & facit text. in l. iij. C. de epiſc. aud. Ita hic videtur dicendũ, quòd licet dantes, vel recipientes ſub regula non includantur, includuntur tamen promittentes: quia frequentiores ſunt. Et pro iſta opin. videlicet, quòd regula debeat intelligi de ſimonia conuentionali, & ſic de minori, & non de maiori, videlicet, reali, ſeu effectuali, facit in ſimili: quia appellatione voti, nõ intelligimus de ſolenni, ſed de ſimplici, vt in c. rurſus. qui cler. vel vo. A fortiori igitur in pœnalibus iuſtior pars eligenda erit, iuxta c. in pœnis. de reg. iur. libr. vj. Nam in obſcuris quod minimum eſt ſequimur. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur.

Homines procliuiores.

Voti appellatio.

¶ Quid dicendum? Certè conſiderata mente legis, dicerem regulam intelligi debere de vtraque ſimonia, videlicet, tam de reali, quàm conuentionali: quia, vt dictum fuit in principio, vera ſimonia nunquam committitur, niſi concurrat exactio, vel promiſsio, vt dicunt communiter Doct. quos ſequitur Fely. in c. tua nos. in gl. fin. de ſimo. vbi ſubdit Abb. & Fely. quòd ſicut ille, qui per ſimoniam realem acquiſiuit beneficium, tenetur illud timere: ita ille, qui per ſolam promiſsionem de dando, illud conſequutus fuit. & hoc idẽ tenet Abb. in c. cum ad noſtram. de electio. in iij. notabili. & ſequuntur alij vbique. Et ita hodie xj. Martij M.D.xxxviij. * in ſimili caſu tenerũt Domini in vna Conchen. fructuum, inter hæredes Petri de Porta, & Ludouicum Mata, coram

Simonia.

R.D.Ioan.Paulo:quòd permutatio ſimpliciter per ſolã promiſsionem coram ordinario facta,fuerit ſimoniaca. Nam in illo caſu,partes per paucos dies ante reſignationẽ,promiſerunt inter ſe adinuicem permutare,ſub quibuſdã conditionibus,de quibus in capitulis. Et licet illa capitula remanerent in nudis terminis promiſsionis,ex eo,quia non fuerant adhuc mandata ad effectum,& etiam continerent illam clauſulã,ſaluo beneplacito ſedis Apoſtolicæ,& contineret aliqua honeſta mixta cum illicitis:nihilominus quia ante permutationẽ nõ impetrarũt beneplacitũ,ſequẽs permutatio corã ordinario,licet fuiſſet ſimplex & pura,& poſſet referri ad pacta licita,pręſumebatur facta ad executionẽ promiſsionis pactorũ præcedẽtium,per ea quæ not.Pet.de Anc.& Imo.in c.quæſitũ.& in c.cũ vniuerſorũ.de rer.perm.

Simonia.

¶Cum igitur regula iſta loquatur ſimpliciter de ſimonia, debet intelligi de vera,videlicet, conuentionali,vel reali, non autem de mentali,quæ ſola pœnitẽtia deletur,vt dicũt omnes in c.fi.de ſimo. Et licet appellatione ſimoniæ,largo ſumpto vocabulo,omnis ſimonia comprehendatur,videlicet realis,conuentionalis,& mentalis.d.cap.ſunt nonnulli. Tamen in materia pœnali & odioſa,cuiuſmodi eſt iſta,ſola realis & conuentionalis comprehenduntur, quæ ſunt propriæ ſimoniæ,iuxta c.cum ſuper.de cõfeſſ.& c.Matthęus.de ſimon.not. Cald. & Abb.in c.cum clerici.de pact.Fely.in c. inſinuatum. de ſimo. Illa verò,quæ precibus vel gratia fit, non eſt propriè ſimonia,niſi preces fiant illa mente & intentione, vt notoriè indignus admittatur,& excludatur dignus,vt tradunt communiter omnes in c.cum M.de conſt.

Simonia punibilis.

Solæ enim preces in dubio emiſſæ non inducunt ſimoniam punibilem.vt eſt text.in c.tua.& ibi not. Felyn.in c.cum eſſent.de ſimo. Et ita bis me præſente concluſit Rota in vna Roſſen. Subdiaconatus,coram R.D.Ioanne Mohedano,de menſe Decemb.M.D.xxxvij. *

¶Et iſta quæ dicta fuerunt,procedunt in ſciẽti ſimoniaco: ſecus in ignorãti : vt quia pater,vel frater aliquid dedit,pro dando beneficio filio,vel fratri,eo penitus inſcio:quia talis ignorans bene defenderetur regula.Nam licet ille,qui obtinet beneficiũ per ſimoniam per alium cõmiſſam ipſo ignorante,ſit priuatus ipſo iure titulo, & teneatur illud cedere, cum



cum licẽtia ſuperioris,vt dicit Abb.in c.pen.in j.& ij.notab. per illum text.de elect.& in c.nobis.in j.notab.de iurepatr. cum ſim.vt per Moder.in tract.de iurepatr.in verſ.& vtile. q.iij.Quorũ dicta in hoc approbauit,& ſequuta eſt Rota in vna Meſſanen.capellaniæ de mẽſe Maio M.D.xxxvj.coram R.P.D.Petro vortio. * Nihilominus hoc nõ procedit,quo ad effectum iſtius regulæ,quæ requirit titulum coloratum. Et conſtat tales poſſeſſores ignorantes ſimoniã per alios commiſſam in ſuo beneficio,interim habere titulum coloratũ, vt expreſſè dicit Ant.de But.& Card.poſt Innoc.& alios in c.niſi cum pridem.in prin.col.pen.verſic.infertur tertio.de renuntiat.Hinc eſt,quòd talis ignorãs ſimoniã commiſſam in beneficio ſuo,poteſt agere ſpolio. Vt concluſit Rota in vna Firmana parochialiũ,die xx.menſis Nouẽb. M.D.xxxviij.coram R.P.D.Petro epiſc.Aquen.Ratio eſt:quia habet titulum coloratum,& non eſt ſuſpenſus ipſo iure,ſed ſuſpendendus,vt tenet Abb.in c.tanta.in ij.col.verſ.tertio membro.de ſimo.Hoc tamẽ de ſpolio intellexit Rota,quando talis ſimoniacus ignorãs ſpoliatus haberet dictũ titulum per obitum alicuius:pro quo obtinẽdo pater,vel frater,vel aliquis alius cõſanguineus pecunias dedit,ignorãte iſto prouiſo.Secus verò ſi haberet titulũ ex reſignatione illius, qui pecuniã recepit ad hoc,vt reſignaret. Nã tali caſu, licet iſte prouiſus ignoret ſimoniã,ſi ſpoliaretur,nõ eſſet reſtituẽdus Ita Do.cõcluſerũt in d.cauſa Firmana.Ratio fuit:quia hoc caſu reſignãs nihil tranſtulit propter deciſionẽ VII. de renũtiat.in antiq.poſt Inno.in c.cum vniuerſorũ.de rerũ permu. qui tenẽt talem renuntiationẽ non valere,neq; abdicare titulum à reſignãte : & ſequitur Io. Fran.Pauinus in tract.de offi. & pot.cap.ſed.vac.fol xvj.in iij.col. Apparet igitur,quòd reg.iſta intelligitur de ſimonia ſciẽter & manifeſtè cõmiſſa: quia cum talis ſciens non habeat titulum coloratũ,vt prædicti Doct. dicunt in d.cap.niſi.& æquiparetur hæretico, vt tradunt Moder.in rub.de ſimon.per tex.in cap.eos.j.q. prima. tradit Abb.in cap.accuſatum.in fi.de ſimon.non poterit iſta regula iuuari : ſecus in ſimoniaco ignorante. Et cum myſterio dixi,ſciẽter & manifeſtè:quia ſi eſſet occultus ſimoniacus, licet ipſe ſimoniam ſcienter commiſerit, poſſet fortaſsis defendi regula:quia licet quo ad ſe ipſo facto ſuſp

Simoniã commiſſam in beneficio ignorare.

ſuſpenſus ſit: nihilominus quo ad alios tenet titulum colo ratum, qui, vt prædicti Doct. dicunt in d.c. niſi. & Abb. in d. cap. accuſatum. & c. per tuas. de ſimon. ſufficit, quo ad iſtam regulam. Nam paria ſunt non eſſe, & non apparere. l. in lege. ff. de contrahen. empt. Et eccleſia nõ iudicat de occultis, vt in cap. à nobis. de ſenten. excom. licet in foro conſciẽtiæ teneatur illi, quem exceptione iſtius regulæ repulit à proſecutione ſui boni iuris, ad reſtitutionem, iuxta ea quæ dicit Innoc. & domin. Ant. in d. cap. niſi. & faciunt ea, quæ ſcribit Angelus in ſumma, in verbo, ſimonia. la vj. & vij. & in cap. tanta. & cap. per tuas. de ſimon.

Eccleſia nõ iudicat de occultis.

¶ Secundo principaliter limitantur prædicta procedere, quãdo aliquid fuiſſet promiſſum, vel datum ante collationem: ſecus verò ſi poſt collationem, vel prouiſionem beneficij: quia tali caſu non cõmittitur ſimonia, & poſſeſſor hoc caſu bene tuetur exceptione iſtius regulæ, vt tenet Gloſſator hîc, in ij. col. quia ſufficit, quòd à principio habuit titulum, licet ex poſt committatur ſimonia: & vltra Gloſſatorem hoc tenet Ioan. Andr. & Abb. in c. veniens. el. j. de teſtib. & ſequitur Decius in conſil. cxviij. viſo inſtrumento. col. ij. & alibi ſæpe. Et ita tenuit Rota in vna Legionen. Archidiaconatus de Saldagna, coram D. Nicolao Aragona, de menſe Nouembri M. D. xxxviij. licet poſtea ex productione cuiuſdam cedulæ, in progreſſu cauſæ præſentatæ relatiuè ad renuntiationẽ priorẽ, quæ dicebatur facta ſub confidentia, apparuerit renuntiationẽ ſimoniacã fuiſſe. vt tenuerũt omnes Domini xviij. Martij M. D. xxxviij. corã eodem D. Aragona. Sola igitur conuentio facta poſt renuntiationẽ liberam, ſimoniam non induceret, niſi fuiſſet facta promiſſio incontinenti poſt prouiſionem: ſecus ex interuallo, vt dicit Egidius deciſ. xij. vbi de hoc rationẽ ponit: licet Decius in l. ij. col. penult. C. de inſtit. & ſubſtit. indiſtinctè loquitur, niſi, vt dixi, appareret promiſſionem reciprocam & relatiuam fuiſſe. Quia tali caſu argueretur ſimonia. Nam in beneficialibus actus reciproci, videlicet, facio vt facias, vel do vt facias, inducunt ſimoniam. iuxta tradita per Moder. in c. paſtoralis. de reſcrip. & per Corne. conſil. fin. lib. j. Iaſ. in l. Titia. col. xj. num. 26. ff. de verb. oblig. cum cõcor. quæ more ſuo cõgerit Decius in l. certi condictio. §. ſi nummos. in v. col.

*

Simoniam inducere.

Actus reciproci.



v. col. num. 14. ff. ſi cert. pet. Per quæ dicta ita iudicauit Rota meo tempore in multis cauſis, præcipuè in vna Gerunden. in fauorem Baldirij Auinio, coram D. Camillo de Ballionibus. Et in vna alia Illerden. Prioratus coram R. D. Io. Clerici. Et in alia Cæſarauguſtan. canonicatus, & præbend. coram R. P. D. Marcello. Et quod dictum eſt, prouiſionẽ, vel dationem factas ante prouiſionẽ beneficij, inducere veram ſimoniam, quæ repellit poſſeſſorem à priuilegio iſtius regulæ. Hoc procedit, niſi poſt ſimoniam cõmiſſam ſuperueniat aliquis coloratus titulus, cum quo triẽnio, poſtea ſimoniacus pacificè poſsideat: quia dato, quòd ille titulus poterat reduci ad non titulum, ex eo, qua non fuerat facta mentio inhabilitatis contractæ ex ſimonia, & ſic ſit inhabilis: nihilominus excuſat à perceptione fructuum. Vt cõcluſerunt Domini hodie xviij. Martij M. D. xxxiij. in prædicta cauſa Conchen. fructuum, coram eodem D. Ioan. Paulo. Etiam ſi poſtea talis ex præambula ſimonia declaretur inhabilis, vt latius in inform. dictũ fuit, quas breuitatis cauſa nõ refero. *

*

*

¶ Et iſta quæ dicta fuerunt, procedunt: etiam ſi illud quod datur, vel promittitur, pro coſequendo beneficio, promittatur, vel detur ad effectum vt conuertatur in aliquẽ pium vſum, puta in fabricam eccleſiæ, vel, vt de illo dato fiant in eccleſia organa. Quia nihilominus ille erit verus ſimoniacus: & illa ſimonia cõſiderabilis eſt, nõ ſolum quo ad iſtam regulam, ſed etiam ſecundum Rotam, quo ad priuationem beneficij & tituli. Prout Domini concluſerunt, per tres ſententias, in vna Meſſanen. vicariæ primo, coram R. P. D. Petro Vortio: ſecundo, coram R. D. Ioanne Clerici: tertio, coram R. D. Silueſtro, de anno M. D. xxxvij. & inter cætera per text. notabilem in cap. ex multis. in verbo, conſtituimus eodem modo, & c. j. q. iij. Quod tamen limitatur, niſi illud quod pro fabrica porrigitur, daretur propter aliquod ſtatutum, vel conſuetudinem præambulam, iuxta doctrin. Abb. in cap. Iacobus. de ſimon. in oppoſ. dum declarat text. in d. cap. ex multis. & ante ipſum hoc tenuit d. Ant. in cap. cum M. verſ. venio. ad vj. notabile, de conſtit. refert d. Nicolaus Milis Rotæ auditor, in ver. ſimoniam non committit. ſuper quo tamen latè diſſerit Decius in conſ. cxviij. col. fin. & ita Rota tenuit in dicta cauſa Roſſen. exceptis duobus audi *

auditoribus.Nec obſtat quòd indiſtinctè dicit Petr.de An-
char.in conſ.ccxciij.in fin.ſimoniacum non eſſe priuatum
ipſo iure,& per cõſequens videri habere titulum coloratũ:
quia qui ſunt ipſo iure priuati,illi tantum dicuntur diſco-
loratum titulum habere,vt tradunt omnes in cap.cum no-
ſtris.de conceſſ.præben.& Felyn.in cap.in noſtra.in xxxvj.
correl.de reſcrip.quia intelligitur dictũ Petri, de ſimonia-
co occulto,vt ex verbis eius apparet: aliàs illud dictũ non
eſſet verum. Cum ſimoniacus manifeſtus ſit nõ ſolum ipſo
iure priuatus,ſed eſt deteſtabilior omni peccatore, vt patet
in cap.tanta.& c.per tuas.de ſimon.Nam,vt dixi,æquipara-
tur hæretico,vt dicit Hoſtien.in ſumma.de hæret.§.j.facit
text.in cap.ſi quis pecuniam.lxxix.diſt.& ſic eſt infamis de
iure & de facto.Adeò,quòd etiã Pagani & Gentiles huiuſ-
modi homines deteſtabantur, vt curioſè refert Alexander
Neapolitanus lib.iij.dierum genialium.cap.xvij.Sic enim
apud veteres Q. Coponius,quòd vini amphoram ei,cuius
ſuffragio magiſtratum petebat,dono dederat, ambitu con
demnatus fuit.Sed illa tam ſalutaris ambientium pœna,te-
ſte Modeſtino in l.j.ff.ad l.Iul.de amb.poſt aduentum prin
cipum in vrbe ceſſauit: quia ad curam principum,non po-
puli fauorem, tunc magiſtratuum creatio pertinuit: & ita
quoque hodie titulus de ſimonia ſilet. Et propterea in ſex-
to Decretalium libro,nec in Clemẽtinis titulus ille repeti-
tus fuit.Inde factum eſt, vt plerique noſtrorum temporum
principes Heliogabalum(vt Lampridius refert)ſecuti,indi
gnorum precibus, aut nummo magiſtratus & ſacerdotia,
indoctiſsimo cuique,& virtute carenti,conferunt: Theo-
doſij præceptum poſtergantes, qui viros nõ ambitione vel
pretio,ſed probatæ vitæ,& diſciplinarũ teſtimonio,ad ho-
noris inſignia promoueri debere voluit, Alexandri Impe-
ratoris exemplum ſecutus, qui ideo ſe nolle dignitates &
magiſtratus vendere prædicabat: quia qui emunt, vt ven-
dant,neceſſe eſt,vt pecunias, in emptione honoris expoſi-
tas,recuperent,&c.Ex quibus omnibus reſultat concluſio,
quòd regula iſta,non ſolum in reali, ſed etiam in conuen-
tionali ſimoniaco procedit.

Simoniacus.

Simoniacus q̃ ſit deteſtabilis.

Q. Coponius ambitu condẽnatus q &c.

Alex.Imperatoris exemplum.

¶Sed aduertendum eſt: quia huic concluſioni vnũ obſtat:
quia clari iuris eſt,quòd illi,qui ſola cõuentione ſimoniam
committunt,de iure cõmuni non ſunt ipſo iure priuati:ſed
priuandi ſunt per ſententiam, niſi ſimonia realiter dando,
vel accipiendo cõmittatur,vt latè probat D.Guliel.in ſuis
deciſ.tit.de conſtit.deciſ.v. Si igitur ita eſt, interim habe-
bunt titulum coloratum, ſicut periurus, homicidæ, & alij,
de quibus per Innoc.in cap.cum noſtris.de conceſſ.præben.
& ideo hac regula iuuari debebunt.



QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVAERO, an ſucceſſor in beneficio titulo permutatio-
nis,vel aliàs, poſsit contra tertium impetrantem vti
exceptione iſtius regulæ competenti prædeceſ-
ſori ſuo,ex ſua triennali poſſeſsione?

Succeſſor.

¶SOLVTIO. Videtur dicendum ſucceſſorem vti non poſ-
ſe exceptione iſtius regulæ, pluribus rationibus. Primo,
quia hoc ſatis notũ eſt omnibus curialibus, regulam iſtam
ex longæua interpretatione Rotæ,exceptionem, ſiue priui
legium perſonale poſſeſſoribus ipſis tãtum tribuere, vt re-
fert etiã D.Guliel.Caſsiodorus hîc,& ante ipſum R. P. D.
Iacobus Simonetta antiquus, & curioſiſsimus auditor in
ſuis memorialibus Rotæ.Et ita in vna cauſa Caurien.por-
tionis coram D.Guliel.pendente, inter Gundiſaluũ de Sa-
lazar,& quendam alium,de anno M.D.xix. tenuit & con-
cluſit Rota.Si igitur regulam perſonalem tãtum exceptio-
nem tribuit ipſi poſſeſſori triennali, ſucceſſor illa vti non
poterit: quia ille nõ eſt triennalis poſſeſſor. Suadetur hoc,
quia verba iſtius regulæ poſſeſſorem, & non rem poſſeſſam
reſpiciunt, & ad illum diriguntur: vt patet in illis verbis,
impetrationes de beneficijs ſic poſſeſsis, & rurſus ſuper be-
neficijs poſſeſsis nequeant moleſtari,&c. Cum igitur verba
prædicta poſſeſſorem reſpiciant, in cuius fauorẽ regula iſta
ædita fuit,meritò iudicata fuit perſonalis: quam opinionẽ
etiam tenuit Gloſſator cõcilij Baſilien.in pragmatica Fran
ciæ,ſub tit.de pacific.poſſeſ.& Gloſſator hic,& in regula de
annali aliquid dixi. Ex quo infertur,quòd exceptio eius
perſonam poſſeſſoris non egredietur,& per cõſequens non
tranſit in ſucceſſorẽ,iuxta l.quia perſonale.ff.ſol.mat.& l.j.
§.permittitur,ff.de aqua quotid.& æſtiual.cap,ij.de autho-
ritate & vſu pal.

¶Præterea,quòd ſucceſſor aliquo caſu poſsit iuuari exce-
ptione

ptione temporis ſui prædeceſſoris: hoc aliunde non venit,
niſi virtute præſcriptionis. Sed in caſu noſtro hoc procede-
re non poteſt ex eo, quia titulus beneficij eſt impræſcriptibi-
lis, vt tenent Hoſtien. & Henric. in cap. dilecto. de præbend.
& in cap. relatum. de iurepatron. facit tex. in cap. poſtulaſti.
eod. tit. & quæ not. Bal. in l. iij. C. de eman. lib. & not. in cap.
cura. de iurepatr. & in cap. j. de reg. iur. lib. vj. & in c. ex fre-
quẽtibus. de inſtit. cum alijs ſimilibus. Igitur poſſeſsio præ-
deceſſoris prodeſſe non poterit ſucceſſori: præſertim iſta
triennalis præſcriptio, quæ ſine poſſeſsione non procedit,
nec per conſequens in alium transfertur, iuxta l. ſi quis em-
ptionis. §. ita tamen. C. de præſcript. xxx. ann.

*Titulus beneficij impræſcriptibilis.*

¶ Præterea, quia in beneficialibus nulla datur ſucceſsio re-
ſpectu tituli, vt in c. j. de præſcrip. & in cap. Moyſes. viij. q. j.
Nam titulus prædeceſſorum extinguitur totaliter per eius
mortem, aut renũtiationem, nec aliquid de iure mortui ad
ſucceſſorem tranſmittitur, cum nihil ex iure primi habeat,
ſed ex noua electione, vel collatione ſibi tribuitur, vt not.
Ioan. Mon. in cap. ij. vt lit. pẽden. lib. vj. & in cap. ſi tibi ab-
ſenti. de præbend. eod. lib. Ioan. And. in cap. ex parte. de ar-
bitr. & reſumit latius Guliel. de monte Lauduno in cõmen-
to extrauag. ſuſcepti regiminis. in verbo, vacantium. poſi-
in titulo ne ſede vacan. inter cõmunes impreſſas. Nam an
ius beneficiale perſonale eſt, quod perſonam non tranſgre-
ditur, ſed in ſucceſſore per omnia nouum ius creatur: & tã-
in eum trãſit, niſi ſola lis incœpta, quod fit potius ex quaſi
æquitate, quàm de rigore iuris, vt ibi latius per eum. Et per
conſequẽs cum tituli beneficiorum ſint ſingulares, & perſo-
nis tantũ poſsidentiũ adhæreãt, ius vel poſſeſsio vnius non
iuuabit ſucceſſorem, cum in hac materia beneficiali nõ cu-
dat ſucceſsio iuris, vel facti, vt idem Guliel. de monte Lau-
duno probat in extrag. execrabilis. in verbo, quæ aliàs in
iij. col. inter communes impreſſas, titulo de præbend.

*Succeſsio in beneficialib⁹.*

*Ius bñficiale.*

¶ Iſtis tamen non obſtantibus reperio contrariam opinio-
nem plures excellen. viros tenuiſſe. In primis illã tenet qui-
dam Ioan. Franciſcus de ſancto Nazario de Ripa nuncupa-
tus, vir doctus in lib. j. reſpõſorum, conſ. xvij. & ante ipſum
hanc opin. tenuit etiam ab antiquo Cancellaria Curiæ Ro-
manæ, vt adnotarunt Nicolaus de Caſtello, Ferrera, & Pu-
ma



ma illorum temporum Abbreuiatores primarij, & rerum
omnium ad Cancellariam pertinentium curioſi, in quibuſ-
dam eorum formularijs, ſiue adnotationibus. Et poſtremo
eam etiam ſequitur Ioan. Staphileus olim Rotæ auditor in
quodam ſuo tract. hincinde compacto de literis gratiæ &
iuſtitiæ. nouiſsime per alios impreſſo. fol. xcj. Mouetur præ-
dicti Moder. de Sancto Nazario iſtis motiuis. Primo, quia
prædeceſſor poſsidens beneficium cum colorato titulo per
triennium, vel per decem annos ſecundũ diſpoſitionem iu-
ris præſcribit ius cuicunque competens, vt not. Abb. in cap.
contingit. in iij. col. de dolo & contu. Ergo tali iure pote-
rit vti ſucceſſor, quia ſufficit in beneficialibus excludere pe-
titorem per exceptionem iuris, non ſui, & in tali materia li-
citum eſt vti iure prædeceſſoris, ſecundum Compoſtell. Io.
And. & Card. in c. mandatum. de reſcrip. ſequitur Fely. poſt
Imol. in c. capitulum Sanctæ Crucis. in ix. col. eod. tit.

*Petitorem excludere p exceptionem iuris.*

¶ Item quia regula iſta loquitur indiſtinctè, quòd poſſeſ-
ſor triennalis non moleſtetur. Ergo debet intelligi, vt mo-
leſtia excludatur omni via, videlicet directè, vel indirectè,
iuxta text. in c. cum quid. de reg. iur. lib. vj. Nam ſi ſucceſſor
poſſet moleſtari per indirectum, etiam prædeceſſor moleſta-
ri videretur, quia euicto ſucceſſore cogetur prædeceſſor red-
dere beneficium, quod habuit ex permutatione. pro quo fa-
cit l. ſi controuerſia. cum ibi not. & l. ſi permutationis. C. de
euictio. Hoc autem eſt inconueniens: igitur intelligẽda eſt
regula generaliter de moleſtia, tam illata authori poſſeſſo-
ri triennali, quàm inferenda ſucceſſori in ius illius. Præſer-
tim, quia iure cauetur, quòd ſucceſſor poteſt vti defenſioni-
bus actoris ſui, contra quem habet regreſſum de euictione.
l. emptori. C. de euict. ¶ Adde pro iſta opinione bene face-
re, quæ habentur in l. id tempus. ff. de vſucap. & in l. dolia. ff.
de contrahen. emptio. & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de
acquir. poſſ. vbi traditur regula, quòd in vſucapionibus, &
præſcrip. ſucceſſor tam vtilis, quàm ſingularis poteſt vti ac-
ceſsione prædeceſſoris. Nam defenſiones competẽtes acto-
ri proſunt ſucceſſori ſingulari. l. j. C. de vſucap. transfor. &
l. j. in prin. ff. de act. vel hæred. ven. & dicit regula iuris in c. is
qui in ius. de reg. iur. lib. vj. quòd qui in ius ſuccedit alterius,
eo iure, quo ille, vti debebit. Nam ſucceſſor etiam ſingularis

*Succeſſor tam vtilis, quàm ſingularis.*

*Defenſiones competẽtes actori.*

repræſentat perſonã prędeceſſoris, vt not. Bart. in l. ſi is qui. ff. de vſucap. l. patet. §. quindecim. de leg. iij. Et hoc in beneficialibus procedit. Nam ſucceſſor in beneficio eſt ſucceſſor ſui prædeceſſoris, vt not. in c. aduerſus. de immun. eccleſ. Innoc. in c. eam te. de reſcrip. & in c. ij. de ord. cog. in c. in primis. §. ſi verò ille. ij. q. j. & in cap. ſi ſacerdotes. xvj. q. iij. Nam fingitur ſucceſſor eadem perſona, cum prędeceſſore, vt not. Innoc. in c. quòd ſicut. de elect. cum pluribus concordantibus, quæ alleg. Spec. in tit. de ſent. §. nũc de effectu. in ij. col.

*Succeſſor fingitur eadẽ perſona cum prędeceſſore.*

¶ Præterea pro iſta opin. Io. Staphileus, loco ſuperius allegato, adducebat: Quia ſucceſſor qui nunc dat de regula, nõ venit ex iure prædeceſſoris ſimpliciter, nec ex illius perſona dicit ſe ius habere, dicendo, prędeceſſor meus nõ potuit moleſtari: ergo neque ego qui eidem ſucceſsi, quia ſic allegaret ius tertij, quod eſt prohibitum, vt latè tradit in l. qui cum hærede. ff. de excep. rei iud. cum alijs, de quibus ibi per eum, ſed iſte ſucceſſor nititur ex decreto Papæ hîc poſito, quod annullat gratiam, prout in ſimili factum videmus in c. cum dilectus. de iure patr. ita concludit Staphileus in dicto loco, reſpondens ad quędam contraria, vt ibi per eum. Et tenẽdo iſtam opinionem ad allegata in contrarium Moder. de Ripa in d. conſi. reſpondent generaliter, & vnico verbo, videlicet illa procedere quando ſucceſſor ex titulo & poſſeſsione ſui prædeceſſoris vellet fundare ius ſuum ſine nouo titulo, & nouo iure, quod facere nõ poteſt per prædicta, vt etiã dicebat Staphileus, & eſt vltra ipſos dictum Socini in conſ. xxiiij. col. xij. verſic. v. vbi dicit, quòd nemo de iure alterius excipere poteſt ad excludẽdum alterum. facit l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vend. & habetur per Bart. in l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcen. ſecus quando ſucceſſor ſe fundat proprio titulo, ad elidendum titulum tertij impetrãtis excipit de iure ſui prędeceſſoris, quia tali caſu poteſt hoc facere: quæ quidem reſponſio concordat cum motiuis Staphilei proximè dictis. Iſta ſunt quæ pro vtraq; parte dici poſſunt.

¶ Quid tenendum? Certe prima opin. videtur verior & firmior, videlicet quòd ſucceſſor in beneficio nõ poſsit vti exceptione iſtius regulæ, quæ cõpetebat ſuo prædeceſſori poſſeſſori triennali. Et vis tota iſtius opin. cõſiſtit in hoc, quia regula iſta tribuit tantum poſſeſſoribus priuilegium ſuum, quod



quod quidem eſt perſonale, vt ſæpe tenuit Rota, vt ſuperius dictum fuit, & tenet domin. Guliel. ſuper regula de annali. Et tamen clarum eſt priuilegium perſonale ad poſſeſſorem non tranſire, vt dicitur in c. priuilegium. de reg. iur. libr. vj. Nam poſſeſſori triennali datur iſtud priuilegium propter ſuam poſſeſsionẽ triennalem, ſed ſucceſſor nõ eſt poſſeſſor triennalis. Ergo ceſſat regula, & iſti motiuo nõ poteſt realiter reſponderi, quia apponit gladium ad radicem. Ex quo infertur, quòd ſi poſſeſſor moriatur, vel renuntiet, & beneficium alteri conferatur, non poteſt ille allegare pro ſua defenſione triennalem poſſeſsionem prædeceſſoris. Et ita dicunt quidam Moder. Sabinen. tempore ſuo ſeruaſſe Rotã. Et hoc idem tenuit olim Ioan. Aloiſius Tuſcanus auditor Cameræ, vir inſignis doctrinæ, qui antea aduocati conſiſtorialis officio fungebatur, in quodam conſil. reddito in cauſa Burgen. Scholaſtriæ. in vltimo dubio. volum. primo ſuorum conſiliorum. fol. xxix. pro qua opin. faciunt ea quæ tradit Card. in conſil. cxlv. qui voluit quòd priuilegium clem. j. de ſequeſt. poſſ. conceſſum habenti diffinitiuam ſententiã, pro ſe non habet locum in eius ſucceſſore, ex quo eſt priuilegium perſonale competens illi, qui ſententiam pro ſe obtinuit: quę quidem qualitas in ſubrogato non concurrit, vt not. gloſ. in regula, is qui in ius. in fi. de reg. iur. lib. vj. Hinc videmus, quòd ius perſonale, vel actio perſonalis non ſequitur ſucceſſorem, vt in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & ibi not. Bart. ad idem facit l. fi. §. fi. ff. de contrahen. emp. & in l. fi. C. de hæred. actio. & in l. æris alieni. C. de donat.

*Priuilegium perſonale an trãſeat ad ſucceſſorem.*

¶ Poſtremo pro iſta opin. facit, quia priuilegium cõpetens ratione perſonæ, ceſſante perſona, ceſſat priuilegium. l. Paulus. aliàs incipit, per procuratorẽ. & ibi Moder. ff. de acqui. hæred. cum concord. vt ſcribit Socin. conſil. cliij. lib. ij. Nam ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium. l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. ij. Cum igitur cauſa priuilegij ſit triẽnalis poſſeſsio, illa ceſſante, ceſſat priuilegium regulæ.

¶ Non obſtant ea, quæ pro cõtraria parte ſuperius ſunt adducta, quia illa procedunt reſpectu iuris, in quo quis ſubrogatur. Secus autem reſpectu poſſeſsionis: vel illa omnia motiua procedunt in materia profana, in qua datur ſucceſsio & translatio iuris; ſecus in beneficiali, per ea quæ ſuperius

dicta fuerunt. Et iſta omnia procedunt loquendo de exceptione regulæ, quæ non competit ſucceſſori, tamen poterit adiuuari, allegatione Lap. lxxxix. de qua alia quæſtione dicemus, licet quidam antiqui aduocati, vt Ioachinus de Narnia vir doctus ſuper hoc diſtinxerit inter ſucceſſorem dignitatis, vel alterius beneficij: quia primo caſu poſſet iuuari exceptione prædeceſſori competenti, ex quo dignitas dicitur habere ſucceſſorem, iuxta notata per gl. in capitulo, quòd ſicut. de elect. & in cap. relatum. el. ij. de teſtam. quod non eſt in alijs beneficijs. Sed poteſt reſponderi, quòd illa ſucceſsio conſideratur ad alium effectum, de quo in cap. quoniã Abbas. de offi. deleg. Secus verò eſt ad effectũ de quo agitur, in quo nõ datur in beneficijs ſucceſsio. c. ad abolendam. de fil. presbyt. & cap. ad decorem. de inſtit. Et quia exceptio iſtius regulæ eſt perſonalis competens poſſeſſori triennali, & nõ alijs, prout dixi in quæſtione vigeſimaprima, vel vigeſimaſecunda. Et ita ſecũdum iſtam opinionem iudicauit Rota, vt refert Staphileus loco ſuperius allegato, per rationes quas ibi refert, licet poſtea ipſe contrarium tenuerit, & male: quia rationes ſuæ concludunt, quando decretum appoſitum fuiſſet in lege communi, prout in dicto cap. cum dilectus. allegato per eum: quod iuris communis decretũ quilibet deducere & allegare poteſt. Secus eſt in decreto regulæ, quæ non annullat, niſi in actis producatur: & produci non poteſt, niſi ab ipſo triennali poſſeſſore, cuius fauorem concernit, nec alius non poſſeſſor eam deducere poteſt. Parum triennalis poſſeſſor conuentus ſi non exciperet de regula. poſſet cõdemnari & canonizari impetratio aduerſarij, quæ nulla non eſſet, niſi opponente triennali. Nam illa qualitas triennij tempore exceptionis requirit, iuxta l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. & ea quæ dixi in cap. ſtatutum. col. pen. & præced. de reſcrip. lib. vj.

Dignitas ſucceſſorem habere dicitur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

Exceptio regulæ.

QVAERO, vtrum exceptio iſtius regulæ iam propoſita in actis, per defunctum triennalem poſſeſſorem, contra actorem moleſtantem transferatur in ſubrogatum, in iure, & ad omne ius, quod illi quomodolibet competebat, etiam quo ad poſſeſsionem, proſecutionem & defenſionem litis & cauſæ in eo ſtatu, in quo defunctus exiſtebat,



ſtebat, etiã ſi non reſignaſſet, admitti potuiſſet & debuiſſet?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio eſt exẽplaris & noua, nec memoria patrum noſtrorum, vſque ad hæc tempora, in Rota deciſa. Ideo latius eam attingam, exemplo Iuriſconſulti in l. legaui. ibi, plenius rogo, quæ ad hæc ſpectant, attingas: quotidiana enim ſunt, &c. ff. de liber. leg. Et quia hoc dubium hodie xxj. menſis Octobris M. D. XXXVIII. propoſitum in Rota fuit, per Reuerendiſs. dominum Marcellum Creſcentium, epiſcopum Marſicanum, in vna Zamoren. beneficiorum, vertente inter Alphonſum de Azero ceſsionarium, & ſubrogatum in ius Antonij Lopez, & Aluarum de Herrera actorem, aduerſarium Antonij Lopez defuncti cedendi, & dicti Alphonſi ſubrogati. Referam motiua, quæ pro vtraq; parte per Dominos facta fuere, plura addendo, quæ ad rem facere videbũtur. In primis igitur, cum cauſa iſta ſæpius per eundem dominum ponentem, propoſita fuiſſet, & informationes variæ hincinde darentur, poſt diſputationes plurimas, Dominorum auditorum vota pro vtraque parte contraria, & paria fuerunt. Nam quatuor ex dominis partẽ negatinam defendebãt, videlicet ſubrogatũ exceptione iſtius regulæ, iam per defunctum propoſitæ, vti non poſſe, moti his fundamentis. Primo, quia negare non poterat, iſtius regulæ exceptionem perſonalem eſſe, & cum perſona extingui. Nam non conceditur niſi tantum triennalibus poſſeſſoribus, & ſic habentibus prædictam qualitatem, vt dixi in præced. quæſt. Sed iſta qualitas triennalis poſſeſsionis extinguitur cum poſſeſſore. Ergo non tranſit in ſubrogatum. Et licet in eum tranſeant iura defuncti, non tamẽ tranſeunt cũ qualitate ſua, quæ adhæret corpori, ſeu perſonæ: quia tali caſu ſubrogatus non ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt eſt textus notabilis in l. prima. §. ſi quis autem. ibi, perſona enim eſt, quæ meruit hoc beneficium, &c. ff. de ſucceſſ. edicto. quem ad hoc ponderat Bald. in l. certum. in fine quartæ quæſtionis. in verſic. item dubitatur. C. vnde legit. Ad idem eſt bonus textus in l. cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iure dotium. quem ad hoc pro notabili allegat Rom. in ſing. ſuo ccxxv. incip. tu habes. Et ita per illa iura Alexand. prædictam theoricam, videlicet quòd ſubrogatus ſapit naturam ſubrogati, declarat in conſilio cvij. viſo

Iura defuncti.

themate.in iij.col.lib.iij. Pro quibus faciunt ea, quæ dicam
inferius in q.xx.& ſeq. Cum igitur in Alphonſo ſubrogato
deficiat illa qualitas poſſeſsionis triennalis, ceſſabit etiam
exceptio iſtius regulæ. Ita dicebant illi quatuor Domini.

¶ Alij quatuor auditores tenebant contrarium, videlicet,
ſubrogatum ad omne ius admitti debere ad exceptionem
iſtius regulæ, iam propoſitam in actis, & deductam per de-
functum. Quam opinionem ita probabant. In primis, quia
iſte Alphonſus ſubrogatus fuerat non ſolum ad omne ius,
ſed etiam ad ſtatum litis, in quo defunctus erat, ac ſi nō ceſ-
ſiſſet. Et iſta ſubrogatio ad ſtatum litis & cauſæ, non ſolum
ſubrogato de iure communi competit, vt patet in deciſione
prima. vt lit. pend. in antiquis. Sed etiam ex ſtylo ſolet colli
tiganti ab homine ſpecialiter cōcedi, vt hic conceſſa fuit.
Et iſta geminatio plus operari debet, vt videlicet, ius exce-
ptionis in ſubrogatum transferatur. argumen. eorum quæ
dicit notabiliter Bart. in l. iij. §. ſi rem. in fine ſecundæ op-
poſitionis. ff. de legatis iij. Præſertim, quia cum ſit ſubroga-
tus ad omne ius, illa vniuerſalitas videtur comprehendere
etiam exceptionem propoſitam, quæ ius bonū appellatur,
ſecundum Bar. in l. j. per illum textum. C. quomodo & quan
do quarta pars. lib. x. Nam licet ſub indefinita oratione cō-
prehendi non videātur, niſi ea quæ ex propria ſignificatio-
ne vocabuli colliguntur, vt in l. quæſitū. §. illud fortaſſe. de

Omnis, dictio, vniuerſalis eſt.

leg. iij. Vbi verò indefinitæ orationi additur iſta dictio vni-
uerſalis, omnis, non ſolum ea quæ ſimplex & propria voca-
buli ſignificatio affert, ſed omnia alia veniūt, quæ acciden-
taliter illi rei adhęrebāt, vt eſt tex. in l. hæres meus. §. j. ff. eo.
tit. cum alijs concord. vt ſcribit Dyn. in rubrica de reg. iur.
lib. vj. & Specul. tit. de feudis. q. xv. Hinc illud vulgare ortū
habuit, Qui totū dicit, nihil excludit: de quo in l. Iulianus.
ff. de leg. iij. Et hac ratione videmus, quòd licet ſimpliciter
ſubrogatus ad ius defuncti, non cenſeatur ſubrogatus ad
poſſeſsionem, niſi dicatur: vbi tamen ſubrogatio fieret per

Poſſeſsio in ſubrogatione quando comprehenditur.

verba vniuerſalia, videlicet, ad omne ius, vel ſimilia, poſſeſ-
ſio comprehenditur, licet de ea non ſit mentio, vt dicit deci
ſio quinta. vt lit. pend. in nouis. quam ſequitur Fely. in rub.
de reſcrip. col. iij. & hoc expreſſe tenet etiam Bald. in cōſilio
ccccxxxvj. incip. quidam creditor. in iij. col. verſic. vij. in iij.
vol.



vol. vt dixi in regula de ſubrogandis. Et hoc adeò verū eſt,
quòd etiam ſi lis fuiſſet mota per defunctū, proprio eius no
mine expreſſo, adhuc ſubrogatus cenſetur de iure admiſſus
in eodem ſtatu cauſæ & litis in quo defunctus erat, vt eſt de-
ciſio ccclxxvij. incip. ex hoc inſurrexit. in nouis.

¶ Confirmatur iſta opinio, quia licet ius agendi non tran-
ſeat in ſingularem ſucceſſorem, ius tamen excipiendi trāſit,
vt latè probat Iaſ. in l. ſecunda. in liij. col. num. 151. C. de iu-
re emphyt. Cum igitur ius excipiendi de iſta regula erat in
caſu noſtro iam radicatū in perſonam cedētis, debet tranſi-
re in ſingularem ſucceſſorem ſpecialiter ſubrogatum. pro
quo videtur eſſe tex. in l. ſi tibi. §. pactum. ff. de pactis. quem
ad hoc Alexand. ibi in primo notabili. Iaſ. & Modern. not.
Hinc videmus, quòd licet appellatione ſucceſſoris, non ve-

Succeſſoris appellatio.

niat niſi vniuerſalis ſucceſſor, vt Bart. notat in l. ſtipulatio
iſta. §. ſicut. ff. de verb. oblig. cum ſimil. vbi tamen agitur de
iure excipiendi, ſingularis ſucceſſor appellatione ſucceſſo-
ris continetur, vt dixit Alex. in l. quædam. §. nihil intereſt.
per illum textum. ff. de eden. & tradit Bart. in l. ſi tertius. §.
ſi prius. ff. de aqua pluuiali arcenda.

¶ Præterea pro iſta opinione adducebantur, quæ tradunt
Cuman. & Socin. in l. ij. §. ſanè. num. 7. ff. de excep. vbi vo-
luerunt, quòd vbi exceptio non tranſit in ſucceſſorem, quia

Exceptio non tranſit in ſucceſſorem.

perſonaliſsima: ſi tamē propoſita, & deducta fuit per defun-
ctum in iudicio, tranſit in ſucceſſorem, ſicut videmus in illa
exceptione, ne quis conueniatur, niſi in quātum facere poſ-
ſit, & in actione iniuriarum, & iure dicēdi nullū, & ſimilib.

¶ Præterea adducebatur etiam, quia per exceptionem pro-
poſitam per defunctum actis, iam fuerat excluſus iſte Alua-
rus de Herrera, & perempta fuit intentio eius, quæ fundaba
tur in gratia de beneficio per triēnium poſſeſſo, iuxta not.
in c. j. de ord. cogn. & tradita per Decium in l. non videtur
cœpiſſe. num. 3. ff. de reg. iur. Nam idem eſt, non habere a-
ctionē, vel exceptione eſſe repulſum. l. vel intereſt. ff. de reg.
iur. Qua ergo ratiōe Alphōſus deberet abſolui ab Aluaro,
ſi actio illi non cōpeteret, eadem ratione, & ſi expulſus fuit
exceptione. Nam ſemel excluſus, ſemper manet excluſus,
iuxta ea quæ notat Bartol. in l. Caſsius. circa finem. ff. de ſe-
nat. Et ſemel nullum ſemper durat nullū, & quo ad omnes

etiam ſi ceſſet cauſa nullitatis, Dynus in regula, quod ab ini
tio. de regulis iuris, libro ſexto. Oldr. conſilio cccvj. faciũt
quæ notat Bar. in l. ſi poſt mortẽ. ff. de bon. poſſeſ. cõtra tab.
& in l. ſi iudex circumuento. ff. de mino. Et ideo finita mate
ria, ſuper qua iudicium fundabatur, illud ſolui neceſſe eſt,
vt dicit Bald. in conſilio cxxj. colum. fin. libro tertio. per le-
gem, ſi finitam. ff. de ſuſp. tuto. Sic etiam dicimus, quòd ſicut
ſemel excluſus, perpetuò manet excluſus, vt latè tradit Soci.
in conſilio lxiij. columna fin. & Bart. in l. final. ff. ad Tertul.
Ita & eadẽ ratione dicimus, quòd ſemel malus, ſemper præ-
ſumitur malus, vulg. capitulo, ſemel malus. de regulis iuris.
lib. ſexto. Ita etiã res ſemel alienata ſemper durat alienabi-
lis. l. pater filius. §. quindecim. de legatis tertio. Sic etiã an-
nalia ad agendum, fiunt perpetua quo ad excipiendum. l. pu
rè. §. finali. ff. de dol. mal. excep. Et hoc regulariter procedit
in omni exceptione, quæ ab actione non deſcendit, vt vide-
licet perpetua ſit, vt dicit Abb. in cap. ſi autem. de reſcrip. cu
iuſmodi eſt iſta deſcendens ab iſta regula. Cum igitur in ca
ſu noſtro ſemel defunctus exceptionem regulæ propoſuit,
talis exceptio perpetua eſſe debet. Nec poteſt talis exceptio
dici noua perſona ſubrogati, cum ipſe magis videtur inni-
ti, & adhærere exceptioni propoſitæ per defunctum, quàm
nouam proponere. Nam ſi poteſt inniti iuri tertij excluſiuo
iuris agentis, & pro ſuo intereſſe obijcere in perſonam, &
iura aduerſarij, iuxta l. fin. ff. de rei vendic. & deciſ. lx. in no.
fortius licebit inniti iuri iam propoſito per ſuũ authorem.
Nam aliud eſt de nouo ædere, & aliud antiquo iure inniti. — *Aedere de nouo.*
l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligationi-
bus. & in capitulo, conſuluit. de Iudæis. facit propriè tex. in
capitulo, paſtoralis. de except. Præſertim, quia ſubrogatus
hic Alphõſus, nõ ſolũ ad proſecutionẽ, ſed ad defenſionem
litis & cauſæ: & nulla maior eſt defenſio, quàm peremptoria — *Defenſio nulla maior eſt, q̃ peremptoria excep.*
exceptio, vt in l. exceptiones. ff. de excep. Et illa verba de-
fenſionis in ſubrogatione poſita, exceptionem includunt,
quæ defenſio dicitur, vt patet in l. cum nondum. & in l. ſiqui
dem. & in l. ſi quis. C. de except. Et non ſolũ iſte ſubrogatus
ſimpliciter eſt admiſſus per Papam, ad proſecutionẽ & de-
fenſionem litis & cauſæ: ſed etiam ad eam, ad quam ipſe de-
functus, ſi non ceſsiſſet, admitteretur. Sed clarum eſt, quòd ſi
dictus



dictus Antonius defunctus poſſeſſor viueret, poſſet proſe-
qui exceptionem ſuam iam propoſitam, cum ſit effecta de
actis. iuxta c. quoniam. de probat. Ergo eodẽ modo, & eius
ſubrogatus, vt dicit expreſſe deciſio decima. vt lite pend. in
nouis. col. fi. quæ hoc modo argumẽtandi vtitur. Et licet in
iſto ſubrogato ceſſet qualitas triẽnalis poſſeſsionis: nihilo-
minus ex quo ſemel in propoſitione iſtius exceptionis, per
defunctũ, illa qualitas interuenit, licet poſtea ceſſet: nihilo
minus actus factus à principio, cum illa qualitate debet du-
rare, vt eſt gl. notabilis in c. ſtatutum. in verbo, canonicis. &
ibi dixi, de reſcriptis. libr. vj. facit text. in l. Mela. ff. de alim.
leg. & in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellianũ. facit
etiam quod dicit Fely. in c. cum dilecta. in xiiij. col. verſ. am
plia ſeptimo. de reſcrip. Vbi dicit, quòd ſubrogatus, quo ad
rem, cenſetur etiã ſubrogatus, quo ad qualitatem adhæren
tem illi rei, iuxta dictũ Bal. in l. ſi puella. C. ſi mãcip. ita alie.
fuerit. faciunt etiam pro iſta parte, quæ dixi in §. fuerat. in
primo notabili. inſtit. de actionibus.

¶Præterea, quia licet priuilegium perſonale extinguatur
cum perſona, vulga. l. in omnibus. ff. de reg. iur. vbi verò ta-
le priuilegium non conceditur abſolutè, intuitu ſolius per-
ſonæ, ſed mediante aliqua cauſa, tunc tale priuilegium tran
ſit ad ſucceſſores. de hoc eſt tex. in l. non ſolũ. ff. de in integ.
reſtit. inducendo vt per Dynum in c. priuilegium. de regu.
iur. lib. vj. Ibi ponit exemplum in minore in quo reſtitutio
illi faciẽda eſt perſonalis. l. exceptiones quæ. ff. de exceptio.
Tamen quia talis reſtitutio minori competit, non immedia
tè propter perſonam ſuam, ſed propter læſionem. l. quòd ſi
minor. §. non ſemper. ff. de minori. Sicut exceptio trienna-
lis non competit immediatè propter perſonam, ſed propter
poſſeſsionem triẽnalem: ob eam cauſam illud priuilegium
reſtitutionis, licet perſonale, tranſit ad ſucceſſores: vt in d. l.
non ſolum, ita & iſtud priuilegium triennalis poſſeſsionis,
tranſire debet in ſubrogatũ, præſertim in ſubrogatũ etiam
quo ad poſſeſsionẽ. Nam poſtquã effectus ille exceptionis
propoſitæ iam fuit in eſſe deductus, & ſemel cauſatus, rema- — *Cauſatus remanere debet etiam ceſſante cauſa.*
nere debet, etiã ceſſante cauſa, iuxta l. fi. ff. de decur. cum plu-
ribus concor. quæ ad illam legem cumulat Fely. in c. quæ in
eccleſiarum. in xxxij. col. verſ. fallit quinto. de conſtit. cum

alijs,quæ ſcribit Dynus in c.decet.in ij.col.de regul.iur.lib.vj.& Moder.in c.cum ceſſante.de appell. Sed effectus iſtius poſſeſsionis triennalis eſt iam deductus,& cauſatus per exceptionem propoſitam per Antoniũ defunctum: Ergo debet tranſire in ſucceſſorem,quaſi quòd iam defunctus perpetuauerit iſtam exceptionem: & ſic per conſequens, eam ad ſucceſſorem tranſitoriam fecerit.arg.l.ſi marito.§.ſi voluntate.ff.ſolut.matr. Nam actiones perſonales,quæ aliàs non ſunt tranſitoriæ,ſi fuerit ſuper illis lis inducta,tranſeunt ad ſucceſſores.l.pro hæreditarijs.C.de hæred.act.

**Actiones perſonales.**

¶ Accedit pro iſta opi.quia videmus,quòd ius petendi ſupplementum legitimè,eſt perſonale,competẽs filio: & tamen ſi filius illud deduxerit,transfert ad hæredes,vt latè probat Iaſ.in l. emancipata. col.ij.C.qui admitt. Et pari modo ius declarandi caducitatem ſemel deductum,trãſit ad hæredes, vt tradit Imol.& communiter Doct. in c.potuit.de loca.& Iaſ.in ij.col.lxvij.verſ.ſecundo quæro.C.de iur.emphyt.

**Clauſula, quæ habeãtur, pro expreſsis.**

¶ Poſtremo facit:quia in ſubrogatione eſt clauſula de ſtatu litis & cauſæ, quæ habeantur, pro expreſsis, ſeu exprimi poſſunt. Sed clarũ eſt, quòd iſta clauſula perinde operatur, ac ſi omnis ſtatus cauſæ, in indiuiduo,& nominatim eſſet in ſubrogatione expreſſus,vt in terminis concludit Dominic. in conſil.cxx.in ij.col.Sed ſi in ſubrogatione dictũ fuiſſet,quòd Alphonſus admitteretur ad exceptionem propoſitam per defunctum,ipſe illa vti poſſet: Ergo eodẽ modo illa vtetur,quando per illa verba,pro expreſsis habentes,eſt facta ſubrogatio. Iſta ſunt in effectu,quæ pro vtraque parte adduci poſſunt,quæ quæſtionem valde dubiam reddiderunt. * Quamobrem mãdatum fuit per Rotam iterum informari. Et cauſa iterum,atque ſæpius,per eundem Reuerend. Dom.propoſita,& diſputationibus aduocatorum diligenter diſcuſſa,tandem Rota die xxv.Octobr. M.D.xxxviij.& die xj.Decembr.eiuſdem anni,tenuit primam opin.

¶ Et fundamentũ iſtius opin.principale fuit hoc,quia exceptio propoſita per defunctum recipiebat fomentũ à triennali poſſeſsione, tanquã à cauſa efficiẽte: vnde ceſſante illa qualitate triennalis poſſeſsionis, per obitum poſſeſſoris, ceſſauit per conſequens exceptio. Et niſi ad tale ius,quod prouenit reſpectu certæ qualitatis,quis ſpecialiter & nominatim

natim



natim ſubrogetur,in generali ſubrogatione non tranſit. Quia quando eſt diuerſa qualitas in ſubrogato,tunc ſubrogatus nunquam ſapit naturam illius,in cuius locum ſubrogatur,vt dicit notab.Alex.in cõſil.cvij.viſo themate.in iij.col.lib.iij.vt dictum eſt ſuperius in prin. Quia mutata qualitate priuilegiati,propter quam priuilegiũ conceſſum fuit, mutatur etiam & ceſſat priuilegium.l.Titia.§. vſuras.ff.de leg.ij.l.cura.§.deficientiũ. ff.de mu.& hon.tradit Rom.in conſil.ccccliij.in caſu propoſitæ.& Soci conſ.cl.col.ix.verſ. vj.cõfirmatur.lib.j. Vnde qua ratione,ſi ipſemet defunctus, qui propoſuit exceptionem regulæ,poſt propoſitam exceptionem deſineret poſsidere,non poſſet amplius vti exceptione triennalis poſſeſsionis,iam propoſita eadem,& fortiori ratione,nec ſubrogatus,qui nunquam poſſedit,poterit illa exceptione vti,quæ eſt propoſita per defunctum.

**Diuerſa qualitas in ſubrogato.**

**Subrogatus.**

**Priuilegiati qualitas.**

¶ Nec obſtat, quòd ſit ſubrogatus,quo ad poſſeſsionem: quia illud eſt verum,quantum ad facultatem eam capiendi.Sed non eſt ſubrogatus ad triennalem,neq; ad exceptionem reſultantem ex ea:quia illa non tranſit in ſubrogatum. Nam quando lex requirit actum cum qualitate,non ſufficit deducere actum,niſi & qualitas deducatur.l. Fulcinius. §.cum autẽ.vbi Bart.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.& in not.caſu tradit Barthol. Caſſaneus,in conſuetud. Biturigum.fol. cxlj.col.ij.faciũt quæ dixi ſ.q.xxj. Sicut videmus in nuntiatione noui operis,quæ datur prætextu poſſeſsionis,vt dicit Bart.in l.j.ff.de oper.no.nũt. Et tamẽ ſi poſſeſſor propoſuerit nuntiationẽ in iudicio,eo mortuo,illa non trãſit ad ſucceſſorẽ,neq; ad hæredes,quia eſt perſonalis,& extinguitur cum perſona,vt tradũt omnes in l.non ſolũ.§.morte.ff.de oper.no.nun. Sicut etiã ius declarãdi libellũ obſcurũ,datũ per dominũ non tranſit in procuratorem generalẽ,vt tenet Bar.& cõmuniter alij in l.inter ſtipulantẽ.§.ſi Stichũ.ff.de verb.oblig. Ratio redditur ibi per Bart.quia declaratio eſt perſonaliſsima,quæ nõ trãſit etiã in ſucceſſorẽ,licet ſucceſſor & procurator reputẽtur eædẽ perſonę cum domino.Ita hic exceptio iſtius reg.naſcitur ex fonte poſſeſsionis triẽnalis. Mortuo igitur poſſeſſore extinguitur cũ perſona,quia talis exceptio eſt perſonaliſsima. Adeò enim iſta except.adhęret illi qualitati poſſeſsionis triẽnalis, ꝙ ſicut corpus nõ

**Lex requirẽs actũ cum qualitate.**

poteſt

poteſt vno mométo,ſine anima ſubſiſtere:ita neq; exceptio iſtius regulæ ſine triẽnali poſſeſsione. Hinc videmus, quòd priuilegiũ conceſſum alicui, ratione alicuius profeſsionis, vel officij, catenus durat, quatenus durat officium.l.maximarum.& ibi notat Bart.C.de excuſ.mu.lib.x.& in l.ſub prætextu.C.de ſacroſanct.eccl.& in l.ſemper.& vtrobique Bart.ff.de iur.immun.tenet Felyn.in c.clerici.in ij.col.de iudic. Ita ceſſante triennali poſſeſsione, ceſſat priuilegiũ, arg. c.abbate.de verb.ſig.& in c.ex parte.& in c.licet.de decim.

**Priuilegiũ cõceſſum alicui ratione profeſsionis.**

¶Non obſtant modo, quæ in prima propoſitione cauſæ per aliquos Dominos in cõtrarium allegabãtur, videlicet, vniuerſalitas iſtius ſubrogationis per verbum omne ius, & geminatio verborũ eius, &c. Quia illa omnia operãtur effectum ſuũ in ſubiecto bene diſpoſito, aliàs verò verba vniuerſalia ad habilia reſtringuntur, vt eſt text.& ibi not.gl. in cap.j.de conſtit.& in l.j.C.de ſacroſanct.eccl. Et de geminatione eſt gl.in l.lecta.ibi, rata & firma.ff.ſi cert.pet.& tradit latè Felyn.in cap.ſedes.in iij.col.de reſcrip. Cum igitur ſubrogatus non ſit ſubiectum habile in quo repræſentari poſsit exceptio iſtius regulæ, ex quo deficit in eo qualitas triennalis poſſeſſoris, cui adhæret exceptio regulæ, & in ea quieſcit, ſicut piſcis in aqua: meritò illa verba ad omne ius, etiam milies geminata, non poterunt in eo inducere prædictum effectum. Intelligetur igitur Alphonſus ſubrogatus ad omne ius ipſius beneficij, quod vigore alicuius tituli defuncto competebat, quod in ſubrogato cadere poteſt.d.l. cum in fundo.§.ſi fundus.& d.l.j.§.ſi quis autem.

**Vniuerſalia ad habilia reſtringuntur.**

¶Nec obſtat, quòd ſit ſubrogatus etiam quo ad poſſeſsionem: quia, vt dixi, intelligitur poſſeſsione iuris, non facti, quæ requirit apprehenſionem.l.cum hæredes.ff.de acquir. poſſ. Vel reſponde, quòd eſt ſubrogatus, quo ad poſſeſsionẽ reſpectu facultatis apprehendendi, vt ſuperius dixi. Et hoc in ratione cõſiſtit, quia poſſeſsio quæ in facto conſiſtit, non poteſt ipſo iure de vno in alium tranſire ſine apprehẽſione. vulg.d.l.cum hæredes.ff.de acquir.poſſ. Et facta apprehenſione illa, nõ eſt eadem poſſeſsio, quam habebat defunctus, ſed noua, vt dicit Bart.in l.rem alienã.col.penul.ff.de pign. act.& tenet Socin.in l.j.§.hæc quæ.de ſeruis.in fin.ff.de acquir.poſſ. Imò ſi eſſet etiam ad poſſeſsionem facti ſubrogatus,

**Poſſeſsio.**



tus, nunquam intelligeretur in dubio de poſſeſsione triennali, quæ requirit expreſſam & indiuiduã mentionẽ: adeò, quòd non includitur ſub quibuſcunq; verbis generalibus, & prægnantibus, vt dixi in proœm.regularum q.v. Et per hoc euitatur deciſio v.vt lite penden.in no.cum ſimilibus.

¶Nec obſtat, quòd ius excipiendi tranſit in ſucceſſorem: quia verum eſt, quando illud ius excipiendi naſcitur ex re quæ tranſit in ſucceſſorem: Sed hîc exceptio non naſcitur reſpectu beneficij, ſed triennalis poſſeſsionis quæ extinguitur cum defuncto, & ideo non tranſit in ſucceſſorem.arg.d. l.cum hæredes.ff.de de acquir.poſ. præſertim cum in beneficialibus non datur ſucceſsio, ſed in ſubrogato creatur nouum ius, ex cõceſsione Papæ, vt not.Ioan.And.in cap.ij.vt lit.pend.lib.vj.& latius in quæſtione præcedẽti. & ideo tex. in d.l.ſi tibi.§.pactum.cum ſimilibus loquentibus in materia profana, quæ eſt multum differens à beneficiali, non faciunt ad propoſitum.

¶Non obſtat etiam, quòd Aluarus de Herrera actor, iam ſemel per defunctum fuerat excluſus per exceptionem iſtius regulæ: ergo ſemel excluſus, ſemper manet excluſus, &c. Quia reſpondetur illam doctrinam eſſe veram, quando durat cauſa excluſionis: ſecus autẽ, ſi excluſio fiat reſpectu alicuius cauſæ, quæ ceſſat. Nam tali caſu, ceſſante cauſa excluſionis, ceſſat excluſio. Vnde ſicut ſemel approbatus, ceſſante cauſa approbationis, poteſt reprobari, vt dicit Abb.& Moder.in cap.cum venerabilis.de exception. Ita & reprobatus ſemel & excluſus, poteſt ceſſante cauſa admitti & approbari, vt tradit Felyn.in cap.præſentium.de teſtib. Et facit text. in cap.penult.xxj.quæſtione vltima.

**Excluſus ſemel, ſemp manet excluſus.**

¶Nec obſtat, quòd res ſemel conceſſa ſemper manet cõceſſibilis.d.§.quindecim.quia ad illam theoricã reſpõdet Alexan.in l.j.col.penul.ff.de officio eius.& Paul.de Caſtro in l.voluntas.circa fin.C.de fideicom. Decius conſ.lxxxviij.in fin.& idem Decius in cap.ſi pro debilitate.in iij.col.de off. deleg.& ibi vide, quia faciunt ad propoſitum.& Frãc.Curtius in tract.feud.in ſecunda parte.q.iiij.col.fin. Per cuius dicta Rota de hoc menſe Febr.M.D.xl.in vna Bon.nullitatis emphyteuſi, coram R.D. Ioan.Mohedano cõcluſit, rem emphyteuticam eccleſiæ ſemel cum ſolennitate alienatam, poſſe *

**Res ſemel conceſſa.**

poſſè denuò alienare ſine aliqua alia ſolénitate, ex quo iam
ſemel effecta fuit alienabilis. Et quòd Papa hîc noluerit ad.
mittere ſubrogatum ad ius excipiendũ, patet ex verbis ſub.
rogationis, quæ tantum cõcedunt proſecutionem & defen
ſionem cauſæ & litis ſubrogato. Sub quibus verbis exceptio
non comprehenditur, præſertim in materia odioſa & ſtri.
cta, qualis eſt ſubrogatio, vt patet in cap. j. & ij. vt lite pen.
dente. lib. vj. & in regula de ſubrogandis. Nam Papa dedit
d. Alphonſo ſubrogato proſecutionem, quæ pro actione
interpretari debet, vt patet inſtit. de act. in princ. Et defen.
ſionem, quæ etiam diuerſa eſt ab exceptione, vt eſt gl. & tex.
in cap. j. de lit. conteſt. lib. vj. quam ibi cõmuniter ſequuntur
Doct. & Abb. & Moder. in rubr. de except. Et licet appella- — **Appellatio defenſionis.**
tione defenſionis, latè ſumpto vocabulo, aliquando veniat
exceptio: in materia tamen odioſa, vel propria, & ſtricta,
exceptio non cõprehenditur, vt dicit Domin. in d. c. j. & eſt
cõmunis opi. Et per hoc eſt reſpõſum ad text. in d. l. cũ non.
dũ. & l. ſiquidẽ. allegatis in contrariũ, in parte affirmatiua.

¶ Non obſtat tex. in d. l. nõ ſolum. ff. de in integ. reſtit. cum
alijs exemplis ſuperius allegatis: quia ad illa reſpondetur,
& primo, quantum ad beneficium reſtitutionis in integrũ:
ideò illud tranſit in ſucceſſorem: quia eſt in rem ſcriptũ, vt
tradit Dynus in regula, priuilegium. de reg. iur. lib. vj. Et
eodem modo, ius petendi ſupplementum legitimè, non eſt
ius fundatum in perſona, ſed in potentia ſuitatis, quæ ope-
ratur tranſlationem, vt ibi declarat Iaſ. Nec in prædictis ca
ſibus fit tranſlatio in ſucceſſorem ſingularẽ, ſed in hæredem
vniuerſalem, qui reputatur eadẽ perſona cum defuncto: nõ
autem particularis ſucceſſor, qui non reputatur eadẽ perſo
na, vt dicit Bald. in cap. j. in iij. notabili. qui ſucceſ. feud. dar.
tenen. Et ideo in illis non habet locũ dictum Iaſonis in d. l.
emancipata. Nec minus obſtat, quod dicebatur de iure cadu
citatis: quia illud eſt ius reale, meritò ad hæredem transfer-
tur. Et finaliter, vt dixi, ex materia profana male arguitur
ad beneficialem, in qua termini ſunt omnino diuerſi.

¶ Non obſtat etiã, quòd qualitas, quæ ſemel in actu inter-
uenit, licet poſtea ceſſet: nihilominus actus ſuſtinetur, vt in — **Qualitas in actu interueniens.**
dicta gl. canonicis. cap. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. cum alijs
ſuperius allegatis: quia ad illud motiuum reſpondetur tri-
pliciter.



pliciter. Primo, quòd illud dictũ nõ procedit, quando qua-
litas in actu requiritur per viam cauſæ finalis: quia tunc, li-
cet actus ſit in eſſè deductus, ſi tamen poſtea ceſſet illa qua-
litas, ceſſat effectus, vt hîc. Secus, quando qualitas interue- — **Qualitas in actu requirit.**
nit per modum demonſtrationis vel conditionis, vt in di-
cta gl. canonicis. & in d. §. ſi quis autem. & ita declarat Bald.
in l. humanitatis. in vltima oppoſit. C. de impu. & alijs ſub-
ſtit. Vel ſecundo reſponde, contrarium procedere, niſi qua-
litas requiſita in actu, ſit talis, quæ in ſe habeat tractum ſuc-
ceſsiuum, vt eſt hîc triennalis poſſeſsio: quia tali caſu non
ſufficit, quòd qualitas interuenerit à principio in actu, niſi
illa qualitas perſeueret vſq; ad finem, iuxta text. l. ſemper. §.
negotiatores. ff. de iure immun. gll. igitur in dicto verſ. ca
nonicis. cum alijs allegatis, procedũt, quãdo qualitas requi
ſita non habet tractũ ſucceſsiuum. Et ideo Imol. in clem. ij.
de reſcript. dicit, quòd ſi qualitas habet ſe per modum cauſæ
permanentis, ea ceſſante, ceſſat diſpoſitio. Secus ſi per modũ
cauſæ principiantis, aut iuuantis, vel habilitantis. Hinc eſt
quòd ſi conditio habeat tractum ſucceſsiuum, non ſufficit — **Tractus ſucceſsiuus.**
eam momẽto temporis impleri. l. mœnia. §. j. ff. de ann. leg.
l. ſi quis ita legauerit. ff. de cond. & demon. tenet Alex. con-
ſil. xliij. lib. iij. Vel tertio illud dictum procedit, niſi ceſſante
qualitate ſuccederet contraria qualitas, quæ deducat actum
ad eum ſtatum, à quo incipere non poſsit, vt hîc, & in l. plu-
ribus. ff. de verb. oblig. Nam in ſubrogato ſuccedit contra-
ria qualitas: nam defunctus erat triennalis poſſeſſor, iſte
ſubrogatus non. Cum igitur ſint iſti duo ſtatus diuerſi, me-
ritò dicendum eſt, in ſubrogatum exceptionem nõ tranſi-
re. Et ita limitant Moder. Auinionen. in l. ex facto. in vij.
col. ff. de vulg. & pup. Itaque ex omnibus iſtis, iſta firma &
vera concluſio reſultat, quòd exceptio iſtius regulæ, ſiue ſit
per defunctũ propoſita, ſiue non ſit, nõ tranſit in ſubrogatũ,
niſi ſpecialiter illi concedatur à Papa. Præſertim cum exce-
ptio iſtius regulæ, ex quo eſt perpetuò eſt odioſa, impediens
ius bonum per actorem deduci, quod de iure cõmuni etiam
ſi per mille annos eo vſus non eſſet, ſua negligentia non
amitteretur, vt dicit Bart. in l. ſolẽt. §. fi. ff. de offic. proconſ.
ſequitur Iaſon in l. j. in penul. col. C. de ſeruis fugit. Et illud
dictum Bartoli ſequutus eſt Rota, in vna Gebennen. pro
Cardina

* Cardinali Anconitano iij. Iulij M. D. xxxj. coram D. Camillo, ad limitationem dictorum Abbatis in cap. cõtingit. de dolo & cõtum. vt dixi in regula de non tol. ius quæſ. q. j.

¶ Nec obſtat etiam, quòd per clauſulam, cuius litis ſtatus habeatur pro expreſsis, vel per ſimoniales clauſulas generales, cenſeatur facta indiuidua mentio: quia illud procedit, reſpectu gratiarum & priuilegiorum. Secus autem reſpectu decreti iſtius regulæ: quia non cenſetur ſublatum per clauſulam, quorum tenores, vt adnotauit reuerendiſſ. D. Iacobus Simonetta, in vna Caurien. portionis. vt meminit dominus Guliel. in collectaneis nouarum deciſionũ ſuper iſta regula, vel melius, illa verba concernunt ſtatum & merita cauſæ, circa ordinatoria iudicij: ſecus autem eſt reſpectu exceptionis triennalis, quæ poſſeſsionem requirit.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

*Triennium regulæ.*

QVAERO, nunquid triennium iſtius regulæ currat contra minorem xiiij. annorum, & vtrum minor etiam exceptione iſtius regulæ defendatur?

¶ SOLVTIO. Videtur dicendum quòd ſic, ex eo, quia videmus, quòd in actionibus prætorijs, quæ olim & hodie finiuntur anno, præſcriptio currit contra minores abſq; ſpe reſtitutionis, vt declarat notabiliter Paul. de Caſtr. in l. fin. col. ij. C. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſ. Et eſt communis opinio, vt ibi tenent omnes.

¶ Pari etiam modo videmus, quòd tempus triennij, quo durat inſtantia cauſæ principalis, de quo in l. properandũ. C. de iud. currit etiam minori, nec datur reſtitutio, niſi in certo caſu, videlicet, in ſubſidiũ quando tutor vel curator effecti eſſent nõ ſoluẽdo, vt not. omnes Doct. in d. l. properandum. §. penul. & Bart. in d. l. fin. col. j. in xvij. oppoſ. Et hoc procedit etiã in inſtantia ſtatutaria, quæ pari modo currit cõtra minorẽ, vt not. Alex. in cõſ. xlij. inſpecto proceſſu. in iiij. volum. Idem etiam dicunt in tempore ad appellandum, quod eſt decennium. auth. hodie. C. de appel. Idem in tempore appellationis proſequendæ, quod eſt annus, & ex cauſa biennium. cap. ex ratione. de appell. Nam iſta tẽpora currunt minori propter rigorem iuris conſeruandum, vt habetur in authen. de appell. & intra quæ tempora, not. gl. in l. auxilium. in verb. ceſſauit. ff. de minor. Sicut etiam currunt tempora

*Quæ tempora currãt minori propter rigorem iuris conſeruandum.*



tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, ac nõ numeratæ dotis. vt in l. in cõtractibus. in prin. cum gl. petituras. C. de non num. pecun. & in auth. ſi minor. C. de temp. in integ. reſt. pet.

¶ Et vt propius accedamus ad regulam, omnis præſcriptio ſtatutaria, quæ videtur ſimilis iſti de qua loquimur, ſecundũ communem opin. currit contra minores, vt eſt opin. Inno. communiter approbata in cap. cõſtitutus. de reſtit. in integ. quam multum ampliant & declarant Moder. in tract. præſcript. in prima parte vj. principalis. fol. lxv. Et vltra ipſos eam latius comprobat & diſcutit Ioan. Igneus in repe. l. dudum. in v. & vj. col. C. de contrahen. emp. & plures alij, quos breuitatis cauſa non refero.

*Præſcriptio omnis, an currat minori.*

¶ Et pro iſta parte facit: quia minor in beneficialibus reputatur maior. cap. ex parte. de reſt. ſpolia. c. ſi annum. de iud. libr. vj. ſed contra maiorem obſtat exceptio iſtius regulæ: ergo pariter etiam obſtabit minori.

*Minor in benef. reputatur maior.*

¶ Quid dicendũ? Arbitror hoc caſu diſtinguẽdos eſſe duos caſus. Primus eſt quando minor agit de damno euitando, vt quia non habet niſi vnũ beneficium, quod fortè cum alio permutauit, & illo euicto, beneficium, quod dedit, ab alio triennio poſſeſſum fuit. Nam tali caſu, licet de rigore iuris obſtaret, iſta exceptio triẽnalis per iſtam regulam inducta, per ea quæ dicit Innoc. in d. c. conſtitutus. qui loquitur indiſtinctè, ſiue agatur de damno euitando, ſiue de lucro captando, vt referunt Moder. in d. tract. præſcrip. Tamen de æquitate, quæ in Rota multum attenditur in materia beneficiali dicendũ eſſet cõtrarium: quia vbi agitur de damno euitãdo debet fieri ſtrictior interpretatio ne aliquis iniuſtè damnũ patiatur, vulg. l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. Et ita in ſpecie tenet Bart. in d. l. fin. C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. & in l. etiam. ff. de mino. vbi dicit, quòd iura inducentia ſimpliciter præſcriptionem contra minores, ſi agitur de damno euitãdo, & de tollendo iure quæſito, cenſetur in talibus iuribus ita indiſtinctè & generaliter loquẽtibus excepti minores, & cõprehenſi ſolum maiores per rationẽ d. l. fi. ſed in caſu regulæ noſtræ generaliter loquente agitur de iure quæſito tollendo, ideo à tali ſtatuto generaliter loquẽdo excluditur minor. Nam ſi cõtrarium dicimus,

*Interpretatio de damno euitando.*

maxima ex hoc minori læſio inferetur, qui fortè non habe-
bat aliundè vnde ſe aleret, quàm ex illo beneficio, quod ſim
plicitate, aut ignorantia quadam dimiſit ab alio per trien-
nium poſsideri. Cõueniens igitur eſt, vt reſtituatur ad agen
dum, & illa verba regulæ, ibi, nequeant moleſtari, non com
prehendunt iſtum caſum. Nec obſtat, quòd minor in benefi
cialibus reputatur maior: quia non facit quominus reſtitui
debeat, vt apparet in eccleſia, quæ licet poſſet agere, & hoc
reſpectu reputetur maior. Tamẽ ſi decipiatur, reſtituitur vt
minor. c. j. & ij. de in integ. reſt. Et probatur in clem. prima.
de in integ. reſt. vt ibi not. Doct. Et iſto caſu conueniẽs eſt,
vt minoribus ſubueniatur, quos eccleſia protegit, vt ſimpli
citati eorum venia tribuatur, vt in cap. j. lxxxvij. diſt. & arg.
text. in c. cum vniuerſorum. de rer. permut. ¶ Secundus ca-
ſus eſt vbi agitur de lucro captando: & tali caſu quia minor
enormiter non læditur, iſtius regulæ exceptio procedit con
tra eum. Exẽpli gratia, Ponamus minorem plura beneficia
habere, & ex vno poſſe commodè viuere, certe non videtur
hoc caſu per diſpoſitionẽ iſtius regulæ lædi, ſed potius exo-
nerari ab adminiſtratione, præſertim quia regula iſta non
excludit minorem perpetuò, neque eius gratiam annullat,
ſed eam ſuſpendit viuente duntaxat poſſeſſore. Nam regula
iſta nihil tribuit poſſeſſori præter nudam exceptionem. Et
quod dictum eſt de pluribus beneficijs, idem eſſet dicendum
de vno, quando illud non magis oneroſum eſſet minori,
quàm vtile: quia tali caſu non reſtitueretur aduerſus diſpoſi
tionem iſtius regulæ, quæ fundatur in graui læſione, iuxta
dictum Bart. in d. l. etiam. vt in c. j. de in integ. reſt. & Specul.
eod. tit. §. quælibet. verſi. quid ſi minor. Et iſtam diſtinctio-
nem in terminis iſtius regulæ tenet ille doctiſsimus Gloſſa-
tor concilij Baſil. titulo de pacif. poſſ. poſito in pragmatica
Franciæ, in verb. impedimenti. colum. fi. Neſcio tamen quid
hoc caſu teneret Rota: quia de rigore dictum Innoc. in d. c.
constitutus. communiter approbatur, quòd contra minorẽ (*Præſcriptio contra minorem omni caſu currat.*)
omni caſu currat præſcriptio, ſed de æquitate procedit do-
ctrin. Bart. in d. l. fin. & d. l. etiam. quam ſequitur Abb. in d. c.
conſtitutus, & plures alij, quos cumulat ille Moder. in d. l.
dudum. qui pro Bart. quædam iura allegat, & ſecundũ illam
opi. fuit iudicatum in Parlamento Franciæ, vt refert Guido
Papæ,



Papæ. deciſ. xxxj. Vtrum autem minor poſsidẽs beneficium (*Minor poſsidẽs beneficiũ.*)
curatum ſine diſpenſatione exceptione iſtius regulæ defen-
datur, Rota die xv. Martij M. D. XXXVIII. in vna Lucanaar *
chipresbyteratus coram me cõcluſit, quòd ſic pro Silueſtro
Gilio contra Accontium Vanulium. Ratio fuit: quia regu-
la defendit omnem clericum inhabilem cum titulo colora-
to triennio pacificè poſsidentem, exceptis duobus caſibus
expreſsis in regula, vnde exceptio illorum duorum caſuum
firmat regulam in caſibus non exceptis. cap. ij. vbi Abbas de
coniug. lepro.

## QVAESTIO DECIMASEXTA.

QVAERO, nunquid totum triẽnium ad quod hodie re- (*Trienniũ nunquid totũ, &c.*)
dacta eſt allegatio Lap. lxxxix. debeat eſſe continuum
tempore primi reſignatarij quo ad hoc, vt præ-
ſumatur retroceſsio: an verò ſufficiat, quòd cõtinuetur pro
parte tempore primi, & pro reliqua parte tempore ſecundi
reſignatarij?

¶ SOLVTIO. Iſte caſus ventilatur modo in Rota coram *
R. P. D. Marcello Electo Marſicano in cauſa Leonen. cano
nicatus, in qua præſupponitur, quòd quidam Ioannes reſi-
gnauerat canonicatum in fauorem Iacobi, & dictus Ioan-
nes reſignans poſtea in poſſeſsione per duos annos manſit
Iacobus reſignatarius antequàm Ioannes reſignãs trienna-
lem poſſeſsionem compleret, in fauorem Gulielmi reſigna-
uit, & idem Ioannes primus reſignans adhuc in poſſeſsione
manens, poſſeſsionem ſuam pacificè etiam tempore iſtius
Gulielmi ſecundi reſignatarij cõtinuauit vſque ad comple-
tum triennium, & deinde moritur: per cuius obitum, quidã
nomine Iuo canonicatum prędictum impetrauit, & dictum
Guliel. ſecundum reſignatarium, qui iam ſe in dicto benefi-
cio intruſerat, ad iudicium vocauit. Guliel. excipit de reſi-
gnatione ſibi facta per Iacobum, qui habuerat canonicatũ
per reſignationem dicti Ioan. Impetrans replicat, quòd reſi
gnatio nihil facit, ex eo, quia Ioan. primus reſignans manſit
poſt reſignationẽ, quam fecit in poſſeſsione, & pacificè poſ-
ſedit per triennium, in qua poſſeſsione fuit mortuus: & ſic
intrabat dicta allegatio Lapi, quę in poſsidẽte retroceſsio-
nem per lapſum triẽnij præſumit, & per conſequẽs canoni-
catus per obitum dicti Io. dicitur vacare. Gulielmus tripli-

cat,quòd Ioannes, nec tempore Iacobi primi reſignatarij,
nec tempore ſuo continuo triẽnio, ſed interpollato poſſe-
dit biennio,videlicet,antequàm reſignaret Iacobus in Gu-
lielmum,& per alium annum tempore ipſius Gulielmi.Ita-
que tempore vtriuſq; poſſedit per trienniũ, ſed non tẽpore
alterius. Dubitatũ fuit, nunquid trienniũ, de quo loquitur
iſta regula, debeat eſſe cõtinuatum tempore vnius reſigna-
tarij ad effectũ allegationis Lapi. ¶ Dicebatur ex vna par-
te nihil referre, quòd triennium ad quod hodie redacta eſt
dicta allegatio Lapi continuetur, ſiue tempore vnius reſi-
gnatarij,ſiue plurium.Ratio reddebatur: quia allegatio La
pi videtur ſolum requirere duo. Primum eſt, quòd primus
reſignans per illud triennium fuerit tentus, & communiter
reputatus pro canonico,iuxta deciſ.Egidij dcxlv.& Pet.de
Ancha.conſi.cxvij.Secundo,quòd fuerit toleratus per illud
Ordinarius. tempus ab ordinario: quia ex illa tolerãtia præſumitur re-
troceſsio. Nam ex quo ordinarius ex neceſsitate ſui officij
tenetur ſingulis annis inquirere: an poſsidẽtes habeant ca-
nonicũ titulum in beneficijs,iuxta vulg.c.ordinarij.de offi.
ord.in vj.certe ſi iſte Io.primus reſignans non habuiſſet re-
troceſsionem,non toleraſſet eum, & iſta ratio patientiæ or
dinarij militat,ſiue ſit vna reſignatio, ſiue plures, prout in
ſimili aliàs determinauit Rota in quadã cauſa, de qua me-
minit D.Guliel.Caſsiod.in collect.deciſ.ſub titulo,de can.
poſſ.& proprie.deciſ.iij.quo loco voluerunt domini, quòd
dicta allegatio Lapi procedat,ſiue ſit vnus impetrãs,ſiue plu
res.Cum igitur dicta alleg.fundet ſe in tolerantia ordina-
rij,& nõ in negligentia reſignatarij petentis poſſeſsionem,
meritò videtur concludendum beneficium vacaſſe per obi-
tum dicti Ioannis, tanquam ex nouo titulo superuenienti
poſt triẽnium. ¶ Poſtremo pro iſta parte adducebatur vnũ
motiuũ ſatis coloratum ad probandũ, quòd negligẽtia reſi
gnatarij non erat in conſideratione,ſed ſolum patientia or
dinarij.Nam ponamus, quòd Ioannes reſignaſſet ſimplici-
ter in manibus ordinarij, & ſtetiſſet per trienniũ in poſſeſ-
ſione,certum eſt,quòd lapſo triẽnio,habet locum allegatio
Lapi. Et tamẽ ibi non cõſideratur aliqua negligẽtia reſigna
Reſignatio in fauorem certæ perſonæ. tarij,cum nullus ſit reſignatarius: quia in manibus ordina-
rij nõ poteſt fieri reſignatio in fauorẽ certæ perſonæ ſine vi
tio



tio ſimoniæ, licet ſecus coram Papa, vt tradit Fely.in c.au-
dientiam.el.ij.verſ.tertia concluſio.de reſcrip.Sola ergo pa
tientia ordinarij cum lapſu triẽnij hoc operatur, vt nouus
titulus creetur:perſona igitur reſignatarij nõ eſt in conſide
ratione. ¶ Tamẽ prædictis non obſtantib.contrarium fuit
per dominos concluſum in prædicta cauſa Leon.canonica
tus xxiij.Nouemb.M.D.XXXIIII.Et inter alias rationes, quæ
tam inter aduocatos Guliel.quàm per dominos fuerunt in
relationibus allegatæ,fuit vna cõcludens,& ad quam legiti
mè non poterat reſpõderi,videlicet,ꝙ in allegatione Lapi,
quo ad propoſitũ noſtrum,neceſſariò debet cõſiderari non
ſolum patiẽtia ordinarij,ſed etiam negligẽtia reſignatarij,
ex eo,quia dicta allegatio fingit, ſeu præſumit poſt lapſum
triẽnij retroceſsionẽ,non antè:ſed iſta retroceſsio non po-
teſt habere locũ,niſi detur extremũ. Nam retroceſsio præ-
ſupponit cedentẽ & ceſsionarium, requiritur ergo perſona
reſignatarij. Nam ſine ipſo retroceſsio fingi non poteſt, &
quãdo eſt lapſum trienniũ,iam reſignatarius nõ habet quid
retrocedat,cum ante trienniũ in alium ceſſerit,quod facere
potuit:quia intra trienniũ allegatio Lapi non procedit, &
in caſu noſtro quãdo locum habere poterat,videlicet, poſt
trienniũ deficit extremum in quo fingatur & fundetur re-
troceſsio,cum reſignatarius nullũ ius habet, quod verè ce-
dere poſsit etiam ſi vellet, vnde ſi ceſsio vera nõ poſſet poſt
trienniũ habere locũ,ergo neq; ficta: quia vbi nõ poteſt ha Veritas, nec fictio poteſt habere locum.
bere locũ veritas,nec fictio.l.qui ad certũ.ff.locati.Nec mi-
nus allegatio Lapi procedit contra ſecundũ reſignatarium:
quia ille adhuc eſt in tẽpore petendi poſſeſsionẽ infra quod
primus reſignãs moritur. Itaq; ea ratione ficta allegatio La
pi non obſtat primo reſignatario,nec ſecũdo,tum etiã quia
allegatio Lapi,quæ eſt de ſe rigoroſa,etiã loquitur in poſſeſ
ſione decẽnali,quæ propter reductionẽ factam ad trienniũ,
interpretatione Rotæ,facta eſt magis exorbitans & damno
ſa,quo caſu,ex quo ſimpliciter loquitur de reſignatario,de-
bet in dubio intelligi de primo.arg.l.boues.§.hoc ſermo-
ne.ff.de verb.ſig.prout in notabili caſu tradit Gloſſator ſu-
per regula prærogatiuarũ expectantiũ in v.parte.& Egid.
deciſ.dcxxvj.incip.ſuppoſitis.ſicut per eandẽ rationem fuit
intellecta per dominos regula de publicãdis reſignatio.quæ

etiam intelligitur de prima reſignatione,& non de ſecũda,
vt ibi dicam. Vnde ex quo ex quadam ſtricta interpretatio-
ne dicta allegatio Lapi,quæ requirebat decennium,reducta
eſt per Dominos ad triennium,non debemus ſpecialia mul
tiplicare,vt extendatur ad ſecundum reſignatarium,per ea,
quæ dicuntur in l.j.C.de dot.promiſ.

¶Non obſtãt ea,quæ ſuperius dicta ſunt in contrariũ:quia
ad ea ex prædictis patet ſolutio : quia in dicta allegatione
Lapi duo requiruntur copulatiuè,videlicet, poſſeſsio trien
nalis pacifica cum tolerantia ordinarij & reſignatarij,aliàs
autẽ ceſſante negligẽtia reſignatarij retroceſsio fingi non
poſſet. Et per hoc reſpondetur ad illud vltimum motiuum,
in quo dicebatur de reſignatiõe facta in manibus epiſcopi,
vbi non erat aliquis reſignatarius,& tamen in tali reſigna-
tione habebat locum dicta allegatio Lapi : quia reſponde-
tur,quòd illo caſu nõ præſumitur retroceſsio,cum illa præ-
ſumi non poteſt,vt dixi,abſque perſona reſignatarij,ex quo
naſcatur tanquam ab extremo à quo,& ſic ſumus extra alle-
gationem Lapi : ſed ibi fingitur tãtum nouus titulus nõ re-
troceſsio,& ſic erit caſus diuerſus à noſtro : quia allegatio
Lapi ſolum fingit retroceſsionẽ in caſu in quo eſt reſignans
& reſignatarius,prout in q.iſta cui nõ adaptatur prædictum
extremum. Nec obſtat,quòd triennalis poſſeſsio tempore
iſtorum duorũ ceſsionariorũ,debet coniungi:quia reſpon
detur,quòd in materia ſtricta, & in præſcriptionibus tem-
pora non coniunguntur,vt dixi in regula de annali.per ea
quæ probat Decius in l.ſi idem.ff.de iur.om.iud. Et dicã in-
ferius in xx.q. Præterea,quia allegatio Lapi, quæ loquitur
de tempore,debet in dubio intelligi de cõtinuo,& non in-
terpollato,vt dicit Abb.in c.fin.de elect.& in c.ad apoſtoli-
cam.col.j.de reg.& Iaſ.in l.ſi ſtipulatus eſſem.ff.de verb.ob.
& Lapus allegat.vij.in iiij.col.cum concord.vt ſcribit Bart.
in conſil.vltimo.poſito in fi.conſil. Alex.in iiij.vol.vt dixi
in dictis locis. Et hoc notiſsimum eſt,quòd quando lex ſim-
pliciter,& indefinitè facit mẽtionem de tempore,debet in-
telligi de continuo momento ad momẽtum,& non de in-
terpollato,vt tradit Ang.in conſil.cccciiij.in iiij.col. Et ita
iſta regula,quæ de triennio loquitur,intelligitur de conti-
nuo,& non interpollato,vt apparet manifeſtè in decreto
conci

Tempora coniunguntur in materia ſtricta.



concilij Baſilien. à quo ſumpta eſt iſta regula,vbi expreſſè di
citur de triennio continuo,& ibi not.gl.

¶Tamen non facerem vim in hoc de continuo in caſu no-
ſtro,ex eo,quia ſatis poteſt dici triennium cõtinuum,quod
non fuit interruptum,licet fuerit tempore plurium conti-
nuatum,& ad effectum iſtius regulæ talis poſſeſsio trienna
lis ſufficeret,non autem ſi fuiſſet interrupta,vt declaro in d.
q.xx. licet quo ad effectum dictæ allegatio. Lapi hoc de tri-
ennio continuo conſideretur propter diligentiam,vel ne-
gligentiam reſignatariorum, in quibus principaliter fun-
datur prædicta deciſio. Sed dices tu,quid facit iſta quæſtio
ad iſtam regulam?

¶Solutio. Nihil ferè,niſi,quòd præſtat quandam lucem di-
cendi,vt ex hoc appareat differentia triennij iſtius regulæ,
& allegat. Lapi. Aliam differentiam vide s̃. in fi.x.q. Et eſt vl
terius aduertendum,quòd d.allegat. Lapi non ſolum habet
locum in fictione retroceſsionis,quæ fomẽtum capit ex reſi
gnatione prius facta : ſed etiam in quocunque iure, abſque
aliqua ceſsione præambula,vt exẽplum poni poteſt in cau-
ſa Vrbeuetan. archipresbyteratus,quæ modo pẽdet,in qua
voluit Rota,de mẽſe Nouembri & Decembri M. D.xxxix. *
coram R.D. Ioan. Paulo,quòd ex quo Sanctiſſ. dominus no-
ſter Paulus III. qui dum eſſet Cardinalis,acceſſum & regreſ-
ſum habebat per ceſſum vel deceſſum,vel quamuis aliam a-
miſsionem &c. ad dictum archipresbyteratũ poſſeſſum, per
quendam Bernardinum de Aquapendẽte permiſerat,poſt-
quàm regreſſui locum fuerat,propter aſſecutionẽ alterius
incõpatibilis d. Bernardinũ per trienniũ ſcienter & pacificè
poſsidere,quòd eo mortuo ſucceſſor poteſt illũ excludere,
allegat. Lapi,quia præſumitur quòd Papa quando erat Car
dinalis,caſſauerat regreſſum. Et ſic vides,quòd illud,quod
dictum eſt de retroceſsione,habet locum in caſu amiſsionis
iuris,vbi retroceſsio habere locũ non poteſt. Et hoc idem,
præteritis annis,tenuit Rota in vna alia Neapolitana paro *
chiali,corã R.D.M. Antonio,vt recordati fuerũt Domini,
in qua iudicauit contra Ioan. Bap. Baldaſsinũ,qui propter
dictam alleg. perdidit regreſſum. Et dicta alleg. non ſolum
præſumit ceſsionem vel retroceſsionem,aut caſſationẽ,ſeu
extinctionem iuris,ſed etiam operatur,& fingit ſucceſsio-

Allegat. Lapi.

nem, ad effectum,vt regreſſui locus ſit. Vt voluit Rota in * vna Burgen.canonicatus de Veruieſca,coram me,de menſe Nouembri M.D.xxxix.vbi pendente lite inter Ioan.de Lerma,& Franciſcum de Peſquera,dictus Io.reſignauit dictum canonicatum,in fauorem Aluari de Sancta Cruce:remanſit tamen in poſſeſsione. Poſtea dictus Fràciſcus,habita prius ſentẽtia contra Io.de Lerma, ceſsit etiam ius,quod habebat in dictum Aluarum,reſeruato ſibi regreſſu,per obitum vltimi poſſeſſoris. Accidit,quòd d.Ioan. cõtinuauit poſt dictas ceſsiones poſſeſsioné ſuam per ſex annos pacificè,& poſtea obijt,& vnus impetrauit d.canonicatum,per obitum d.Io. & in eo ſe intruſit. d.verò Franciſcus egit contra intruſum, prætendens canonicatum vigore regreſſus ad ſe ſpectare. Alter replicabat,quòd regreſſus erat conceſſus per obitum vltimi poſſeſſoris Aluari,ſed Ioan.de Lerma non fuit ſucceſſor:quia Aluarus non ceſsit in eum. Franciſcus triplicabat,quòd imò Io.erat Aluari ſucceſſor,ex quo poſt ceſsionem d.Ioan.in Aluarum factam,poſtea per triennium pacificè poſſederat,& ſic intrabat d.allegat. Lapi,quæ retroceſſionem fingit. Vnde qua ratione,ſi Aluarus verè in d.Ioan. retroceſsiſſet, verus eius ſucceſſor diceretur: ita dici debet per retroceſsionem factam per dictam allegat.Lapi.Tandem Rota tenuit Ioan. fingi ſucceſſorem,ad effectum,vt regreſſui locus eſſet.

## QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

**Beneficiũ detentum per aliquem.**

QVAERO, impetratur beneficium detentũ per aliquem per plures annos & in impetratione habet tẽpus detẽtionis pro expreſſo cum clauſula,non obſtan. regulis:an per hoc cenſeatur derogatũ iſti reg.de triẽnali?

¶ SOLVTIO. Maxima fuit olim contentio in Parco ſuper iſto dubio.Nam M.de Ca.abbreuiator antiquus dicebat illa verba,quod tempus detentionis haberetur pro expreſſo, non debere intelligi,niſi de ſola detentione triennali,ſecus ſi per triẽnium quis poſsediſſet: quia cum talis poſſeſſor per iſtam regulam tueatur,non eſt veriſimile in dubio Papam velle alteri tollere exceptionem ſibi competentem,arg.cap. ex parte. de offi.deleg.Et ideo volebat,quòd talis bulla narrans vigore illius clauſulæ poſſeſsionem triennalem,non eſſet expediẽda per abbreuiatores in Parco. Nam Papa non dediſ-

**Exceptionem tollere.**



diſſet ſi expreſsiſſet,vel ſaltem dediſſet cum maiori difficultate: quia per illam clauſulam Papa nõ fuit clarè certificatus de regula triennali,nec illa clauſula,non obſtan.regulis,iuuabat:quia intelligebatur de regulis fauentibus detentioni,quæ eſt minoris præiudicij,non de poſſeſsione triennali.Sed Ioannes Ferrera abbreuiator tenebat cõtrarium, ex quo tẽpus detẽtionis habebatur pro expreſſo,quæ verba ſunt generalia, & complectuntur quamlibet detentionem,arg.cap.ſi Romanorum. xix.diſt.& quia plures bullæ fuerãt ſic expeditæ,non erat recedendũ à ſolitis.Et quia in Parco nõ excipitur de regul.ſicut in iudicio,& ideo nõ obſtat ſi nõ opponatur, iuxta tradita per Fely.in c. j.de re iud. & in c.paſtoralis.de fide inſtru.Et ſaltem ipſe expediret bullas cum illa generali clauſula,quam dimitteret diſputãdam & diſcutiendã in iudicio.Sed M. Ca.replicabat, quòd non eſſet bonum dare ſic literas in confuſo: quia ex quo iſta regula ſuſpendit impetrationes,literæ eſſent nullæ & fruſtratoriæ,niſi expreſſe derogaretur regulæ,& eſſet dare fomentum litigijs: & cancellaria non ſolet dare bullas litigatorias,& ideo eſſet tutum apponere clauſulam reſtrictiuam, videlicet, citra tamen triennium. Et iſta pars,quæ viſa fuit ſanior,æquior,& verior,præualuit in Parco prima die Februarij M.ccccxcj.

**Bullæ litigatoriæ.**

¶ Reperio etiã,quòd vir ille magnus,& memorabilis Laurentius cardinalis ſanctorũ Quatuor,qui multis annis expeditionum omnium princeps,& ferè omnium regularum cancellariæ auriga fuit,in quibuſdã ſuis notulis tenuit primam opinionem,vnum ſubiungens,quod eſt magis notabile,videlicet,quòd etiam ſi in collatione eſſet narratus triennalis poſſeſſor,non ſufficeret ad derogationem iſtius regulæ,niſi eſſet expreſſum,quòd ex canonico titulo: quia tunc impedimenti narratio eſt loco derogationis,quando plenè factum narratur. & pro iſta opi.faciunt quæ tradit Gundiſ. Villadiego auditor Rotæ in tract. legat.q. ix.Et quę dicit Felyn.in cap.in noſtra.in xxxvj.corr.de reſcript.Adde etiã, quòd adeò prædicta ſunt vera,quòd illa clauſula,non obſtan.regulis non ſufficit pro derogatione regulæ: quia vt aliàs dixi,requiritur ſpecialis mẽtio,propter rationé Cald. in conſilio primo.de reſcriptis.& quæ not.in capitulo,ve-

nientes.de præſcript. & dixi ſuperius in procemio regula-
rum.q.v.& vj.

Clauſula, ꝙ detentionis tẽpus habeatur pro expreſſo.

¶Quid dicendum? Certè paſſus iſte eſt difficilis, quia redu
citur ad hoc, an clauſula iſta, quòd detentionis tempus ha-
beatur pro expreſſo, operetur tantum, ac ſi ſpecialiter de
tempore detentionis fuiſſet facta mentio. Nam ſuper hoc
fuit vario modo, diuerſis temporibus iudicatũ, vt dicit Fe-
deric.de Senis in conſilio ccxxiij. Et Fely.plura refert in c.
accedentes.in iij.col.de præſcrip.

¶Breuiter, iſta videtur hodie æquior, & ex ſtylo curiæ ma-
gis recepta concluſio, quòd per illam clauſulam pro expreſ-
ſis haben.vel ſimiles, tolluntur, vel ſuſpenduntur ſpecialia,
& indiuidua. Ita tenuit Anto.de But.in conſil.ij.cuius opi.
hodie ſequitur Rota, vt refert d. Guliel.hic per ea quæ cu-
mulando ſcribit Fely.in capitulo, nonnulli.in vij.colum.
verſicul.fallit ſecũdo.de reſcrip. Et ita etiam coram me die
xvij.Iunij M.D.xxx. in vna cauſa Tullen.Scholaſtriæ con-
* cluſit Rota. Tamen adhuc iſta non tollunt difficultatem:
quia eſto, quòd per illam clauſulam, quòd tempus detẽtio-
nis habeatur pro expreſſo, cenſeatur facta mentio de trien-
nali detentione, per hoc tamen nõ putarẽ derogatum huic
regulæ, quæ loquitur de triennali poſſeſsione, & non de de-
tentione. Nam detentio præſupponit merum factum ſine ti
tulo, poſſeſsio verò triennalis requirit coloratum titulum,
vt patet hic, & inferius dicetur. Itaque eſt concludendum,
attentis præmiſsis, quòd dicta clauſula, quòd tempus deten
tionis habeatur pro expreſſo, non obſtant. regulis, opera-
tur tantum, circa detẽtionem etiam triennalem ſecundum
terminos iſtius regulæ, non autem circa poſſeſsionem trien
nalem, de qua loquitur iſta regula: cogita tamen, quia hæc
opinio non tranſit ſine dubio per allegata per Felynum in
dictis locis.

Clauſula, pro expreſsis haben.

## QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Titulus coloratus triennalis.

QVAERO, an ſi titulus coloratus triennalis poſſeſſo-
ris reducat ad non titulũ, habeat locũ regula. Exem-
pli gratia, Poſſeſſor triennalis pro colore ſuæ
poſſeſsionis allegat titulũ ſibi quæſitũ per renuntiationem
alterius, ex aduerſo impugnatur dicta renũtiatio, ex eo quia
ille qui renuntiauit poſt ſex menſes, mortuus fuit in poſſeſ-
ſione,



Titulus ad nõ titulum reductus.

ſione, & ſic titulus reſignationis reductus fuit ad non titu-
lum per regulam de publicãdis reſignationibus. Quæritur
nunquid talis poſſeſſor iuuetur regula?

¶SOLVTIO. Iſte caſus accidit tẽpore Sixti in quadam cau
ſa Vulteran. nõ habeo tamen quid fuerit deciſum, ideo pro
vtraque parte faciam aliquas rationes, cætera relinquẽs iu-
dicio peritiorum, vel Rotæ melius ſentientium.

¶Quod autem non ſuffragetur poſſeſſori regula, facit pri
mo: quia quando titulus redactus eſt ad non titulum, pro
nihilo reputatur, & ideo talis titulus caducus, ad præſcri-
bendum non eſt vtilis. vt in c. dudũ.de decim.& in l.quem-
admodum.C.de agric.& cenſ.lib.xj. Nam quotieſcunque
cauſa redit ad non cauſam, perinde eſt, ac ſi actus factus nõ
fuiſſet. l.ſi fullo.ff.de cond.ſine cauſa.not. Alexan.in conſil.
ccvj. ponderatis verbis.col.penul.in vj.volum. minus ergo
ſufficiet ad poſſeſsionẽ iſtius regulæ, quæ habet inſtar præ-
ſcriptionis, & requirit titulum ſaltem coloratum. Et iſte ti-
tulus non ſolum non habet colorem, ſed neque ſaporem ſi
probatum fuit renuntiantem in poſſeſsione obijſſe, & de
regula de publicandis data fuiſſe. Sed ad hoc poſſet replica-
ri, quòd ad probandũ talem titulum eſſe inualidum, & reda
ctum ad non titulum, requiritur diſcurſus probationis, &
iudiciariæ, & ille diſcurſus tollitur per iſtam regulã, ex eo,
quia vt dicetur inferius in lviij.q. regula iſta imponit ſilen-
tium per illa verba, nequeãt moleſtari, &c. per quæ verba nõ
ſolum tollitur parti facultas probandi, ſed iudici aufertur
iuriſdictio. cap. cum plures.de off.deleg.lib.vj. cum ſimili-
bus. vt inferius in dicta quæſtione dicam. Præſertim quãdo
declaratio ſequitur ex actibus ſequentibus.

Cauſa rediens ad nõ cauſam.

Verba, nequeant moleſtari.

¶Secundo pro dicta opin. facit, quia eo ipſo, quòd trienna
lis patitur diſcuti de iuſtitia, vel iniuſtitia tituli ſui ſibi præ-
iudicat, quemadmodum ſpoliatus patiens diſcutit ius ſuũ,
vt in cap.j.de reſtit.ſpolia. Sed etiam ad hoc patet ſolutio,
quia eo ipſo, quòd exceptum fuit de regula, excluſa fuit iu-
riſdictio, per illa verba, non moleſtetur. Et hoc procedit ab
initio: ſed ſi poſt factas probationes daretur de regula, &
ſic eo tempore, quo iam præceſsit iuriſdictio, fortè contra-
rium procederet.

¶Tertio pro hac parte facit, quia actor dicitur moleſtare
reum

reum poſſeſſorem per replicationem datam cōtra titulum triēnalis poſſeſſoris, vt tradit Alex.conſ.xxxvj.in j.volum.

¶Sed etiā ad hoc reſpōdetur, quòd illud dictum procedit, niſi incōtinenti appareat de virtute tituli per replicationē probatam cum productione regulæ de non publicandis. Nam ex quo iſta regula fundatur in quadam præſumptione, illa ceſſat comperta veritate.cap. veritate.viij.diſt. Præterea, quia iſte actor dans de regula de non publicandis, videtur admittendus, ex eo, quia præſumptio eſt contra poſſeſſorem triennalem de aliqua ſimonia. Nam ex quo apparet reſignantem fuiſſe mortuum in poſſeſsione, per conſequens reſultat præſumptio, quòd iſte poſſeſſor triennalis pactus fuerit cum eo de illo dimittendo in poſſeſsione donec viueret, & per cōſequens ingreſſus ſuus videretur vitioſus, & exceptus à regula, quæ excludit ſimoniacum, & talis ſimonia ex quo ſolet fieri occultè, ſufficit quòd per præſumptiones probetur.c.per tuas.de ſimon.iſto igitur caſu debet ſe magis iuſtificare poſſeſſor, quàm ex ſola allegatione iſtius regulæ, ex quo præſumptio eſt contra eum.

Simonia.

¶Tamen iſtis non obſtantibus pro contraria opinio.facit quæ dicunt Moder.Senen.in l.j.§.ſi vir.col.ij.ff.de acquir. poſſeſ.vbi dicunt, quòd poſſeſsio fuit tranſlata virtute cauſæ validæ, licet illa cauſa poſtea efficiatur inualida, nō propterea retrāſfertur poſſeſsio, per rationē de qua ibi per eū: multa enim à principio poſſunt impedire faciēda, quę poſtquàm ſunt facta, retractari non debent, vulg.cap.ad Apoſtolicam.de reg.cum ſimili.

¶Breuiter non eſt recedendum à prima opinione, quæ eſt verior per dicta, & rationes ſuperius factas, ſecundum quas ita iudicauit Rota in vna Romana parochialis ſancti Pauli, coram Reuerendiſ.domin.Raynaldo, in qua poſt triennalem poſſeſsionem fuit probatum poſſeſſorem non fuiſſe promotum infra annum ad ſacros ordines, per quam quidem probationem titulus coloratus poſſeſſoris fuit redactus ad non titulū: ideo cōcluſerunt Domini regulam illi nō ſuffragari, quam ſententiā propoſito prius dubio inter Dominos Reuerendiſ.dom.Io. Mohedanus die v.Iulij M. D.xxxviij.confirmauit, de quo tamen videnda ſunt ea quæ ſcripſi ſuperius.quæſt.x.circa fin.

QVAE



QVAESTIO DECIMANONA.

QVAERO, nunquid regula iſta quæ annullat impetrationes, intelligatur de impetrationibus factis ante triennalem poſſeſsionē, an verò de factis poſt?

Annullare impetrationes.

¶SOLVTIO. Iſtam quæſtionem reperio annotatā in quodam libro bo.me.Laurentij Cardinalis ſanctorū Quatuor, & ibi dicitur quòd intelligitur de impetrationibus factis poſt triennalem poſſeſsionem, & in hac opin.fuerunt Ioachin.de Narnia, & Anton.de Capharellis olim excellentiſsimi aduocati in cauſa Maclouien.vt patet ij.volum.alleg.non tamen aliquam rationem adducunt.

¶Sed obſtat huic deciſioni tex.hic in illis verbis, nequeant moleſtari in beneficijs ſic poſſeſsis, &c. Et ibi, antiquas lites penitus extinguentes. quæ quidem verba præſupponunt impetrationem ante triennium factam fuiſſe, quæ moleſtiam inducere poterat. Et ſic videtur ex illis verbis, quòd impetratio anterior annulletur, & hoc tenet gl.hîc col.vij.verſ. item inquantum hîc irritantur.

¶Tamen prima opinio mihi magis placet, ex eo, quia in odioſis, quod minimum eſt, ſequimur, vt dicit regula iuris: mitior enim eſt interpretatio, & magis æqua, quòd regula iſta intelligatur de impetrationibus poſtea factis, quàm de anterioribus, vt innuūt verba regulæ ibi, impetrationes de beneficijs ſic poſſeſsis factas, &c. Et iſto modo intelligendi minus præiudicatur tertio. Nam in dubio capiendus eſt ille ſenſus in l.per quem minus quid præiudicetur.vulg.l.fin. §.licentia.C.de iure delib. Imò, vt dicit text.in §.in cōputatione.potius permittitur, quòd actus nihil operetur, quàm quòd indebitè alicui ius tollatur. Sed ſi intelligimus regulam de impetrationibus anterioribus, fiet interpretatio iniurioſa, per quam tollitur quæſitum & bonum impetranti: igitur non eſt præſumendum ſummum Pontificem hoc voluiſſe.cap.paſtoralis.de priuilegijs. Præſertim cum idē Papa ablationem iuris quæſiti per aliam ſuam regulam deteſtetur, propter quod non præſumitur ſibi velle cōtrariari.arg. l.ij.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico.cap.ſuper eo.de offic.deleg.& huic intellectui conſonat etiam regula de annali, quæ tātum intelligitur annullare impetrationes ſequentes, non autem præcedentes, vt patet ibi in illis verbis

Minimū quod eſt in odioſis ſequimur.

Annullare impetrationes.

bis,per annum immediatè præcedentem,&c.

¶Nec obſtant illa verba,nequeant moleſtari, quia intelli-
gentur per impetrationes factas poſt triennium, vt innuit
prædicta verba,impetrationes de beneficijs ſic poſſeſsis fa-
ctas. Nam ſi illæ impetrationes ante trienniũ obtentæ fuiſ-
ſent,non dixiſſet,de beneficijs ſic poſſeſsis. Nec obſtant illa
alia verba,antiquas lites, &c.quia intelligitur de litibus in-
ter alios,vt inferius dicam in lxj.quæſt.

¶Tamen prædictis obſtat vnum, quòd iſta regula fuit in-
ducta ad ſimilitudinem vſucapionis,videlicet,ne propter
ignauiam,aut negligentiam perſonarum beneficia ſub in-
certo eſſent,vt lites de medio tollerentur,vt in l.j.ff.de vſu-
cap.Sed iſtæ rationes ceſſant in eo,qui poſt triẽnalem poſ-
ſeſsionem impetrauit: quia nulla in eo negligentia depre-
henditur,ſed bene deprehenditur in eo, qui ante triẽnium
impetrauerat,& neglexit per triẽnium ius ſuũ diſcutere:&
ideo meritò in pœnã negligẽtis iura interpretantur videri
eum illud ius habere pro derelicto ſaltẽ viuente poſſeſſore
triẽnali,quia lex vigilãtib.& nõ dormiẽtibus impoſita eſt.l.
pupillus.ff.quæ in fraud.cred. Et nõ ſolum,qui per trienniũ
nõ experitur de iure ſuo,ſed qui per ſolũ annũ negligit ius
ſuum in iudicio deducere, videtur illud refutare, & habere
illud pro derelicto,vt eſt text.in §.porrò.quali.olim feud.
pot.alien.& in l.ij.ff.quis ordo in bon.poſſ.ſeru.& in l.j.§.
largus.ff.de ſucceſ.& in l.iiij.C.qui admit.& in c.ſi Titius.
ſi de feud fuer.cõtr.& in l.j.C.de ann.excep.faciunt ea quæ
dicit Iaſ.in l.prætor.§.ſi aliquando.in iiij.col.ff. de oper.
no.cum concord.vt tradit idem Iaſ.in l.petens.in iiij.col.
C.de pact.& Fely.in cap.quæ in eccleſiarum.in xxxij.col.de
conſtit.Et tenẽdo iſtam opin.quæ propter illam rationem
negligentiæ communis videtur, obſtant modo verba præ-
dicta iſtius regulę ibi,impetrationes de beneficijs ſic poſſeſ-
ſis factas,irritas & inanes,&c.ecce quòd tex.loquitur de im
petrationibus de beneficijs per triennium antea poſſeſsis fa
ctis,& ideo propter iſtam contrarietatem poſſet teneri ter-
tia opin.videlicet regulam habere locum tam in impetra-
tionibus ante triennium factis, quàm in faciendis,ex quo
indiſtinctè regula loquitur, & verba illa de impoſitione
perpetui ſilentij,& de non moleſtando, hîc poſita,in vtra-
que

Ius refutare, & habere pro derelicto.



que impetratione militant.

QVAESTIO VIGESIMA.

QVAERO,an triennium iſtius regulæ debeat eſſe conti
nuum,an verò ſufficiat interpollatum?

Trienniũ continuum.

¶SOLVTIO. Gloſſator hic in ij.colum.tenet
quòd debet eſſe continuum:tamen ratio ipſius non conclu
dit,niſi illud,quòd triennium debeat eſſe completum, quia
ponderat dictionem per triennium hîc poſitam,quæ perfe-
ctionẽ ſignat.l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.ſig.nec Bal.
quem allegat aliquid probat, quia dicit ibi, quòd probatis
extremis probãtur media, & ſic quòd tempus eſt continuũ,
quod non facit ad propoſitum: aliud enim eſt quærere, an
triennium debeat eſſe cõtinuum: aliud verò,an debeat eſſe
completum, & totaliter finitum, adeò quòd non ſufficiat
tertium annum inchoaſſe, vel pro maiori parte poſſediſſe.
Nam ad iſtud ſecundum quæſitum tendit dictum Gloſſato-
ris,& bene dicit, & vltra ipſum eſt text.ferè in terminis in
clem.j.quam ibi notat ad hoc And.Sicul.de ſequeſtr.poſ.&
fruct.& bene facit text.in cap.ad noſtram.de reg. Nam ſi-
cut in temporalibus actionibus oportet vltimum diem eſſe
completum,vt in l.in omnibus.ff.de action.& oblig.ita &
in exceptionibus quæ ſe habẽt inſtar actionum,debet idem
requiri.l.j.& ij.ff.de exception.tenet Archi.in cap.ſi annũ.
& ibi dixi de iud.lib.vj. Et Doct.tradunt.in cap.cum in cun
ctis.de elect.& eſt gloſ.ferè in terminis in verbo, triennio.
dicta clemen.j.de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct.& ibi notat Ioan-
nes Andr.& alij.

¶Sed quo ad primam quæſt.de quo hîc quærimus,ad quem
impertinenter Gloſſator reſpõdit,videlicet nunquid trien-
nium iſtius regulæ debeat eſſe continuum,idem concluden
dum erit,videlicet triennium huius regulæ continuum, &
non interpollatum eſſe debere, pro qua opin.allegatur di-
ctum Bald.in cap.cum viginti.de offic. deleg. vbi voluit,
quòd vbicunq; lex requirit certum tempus, illud debet eſſe
continuum,videlicet de momento ad momentum, præſer-
tim in odioſis, vt hîc, licet in fauorabilibus poteſt eſſe ali-
ter,vt per gloſ.in l.iij.§.minorem.ff.de minor.& latè Imol.
in clem.fin.de ætat.& qualit.& iſtam opin.in terminis iſtius
regulæ ſequuntur Moder.in tract. beneficij.in iij.parte.q.
xxj.

xxj. Et iſta opin.iudicio meo,non habet difficultatem per
verba iſtius regulæ ibi,per trienniũ poſſederint &c.de quo-
rum proprio ſignificatu eſt importare tempus continuum,
& non interpollatum,vt tenet Ioan.Andr.in addit.ad Spe-
cul.titulo de locat.§.nunc aliqua.verſic.xxvij. Et Salyc.in
l.ij.C.de iur.emphy.col.j. vbi dicunt,quòd triennium,de
quo in d.l.ij.ex quo deſignatur per dictionem per, debet
eſſe continuum.alleg.text.in cap.cupientes.§.cx[illegible]um.de
elect.lib.vj.Et eos ſequitur Socin.in conſil.cxviij.incip.cir
ca præſentem.col.fin.lib.iiij. & idem Socin.in conſil.xlij.
col.j.lib.j.de quo dixi latè in regula de annali.& in §.rur-
ſus.num.32.inſtit.de action.poſt Abb.in cap.ad apoſtoli-
cam.in penult.col.de reg.& in cap.fin.de election.cum alijs
concordan.vt ſcripſi ſuperius quæſt.xvj.& quia hoc clarum
eſt, non inſiſto.

¶Et ex iſtis poſſunt decidi plures quęſtiones ad propoſitũ
occurrentes,an videlicet ſi tempore vnius Pontificis poſſe-
dit quis per biennium, & tempore alterius per annum, an
triennium poſſediſſe dicatur ad effectum iſtius regulæ, &
nunquid prædeceſſoris tempora cõiungantur cum tempo-
re ſucceſſoris,vt poſsit dici triennalis. Nam dicebatur olim
tempore Eugenij in vna Maclouien.eccleſiæ ſancti Iuniani.
quòd non,quia in beneficialibus, in quibus non datur ſuc-
ceſsio,non coniunguntur tempora, & ideo quilibet debet
poſsidere per ſe integrum triennium ſi vult vti beneficio
iſtius regulæ, de quibus latè dixi ſuperius in regula de an-
nali.Et per iſta fuit etiam die iiij.Februarij M.D.xxxviij.
deciſa in Rota vna quæſtio, coram R. domino Raynaldo
Petrutio in vna cauſa Romana parochialis ſancti Pauli,in
qua agebatur contra poſſeſſorem, ad priuationem benefi-
cij, ob non promotionem ille excipiebat de poſſeſsione
triennali. Fuit exploratum, quòd poſſeſsio triennalis non
fuit continua poſt non promotionem, ſed interpollata.
Nam poſſederat per annum,ante incurſam pœnã non pro-
motionis, & per duos alios annos poſt lapſum anni, infra
quem tenebatur promoueri. Tandem fuit concluſum illud
triennium interpollatum, non iuuare poſſeſſorem, vide
circa hoc, quæ dixi in regula de annali, in duabus quæſtio-
nibus.& infrà quæſt.xlvj.

Prædeceſſoris tempora.

*

QVAE



QVAESTIO VIGESMAPRIMA.

QVAERO,an prorogatio regulæ de triennali,facta per
vnum ex litigantibus contra poſſeſſorem triẽnalem,
proſit venientibus pro intereſſe ſuo infra tẽpus
prorogatum,tamen poſt triennalem poſſeſsionem?

Regulæ de triennali prorogatio.

¶SOLVTIO.In vna Toletana Abbatiæ,coram Reuerend. *
Domin.Io.Paulo de menſe Iunio M.D.XXXVII.fuit hoc du-
bium propoſitum in Rota. In quo dominorum vota fuerũt
varia.Nam quidam dicebant,prorogationem regulæ factã
per vnum prodeſſe veniẽtibus,pro intereſſe, moti ex doctri
na Baldi in c.de cauſis. de offic.deleg.quẽ ibi ſequitur Fely.
in quarta col.& ex his quæ Doct.poſt Innoc.dicunt in cap.
cum ſuper.de re iudic.& Moder.poſt Bartol.in l.ſi per luſo-
rio.§.j.& in l.à ſententia.ff.de appell.vbi cõcludunt, ferè in
ſimili caſu,tertium venientem pro ſuo intereſſe,vti poſſe ap
pellatione per alium interpoſita,nec illum poſſe illi appella
tioni renuntiare, ſi tertius incœpit illa vti, per ea quæ dicit
Innoc.& Abb.in c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpol.Fely.in c.
ſi diligenti.viij.col.de foro compe.Nam quando actus, qui
debet fieri infra certum tẽpus,valet in perſona eius, qui agit
nomine proprio, tunc alius poteſt ratificare extra tempus,
nec habet locum lex bonorum.ff.rem rat.hab.ita dicit Bar.
in l.j.per illum textum.C.qui admit.Nam clarum eſt, quòd
quando cauſa eſt ſemel cœpta,omnes quorũ intereſt, ea du-
rante,poſſunt venire ad cauſam,& admittuntur in eo ſtatu,
in quo eam inueniunt,vt latè proſequitur Oldr.in conſilio
cclv.incip.contra promiſsionem. cum concord.de quibus
ibi per eum.Sic in propoſito videtur hîc dicendum, quia ex
quo epiſcopus Solis prorogans iſtam regulam,mouit litem
contra poſſeſſorem triennalem, poſt triennium,licet infra
tempus prorogatum,pendente illa lite,poterit tertius veni
re ad eam,tanquam quòd poſſeſſor iam nõ ſit pacificus, nec
repellitur exceptione iſtius regulæ, quia res effecta ſemel,
quo ad vnum,alienabilis per litem motã, cenſetur eſſe alie-
nabilis quo ad alios.l.ſicut.§.ſed ſi permiſerit.& ibi Bart.ff.
quib.mod.pig.vel hypo.ſol.

Prorogatio regulæ facta per vnũ, prodeſt venientibus.

Cauſa quãdo eſt ſemel cœpta, &c.

Alienabilis res per litẽ motam.

¶Iſtis tamen non obſtantibus,maior pars dominorum in-
clinauit in contrariam ſententiam,videlicet illum tertium,
pro ſuo intereſſe venientem,excludi exceptione regulę,nec

illi prodeſſe prorogationem ab epiſcopo prædicto factam. Et inter plures rationes,quæ tunc adducebãtur,iſta fuit efficacior:quia Petrus Coque,qui erat ille tertius, pro ſuo intereſſe veniens, licet comparuerit infra tempus prorogatũ per epiſcopum,& poſt litem motam ab eodem epiſcopo:tamen cõparuit eo tempore,quo iam Petrus de la Pegna erat triennalis poſſeſſor pacificus,quo ad ipſum Petrum Coque, licet illa triennalis poſſeſsio non præiudicabat epiſcopo, propter ſuam prorogationem regulæ factam ad annum. Et ideo licet epiſcopus poſſet agere contra poſſeſſorem triennalem infra tempus prorogatum, non tamen hoc priuilegium perſonale,conceſſum ratione perſonæ poterat communicari Petro Coque, poſt triẽnium venienti ad cauſam, iuxta ea quæ habentur in capitulo, priuilegium.de reg.iur. lib.vj.& in l.in omnibus.ff.eodem titulo.& dixi latè in ſimili quæſt.ſuprà quæſt.xiiij.Sicut etiam videmus,quòd proteſtatio facta per vnum , non prodeſt alteri tertio, in alterius præiudicium,vt not.d.Anton.in capitulo,præterea.de appellat.præſertim,quando ille tertius eſt in negligentia. Sed ſi in caſu noſtro,prorogatio quæ habet vim cuiuſdam proteſtationis,tertio prodeſſet,inferretur preiudicium magnũ poſſeſſori triennali, qui priuaretur cõmodo ſuæ poſſeſsionis,& exceptione iſtius regulæ . igitur hoc fieri non debet: quia regula iſta eſt inducta in odiũ negligentiũ, non proſequentium ius ſuum,& in fauorem poſſeſſorum. Odia igitur debent reſtringi , & fauores ampliari,vulg.cap.odia. Aliàs ſequeretur abſurdum , quòd negligens conſequeretur præmium,vnde meritò pœnã ſperare & incurrere deberet, contra l.quòd ſeruus.ff.quod vi aut clàm.& in cap.eum qui.de præbend.libro ſexto.Non enim debent iniuriæ naſci, vnde iura naſcuntur.capitulo,qualiter.de accuſ.Nam negligentes,ex ſua negligentia, pœnam, non præmium merentur.l. pupillus.ff.de his quæ in fraud.cred.Hinc eſt,quòd licet terminus prorogatus cenſeatur idem terminus cum primo, vulg.l.ſed ſi manente.de precar.illud non habet locũ in materia odioſa, vt dicit Bald.in l.ſi à te.C.de pact.inter empt. & vend.ſequitur Felynus in capitulo,de cauſis.in ij.colum. de offic.deleg.

Proteſtatio facta per vnum, an proſit alteri.

Termin⁹ prorogatus cenſetur idem cum primo.

¶Nec obſtant dicta Innoc.in dicto cap.cum ſuper.& Bart. in d.l.ſi perluſorio.cum alijs ſuperius allegatis:quia omnia procedunt quando tertius vult vti appellatione infra tempus,infra quod ipſe potuiſſet appellare . ſecus enim ſi vellet adhærere appellationi poſt lapſum tempus ad appellandũ: quia tunc non licet,vt in caſu noſtro,in quo tertius pro intereſſe venit ad cauſam poſt completam & finitam triennalem poſſeſsionem pacificã:& licet veniat infra tempus prorogatum per epiſcopum,illa prorogatio ſibi negligenti nõ prodeſt in præiudicium triennalis poſſeſſoris : proderit tamẽ epiſcopo eam facienti, & ita pro iſta declaratione & reſolutione ad dicta Innoc.& Bart.eſt gloſ.notabilis in capitulo,vt circa.in verſic.adhærentes.de elect.libr.vj.quam ſequuntur communiter Doct.poſt Bald.in authen.hodie.in fin.C.de appel.declarando tamen,vt per Fely.in c.veniens. el.ij.in iij.colum.verſic.ſecunda concluſio.de teſt.& in d.c. cum ſuper.in iij.colum.& per Aret.in cap.olim.in quarto notabili.de accuſ.cum alijs concord.de quibus per Socin.in conſilio xlv.colum.iij.cum ſequen.Et ita doctr.Bart.in d. l.ſi perluſorio.declarant Abb.Imo.& Philipp.Franc.in cap. penult.de appel.Salyc.in l.vnica.C.ſi vnus ex plur.poſt Bar. in l.ſi qui.§.fi.ff.de appel.Angel.in l.ſi ſeparatim.§.quotiés. col.iiij.ff.de appel.Hoc tamen fallit,& limitatur non procedere in caſu deciſionis Rotæ lxv.in nouis.



Reſolutio ad dictũ Inno.& Bart.

¶Vlterius pro iſta opin.facit , quia eo ipſo , quòd iſte Petrus Coque tertius tam tardè poſt finitum triennium venit ad cauſam,præſumptio eſt cõtra ipſum, ꝙ ſciuerit litem ab alijs agitari ſuper beneficio , & negligenter omiſit venire: quia hoc operatur triennalis poſſeſsio pacifica,quòd tranſfert præſumptionem negligentiæ in alium . ſi igitur tanto tempore tacuit, & nõ eſt proſecutus ius ſuum, videtur illud habere pro derelicto, & nocet ſibi quo ad poſſeſsionem , vt dicit Egid. deciſ.dccxij.no.Felyn.in cap.penult.in vltimis verbis.de re iudic.Et tenendo iſtam opin.non obſtat dictũ Bald.in d.cap.de cauſis.de offic.deleg.& Fely.ibi in iiij.col. dum dicunt ſufficere cõſenſum aliorum litigantium,quando fit prorogatio de tempore ad tempus,licet tertius de cuius intereſſe agitur,non conſentiat : quia reſpondetur illud dictum nihil ad propoſitum facere , quia ibi quo ad prorogantes valet prorogatio ,nec conſenſus tertij prætendentis

Conſenſus litigantium.

intereſſe quo ad illos requiritur, neceſſariò tamen fuiſſet ſi
prorogatio illa deberet ſibi nocere, vel prodeſſe, prout in
correis, de quibus inferius dicetur. Sed in caſu noſtro alia
ratio concurrit, videlicet triennium excluſiuum actionis
iſtius tertij, poſt quod quidem triennium nemo auditur, niſi
ille qui infra triennium prorogauit, & in illa prorogatio-
ne triennij bene quadrat dictum Bald. quòd conſenſus ter-
tij nõ requiritur, cum ſit actus diuiduus, quem quilibet pro
ſe facere poteſt in tempore, & qui illum non facit, ſibi nocet
propter ſui negligentiam.

¶Poſtremo pro iſta deciſione adduco vnum ſatis ſolidum
& firmum fundamentum. Nam clarum eſt in iure, quòd in-
terruptio ciuilis, quæ fit ad interrumpendum tempora præ- *Interruptio ciuilis.*
ſcriptionis, ne currant facta per vnũ ſolum, prodeſt illi in-
terrumpenti, & non alteri, quaſi reſtringatur actus ad certã
perſonam actum exercentem, vt eſt text. in l. intra quatuor.
ff. de diuerſis & tempo. præſcrip. notant omnes Doct. poſt
gloſ. ibi in l. cum notiſsimi. C. de præſcript. xxx. an. & tradũt
etiam Doct. in l. more. C. de rei vendic. & in cap. placuit. §.
poteſt. xvj. quæſt. iij. Bar. & alij in l. naturaliter. ff. de vſucap.
& Bal. in l. ij. C. de ſeruit. & d. Ant. Abb. & Moder. in c. illud.
de præſcrip. cum pluribus concord. vt ſcribunt Moder. in
tracta. præſcrip. in quarta parte vj. partis principalis. q. iij.
Sed in caſu noſtro prorogans tempus triennij ne currat, di-
citur interrumpere præſcriptionem regulæ. ergo tantum
ſibi debet prorogatio prodeſſe, & non alteri, cum ſit actus
perſonalis.

¶Confirmatur vlterius iſta opin. quia præſcriptio huiuſ-
modi triennalis, licet aliquo reſpectu dicatur fauorabilis
poſſeſſori, eſt tamen principaliter inducta in odium negli-
gentium. Ideo interruptio facta per vnum, vel prorogatio
non prodeſt alijs negligentibus, niſi fiat ab vno ex correis
credendi, tunc enim prodeſt alteri, vt in l. fi. vbi gloſ. Bald. &
Angel. C. de duob. reis. cum ſimilibus. de quibus per dictos
Moder. in d. tract. præſcrip. q. iiij. fol. lxxiij. Nec poteſt hoc
caſu iſte negligẽs excipere de lite per epiſcopum prorogan-
tem infra tempus prorogatum mota, quaſi quòd iam fuerit
beneficium effectum litigioſum, & non pacificum: quia re-
ſpondetur, quòd hæc exceptio non fundat intentionem op-
ponen



ponentis, iuxta l. fin. C. de rei vendic. nec illa interruptio,
quæ eſt ciuilis iuuat alium, quàm interrumpentem cum ſit
perſonalis, vt eſt communis opin. quam tenent Doct. præ-
dicti, quam dicit etiam communem Abb. in d. cap. illud. col.
fi. verſic. quæro an interruptio. Et ideo poſſeſſor triennalis,
quo ad iſtum, liberas ædes habet. l. loci corpus. §. competit.
ff. quemadmodũ. ſer. amit. nec litigiũ iſto caſu afficit benefi-
cium. l. j. & ibi gl. & Bart. ff. de litig. vbi patet, quòd vitium li-
tigioſi eſt perſonale, non reale. Et ſic iuuauit ipſum epiſco-
pum litem inducentem tempore apto non alium, vt not. in
l. vitia. C. de acquir. poſſ. & in l. j. vbi Bart. de præſcrip. long.
temp. Ang. in auth. de litig. §. j. colla. viij. per Bald. in l. fi. C.
eo. tit. Et licet Abb. in d. c. illud. dicat, quòd de iure canoni-
co per conteſtationem litis efficiatur quis malæ fidei poſſeſ
ſor, & quòd durat hoc vitiũ perempta inſtantia, & ſic inter-
rũpitur præſcriptio quo ad omnes, quod in caſu noſtro vi-
debatur dicendum. Illud tamen dictum Abb. reſoluitur mul
tipliciter. Primo, quia in præſcriptione iſtius regulæ nõ re-
quiritur bona fides, ſecundum Rotam, vt inferius dicam in
alia q. Et licet requiratur, tamẽ per litis conteſtationẽ non
inducitur vera mala fides, ſed præſumpta tantum, vel ficta. vt
not. in l. nemo. C. de acquir. poſſ. Nam poſsidens rem, & cre
dens eam firmiter eſſe ſuam, nõ mouetur firmiter ad creden
dum contrarium ex hoc, quòd alius facit ſibi quæſtionem:
aliàs de facili daretur materia impediẽdi perpetuò curſum
præſcriptionis litem conteſtando, vt ſuperius dixi. Et ideo
opin. primam tenuit Pet. de Ancha. in c. j. de præſcrip. in vj.
dicens, quòd non ſolum de iure ciuili, ſed etiam canonico,
ille qui habet malam fidem quo ad vnũ, & bonã fidem quo *Fidem malam qui habet quo ad vnum.*
ad alium, poteſt præſcribere contra illum, contra quem ha-
bet bonam fidem. allegat l. qui balneum. ff. qui pot. in pig.
hab. facit l. aut qui aliter. §. ſi quis. & ibi Bart. ff. quod vi, aut
clàm. & tenẽdo, quòd hîc non requiratur bona fides, res de
plano procedit. Et iſta ſufficiant pro reſolutione iſtius q.

### QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

QVAERO vlterius, iuxta prædicta, vtrũ interruptio paci- *Interruptio pacificè triennalis poſſeſſionis.*
ficè triennalis poſſeſsionis, facta ad citationem vnius,
proſit alijs?

¶SOLVTIO. Pro veritate iſtius q. quam nullus hactenus

aperuit, nec declarauit: in primis præmittere oportet,
quòd poſſeſsio iſta triennalis, inducta per iſtam regulam,
æquipollet præſcriptioni: quia ſicut per præſcriptioné non
acquirit præſcribenti dominium, ſed ius excipiendi, vt tradunt gl. & cõmuniter Doct. in l. in traditionib. C. de pact.

Præſcribens per præſcriptionem non acquirit dominium.

Ita & per diſpoſitionem iſtius regulæ, non acquiritur poſſeſſori titulus, ſed duntaxat exceptio, vt not. Fely. in c. ſicut. de
re iud. col. xvj. & in cap. licet. de ſimo. Item ſicut præſcriptio
inducta eſt regulariter in fauorem poſſeſſorum, & odiũ negligentium: ita & regula iſta eundem effectum producit,
Quibus præſuppoſitis, pro reſolutione q. videtur primo dicendum, interruptionem triẽnalis poſſeſsionis factam per
vnum, nõ prodeſſe omnibus alijs, per ea quæ Bart. & omnes
tradunt in l. naturaliter. ff. de vſucap. & Abb. in cap. illud. de
præſcript. cum alijs concord. de quibus in proxima q. dixi.
Et hoc videtur tenere Bart. in l. fiſcus. ff. de iur. fiſc. vbi voluit, quòd effectus litis conteſtatæ tanquã actus ciuilis, non
porrigitur de lite ad litem. Et ita in terminis iſtius regulæ
concludit Gloſſator cõcilij Baſil. poſiti in pragmatica Franciæ, tit. de pacif. poſſeſ. in gloſ. ſuper verbo, terminorũ. verſ.
quæritur, an motio litis. ¶ Sed iſtis non obſtantibus, contrariũ tenuit ſemper Rota. Nam ſi vnus tertius citat poſſeſſorem intra triennium, adeò beneficiũ efficitur litigioſum,
quòd, licet poſtea efficiatur triennalis, non poteſt talis poſſeſsio iuuari exceptione iſtius regulæ aduerſus quoſcũque.
Quia ex quo ſemel per vnum interrupta fuit poſſeſsio pacifica, illa interruptio, & lis incœpta ſemper durat, quo ad omnes: donec vitium illud litigioſi per ſententiam purgatum
fuerit, iuxta deciſ. x. in titulo, vt lite pendente. in no. Itaque
inualuit iam iſto opinio in Rota, quòd beneficium ſemel litigioſum cum vno, efficitur litigioſum, ſeu verius, non pacificum, quo ad omnes alios.

Beneficium litigioſum.

Punctus eſt modo videre, in quo
fundatur iſta opinio Rotæ: quia videmus in cõtrarium eſſe
communem regulam ſuperius traditam, videlicet, quòd interruptio facta per vnum, non tranſit ad alios. l. intra quatuor. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. Bart. in l. fiſcus. ff. de iure
fiſc. cum alijs allegatis ſuperius. & hoc videtur ſentire deciſ.
iij. vt lite pend. in no. ¶ Et ideo pro declaratione & corroboratione iſtius opin. & ſtyli Rotæ, eſt ante omnia præmit-
tendum,



tendum, quòd duplex eſt ſpecies interruptionis: vna eſt naturalis, & alia ciuilis, vt declarat notabiliter Abb. in cap. illud. in ij. col. de præſcrip. poſt. Bart. & alios in l. naturaliter.
ff. de vſucap.

Interruptionis ſpecies duplex.

naturalis interruptio eſt illa, quæ cauſatur ex
defectu, ſeu nullitate alicuius, ex ſubſtantialibus requiſitis
ad præſcriptionem. Exempli gratia: ad præſcriptionem iuris communis, regulariter requiritur titulus, & bona fides,
vt habetur in cap. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. & in cap. fi. de
præſcrip. cum vulg. Si per aliquem detegeretur, præſcribentem non habere bonam fidem, vel non habere titulum, talis præſcriptio diceretur interrupta interruptione naturali, adeò quòd talis effectus interruptionis, introductus per
vnum, durat poſtea quo ad omnes alios, donec ſuperueniat
bona fides, & incipiat poſſeſſor de nouo prẹſcribere. ita no.
Bart. & omnes in d. l. naturaliter. & Abb. in d. c. illud. in ij.
col. Alia eſt interruptio ciuilis, quæ cauſatur, nõ ex defectu
aliquorum ſubſtantialium præſcriptionis, ſed extrinſecus,
puta per citationem, vel litis cõteſtationem. Et talis interruptio, cauſata per vnum, non operatur, niſi quo ad interrumpentem tantum, & non quo ad alios, vt dicũt iura & Doct.
ſuperius allegati. Iſtis præſuppoſitis, venio ad reſolutionem
quæſt. & dico ſic, quòd ſicut in præſcriptione iuris communiter, pro ſubſtantia & neceſſarijs requiſitis præſcriptionis,
requiritur regulariter titulus & bona fides: Ita in iſta regul.
pro ſubſtantiali forma iſtius poſſeſsionis triennalis introducta eſt, & requiritur pacifica poſſeſsio, quæ magis attenditur in iſta regula, quàm bona fides, vt dicam inferius q. xlij.

Poſſeſsio pacifica.

Imò loco bonæ fidei requiſitæ in alijs præſcriptionibus de
iure communi, regula iſta expreſſe exegit pacificam poſſeſſionem, vt patet in text. Et in hoc differt præſcriptio iſtius
regulæ, à præſcriptione iuris communis: quia illa non ita
requirit, pro forma ſubſtãtiali, pacificam poſſeſsionem, quo
ad interruptioné perpetuam, ſicut regula iſta. Hoc apparet
euidenter ex ijs, quæ not. Abb. & Moder. in d. cap. illud. vbi
volunt, quòd de iure communi, per ſolam litis conteſtationem, non impeditur curſus præſcriptionis, ex eo, quia per
illam, licet quis moleſtetur in poſſeſsione, non tamen inducitur vera mala fides, ſed præſumpta, ſeu ficta, iuxta l. nemo.
C. de acquir. poſſ. quæ nõ ſufficit ad interrumpendũ præſcri

Præſcriptionis curſus.

ptioné.Nam poſsidés rem,& credés firmiter eam eſſe ſuam non mouetur firmiter ad credendum contrariũ,ex eo quòd alius ſibi intulit quæſtionem,aliàs de facili daretur materia interrumpendi perpetuò curſum præſcriptionis: ſufficeret enim,quòd quis litem cõteſtaretur,abſq; eo,quòd fidem faceret de aliquo iure ſuo,quod eſſet abſurdũ,ita dicit Abb.in d.c.illud.& ibi ſequitur Fely.& ante ipſum Paul.de Caſt.in l.j.C.de fruct.& lit.expen.& ante omnes Bart.in l.illud.ff. de pet.hæred.& reaſſumũt Moder.in tract.præſcrip.in quarta parte vj.partis principalis.q.j. Ex quibus apparet, quòd in præſcriptione de iure cõmuni,non cõſideratur ad interrumpendam præſcriptionem,quòd ſolum quis moleſtetur per citat.vel litis conteſtationem: ſed requiritur,quòd neceſſariò concludatur mala fides,per ſententiã,vel aliter,per probationes: quia tali caſu impeditur bona fides,quæ eſt vnum ex ſubſtantialibus requiſitis ad præſcriptioné,ſed in regula iſta eſt cõtrarium: quia in ea requiritur pacifica poſſeſsio,pro forma & requiſito ſubſtantiali, adeò,quòd ſi illa interrũperetur,etiam ſola citatione executa,regula iſta nihil proficeret. Nam regula iſta,vt dixi,non requirit bonam fidem,ſecundum interruprionem Rotæ,vt infrà dicam in dicta quæſtione:ſed requirit pacificã poſſeſsionem pro forma

Poſſeſſor pacificus.

ſubſtãtiali. Quo ſtante,vbi aliquis citat pacificum poſſeſſorem, clarum eſt,quòd ex quo per illam citationem definit eſſe pacificus,vt notat Paul.Card.& Imol.in clemẽt.gratiæ de reſcrip. Et perconſequẽs,per illam citationem extinguitur vnum ex ſubſtãtialibus requiſitis in iſta regula,videlicet pacifica poſſeſsio,talis interruptio erit naturalis,ſecundum præſuppoſita ſuperius. Quo caſu interruptio naturaliter facta per vnũ,durat quo ad omnes,quamdiu durat effectus ex illa interruptione cauſatus,ſecundũ cõmunes doctrinas ſuperius allegatas. Itaq; talis poſſeſsor nõ poterit,durãte tali lite,ſiue interruptione,vti exeptione iſtius regulæ cõtra aliqué. Et intelligẽdo iſto modo regulã,ſtylus Rotæ de plano procedit,& dicta deciſ.x.vt lite pend.rectè poterit defendi ab his quæ dixit Nicol.Milis auditor,in verbo,lite pend.& Gloſſator in regula xxvij.de ſubrogãdis. Ex quibus etiã aliquidò apparet,ea quæ ſuperius adducta fuerũt,pro cõtraria parte, non obſtare,cum loquantur in interruptione ciuili.

¶Et



¶Et ex iſtis poteſt inferri,ad quæſtionem,quam in prædicta audientia propoſuit R.D. Ioan. Paulus in Rota,in vna Toletana Abbatiæ S. Vincentij:de qua etiã ſuperius quæſt. præcedenti memini,in alio tamen propoſito. Quæſtio igitur talis fuit, Epiſcopus Balneoregien. habebat prorogationem iſtius regulæ,ad annum: quidam etiam Franciſcus Sapata habebat etiam aliam prorogationem ad alium annum. Accidit,quòd dictus Epiſcopus poſt triennalem poſſeſsionem completam,infra tempus tamẽ ſuæ prorogationis regulæ,datum ſibi,& dicto Franciſco Sapata,citauit Petrum de la Penya, poſſeſſorem triennalem. Deinde labuntur tempora prorogationis, & Franciſcus Sapata agit contra dictũ Petrũ poſſeſſoré. Ille excipit de iſta regula. Replicat Franciſcus,regulæ non eſſe locũ,ex eo,quia nõ eſt pacificus poſſeſſor,propter citationem factam per Epiſcopũ Balneoregien. Petrus poſſeſſor triplicat,& dicit, citationem Epiſcopi non iuuare,duplici ratione: quia tẽpore citationis iam ipſe Petrus fuerat triennalis poſſeſſor pacificus. Et licet per prorogationem epiſcopi,tẽpus illud triennij prorogatum fuerit,& infra tempus prorogationis fuerit citatus,illa citatio,ſeu interuptio poſſeſsionis facta per epiſcopum,debet tãtum epiſcopo prodeſſe,non autem Franciſco negligenti,& tardè venieti. Nam licet facta fuit citatio per epiſcopum,infra tempus prorogationis regulæ,conceſſum d.Franciſco:ex quo tamen Franciſcus nihil egit infra tẽpus ſuum prorogatum, neq; ratam,aut gratam habuit lité motam per epiſcopũ,qui infra tempus adhærere poterat: meritò nunc debet,tanquã negligens,exceptione regulæ repelli,poſtquã nihil agendo permiſit labi tẽpus prorogationis.

¶Quæritur modo,nunquid iſta regula obſtet dicto Frãciſco,adeò quòd iuuari non poſsit ex citatione,ſiue interruptione facta per d. Epiſcopum? Quòd habeat locum regula in fauore dicti Petri poſſeſſoris,contra Franciſcũ Sapata, faciunt duo motiua efficacia. Primum eſt, ex doctrina Bar. in.l.ſi perluſorio.ff.de apell.poſt gloſ. in c.vt circa. in verſ. adhærentes.de elect.lib. vj.dum voluit tertium venientem pro intereſse,poſſe vti appellatiõe ab alio interpoſitæ,ſi ea vtatur infra tempus infra quod poſſet appellare,ſi ſentẽtia fuiſſet lata contra eum.ſequitur Floria.in l.j.ff.de appell.&

Tertius veniens pro intereſſe.

aliј,vt dixi in proxima præced. quæſtione.Sed dictus Fran-
ciſcus Sapata,infra tempus ſuæ prorogationis non eſt vſus,
nec ratam habuit litem motam per epiſcopum. Igitur dili-
gentia illius ſibi non debet prodeſſe.

Interruptio. quo caſu ſolũ prodeſt interrumpenti.

¶Secundo,quia quando interruptio facta fuit vigore pri-
uilegij prorogationis,& ſic iure ſpeciali,tali caſu illa inter-
ruptio ſolũ prodeſt interrumpenti,& non alteri, etiam ha-
benti cauſam annexam cum appellante,etiam in caſu,vbi a-
liàs de iure communi ſolet prodeſſe,vt eſt doctrina Bart.in
l. ſi cui expreſſum.in iij.colum.ff.de appellat.& facit ad hoc
not. dictum Bald.in l.petendæ.col.fi.C.de tempo.in integ.
reſtit.ſequitur Fely.in c.ſi diligenti.in.viij.col.verſic.ſecun-
dum corollariũ.de for.comp.eſt gl.notabilis in cap.penult.
ff.de appellat.quam ibi Abb.& Imol.& omnes Moderni ſe-
quuntur:quæ voluit,quòd in terminis illius text.ideo appel-
latio vnius,ex duobus correis,vna ſententia condemnatis,
prodeſt alteri:quia appellatio fuit facta iure communi.Se-
cus ſi ſpeciali,quia tali caſu diligentia vnius non prodeſt al-
teri.facit pro hac parte l. Lucius.ff.de ſeruit.ruſt.prædio.&
quod not.Ioan. Fab.in §.quodcunque.inſtit.de iure natu-
rali. Et iſta interpretatio mitior admittenda eſt in fauorem
poſſeſſoris,cuius beneficio regula iſta introducta fuit,& e-
tiam,vt litium ſit finis,ad quarum extinctionem regula iſta
emanauit,vt patet in fine. Et talis interpretatio,per quam li-
tes tollantur,conuenit reipub.vt in l.ſi quis ingenuum.§.ſi
ff.de capt.notat Bart.in l.ambitioſa.in iiij.& v.col.ff.de de-
cre.ab ord.fac.& Fely.in rubr.de treu.& pace.in iij.col.cum
concord. vt dixi in regula de annali.q.ij. Vnde quatenus
prorogatio regulæ tenderet in eius fauorem, extendenda
eſſet:ſed quatenus tendit in odium debet reſtringi. Vnde
meritò voluit Baldus in l.ſi à te.C.de pact.inter emp.& ven.

Prorogatio termini.

quòd prorogatio termini in odioſis,non reputatur eadem
cum termino: ſecus in fauorabilibus,in quibus procedit.l.ſi
manente.ff.de precar.

¶Suadetur iſta opinio ex alio motiuo,quia clarũ eſt,quòd
ex quo Petrus de la Penya compleuit triennium pacificè,
epiſcopus per ſuam prorogationẽ potius videtur obtinuiſ-
ſe licentiam agendi,quam licentiam excludebat regula,os
vnicuique claudens,quam quòd Papa viſus fuerit,triẽnium
rega



regulæ ad quadriennium prorogare. Patet,quia proroga-
tiones epiſcopi, & dicti Franciſci, licet fuerint infra trien-
nium cõceſſæ,non tamen Papa voluit tempus prorogatum
currere,niſi à fine triennij : quo caſu, non dicitur propriè
prorogatio,ſed quædam noua conceſsio,ſeu dilatio,vt di-
cit Bal.Fely.& aliј Moder.in cap.de cauſis.de offi.deleg. Et
per iſtam talem cõceſsionẽ,nihil aliud inducitur,niſi quòd
aperitur os epiſcopo,quod per regulam clauſum erat. Vnde
ſi egit,ſibi debet prodeſſe, cum ſit priuilegium perſonale,
non autem d.Franciſco,qui non vtendo per annũ,facultate
ſibi conceſſa,viſus fuit renuntiare ſuo reſcripto,iuxta cap.
plerunq;.de reſcrip. Nec citatio epiſcopi poteſt illi prodeſ
ſe:quia illa non interrupit triennalem poſſeſsionem, quæ
iam pacificè præceſsit, ſed dat nouam facultatem agendi.
Cõfirmatur ex ijs quæ dicit Alex.in auth.iubemus.in prin.

Dilatio data vni poteſt alteri prodeſſe.

C.de iudi.vbi ex illo text.notat,quòd licet dilatio data vni
poſſet alteri prodeſſe, illud eſt verum,niſi alter noluerit vti
dilatione, renuntiando probationibus & allegationibus
ſuis,quod factum videtur hic per d.Franciſcum Sapata, qui
infra tempus prorogatum nihil agendo, tacitè viſus fuit
renuntiare defenſionibus ſuis.

¶Tenẽdo tamẽ contrariã partẽ,videlicet,quòd reg. iſta nõ
obſtet d. Franciſ.ad prædicta motiua reſpõderi poteſt. Pri-
mo,quia licet verũ ſit,quòd interruptio,ſiue appellatio fa-
cta per vnũ ex correis,iure ſpeciali non prodeſt aliјs,in ca-
ſibus,in quibus de iure communi aliàs prodeſſet. Hoc tamẽ
non habet locũ,quando illis,quibus prodeſſe poſſet,etiam
iuuari poſſunt iure ſpeciali. Ita notabiliter limitat,& decla
rat Bal.in l.vnica.in ij.col. C.ſi vnus ex plurib. appel. Et li-
cet contrariũ teneat ibi Saly.nihil allegãs,tamẽ opi.Bal.ſe-
quitur Benedict.de Peruſio in d.c.pen.de appell.& ibi hoc
tenet idẽ Bal.pro qua opi.facit optimè tex.allegat. per Bal.
in l.præſes.ff.de mino. Et iſta eſt cõmunis opi.vt probat An
gel.Aret.in l.ſi qui expreſsim.§.quotiẽs.in iiij.col.ff.de ap-
pel.Cum igitur in caſu pręſentis q.dictus Franciſc.Sapata,
habeat etiam ſpecialem prorogationem iſtius regulæ,ſicut
d.epiſcopus : ideo interruptio facta per epiſcopum vigore
ſuæ prorogationis ſpecialis, proderit d.Franciſco,habenti
etiam prorogationem. Et pro iſta opinione faciunt ea quæ
tra

tradit Petr.de Anchar.in clem.ſi appellationem.in fin.de appel.vbi dicit in ſimili, quòd ſi appellans non eſt proſecutus appellationem ſuam infra biennium, ita quòd propter eius negligentiam deſerta fuit appellatio per lapſum fatalium, ſi appellatus, qui poſt dictum tempus fuit legitimè impeditus, poteſt agere, procedat ad vlteriora corã iudice appellationis: tali caſu appellans, qui iam fuit excluſus per lapſum fatalium, poterit admitti ad contradicendum, excipiendum, & proſequendum ius ſuum, ex perſona appellati: allegat text.in l.petendæ.C.de temp.in integ.reſtit. Vbi excluſus à termino admittitur beneficio aduerſarij: quod facere ex ſua perſona nõ poſſet, ad idem alleg. dictum Innoc. in cap.j.de confir.vtili vel innutil.inducẽdo, vt ibi per eum. Et iſta de plano procedunt, quando dictus Franciſcus ſciuit interruptionem factam per epiſcopũ infra tempus ſuæ prorogationis: quia tali caſu ſibi prodeſt, etiam ſi nihil ageret infra tempus ſuum prorogatum: quia viſus eſt cõſiderare diligẽtia, & remedio iuris procurato per epiſcopum. Secus verò, ſi ſciret diligentiã epiſcopi, poſt tempus elapſum ſuæ prorogationis: quia tali caſu non prodeſſet ſibi talis interruptio, per ea quę dicit Bar.in l.ſi cui expreſſum.in iij.col.ff. de appel. ſequũtur cõmuniter Doct.in d.c.penul.de appel. & ibi latius per Angel.de Caſtr. & in dubio ignorãtia præſumitur, niſi probetur ſcientia, vulg.l.verius.ff.de probat. qualiter autẽ probetur ignorãtia, in alia quęſtione dicetur.

Excluſus à termino admittitur beneficio aduerſarij.

¶ Et pro iſta parte facit, quia negari non poteſt, quòd prorogationes conceſſæ dicto epiſcopo, & Franciſco, id faciebant, quòd perinde illis ſuffragabantur, ac ſi infra triennium adhuc fuiſſent. Vnde triennium regulæ, virtute prorogationis, quo ad iſtos, effectũ eſt quadriennium. Et ideo qua ratione citatio facta intra triennium inducit interruptionem poſſeſsionis, quo ad omnes: pari modo, citatio facta in tempore prorogato, inducit interruptionem, quo ad omnes habentes prorogationem, cum in effectu illud quadriennium reputetur triennium, ex quo talis prorogatio fuit facta, durante triennio.

¶ Nec obſtat, quòd in odioſis terminis prorogatus non eſt idem cum primo, iuxta dictum Bald.in d.l.ſi à te. Quia hoc eſt verum, quãdo prorogatio fit à partibus: ſecus ſi à principe, qui poſſet in totum regulæ derogare: quo caſu terminus prorogatus non dicitur nouus, per ea quæ dicit Aret. in l.ſi filius à patre.§.j.in iij.notabili.ff.de liberis & poſth. qui dicit quòd actus alteratus per ſuperiorem, ſine facto hominis, etiam in odioſis non facit nouum hominem. Et hoc manifeſta ratione probatur, quia conſtat per citationem factam in tempore prorogato, quem deſinere eſſe pacificum poſſeſſorem. Sed interruptio pacificæ poſſeſsionis eſt naturalis, & illa prodeſt omnibus: Ergo proderit dicto Franciſco. Et ita per iſta motiua, pro & contra, die xvj. Martij M.D.xxxviij. in dicta cauſa Toletana, coram eodem, Domini mei coauditores ſe diuiſerunt, & vota fuerunt paria, quia quatuor tenuerunt primam opinionem, & alij quatuor ſecundam. Cum prima tamen opinione inclinabat R. D. Io. Paulus, qui proponebat cauſam: itaq; fuerunt quinque pro illa opinione. Sed quia ex ſtylo non ſolent cõmuniter numerari vota proponentium, neque etiam ipſi ſolent conſilium, niſi raro, proferre: ideo cauſa manſit in iſto puncto dubia, ſuper qua interim erit cogitandum, donec Rota aliter determinet.



QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

QVAERO, ſi habens prorogationem iſtius regulæ ad annum, cui non competit efficax ius contra triennalem poſſeſſorem, cedat ius ſuum in alium habentem melius ius, qui tamen excluſus erat per regulam: vtrum poſsit iſte reſignatarius, etiam ſubrogatus ad ſtatũ, in quo erat cedens, vti beneficio prorogationis cedentis, vt poſsit agere contra triennalem poſſeſſorem, à quo primus fuerat excluſus?

Prorogatio ad annum.

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio ventilatur modo, de menſe Ianuario M.D.xxxix. in Rota, in eadem cauſa Toletana Abbatiæ, de qua in proxima ſuperiori quæſt. memini, corã eodem R. D. Ioan. Paulo. Nam præſupponitur in facto, quòd dicta Abbatia fuerit per triennium pacificè poſſeſſa per Petrum de la Penya. Ad quam Abbatiam competebat ius duobus, videlicet, domino epiſcopo Solis, & cuidam Petro Coque. Sed ius Petri Coque erat melius iure epiſcopi. Petrus tamen non poterat ſuo bono iure experiri, propter lapſum triẽnalis poſſeſsionis Petri de la Penya, à quo fuerat excluſus.

ſus. Epiſcopus verò, licet bonum ius non foueret, ſicut Petrus, poterat tamen agere contra dictum triennalem poſſeſſorem, vigore prorogationis, quam obtinuerat ad regulam iſtam. Modo accidit, quòd dictus epiſcopus ceſsit omni iuri ſibi competenti in Petrum Coque, habentem ius bonũ, ſed elidibile exceptione iſtius regulæ. Modo vult vti prorogatione epiſcopi, ad effectum agendi contra poſſeſſorem. Dubitatur nunquid poſsit? Pro parte affirmatiua, videtur prima facie dicendum, quòd ſic: quia qua ratione epiſcopus vti poſſet iure Petri Coque, ſi ſibi cederetur cõtra triennalem poſſeſſorem, vigore ſuæ prorogationis, dato quòd Petrus contra poſſeſſorem agere non poſſet, eadem ratione, & Petrus vti poterit facultate agendi, epiſcopo competenti: cum correlatiuorum eadem ſit ratio. l. fin. ff. de acceptilat. cum ſimilib. Præſertim, quia cum Petrus Coque, ſit in ius epiſcopi, & in eo ſtatu, in quo epiſcopus ſubrogatus erat: debet in omnibus naturam illius ſumere, iuxta vulg. cap. eccleſia. vt lite pendent. cum ſimil. Accedit, quia cum per renuntiationem conſolidatum ſit ius epiſcopi cum illo iure Petri, & effectum ſit vnum ius indiuiduum, virtus alterius iuris trãsfundi debet cum qualitatibus ſuis in alium: iuxta tradita per Moder. in c. j. in iiij. col. de præſcript. cum materia l. ſi cõmunem. ff. quemadmodũ ſer. amit. & in cap. per tuas. de arbit. & c. ſacris. de ſepult. facit l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolut. & l. Vranius. ff. de fideiuſſ. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. in vj. q. principali. & ibi Moder. col. lxxxiii. ff. de vſucap. Ex quo facilè fiet, quòd illud, quod quis ex perſona ſua conſequi non poterit, ex alterius perſona conſequatur, iuxta text. in cap. authoritate. de conceſ. præben. lib. vj. & l. ij. §. fi. de hæred. vel act. vend. & ea quæ notant latè Moder. poſt Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Et quia in dubio cauſa, quæ prodeſt debet attendi, quãdo eſt magis potens, & nõ illa quæ nocet, vt tradit Fely. in c. fin. de excep.

Correlatiuorum ratio.

Iuris alterius virtus.

Cauſa in dubio quę debet attendi.

¶ Iſtis tamen nõ obſtantibus, contrarium tenuit Rota in eiuſdem menſis Ianuarij M. D. xxxix. iſtis rationibus. Primo, quia prorogatio, eſt beneficium perſonale, acquiſitum prouidentia dicti epiſcopi. Ea igitur quæ meritò perſonæ à principe impetrantur, in aliũ nõ transferuntur. l. j. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſ. edicto. facit text. in §. ſed & quod principi. ibi: nam quod ob meritum indulſit alicui, &c. inſtit. de iur. nat. ex quo text. & alijs ſuperius in xiiij. & xx. q. allegatis, limitatur illa vulgaris regula, quòd ſubrogatus ſapiat naturam ſubrogati, vt videlicet non habeat locum reſpectu qualitatis adhærentis perſonæ, vt limitat Alex. in conſ. cvij. col. iij. lib. iij. vt dixi in d. q. ¶ Sic etiam dicimus, quòd prorogatio facta in vna perſona, non transfertur ad aliam, vt expreſsè tenẽt nouiſsimi in l. ſi ſe ſubijciant. in ij. col. ff. de iud. arg. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. & in l. ſi cum Hermes. C. locat. Et ſecũdum iſtam iuſtificatur dictũ Bal. in l. ij. col. j. verſ. ſed pone Papa. C. de ædil. action. Vbi voluit, quòd ſi Papa cõceſsit vni, quòd poſsit emere aliquam rem, quæ alienari non poterat, ille non poterat alteri cõcedere illam facultatem, quia eſt perſonalis, & etiam dependet à principe: & ſi conceſſerit, res reuertitur ad primam naturam, vt videlicet alienari amplius non poſsit. faciunt ea quæ Bald. ſcribit in l. cum multa. verſ. ex ijs concludendo. C. de bonis quæ liber. Ita in propoſito videtur dicendũ. Nam iſta facultas agendi vigore prorogationis, cõceſſa fuit à principe epiſcopo, per prorogationem: cum aliàs epiſcopus experiri nõ poſſet lapſo triennio regulæ. Quod igitur intuitu perſonæ ſuæ conceſſum eſt, in alium non tranſit, niſi princeps denuò concedat. Sicut videmus quòd licet hæres conueniri poteſt, vbi defunctus poterat. l. hæres abſens. ff. de iud. vbi tamen diuerſa qualitas fuit in defuncto, quàm in hærede, illa qualitas in hæredem non tranſit: licet eadẽ perſona reputetur, vt notat Abb. in cap. quia gu. col. vltim. de iud. & ibi cõmuniter Doct. vbi dicunt, quòd ſi clericus ſuccedat laico, licet laicus vbique conueniri poterat, nõ tamen hoc tranſiet in hæredem clericum, vbi latè per eos.

*

Meritò perſonæ quę à principe impetr. &c.

Hæres licet conueniri poteſt, &c.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

QVAERO, an ſi reſignans poſt reſignationẽ perfectam ex cauſa permutationis, per triẽnium pacificè in poſſeſsione manſerit, exceptione iſtius regulæ, aduerſus tertium impetrantem, tueri ſe poſsit?

Reſignans.

¶ SOLVTIO. Hæc quæſtio bis vel ter propoſita fuit in Rota, per R. P. D. Petrum Vortiũ, epiſcopum Aquen. in quadam cauſa Virdunen. canonicatus & præbendæ. In qua poſt varias informationes, Domini tandem xxij. Iunij. M. D. xxxix.

*

xxxix.inclinarunt in partem negatiuam,videlicet,reſignan
tem poſſeſſorem triennalem tueri ſe non poſſe regula iſta.
Et quamuis Domini omnes ita ſenſerint,voluerunt tamen
melius deliberare,propter grauitatem quæſtionis quotidie
contingentis. Mihi tamen iſta opinio multum placet,quæ
in primis viua ratione & authoritate iuris comprobari po
teſt. Nam notum eſt apud omnes, regulam iſtam non tueri
merum detentatorẽ ſine titulo ſaltem colorato. Et in hoc
differt à regula de annali, quæ merum intruſum defendit ſi-
ne titulo. Sed ſic eſt,quòd renuntians, etiam ex cauſa per-
mutationis,perdit titulum & poſſeſsionẽ,& manet in mera
detentione beneficij,vt dicit deciſ.j.de rerum permut.in no
uis.& xvj.eod.tit.in antiquis. Ergo licet poſtea poſsideat
per triennium,manet nudus detentator, & ſic nõ debet de-
fendi regula.

Renuntiãs ex cauſa permutationis, quid perdere dicatur.

¶Et quòd talis renuntians ex cauſa permutationis rema-
neat omnino poſt renuntiationem ſine titulo,apparet ma-
nifeſtè: quia ſi permutatio non haberet effectum,renũtians
non poſſet redire propria authoritate ad ſuum beneficium
ſine noua collatione ſuperioris, quia aliàs diceretur intru-
ſus,vt ibi dicitur. Et tenent communiter Doct.in cap.cum
venerabilis.de except.vbi Moder.atteſtantur iſtam eſſe cõ-
munem opinionẽ, quam latè defendit Barth. Socin.in cõſ.
clxviij.in primis. Et reaſſumit D.Petrus Andreas,olim in-
ſignis Rotæ coauditor in repet.cap.j.in xv.col.de rerũ per-
mut.lib.vj. Et ſunt de hoc penè infinitæ deciſiones Rotæ
ſub titulo de rer.permut.in nouis.in antiquis, & in anti-
quioribus.Hinc eſt,quòd ſi talis renuntians ex cauſa permu
tationis, etiam vi expoliaretur, nõ poſſet agere interdicto
vnde vi,nec conditione ex canone reiterãda, vt dicit deciſ.
ij.de rer.permut.in nouis.& deciſ.viij.eod.tit.in antiq.Se-
quitur Nicol.Milis in verbo,permutatio.cum alijs cõcord.
quos idem Petrus Andreas ſcribit in d.cap.j.in xvj.col.quæ
omnia iſta ratione fundantur, quia ex quo permutans per
renuntiationem ſuam perdidit titulum & poſſeſsionẽ,non
potuit beneficium ſine canonica inſtitutione, & ſic ſine titu
lo poſsidere. Et propterea expoliatus carens titulo non de-
bet reſtitui, iuxta communem & triuialem conſuetudinem
Rotæ,fundatã in dicto Inno.in cap.in literis.de reſtit.ſpol.
Et



Et eſt deciſ.Rotæ xx.de reſtit.ſpol.in antiquis. Nam opor-
tet etiam ſpoliatũ probare poſſeſsionem ſe habuiſſe ab illo,
qui authoritatem habet inſtituendi, vt latè probat deciſ.v.
eod.tit.in antiquis. Et hac de cauſa videmus,quòd poſsidẽs
triennio beneficium prius alteri vnitum,non iuuatur exce-
ptione iſtius regulæ,quia caret titulo,quòd per vnionẽ ex-
tinctum fuerat,& per conſequens,neque poſsideri poterat,
quòd iam non erat in rerum natura,ſed erat confuſum cum
alio beneficio,vt ſuperius in viij.q.latius dixi. Ita hîc dicen-
dum videtur. ¶Nec obſtat,quòd expectatiua reuocata dat
colorem tituli,ad effectum,vt ſpoliatus poſsit reſtitui,vt ſæ
pius tenuit meo tempore Rota,& dicam in alia quæſt.ergo
pari modo debet dare colorem titulus primus reſignantis,
licet ille fuerit per renuntiationem extinctus. Quia reſpon
detur,quòd termini ſunt diſpares. Nam quòd expectatiua
reuocata det coloratum titulum,eſt in odium ſpoliantium,
contra quos omnia iura clamant,& multa ſpecialia in eorũ
odium ſunt inducta:econtrà leges omnes oppreſsis ſubue-
niunt.c.cum vniuerſorum.de rerum permuta.& hac de cau-
ſa multum ſpoliatis fauent, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro,
ex quo regula iſta eſt odioſa, & aliquando excluſiua boni,
ſeu melioris iuris ipſius impetrantis. Et ideo odia reſtringi
debent in caſu ſuo,& fauores ampliari, vt dicit regula iuris
in c.odia. Vel ſecundo poteſt reſponderi, quòd ideo in caſu
noſtro titulus primus beneficij reſignati non eſt ſufficiens,
quia illo ſe voluntariè, & ſponte priuauit reſignans, quod
ceſſat in expectatiua reuocata, quæ multotiens ignoranti-
bus,expectantibus, & inuitis reuocantur, ſicut in ſimili vi-
demus,quòd licet nuda detentatio defendat detentorẽ,quo
ad regulam de annali, vbi tamen quis voluntariè à princi-
pio conſenſit priuationi beneficij,puta ob non ſolutionem
penſionis,regula illa nõ tuetur illum detentorẽ, vt ibi dixi,
quia volenti,& à principio conſentienti non fit iniuria.

Expectatiua reuocata dat colorẽ tituli.

Detẽtatio defendit detentorem.

¶Nec obſtat,quòd per lapſum triennij præſumitur retro-
ceſsio,vt aliàs dicitur in alleg.Lapi lxxxix.quia reſpõdetur
hoc non eſſe verum,niſi in ſucceſſore,nõ autem in ipſo reſi-
gnante,qui non poteſt allegare retroceſsionem, ex quo eſt
certus de facto ſuo, & debet eam producere.quæ ratio non
militat in ſucceſſore allegãte retroceſsionem ſui prædeceſ-

ſoris poſſeſſoris triẽnalis,& ita loquitur & intelligitur per Rotam allegatio Lapi.

*Retroceſſionis præſumptio.*

¶Et præſuppoſito, quòd lapſus triennij in ipſo reſignante præſumeret retroceſſionem, adhuc illa preſumptio non induceret titulum ſufficientẽ ad regulam duplici ratione. Prima, quia regula requirit, quòd quis poſſideat beneficiũ pacificè per triennium cum titulo ſaltem colorato, ita quòd titulus debet præcedere poſſeſſionem triennalem, vt quis dicatur per triennium cum titulo colorato poſſediſſe, quia aliàs ſolum & nudũ triennium nõ producit titulum. quo ad hoc igitur vt regula iſta poſſeſſorem iuuet, requiritur quòd titulus poſſeſſionem præcedat tanquam fundamentum, non autem quòd ſequatur, quia tali modo poſſeſſio præcedens ſine titulo cõtinuata, tanquam mera detentatio poſſidentẽ nõ iuuaret ad effectum iſtius regulæ. requiritur igitur quòd titulus præcedat tanquam neceſſariũ antecedens, vt cum eo poſſeſſio triennalis continuetur, aliàs ſequeretur inconueniens, quòd idem triennium induceret duo ſpecialia, videlicet productionem tituli, & exceptionem regulæ, quod regulariter prohibetur, iuxta vulg. l. j. C. de dot. promiſſ. & eſt contra longæuam Rotæ interpretationem cum verbis regulæ cõcordantem. Et licet Rota teneat ſufficere ad effectum

*Titulus præſumptus.*

iſtius regulæ, titulus præſumptus intelligitur de titulo reſultante ex poſſeſſione præambula x. anno. Nam ſi aliquis ſine aliquo titulo viſibili poſſideret beneficium per decem annos, acquirit præſumptus titulum, iuxta not. in cap. illud. de præſcrip. tradit Pet. de Ancha. in conſi. cxvii. & Lapus alleg. lxxxix. cum quo quidem præſumpto titulo ſi quis poſtea per triennium poſſideret, pacificè acquirit priuilegium regulæ, ſicut ſi haberet titulum realem & viſibilem, vt latius dicam inferius in alia q. vbi erit hoc principaliter tractandum. Patet igitur ex prędictis, quòd iſta ſola poſſeſſio triennalis nõ eſt habilis ad producendum titulum habilem, ad effectũ, vt acquiratur exceptio iſtius regulæ. ¶Nec obſtat etiã, quòd execrabilis qui habet titulum infectũ à iure, tuetur iſta regula, vt eſt dictũ ſuperius q. x. quia hoc ideo eſt, quia execrabilis retinet ex voluntate ſua ſuum priſtinũ titulum, quo nunquàm ſe ſponte priuauit ſicut renuntians: vnde licet titulus ſit nullus, retinet adhuc colorem, donec declaretur nullus,

iuxta



*Execrabilis quãdo debeat poſſeſſiõe ſua priuari.*

iuxta diſpoſitionem c. cum ſecundum. de hæred. lib. vj. Hinc eſt, quòd execrabilis non debet interim poſſeſſione ſua priuari, quia bene poſſidet, vt patet in cap. licet epiſcopus. de præbend. lib. vj. Vbi tamen per ſententiam declaratus eſſet, tunc quia execrabilitas tranſiret in notorium, & tũc de mera illius occupatione appareret, tali caſu execrabilis nõ tuetur iſta regula. Et idem quando execrabilis renuntiaret, & poſt renuntiationem maneret in poſſeſſione, quia iſta regula eum non iuuaret, vt dictum eſt in dicta quæſtione x. tunc enim termini eſſent pares, vbi tamen prędicta ceſſante procedit deciſio facta in dicta q. x. Ex quibus omnibus habes clarè dilucidatam hanc quæſtionem.

¶Sed circa præmiſſa cõſiderandum eſt, quia prædictis obſtat deciſ. j. de renunt. in no. vbi probatur, quòd renuntians manens in detẽtatione ſi expolietur debet reſtitui: ergo manifeſtè apparet, quòd retinet titulum coloratum, quia ſi dictum titulum non haberet, non reſtitueretur, quia ſecũdum

*Spoliatus in beneficialib.*

ſtylũ Rotæ, fundatũ in dicto Innoc. in c. literis. de reſti. ſpol. & in pluribus alijs deciſionibus, nemo ſpoliatus in beneficialibus ſine titulo colorato reſtituitur. ſi igitur reſtitutio tali detentori, etiam nondum annali conceditur, à fortiori triennali tribui debet.

¶Et detẽta prima opinio limitatur illam procedere quando poſſeſſor triennalis aliũ titulum non habet, quàm illum quem renuntiauit. Secus verò ſi deinde poſt annum per reſignatarium in fauorem cuius ceſſerat in eundem reſignantem realiter & cum effectu retroceſſio facta fuiſſet. Nam ſi cum dicto retroceſſionis titulo poſſeſſionem triennalem continuaſſet & cõpleuiſſet, dato etiam quòd in dicta retroceſſione de fructibus in antea male perceptis mentionem non feciſſet, nihilominus talis poſſeſſor exceptione regulæ

*Retroceſſio.*

iuuaretur. Nam retroceſſio nõ faciens mentionẽ de fructibus malè perceptis ſit nulla, & talis impetrans videtur reddi inhabilis, quo ad illud beneficiũ obtinendum, iuxta latè tradita per Fely. in c. poſtulaſti. in pen. & fi. col. & in c. in noſtra. in ij. correll. de reſcrip. nihilominus talis inhabilitas donec ſit per ſententiam detecta & declarata, non præſtat impedimentũ quo ad iſtam regulam, ſicut de execrabili, & nõ promoto ſuperius in x. q. diximus. Nam etiam illi inde-

bitè capiunt fructus, & redduntur inhabiles ad beneficia, vt patet in extrauag. execrabilis. & tamen defenduntur exceptione iſtius regulæ, vt ibi latiſsimè dictũ fuit, quia regula iſta duos tãtũ caſus inhabilitatis excipit, ergo in alijs remanebat firma, præſertim, quia in caſu noſtro titulus retroceſſionis eſt coloratus, quia eſt datus ab illo qui dare potuit, iuxta vulgatas doctrinas Doct. in c. cũ noſtris. de cõceſ. præb. Et ita hodie vij. Ianuarij M. D. XL. concluſum fuit in Rota, * in iſta eadem Virdunenſ. canonicatus, corã R. P. D. Io. Paulo.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

QVAERO, an exceptio iſtius regulæ, quæ cõpetebat poſſeſſori poſsit opponi per eũdem poſt amiſſam poſſeſſionem per tres ſententias cum executorialibus in iudicio reſtitutionis in integrum cum clauſula conſtito de bono iure?

* ¶SOLVTIO. Hodie xxv. Iunij M. D. XXXVII. propoſuit hoc dubium R. D. Ioan. Mohedanus in vna cauſa Leodien. Præpoſituræ, & maior pars inclinabat, quòd nõ, ex eo, quia prout aliàs fuerat cõcluſum per Dominos in vna Caurien. portionis, quam de anno M. D. XIX. propoſuit d. Guliel. Caſsiodorus, vt ipſe idem meminit in ſuis collecta. Regula iſta eſt perſonalis, adeò quòd inhæret tantum oſsibus poſſeſſorum, nec eius priuilegium alteri, quàm poſſeſſori conceditur, vt indicant verba regulæ, ibi, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ſic poſſeſsis. & iterũ ibi, pacificè poſſederint. Igitur alij quàm poſſeſſores de ea opponere non poſſunt, quia qualitas adiecta verbo, debet adeſſe tempore verbi. l. ex facto, cũ vulg. ff. de vulg. & pupil. & l. Titius. vbi Bart. ff. de teſtam. mil. Beneficium enim datum perſonæ non egreditur perſonam. l. quia tale. ff. ſol. matr. c. priuilegium. de reg. iur. lib. vj. & quòd ius excipiẽdi perſonale perſonam non tranſgrediatur, eſt doctrina Bartol. in l. ſi tertius. §. ſi prius. col. fin. ff. de aqua plu. arcend. Et ita etiam adnotauit R. P. D. Iacob. Simonetta tunc auditor, & poſtea Cardinalis bene meritus, in quibuſdã ſuis memorialibus Rotæ. Et iſta à fortiori militant in caſu noſtro, quia eſt quid imputãdum iſti reo modo reſtitutionem impetranti: quare tempore primæ ſententiæ quando ipſe poſsidebat, non oppoſuit exceptionem regulæ. ex quo igitur poſtea poſſeſsionem amiſit, ſibi imputet. neque obſtat, quòd illud ius exceptionis amiſſum videtur reintegrari beneficio reſtitutionis in integrũ, quia dicebatur non eſſe verum, ſed ſolum reſtituitur ad limen iuſtitiæ, vt audiatur, conſtito de bono iure, & illud ius de quo docere debet, intelligitur de iure, quod viuit & exiſtit de præſenti, quod in prima inſtantia non fuerat conſideratum, nec deductum: non autem de iure amiſſo in actis deducto, quod euanuit, & nullum eſt, quia illud non reſtituitur, propter rationem text. in c. quamuis. de reſcrip. libr. vj.

Ius excipiẽdi.

¶Crederem tamen, ſalua regula de nõ tollendo iure quæſito, quòd ſi Papa reſtitueret etiam ad ius amiſſum, quòd licet illud ius competens vigore iſtius regulę ſit quædã exceptio: tamen in eo verificatur illa clauſula, conſtito de bono iure, quia ius competens per exceptionem dicitur bonum, vt declarat And. Sicul. in c. Ioannes. in xiij. col. de teſtam. & Decius in conſil. cij. in j. col. vt dixi in §. omnium. inſtit. de act. vide tamen quod ſuperius quæſt. xj. & xiij. dixi.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

QVAERO, quia iſta regula requirit titulum, vt patet ex illis verbis, ex apoſtolica vel ordinaria collatione, &c. an intelligatur de vero, & valido, an verò ſufficiat titulus coloratus, vel præſumptus?

Titulus validus, colorat?.

¶SOLVTIO. Prima facie ex verbis regulæ potius colligitur, quòd hic verus & validus titulus requiratur, quàm vel coloratus, vel præſumptus. Quia verba regulæ in dubio debent intelligi verè & propriè, nõ autem fictè. hoc dicit Bar. in l. j. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. vbi interdictum de fonte in dubio intelligitur de vero & naturali, non autẽ de ficto, ex quo ibi Bart. infert, quòd ſtatutum prohibẽs mulieribus portare perlas, quòd intelligatur de veris, non de ſictis. Sic & edictum de arboribus concidendis, intelligitur de veris & viuis, non autem de ſiccis & mortuis. l. iij. ff. arbor. furt. cæſ. quibus accedit, quod Moder. tradũt in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. de illo, cui propter maleficiũ debet abſcidi manus. Nam debet intelligi de vera, non autem de arida: quia arida manus, non eſt manus, ſicut homo mortuus non eſt homo, ſed cadauer: & plura his ſimilia Doct. communiter ſcribũt in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. quæ conſultò omitto.

Interdictum.

¶Quibus non obſtantibus contraria opi.eſt verior de iur:
& ſtylo.Et in primis,quòd regula non requirat omnino ti-
tulum verum & validum, ſed titulum coloratum,vel præ-
ſumptum,apparet ex decreto concilij Baſilien.à quo ſecun-
dum communem opin.habuit originem iſta regula,in quo
concilio expreſſè dicitur,quòd ſufficit,quòd poſſeſſor trië-
nalis habeat titulum coloratum.Ergo regula iſta indiſtin-
ctè loquens,debet capere interpretationem à matrice,& à
fonte.l.in teſtamēto.ff.de cond.& dem.& in auth.ſi quis in
aliquo.C.de eden.cum ibi not.Bal.in l.fin.C.de fid.inſtr.&
Bart.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.Et hoc in ratione funda-
tur,quia ſi poſſeſſor triennalis haberet omnino titulum bo
num & validum,nihil ſibi prodeſſet priuilegium iſtius re-
gulæ,cum per titulum ſuum validum & verum conſultum
ſibi fuiſſet contra omnes ſibi litem mouentes.Vt igitur tri-
ennalis poſſeſsio locum habeat, & aliquis operetur,eſt di-
cendum regulam contentari de ſolo titulo colorato,qui li
cet ex alio capite,quàm ex defectu poteſtatis conferentis ſit
inualidus,illa infirmitas ſanatur,& adiuuatur per trienna-
lem poſſeſsionem,quæ ſufficit ad producendum exceptio-
nem,& defendendū triennalem poſſeſſorē durāte eius vita,
poſtea capiet beneficiū,qui meliorem & validiorē titulum
habebit:ſufficit enim, quòd interim poſſeſſor cum titulo
colorato non poſsit moleſtari,& ita ſeruat quotidie Rota
ſine aliqua dubitatione. Quis autē ſit titulus coloratus infe
rius dicemus in alijs quæſt.Sed quod dictum eſt de titulo co
lorato,idem voluit Rota habere locum in pręſumpto,vt eſt
in illo,qui poſſedit beneficium per decem annos.Nam licet
nullum habeat titulum,ius tamen per lapſum x.annorum
præſumit titulum,vt patet in l.ſi filius.C.de pet.hæred.& in
cap.peruenit.de emp.& vend.Et not.Pet.de Anchar.conſil.
cxvij.tradunt omnes in c.illud.de præſump. cum ſimilibus
de quibus per Moder.in tract.de elect.queſt.xv.& alios Mo
der.in tract. præſcrip.in prima parte tertiæ partis.quæſt.x.
poſt Alex.in conſil.ix.lib.iij.& Decium conſil.clij.& conſ.
xxxvj.col.iij.cum ſexcentis concord.quæ Alex.& alij con-
gerunt in l.prima. C.qui admitt.& in l.ſi certis annis.C.de
pact. Et iſte titulus præſumptus ſufficit ad effectum iſtius
* regulæ.Vt iudicauit Rota in vna Bononien.coram d. Pau-
lo Ca

Regula indiſtincte loquēs.

Titul⁹ an præſumatur p̄ lapſum decē annorum.



lo Capiſucco de mēſe Martio M.D.xix.vt refert dominus
Gulielmus hîc.
¶Sed aduertendum eſt,quòd d. Gulielm.hic non declarat,
an ſolum decennium,quod inducit titulum præſumptum,
inducat etiam priuilegium regulæ, quod videbatur dicen-
dum, ex eo quia ſub decennio triennium quoque conti-
netur,ſicut in maiori ſumma ineſt minor. Itaque decennio
poſsidens beneficiū ſine titulo poſsit defendi regula ex ti-
tulo præſumpto reſultanti ex illa decennali poſſeſsione.Ta
men contrarium eſt verum:quia ſolum decenniū non ope-
ratur & titulum,& priuilegium regulæ,ne concurrant duo
ſpecialia circa idem,contra l.primam.cum vulg. C.de dotis
promiſ.& quia regula iſta requirit titulum præambulū,qui
creari non poteſt,niſi finito decennio,quo habito intrat du
bium deciſionis, videlicet,an ille titulus præſumptus ſuffi-
ciat ad triennalem regulam:&,vt dixi, Rota cōcluſit,quòd
ſic:itaque ſi poſt poſſeſsionem decennalem,id eſt,poſt aſſe-
cutum titulum præſumptum,aliquis poſtea cum illo titulo
præſumpto per alios tres annos pacificè poſsideat, procul-
dubio regula iſta defendetur : quia ille titulus præſumptus
æquipollet vero titulo,vel ſaltē colorato,præſertim ad ex-
ceptionem producendam,prout hic:neque mirum,quòd in
hoc iſta regula extendatur:quia cum ſit inducta in fauorem
reorum poſſeſſorum,latè debuit interpretari,arg.l.Arria-
nus.ff.de act.& obliga.c.odia.de reg.iur.lib.vj.alias ratio-
nes ſcribit d. Gulielmus in d.loco,quas non trāſcribo,cum
eius recollectæ iam habeantur in formis,vbi videri poteſt.
¶Aduertendum tamen eſt ad vnum aliud,pro intelligen-
tia materiæ,videlicet,quia videtur dicendum,ad præſumen
dum titulum præſumptum,ſufficere triennalem poſſeſsio-
nem.Nam illud quod olim decennalis poſſeſsio inducebat,
vt videlicet poſſeſſor non poſſet moleſtari, inducit hodie
regula iſta,quæ attenta breui hominum vita,idem operari
debet,ſicut de alleg. Lapi lxxxix.quæ de decēnio loquitur,
videmus hodie ſeruari:quam Rota,propter eandem ratio-
nem,ad triennium reducit,vt d.Gulielmus in quadam deci-
ſione refert.Nec mirum : quia triennium dicitur longū tem
pus,vt probat text.in c.plerunque.& ibi Andr.Sicul.num.5.
de reſcrip. Hinc eſt,quòd gloſſa in l.vſuræ.C.de vſuris.illa

Specialia duo circa idē non concurrunt.

Triennium dicitur tempus longum.

Per tẽpus, & tempora. verba ſacræ Scripturæ, per tempus,& tempora, exponit pro triennio. Et quòd triẽnium ſit longum tempus, tenet Fely. in cap. licet heli. de ſimon. Ergo idẽ operari debet trienniũ, quo ad producendũ titulum pręſumptũ, quod operatur decennium, vt etiam tenet expreſſe Frãciſcus de Ripa in repe. cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliato. in ij. col. verſ. octauum commodum.& Gloſſator hic in v. col. latius conatur hoc probare. Et hoc videtur ſentire Ioan. de Ana. in dicto cap. licet heli. ſi ſimo. inquantum vult, quòd ſicut poſsidens per decem annos, ſaltem debet per iuramẽtum probare titulum præſumptum: ita & poſsidens per triennium. Ex quo datur intelligi, quòd ex triẽnio præſumitur etiam titulus. Ex hoc etiam videtur ſentire Imol. in c. ſecũdo. de in integ. reſtit. vbi vult, quòd ex poſſeſsione non momentanea præſumatur titulus.

Decennium quare inducit titulum præſumptum. Et hoc vlterius ſuadetur: quia ratio quare decennium inducit titulum præſumptum, eſt tolerãtia ordinarij, vt dicit Petrus de Anch. in conſil. cxvij. Sed iſta ratio militat in triennio. Ergo illud etiam præſumptũ titulum inducere debet. pro quo facit text. in capitulo primo. §. ſi quis de manſo. ſi de feud. inueſtit. controuer. fuer.

¶ Sed breuiter prædictis non obſtantibus, contrarium tenendum eſt, videlicet, quòd ex poſſeſsione triennali, ſicuti ex decẽnali, præſumptus titulus non inducatur. Et ideo pro claro intellectu prædictorum conſiderandum eſt: quia, vt ſæpe diximus,& hoc clariſsimũ eſt, quòd regula iſta omnino aliquem titulũ requirit, vt patet in ea ibi, ex apoſtolica, vel ordinaria collatione, &c. ita quòd ſola,& nuda poſſeſſio, ſine aliquo titulo præambulo, ſaltem colorato, non ſufficeret, vt patet in ea. Et ille titulus ante incœptũ triennium requiritur: & licet titulus bonus non fuerit, nihil intereſt, dummodo ab eo datus fuerit, qui bonum titulum dare potuit. Nam regula iſta requirit, non ſolum habilitatem perſonæ recipiẽtis titulum, vt quia nõ ſit merè laicus, vel Iudæus, aut fœmina ſimplex: ſed etiam ex parte perſonæ conferentis titulum habilitatẽ requirit. Licet igitur titulus, quacũq; alia ratione, inualidus fuerit, dummodo emanauerit ab eo, qui dare potuit, ſufficit ad regulam iſtam, vt inferius in alia quæſtione dicemus. Vbi ergo vna cum poſſeſsione triennali, dictus titulus non concurrit, poſſeſſor cenſetur intruſus, & regula talem poſſeſſorem non defendit. Et in hoc iſta regula differt à regula de annali, quæ talem intruſum ſine aliquo titulo iuuat: & ideo illa regula ſola detentione contenta eſt, ſecundum interpretationem Rotę, vt ibi dixi. Concludo ergo, quòd ex ſola poſſeſsione triennali titulus præſumptus naſci non poteſt, cum ius non aſsiſtat, aſsiſtit tamẽ poſſeſsioni decennali, ex qua voluit titulum præſumptum oriri, vt in dictis iuribus ſuperius allegatis.& rationem ponit Decius in conſ. cxxj. in ſecunda col. poſt Bald. in l. ſiue poſſidetis. in iiij. oppoſ. C. de probat. Qui quidem titulus eſt aptus, ſecuta poſſeſsione triennali, ad producendum exceptionem iſtius regulæ. Titulus præſumptus ex ſola poſſ. triennali.

¶ Sed conſidera vlterius, quòd ratio illa cõmunis, quæ datur ad producendum titulum præſumptum ex poſſeſsione decem annorũ, de qua per Petrum de Anch. in d. conſ. cxvij. quæ fundatur in viſitatione epiſcopi,& præſumptione reſultante ex cap. ordinarij. de offic. ord. lib. vj. non videtur generalis. Nam ex ea ſequitur à contrario ſenſu, quòd epiſcopo non viſitante, fortè propter aliquod legitimum impedimentum, vel belli, vel captiuitatis vel etiam ex negligentia ſua: quòd talis poſſeſsio decennalis non induceret præſumptum titulum, quod eſt contra prædicta iura generaliter loquentia.

¶ Præterea, ſi illa ratio eſſet vera, militaret etiam in poſſeſſore triennali, propter tolerantiam epiſcopi viſitantis, qui præſumitur vidiſſe ſubditorum titulos, vt in d. cap. ordinarij.& tamen contrarium dicunt Doct. in dicta poſſeſsione triennali.

¶ Et ideo pro reſolutione iſtius q. conſiderãdi ſunt plures caſus. Primus eſt in profanis,& in iſtis ſola decẽnalis poſſeſſio cum patiẽtia alterius præſumit titulũ. Ita procedit tex. in dicta l. ſi filius. cum alijs allegatis ſuis limitationibus & ampliationibus, quas latè ponũt Iaſ. & Moder. repetẽtes in l. j. C. qui admit.& Moder. in d. tract. præſcrip. cum ſimilibus. Poſſeſsio decennalis.

¶ Secundus caſus eſt in beneficialibus,& in iſtis ſecundum communes concluſiones requiruntur plura, quo ad hoc, vt decennalis poſſeſsio inducat titulum: primo requiritur patientia ſuperiorum. Et quòd illi ſoliti fuiſſent beneficiatos ſibi ſubditos viſitare, vt tenetur. Tertio quòd poſſeſſor iu-

ſtificet ſuam poſſeſsionem ſaltem per iuramẽtum.Iſtam concluſionem,quæ fuit Petri de Anch.in cap.j.de reg.iur.libro vj.ſequitur Fely.in d.c.illud.in iiij.col.& in d.c.ſicut.in xvj.col.& latius in d.cap.licet.in iiij.& v.col.de ſimo.vbi ponit quinque concluſiones,cum limitationibus ſuis.Et iſto caſu tãtum operatur iſta decennalis poſſeſsio ad repellendũ aduerſariũ,ſicut regula iſta ex titulo colorato.Meritò Domini voluerũt,quòd talis poſſeſsio induceret titulum præſumptum,declarando,vt ſuprà.

¶Tertius eſt caſus quando quis non poſſedit,niſi per triennium:& tali caſu requiritur,quòd poſſeſſor probet titulum bonum,vel coloratũ,aliàs ex ſola poſſeſsione triẽnali non elicitur aliquis titulus præſumptus:quia ius nõ aſsiſtit,imò regula iſta reſiſtit,quæ requirit titulum.

¶Eſt tamen differentia in hoc,quia in poſſeſsione triennali cum titulo non requiritur iuramentum,ſicut in decennali,prout volebat Io.de Anan.Ratio eſt:quia vbi eſt titulus,

Poſſeſsio triẽnalis.

non requiritur alia fides,vel probatio eius:quia poſſeſsio triennalis cum illo titulo ſufficit ad excludendum agentem ſine alio iuramento,& ita ſeruat Rota.Sed in decẽnali poſſeſſore,ex quo non eſt titulus,ſed præſumptio tituli,naſcẽs ex tempore,requiritur ſaltem iuramentum,quando petitur à viſitante,quod iuſta ratione recuſare,& ſine ſuſpicione non poſſet,vt bene in hoc aduertit Fely.in d.cap.licet.

¶Alia enim eſt differentia inter poſſeſſorem triennalem & decennalem ratione iſtius regulæ:quia contra decennalem poteſt probari contrarium,videlicet,quòd nullum titulum habet,vt notant omnes præfati Doct.in dictis locis rationem ponẽtes,de qua per eos.Item poteſt probari de anteriori titulo ante decennium competens.In triennali verò idem eſſet dicendum in puncto iuris,vt Abb.& alij tradunt in d.cap.licet.Sed ſecundum ſtylum hodiernum Rotæ contra triennalem non admittitur probatio anterioris tituli in contrarium:quia ſemper præſumuntur remedia per quæ triennalis poſſeſsio defendatur,vt in cauſa Conchen.Præſtimoniorum corã me,& deinde coram R.domino Marco Antonio fuit iudicatum,& in alijs pluribus cauſis,ponderando verba,nequeant moleſtari,quæ inducunt perpetuum ſilentium,vt inferius in alia quæſtione dicetur.Eſt bene verum,

Tituli anterioris probatio.



quòd ſi in aliquo loco regiſtrarentur tituli,fortè poſſet probari contrarium per oſtenſionem librorum,vt dicit Fely.in d.cap.illud.& cap.ſicut.in xvj.col.& vt in ſimili dicit Bald.in l.ij.C.de error.aduoc.de probatione ſententiæ quando non reperitur in libro vbi ſcribi ſolent,& tradunt Paul.de Caſt.& Moderni in l.in illa ff.de verbor.obligatio.Iaſon in l.finali.§.licentia.C.de iure delib.& Fely.in cap.j.de fide inſtrumen.cum concord.de quibus per Moder.repe.in authentic.habita.C.ne filius pro patre.Sed tempore meo nunquam vidi probari contrarium.Imò,quod fortius eſt,licet ſecundum communem opinionem regula iſta non defendat poſſeſſorem,niſi tãtum in poſſeſſorio:quia non dat titulum,vt dicit Gloſſator hic,& Fely.in dicto capitulo,ſicut.Tamen vt ex vſu videmus,hodie poſſeſſores triennales defenduntur in vtroque:quia nullus contra triennalem audiretur in petitorio circa validitatem tituli.Nam licet libri regiſtrorum oſtenderentur,in quibus tituli regiſtrari ſolẽt:nihilominus ſemper preſumetur titulus alius,per quẽ triennalis defenderetur.Sed hoc non pono pro conſtanti,licet quo ad allegat.Lapi.lxxxix.de titulo prædeceſſoris ſoleat hoc teneri,vt ſæpe vidi,præſertim in dicta cauſa Conchen.& in pluribus alijs.Et nouiſsimè in vna nullius abbatiæ coram R.D.Paulo de hoc menſe Decembri M.D.xxxix. *

Poſſeſſor nullus contra triennalem auditur.

Tutius igitur eſt quo ad exceptionem iſtius regulæ,quòd iuſtificetur titulus,quo iuſtificato poſſumus hodie intrepidè tenere regulam iſtam poſſeſſores in petitorio,& poſſeſſorio tueri niſi in ſpolio,vt ſuprà diximus in vndecima q.& quod dictum eſt de petitorio,poſſet reſtringi ad facultatem agendi ipſius triennalis,& non alterius,& ita poſſunt prædicta concordari.

¶Redeundo igitur ad principalem quæſtionẽ.Stat ex præmiſsis cõcluſio,quòd regula iſta non ſolum poſſeſſori cum tit.colorato,ſed etiam cum præſumpto tribuit exceptionẽ.

¶Eſt tamẽ ſuper hoc vlterius aduertendum,quòd iſte præſumptus titulus,ita demum defendit poſſeſſorem quando allegatur in ſpecie,vt quia dico me habuiſſe beneficium ex collatione ordinarij,& poſſedi per decem annos.Nam tali caſu illa allegatio tituli in ſpecie,propter curſum longi tẽporis facit preſumere illũ titulũ interueniſſe preſumptione iuris,

iuris,licet in veritate nõ interuenerit.Nec teneo illum aliter iuſtificare,ſicut diximus in alleg.Lapi. Et in hoc fortior eſt illa decennalis poſſeſsio ſola ſine titulo, quàm triennalis cum titulo colorato:quia contra illã nõ poteſt concludi de alio titulo,cum ſemper poteſt ad defendendum poſſeſſorem argui alius,& alius titulus præſumptus,& ſic titulus inuiſibilis,qui reprobari non poſſet, ex oſtẽſione aliquorum librorum.Non ſic in poſſeſsione triẽnali,quæ requirit certitudinem alicuius tituli viſibilis,& palpabilis,quo mediante poſsideat,& ille titulus poteſt conuinci falſus per oſtenſionem librorum regiſtri, vt dicebat Felyn.& Doct.in locis ſuperius allegatis.& ideo triennalis poſſeſſor quando conuenitur,oportet quòd realiter producat in actis titulũ quem allegat,ſiue bonum,ſiue coloratum. Aliàs ſi nõ produceret, regula iſta non tueretur poſſeſſorem:quia extra illum titulum,ſola triennalis,& nuda poſſeſsio, non inducit aliquod adminiculũ defenſionis, niſi iuncta cum titulo, niſi,vt dixi,eſſet poſſeſsio decẽnalis,quæ præſumptionẽ tituli inducit,& cõiuncta cum poſſeſsione triẽnali, operatur exceptionẽ regulę.Itaq; quo ad hoc,vt nullũ habẽs titulum verum,adiuuetur præſumpto,ad effectum iſtius regulæ,requiritur quòd poſsideat per tredecim annos pacificè, decẽ primi,ad producendum prædictum titulum præſumptũ:& tres alij ad acquirendum exceptionem iſtius regulæ.Et talis poſſeſsio triennalis, iuncta cum poſſeſsione decennali præambula,dat ſpiritum vitæ, illi poſſeſsioni decennali,vt aliquid operetur: quæ ſola nõ eſſet apta producere titulum aliquem de per ſe, vt dicit Bart.in l.cum de in rem verſo.ff. de vſucap.ſequitur Felyn.in cap.cum Bertoldus.in xij.& ſequenti col. de re iudic.& notabiliter probat Alex.in conſil. cxxiiij.ſuper primo.in j.& ij.col.lib.iiij.

*Poſſeſsio decennalis.*

*Titulum verũ non habere.*

¶Et vltra hoc requiritur vnum aliud,quòd quando in iudicio,per talem poſſeſſorem tredecim annorum, excipitur de iſta regula: quòd probet ſe per decennium, ante triennium,ab iſta regula requiſitum,ſe poſſediſſe,aliàs non ſufficeret. Deinde facta probatione dicti temporis, quòd allegetur titulus: ſicut dicimus de notorio, quod ſolum de per ſe, non releuat ab onere probandi,niſi allegaretur, ex qua allegatione facilè iudex inſtrui poteſt de notorio iam manifeſto,

*Notorium.*



nifeſto,vt in clem.appellanti.de appell. Sic eſt in decennali poſſeſsione, quæ in primis requirit probationem: deinde requiritur,quòd ex ea allegetur in iudicio titulus,quẽ poſſeſſor non cogitur aliter probare,nec viſibiliter oſtendere: quia ex poſſeſsione decẽ annorũ probata,reſultat, & præſumitur titulus,qui cum poſſeſsione triennali pacifica, poſtea ſequenti in iudicio probata,defendet poſſeſſorem,& in iſta poſſeſsione tota illa allegatio Lapi fundatur.

¶Eſt igitur,vt breuiter concludamus, iſta differentia, inter titulum præſumptum, reſultans ex dicta poſſeſsione x. annorum,& coloratum titulum,ab iſta requiſitum: videlicet,quòd poſſeſſori decennali,poſt probatam ſuam poſſeſſionem,ſufficit titulum,quem maluerit, ſolum allegare, & in iudicio deducere: quia non cogitur illum aliter probare,quia præſumitur, & propterea præſumptus dicitur. Sed triennali poſſeſſori non ſufficit ſola allegatio tituli colorati,ſed requiritur eius probatio & productio. Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalẽ non iuuat,niſi in poſſeſſorio tantum,& non in petitorio, vt tradit Abb.in cap. contingit.de dolo,& contum. Et ideo, ſi triennalis poſſeſſor ageret ad canonizandum titulum, fauor iſtius regulæ illum non iuuaret,quæ ſolum poſſeſſores reos defendit excipientes,non agentes. Nam ad effectum canonizationis tituli,requiritur titulus verus, non coloratus,& quòd ille bene iuſtificatur, vt not.Imol.& alij in cap.ex inſinuatione. per illum text.de procurat.& in cap.j.de cõfirm.vti.& text. in l.matrem.C.de probat. Et quando titulus verus eſt & iuſtificatus,non indiget actor priuilegio iſtius regulæ: quia titulus ſuus bonus illi priuilegium pariter & victoriam tribuit: & hoc caſu ceſſant rationes finales regulæ.

*Titulus præſumptus.*

*Titulus,vt canonizet, quid requiritur.*

¶Poſtremo,ne aliquid remaneat intactum, prædictis obſtat vnum, videlicet, quòd videtur fruſtratoriũ tractare de titulo præſumpto ad effectum iſtius regulæ: ex eo, quia ſine auxilio iſtius regulæ, ſola poſſeſsio decẽnalis ſufficit ad tuendum poſſeſſorem cum titulo ſuo præſumpto, vt tradit Petr.de Anchar.conſ.cxvij.cum vulg.Reſpondetur quòd licet ſola decennalis poſſeſsio defendere poſſeſſorem poſſet: nunquam tamen multiplicatio fauoris, ac priuilegij circa idem, poteſt dici fruſtratoria: imò illa reiteratio, ſiue geminatio,

minatio,operatur plures effectus, quos ſolent ſtatuta continentia idem quod ius cõmune producere. De quibus per Alex.& alios in l.j.ff.ad leg.Falcid.& in cap.j.de cõſtit.lib.vj.vbi latiſsimè dixi,ſuper gl.in verb.facti.Quanto magis, quòd ceſſante priuilegio iſtius regulæ, decẽnalis poſſeſsio nunquam actori imponit ſilentium, vt facit iſta regula. Et ideo actor contra decennalem,de meliori,anteriori,& validiori titulo contenderet, & admitteretur ad probationes ſuas. Quod regula iſta,fauore poſſeſſorum,prohibet,ſilentium imponens,& impetrationes quaſlibet ſuſpendens,ac lites antiquas,ſuper hoc motas,extinguẽs,ac infinitas alias vtilitates inducens, quæ à iure decennali poſſeſſori nõ tribuuntur,vt clarius ex diſcurſu iſtius apparatus apparebit.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

Coloratus titulus.

QVAERO, quia dictum fuit, quòd regula iſta requirit ſaltẽ coloratũ titulum,quis dicatur coloratus titulus?

¶SOLVTIO. Abb.poſt Cald.Anton.& Imol. in cap.cum noſtris.col.fin.de conceſ.præb.ponit duas regulas,ad cognoſcendum titulum coloratum. Prima eſt,quia vbicunque defectus non eſt in conferẽte,nec inducitur priuatio à iure, vel ab homine, talis poſſeſsio eſt colorata,vt eſt ibi text. Secunda regula eſt,vbicunque conferens nõ habet poteſtatem conferendi, vtputa laicus,vel alienus epiſcopus,qui conferendo faciunt contra ius,vt in cap.illud.de in repatr.& in cap.illa.vbi not.d.Anto.ne ſed.vacan. Tali caſu,titulus datus ab iſtis, non eſt coloratus: quia titulus datus ab eo,qui non habet poteſtatem alienandi, habetur pro non titulo, & ſic non eſt coloratus.l. Sulpitius.ff.de donat. int.vir.& vxor.ſicut etiam,& illorum,qui ſunt ipſo iure priuati à iure, vel ab homine, vt in cap.licet epiſcopus.& ibi Gemin.de præb.lib.vj.ita cõcludit ibi Abb.licet corruptè, qui communiter approbatur. Et iſtius ſecundæ regulæ rationem ponit idem Abb.in cap.ij.in iij.notabili.de reſtit.in integr.Quia ille,qui habet à laico,vel ab eo,qui non habet conferendi facultatem,dicitur intruſus,& intruſus non debet habere coloratum titulum,vt latè proſequitur Felyn.in capit.in noſtra.in ij.& xxxvj.correl.de reſcript.& ſequuntur latius Moder.in tract.beneficij.in iij.parte.q.xj. Et per conſequens,tales non defendentur ab iſta regula.

Intruſus quis dicatur.

¶Ta



¶Tamen aduertendum eſt diligẽter, circa intellectũ iſtius regulæ: quia non omnis,qui non habet titulum coloratũ, excluditur à priuilegio iſtius regulæ.Nam dupliciter poteſt conſiderari coloratus titulus. Primo modo, quo ad effectũ iſtius regulæ. Secundo modo,quo ad effectus iuris communis. Quo ad effectũ iſtius regulæ,pone iſtam concluſionem pro firma: quòd omnis ille dicitur habere titulum coloratum,qui non excluditur in regula. Itaque ſoli illi diſcolorati tituli habere dicuntur, qui in regula iſta excipiuntur. Et licet quo ad effectus iuris communis,multi cenſeantur non habere titulum coloratum, & per conſequens excludantur à beneficio iuris communis,non tamen excluduntur ab auxilio iſtius regulæ: quæ cum tantum duos caſus excipiat,firmat regulam in non exceptuatis, vt ſuperius in multis caſibus viſum fuit.& inferius in pluribus alijs q.dicetur. Dicta igitur Abb.& aliorum,in d.cap.cum in noſtris.& in alijs locis,inquantum volunt, illum non habere titulum coloratum,qui habet ab eo,qui de iure communi eſt inhabilis,ſeu incapax,vel priuatus,& ideo dare non poteſt, procedit quo ad effectus iuris communis. Sed quo ad effectũ regulæ, requiritur quòd ille ſit inhabilis, ſecundum prohibitionem regulæ.

¶Ex quibus infertur,quòd habens etiam collationem beneficij vacantis in curia ab ordinario,dicitur habere titulũ non coloratum, propter decretũ.cap.ij.de præbend.lib.vj. approbatum hîc in regula.Nam ſi talis titulus in iſta regula non exciperetur,diceretur, quo ad eius exceptionem acquirendam, coloratus. Sicut dicimus in collatione beneficij litigioſi,quæ licet non ſit colorata, quo ad effectus iuris communis,propter cap.ij.vt lit.pend.lib.vj.& ea, quæ dicit Cald.in conſ.xiij.de verb.ſig. Et Rota in no.de reſtit.ſpol. deciſ.iij.& deciſ.iiij.eod.tit.in antiquiori.quæ voluit huiuſmodi titulum habentẽ,eſſe intruſum,taliter,quòd ſi ſpoliaretur,reſtitui non deberet. Nihilominus quo ad iſtã regulam illud nõ procederet,vt inferius in alia quæſtione dicetur. Prædictæ igitur deciſiones de iure communi, locum habebunt,ſecundum quod plures alij ſunt caſus, in quibus quis diſcoloratum titulum habere dicitur: qui non reputantur tales,quo ad regulam iſtam. Ex quibus vltra prædictos,

Collatio beneficij litigioſi.

ctos,aliquos exempli gratia enarrare ſufficiet.

¶Primus eſt in eo,qui habet primum curatũ, & recipit ſecundum: quia dicitur in primo habere titulum non coloratum,propter decretum cap.de multa.& extrauag.execrabilis.de quo dixi ſuperius quæſt.x.

¶Secundus caſus eſt in eo, qui recipit epiſcopatum,& dimittit labi tempora de conſecrando,iuxta cap.cum in cunctis.de elect.quia talis poteſt dici intruſus,& non habere titulum coloratum,vt notat Hoſtien.& Henric.in cap.niſi.de renuntiat.& Ioan.Franc.Pauin.in tract.de offic.& poteſt. cap.ſede vacant.in verbo,vacare.

¶Tertius caſus,in collatione facta à vicario generali,quæ non eſt colorata, cum non habeat poteſtatem conferendi, cap.fin.de officio vicarij.in ſexto.tenet Lapus in cap.ſi tibi abſenti.de præbend.lib.vj. Et hoc niſi fuerit adiuuata aliquo,licet modico adminiculo, vt videlicet,iuraméto ipſius vicarij,aſſerentis poteſtatẽ habuiſſe,vel dictum vnius teſtis, vt dicit Egid deciſ.50. Et ita hodie xix. Decembris M.D. * xxxix.in vna Calaguritan.parochialis de Gamiz, corã R. D. Marco Anto.Marſcotto Rota tenuit: vbi pro colorato titulo habuit vnionem factam per vicariũ epiſcopi,de cuius facultate non conſtabat, attento quòd vnus teſtis de viſu depoſuit vidiſſe dictum vicarium vnire,& vniones eius habuiſſe effectum.

¶Quartus caſus eſt in collatione facta ab ordinario,cui erat ab executore inhibitum,propter decretum literarũ,de quo per gl.in cap.ſi ſoli.de conceſ.præbend.lib.vj.quia talis non dicitur habere titulum coloratum, vt tenet Gaſpar de Peruſio in tract.Reſeruat.

Poſſeſsio diſcolorata.

¶Sic etiam,& quinto poſſeſsio dicetur diſcolorata,quando habens titulum ingreditur poſſeſsionem beneficij,præter ſuperioris authoritatem, vt notat Innoc.in cap.bonæ ij.de poſt.prælat.& in cap.literis.de reſtit.ſpoliat.etiã ſi talis cum titulo habeat executorialis canonizatorias tituli, vt tenet ſtylus Rotæ,de quo meminit Felyn.in cap.ad probandum.in iiij.col.de re iud. Nam licet de iure poſsit quis propria authoritate,cum executorialibus capere poſſeſsionem,vt verba executorialiũ apertè concedunt: tamen ſtylus Rotæ ſe habet in contrariũ,vt dicit Bellamera in conſil. x.in

Cum executorialibus capere poſſeſsionem.



x.in quinto dubio. & refert Ioannes Franciſ. Ripa doctiſſimus Moder.in repet.c.ſæpe.num.69.de reſtit.ſpol.& declarat melius Fely.in d.c.ad probandum.vt latius dixi ſuprà in compendio ſignaturæ.

¶Et idem dictum fuit in Rota in eo, qui per reſignationẽ cauſam habuit ab illo, cui beneficium ſub conditione reſignatum fuerat,ſi infra ſex menſes mandatum ad conſentiendum produceret.Nam voluit in vna Corduben.coram Domino Simonetta tertia Iulij M.D.XXXI. talem non habere * titulum coloratum.Et in ſumma,omnis ille,qui habet collationem ab eo,qui prohibetur ipſo facto à iure,vel ab homine,dicitur nõ habere titulum coloratum:quia tales ſunt intruſi. Et quot modis poſsidentes dicantur intruſi, ponit Felyn.in cap.veniens.de accuſ.in ſecundo notabili.Et reaſſumunt Moder.in tract.elect.quæſt.xvij.

¶Et iſta omnia,vt dixi, de plano procedunt, loquendo de iure communi. Sed quo ad effectum iſtius regulæ aliter eſt dicendum,videlicet,quòd omnis ille dicitur habere coloratum titulum,qui non eſt exceptus in regula, etiam ſi haberet collationem ab eo,qui prohibetur cõferre à iure, vel ab homine.duo igitur caſus hîc in regula excipiuntur, videlicet,ille qui habet titulum per ſimoniam,vel de beneficio reſeruato,reſeruatione in corpore iuris clauſa: quia iſti duo caſus excepti in regula,firmant regulam in contrarium, in caſibus nõ exceptuatis,vulg.l.nam quod liquidè.ff.de penu leg.Et ita iudicauit Rota in quãpluribus cauſis, de quibus in ſequentibus quæſtionibus mentionem faciam.

Titulus coloratus.

¶Et iſta quæ dicta fuerunt, quòd titulus dicitur coloratus quando emanauit ab eo qui diſponendi poteſtatem habet. Limitantur non habere locum,quando ille titulus datus ab eo, qui potuit dare eſſe contra formam datam:nam tali caſu non diceretur coloratus. ita notabiliter dicit Anton.de But.in c.literis.in fi.de conceſſ.præbend. Per cuius dictum Rota in vna Vicentina parochialis de Longares coram me de menſe Februario M.D.XL.tenuit,quòd Hieronymus de * Nigris,cui Ambroſius de Oria reſignauerat dictã parochialem reſeruata penſione 50.duc.libera & exẽpta non dicatur habuiſſe titulum coloratum ad effectum, vt defendi poſſet hac regula,ex quo procurator dicti Hieronymi à principio

non cõſenſit dictæ penſioni cũ dicta clauſula, libera & exempta. Nam attento, quòd in ſupplicatione dictæ pẽſionis fuerat appoſita dicta clauſula libera & exẽpta, & Papa ita cum illa forma renuntiationem admiſerat, & Ambroſius iuxta formam dictæ ſupplicationis cõſenſerat. Si Hierony. illam formam non ſeruauit, dato quòd à Papa prouiſus fuerit, & ſic ab illo qui poteſtatem conferendi habuit: nihilominus Rota iudicauit illum non habuiſſe titulum coloratũ ad effectum, vt cum illo triennio poſtea poſsidens iſta regula iuuaretur per dictum Ant. de But. vbi ſ. Et ita ego iudicaui Ambroſ. reſtituendam eſſe parochialem propter modum non ſeruatum non obſtante iſta regula.

¶ Et quia illud dictum de caſibus exceptis ſeruiet nobis in multis quæſtionibus ſuper hac regula diſcutiendis, de quibus latiſsimè fiet mentio, propterea non amplius inſiſto.

QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA.

Electus à capitulo.

QVAERO, an electus à capitulo, & confirmatus ab epiſcopo excommunicato, & publicato dicatur habere coloratum titulum?

¶ SOLVTIO. Tempore Iulij II. fuit ventilatum hoc dubiũ in Rota. Et tamen non habeo quid fuerit deciſum, & quòd non habuerit titulum coloratũ conſuluit tunc Octauianus de Ceſſa aduocatus apprimè doctus, vt ipſe refert libro vi. informationum ſuarum. Mouetur per fundamẽta illa vulgaria de quibus iam dictum eſt in præcedentibus quæſtionibus, videlicet, quòd ex quo talis epiſcopus prohibetur à iure propter eius inhabilitatem, vt in cap. quia propter. de conceſſ. præbend. cum vulg. eius confirmatio non dat colorem poſsidendi: præſertim, quia quando defectus cauſatur ex perſona agente, talis defectus nõ cenſetur excluſus à regula generaliter loquente. arg. gloſ. in clem. j. de ſeq. poſſ. & fruct. & ea, quæ not. Bal. in l. ſi quis filio. §. ſi quis. ff. de iniuſt. rup. Et quod voluit d. Ant. in cap. licet. de elect. videlicet, quòd exceptio detegens inhabilitatẽ agentis, nũquam cenſetur excluſa: & in hoc genere multum inſiſtit dictus aduocatus, vt ibi per eum, quæ ex eo, quia eius dicta non multum aſtringunt, omitto. ¶ Addit etiam, quòd regula iſta eſt exorbitans à iure inducens præſcriptionem in beneficijs, ſine bono & vero titulo: ergo debet ſtrictius interpretari quatenus

Defectus quãdo cauſatur ex perſona agente.

Exceptio detegens inhabilitatem.



nus quis minus damnum patiatur, quod fiet ſi actor à bono iure impetrationis ſuæ non excludatur.

¶ Ego etiam pro iſta parte addo, dictũ Ant. in c. literas. de conceſſ. præb. vbi vult, quòd cõfirmatio facta ab eo, qui originaliter poterat confirmare, ſed eſt impeditus, non præſtat colorem poſsidendi: & ſi taliter confirmatus ingerit ſe adminiſtrationi, incurrit pœnã. c. auaritiæ. de elect. lib. vj. not. gl. in c. ſi. eo. tit. Et hoc idem tenet ibi Ioan. de Imol. per ea quæ habẽtur in c. licet. & c. ſi. de ſup. neg. præla. facit cap. illa. ne ſede vac. Et ratio iſtorum poteſt eſſe: quia habens beneficium à ſuperiore interdicto vel priuato, dicitur intruſus, vt in c. tanta. de exceſſ. prælat. not. Doct. in c. cum ſatis. de offi. archidiac. Hoſt. in c. in literis. de reſt. ſpol. ¶ Tamen prædictis non obſtant. veritas ſe habet in contrarium, videlicet, quòd electus, & confirmatus à ſuſpenſis vel excommunicatis, licet de iure communi titulum coloratum non dicatur habere, & per conſequens non admittetur ad ea, quæ de iure communi electo & confirmato ritè & rectè concedũtur. Tamen quo ad effectum iſtius regulæ omnis ille dicitur habere titulum coloratũ, qui habet ab eo, qui originaliter poteſt conferre, eligere, & confirmare, licet ex accidenti ſint impediti. Ratio iſtius concluſionis eſt: quia iſta regula tantum excipit duos caſus in quibus vult titulum nõ haberi pro colorato, vt in ſimoniaco, & in prouiſo de beneficio reſeruato: Ergo exceptis iſtis duobus caſibus in alijs regula manebit in cõtrarium firma. vulg. l. nam quod liquidè. & §. vt autem. in authent. de non alie. col. j. Et ita Rota per iſtam rationem de menſe Octobri M. D. XIX. in vna monaſterien. beneficiorum coram dom. Barth. de Spina iudicauit, quæ voluit per collationẽ factam ab ordinario de prima dignitate in collegiata, quę per regulam iij. ſuprà eodem, reſeruata eſt cum decreto, & quæ fuit de antiquioribus reſeruationibus curiæ per Ioan. xxij. introductis, vt colligitur ex dictis Feder. de Senis in conſil. cxij. incip. amice chariſsime. tribuere titulum coloratum ad effectũ prærogatiuæ iſtius regulæ. Et iſta deciſio cum eius ratione adeò eſt magni momẽti, quòd per eam faces ardentes omnibus communibus opi. imponuntur, vt ex prædictis, & infrà dicendis apparebit. Nam ex iſta deciſione primo infertur, quòd caſus quæſtio-

Confirmatio.

Titulus coloratus.

nis noſtræ non habet dubium. ¶ Infertur etiam, quòd collatio facta per ordinarium de beneficio litigioſo contra c. ij. vt lit. pen. lib. vj. quòd habet decretum titulum, & poſſeſſioné irritans, tribuit titulum coloratũ poſſeſſori triennali.

Collatio facta per ord. de benef. litigioſo.

¶ Infertur & tertio, quòd ordinarius conferens beneficium contra inhibitionem executoris, & contra omnia decreta regularum, tribuit titulum coloratum, & ſecũdum hoc decreta illa, & geminatæ prohibitiones cõcordatorum Germaniæ nihil operabuntur.

Prouiſio facta per ordinarium.

¶ Infertur & quarto, quòd attenta eadem ratione prouiſio facta per ordinarium in menſibus expectantium tribuet titulum coloratum, & econtrà acceptatio & prouiſio facta in menſibus ordinariorum tribuet eũdem colorem, cum tamé Rota iudicauerit tales prouiſiones nihil valere propter decreta irritantia poſita in alternatiuis epiſcoporum & expectatiuarum, vt refert Felyn. in c. cum ex officij. in pen. & fin. col. de reſcrip. & d. Pet. Andr. auditor in tract. leg. lib. iij. q. iij. vbi plus dicit Rotam tempore ſuo iudicaſſe, non valere prouiſionem legati de latere de beneficijs vacãtibus in menſibus ordinarij, etiam ſi poſtea ordinarius non cõferret, per plures rationes, quas ibi adducit, quas breuitatis cauſa omitto. Et hoc idem tempore Sixti iudicatum fuiſſe in vna Auinionen. præben. ſancti Agricolæ, refert quidam Ludouicus Interamne, illorum temporũ aduocatus in quibuſdam ſuis annotationibus. Quod procedit etiam ſi Papa faceret gratiam in forma capituli mãdatum, prout in vna Narbonenſ. præbend. coram. d. Ioan. Franc. tunc auditore fuiſſe diſputando dictum refert Ioan. de Narnia quondam eximius, & antiquus aduocatus in quibuſdam allegationib. ſuis.

Prouiſio legati.

*

¶ Infertur & quinto, quòd prouiſio ordinarij facta de beneficio vacante, cuius regreſſus pertinebat ad alium, det titulum coloratum, nõ obſtantib. quòd regreſſus habeat decretum ſpeciale appoſitum illi certo beneficio, quod qualiter procedat, poſtea in alia quæſt. dicetur.

Prouiſio ordinarij facta de beneficio.

¶ Alia penè infinita inferri poſſent ex concluſione ſuperius facta, quæ contra communes iuris regulas videntur inducta, quibus omnibus reſpondetur quòd Papa, qui dominus abſolutus eſt beneficiorum, vt in capitulo ſecundo. de præbend. libr. vj. & clem. j. vt lit. penden. Et not. Doct. in

cap.



cap. quæ in eccleſiarum. de conſt. poteſt in tali materia contra omnes iuris communes regulas nouiter inducere & ſtatuere, vt patet exemplo, quia videmus, quòd de iure communi nemo cogi debet ad concordiã, vt in §. fi. in auth. vt litig. iurent. Et not. Bart. in l. congruit. ff. de officio præſid. & tamen hoc nõ procedit in Papa, in materia beneficiali, in qua habet pleniſsimam poteſtatem, vt dicit Abb. in c. cum pridem. in vltimo notabili. de pact. ſequitur latè Fely. in rubrica de treu. & pace. in ij. col. Et eodé modo nemo poteſt reuocare conceſsionem factam, & tamé Papa hoc facere poteſt, vt in capitulo, nouit. & ibi no. Abb. de iudic. Sic etiam præſcriptio cum mala fide non procedit, & tamen Papa poteſt contrarium ſtatuere, vt patet in c. j. de præſcrip. prout etiam apparet in publiciana, quæ cum mala fide competit de iure canonico, vt dixi in §. ſed iſte. inſtit. de act. vbi alia exempla ſcripſi. Ergo eodem modo Papa poteſt facere in terminis iſtius regulæ, quòd omnis titulus in beneficialibus ſit coloratus, niſi in certis caſibus, prout hîc, quod factum videtur ex cauſa legitima, videlicet, propter negligentiam non petentis ius ſuum infra triennium, ne beneficia ſub incerto titulo poſsideantur. Nec mirum, quia etiam de iure communi in quamplurimis iuris articulis, negligétia grauioribus, ac magis acerbis pœnis punitur, quàm hîc. Ex quibus quædam exempla per viam compendij enarrabo, quæ manifeſtã lucem dabunt omnibus iuribus de negligétia loquentibus. Simul etiam alia quædam diligentię commoda ſubnectam, ne vigilantes debita laude ac honore fraudentur.

## INCIPIT EPILOGVS PERQVAM BREVIS CASVVM NEGLIGENTIAE.

IN primis igitur illud grauiſsimum negligentiæ incommodum notum eſt, quòd propter negligentiam non petentium res ſuas mobiles, vſucapio triennalis introducta fuit, quæ non ſolum aliquem poſſeſsione temporali, vt hîc, ſed etiam dominũ verum, ſuo iure ac dominio perpetuo priuat, ipſumq; iam ſerò agenté poſſeſſorio & petitorio excludit, vt in l. j. ff. de vſuc. tradunt omnes in l. traditio-

Vſucapio trinalis introducta fuit.

nibus.C.de pact.iſta enim pœna negligẽti res ſuas propter prædictam cauſam perpetuæ excluſionis impoſita,grauiſſima reputatur, quæ facta comparatione ad illam, quam hic Papa negligentibus impoſuit,iſta pro nihilo reputabitur. Quia hic poſſeſſori triennali per iſtam regulam, exceptio dũtaxat acquiritur,non ius. Nec illa exceptio eſt perpetua, tranſiens ad quoſcunq;, ſed morte poſſeſſoris extinguitur, & propterea hic impetrationes de beneficijs triennio poſſeſsis,non annullantur,ſed ad vitam dũtaxat poſſeſſoris ſuſpenduntur.Per quod datur intelligi,quòd impetrans mortuo triennali poſſeſſori,poterit de iure ſuo experiri. Potuit igitur Papa,quo ad iſtum caſum hic in negligentis pœnam ſtatuere,quòd omnis titulus ſit coloratus,niſi in caſibus exceptis. In quam quidem pœnam negligens ipſe,propter ſui deſidiam & culpam incidere videtur,cui per diligentiã obuiare potuit,vt in cap.loci.xxxv.diſtinct.& in cap.negligere.ij.q.iij.& l.non ſolum.C.de commer.& merca.

Iudex negligens adminiſtratione ſua priuatur.

¶Et ſic videmus,quòd iudex propter negligentiam adminiſtratione ſua priuatur,& alius loco ſui ſubrogatur:quinimò criminaliter priuari poſſet,vt de primo eſt text.in l.ſi quos.C.de offic.præfect.præto.orien.de ſecundo,in l.miſſi opinatores.C.de exact.tribut.lib.x.& in l.ij.C.de can.larg.tit.libro decimo.

Tutor ꝓpter negligentiam remouetur.

Executor iure ſuo priuatur.

Negligentes & deſides qui ſui immemores ſunt.

¶Tutor etiã propter negligẽtiam remouetur.l.eum qui.C.de procurat.Et eodẽ modo executor iure ſuo priuatur, propter negligẽtiam vnius anni.vt in c.tua nos.de teſtam.& in l.nulli.C.de epiſc.& clericis.Et in ſumma omnes deſides & negligentes,qui ſui immemores ſunt,officio ſuo priuãtur,vt in l.penul.in fi.C.de can.larg.lib.x.prout de abbate etiam negligente dicit text.in c.cum ad monaſterium.in fin.de ſtat.mon. Si igitur quis propter negligentiam priuatur obtẽtis & acquiſitis,à fortiori acquirẽdis,vt in reg.iſta.

¶Et quia materia iſta negligentiæ,in qua principaliter vſucapio,& ratio iſtius regulæ fundantur,varijs in locis ſparſa eſt,nec ſimul tota perquirenti occurrit: decreui hic eam quàm breuiter & ſuccinctè, per capita,& enumerationẽ caſuum colligere:quos quidem caſus aliàs iuuenis,in maiori otio conſtitutus curioſiſsimè cumulaui. Et quia negligentia,quæ per iſtã regulam caſtigatur,iudicialis eſt,incipiam à ca



ſibus negligentiæ iudicantium.

Negligentiæ epilogus.

¶Primus igitur caſus negligentiæ conſideratur in iudice, vt in d.l.ſi quos.& l.miſsi.ſuperius allegatis. ¶Secundus. Quia propter negligentiam magiſtratus ius non dicentis, in ſui verecundiam recurrendum eſt ad populum. Caſus eſt ſecundum Bald.ibi in titulo,ſi de inueſtit.feud.inter dominum & vaſallum lis oriatur.§.primo. ¶Tertius. Quia iudex negligens ſepulchrorum violatores vindicare,punitur in xx.libris auri.l.ſi quis ſepulchrũ.C.de ſepul.vio. ¶Quartus.Quia iudex negligens quominus pacta,& conuentiones partium ſeruentur,facit litem ſuam.caſus notabilis in l.pen.C.de pact.in fin. ¶Quintus.Quia contra iudicem negligentem expedire, quod ab eo petitur, eſt vario modo conſultum.ſecundum quod declarat Bart.not.in l.fin. C.de varijs,& extraor.cognit. ¶Sextus.Quia propter negligentiam iudicis laici in non reddendo iuſtitiam clericis,laici conueniri poſſunt coram iudice eccleſiaſtico.cap.cum ſit.& cap.ſi clericus.de foro comp. ¶Septimus.Quia propter negligentiam iudicis,qui omiſit teſtes apertè productos examinare,etiam poſt triennium datum, & etiam nulla facta prouocatione pars poterit petere teſtes examinari.text.eſt notabilis in cap.per tuas.de teſtib.

¶Octauus.Proceſſus factus à iudice negligente dare Apoſtolos,eſt ipſo iure nullus.tex.eſt in c.ab eo.de appel.in vj. ¶Nonus. Iudex negligens facere iuſtitiam clerico,eſt ipſo iure excõmunicatus. gl.eſt notabilis in c.adminiſtratores.xvij.q.v.Ioan.Andr.in c.ſi.de excep.lib.vj. ¶Decimus.Quia iudici negligenti quo ad Deum imputantur delicta non iudicata.cap.ſicut inquit.ij.q.vij. ¶Vndecimus. Quia iudice negligẽte dare Apoſtolos ſæpe petitos,habetur perinde ac ſi expreſſe fuerint denegati.text.eſt in cle.quamuis.in fin.de appell. ¶Duodecimus. Qui in officio iudicandi alteri ſucceſsit,non poteſt nouum opus inchoare,niſi prius ædificia per prædeceſſorẽ incœpta,aut vetuſta per illum reparari reparet,vel neglecta perficiat.l.fi.C.de ope.pub. ¶Decimuſtertius.In pœnam iudicis negligentis ius reddere licitũ eſt in ius ipſi dicere.l.nullus.C.de iudi.ibi cum gl.& melius in l.nulli.circa fin.C.ne ſac.bap.& bon.tex.in l.nulli iudicum.C.de offic.rect.prouinc. ¶Decimuſquartus.Iudex negli-

gens vendicare crimen priuati carceris incidit in crimẽ læſæ maieſtatis.l.j.C.de priuat.carce.

¶Decimuſquintus. Eodẽ modo iudex punitur,ſi vindicare paganos neglexerit.l.j.C. de paga. ¶Decimuſſextus. Et pari reprehenſione eſt dignus iudex negligens reſiſtere, & obuiare clericis negotiãtibus,vel turpia officia exercentibus.clemen.j.in fi.de vit.& honeſt.clerico.

¶Decimuſſeptimus.Iudex etiam negligens punire hæreticos,in decem libris auri cõdemnatur,& exiſtimationis ſuæ periculum patitur.l.ij.& l.quicunque.in fi.C.de hæret.

¶Decimuſoctauus.Pariter etiam negligens vindicare ſtupratores,& monialium corruptores,in quinque libris auri punitur.§.penul.in auth.de ſanct.epiſc. ¶Decimuſnonus. Iudex requiſitus de iuſtitia, & de expeditione cauſæ nihil reſpondens,vt nimium moroſus & negligens notatur.c.j. & ibi Bald.de milit.vaſ.qui contu.eſt. ¶Vigeſimus.Iudex tenetur ad intereſſe parti læſæ ſi neglexerit in cauſis ciuilibus videre,quæ ſuæ ſunt partes,ſed non facit litem ſuã,ſicut quãdo malè iudicat.l.j.& ibi per Bar.C.quomodo & quãdo iudex. ¶Vigeſimuſprimus. Laicus negligẽs facere iuſtitiã poteſt cogi per eccleſiaſticum.c. Iudæi.el.ij.de Iudæ.& cap. excommunicatus.cum gl.de hæret. ¶Vigeſimuſſecundus. Iudex negligens ferre ſentẽtiam ad finẽ concordandi partes,ſi propter concordiã partes lædantur,parti læſæ in foro conſcientiæ ad refectionẽ damni tenetur. Ita dixit d. Card. in cle.ſæpe.in §.& quia.in xviij.q.de verb.ſig. ¶Vigeſimuſtertius. Iudex qui neglexit per imperitiã facere id ad quod tenetur,peccat,& parti lęſæ tenetur quantum æquum iudici videbitur,diſtinguendo,vt per Bal.in l. mancipia.de ſer. fug. ¶Vigeſimuſquartus.Iudex negligẽs alere carceratos, malè facit. Bart.in l.nemo carcerẽ.C.de exact.tribut.lib.x. ¶Vigeſimuſquintus. Qui negligit etiam infra triennium cauſam diffinire,punitur,& remouetur,ſecundum diſtinct. l.properandum.§.ſi autem vtraq;.C.de iudi. ¶Vigeſimuſſextus. Similiter iudex negligens non facere inuentariũ de bonis damnati & confiſcati,mulctatur.l.ſi quis infra. C.de bon.damnat. ¶Vigeſimuſſeptimus.Iudex negligens exercere officium ſuũ circa miſerabiles perſonas,vel piũ actum etiam tenetur,vt per Bart.in l.quarta.§.hoc autẽ iudiciũ.in

v.op



v.oppo.ff.de dam.infect. ¶Vigeſimuſoctauus.Iudex negligens pacem violatam vindicare,omne damnũ & iniuriam paſſo reſarcire tenetur.§.iudex.in titulo,de pace tenenda. inter ſub.in vſib.feud. ¶Vigeſimuſnonus.Contra iudices, ſeu magiſtratus negligentes tutorum vel curatorum ſatiſdationem capere,datur actio ſubſidiaria.§. pen.inſtit.de ſatiſdat. ¶Trigeſimus.Iudex negligens punire iniuriam illatã ſcholaribus, punitur acrius.auth.habita. C.ne filius pro patre. ¶Trigeſimuſprimus.Iudex ordinarius negligere nõ debet exigere ratiões debitas à religioſo ſuo executore.cle. j.de teſta. ¶Trigeſimuſſecundus.Propter negligentiam iudicis in non confirmando tutorem non impeditur adminiſtratio tutori.Bart.not.in l.quia pater.ff.de confir.tuto.

¶Trigeſimuſtertius. Iudex negligens ſeruare iuramẽtum, quo iurauit in principio officij de non acceptando pecuniam,vel aliud ſordidum committere,incidit in crimẽ publicum.de quo eſt bonus tex.in l.fi.ad leg.Iul.pec. ¶Trigeſimuſquartus. Præſes qui negligit caſtigare iudicem acceptantem indebitas ſportulas, punitur ſimul cum acceptante,& hoc epiſcopo principi denuntiante.text.eſt in §.fin.in auth.vt differen.iud.coll.nona. ¶Trigeſimuſquintus.Iudices negligentes conſtitutiones principum ſeruare,puniuntur.l.prima.§.fin.ff.de fal. ¶Trigeſimuſſextus. Pari modo neglig ẽtes expedire cauſas,quas poterat expedire,& eas dimittit,ſucceſſori tenetur.per text.ſing.in l.prima.§.ij.ff.de magiſt.conuen.& ibi Bald.

ET ISTA, quæ de negligentia iudicum punienda exempli cauſa poſuimus, ſufficiant Nunc negligentiæ peccata, quæ quemlibet alium contingunt diſcurramus.

¶Trigeſimuſſeptimus. Nam in primis in pœnam deſidiæ inductum eſt,quòd propter negligentiam non eligentium electio ad ſuperiorem deuoluatur,vt per gloſſ.in cap.duobus. de reſcrip.libro ſexto.& in cap.quanquam.de electio.libro vj. ¶Trigeſimuſoctauus.Qui neglexit ſeruum fieri furem tenetur ex pacto,quòd promiſit ſeruum furtum non facere.text.eſt in l.non impoſſibile.ff.de pact. ¶Trigeſimuſnonus. Eodem modo commentarienſis,ſeu cuſtos carceris propter eius negligentiam punitur.l. commentarienſem. C.de cuſto.& exhibit.reorum.& ibi gl.not.quam vide con-

Ee 5

tra prælatos negligentes &c. ¶Quadrageſimus. Similiter & medicus, qui incipit medicari alicui etiã gratis, ſi neglexit curam infirmi, tenetur de leui & leuiſsima culpa. text. eſt iuncta gloſſ. no. in l. idem iuris. in prin. ff. ad leg. Aquil. ¶Quadrageſimuſprimus. Sic etiam in patrem negligẽtem vindicare iniuriã factam filio transfertur executio & actio. l. ſed ſi vnus. §. interdum. ff. de iniurijs. ¶Quadrageſimuſſecũdus. Et hoc idem ſtatutum eſt procuratore patris negligente proſequi iniuriam filij. Nam exercitium competit filiofam. l. ſed ſi vnus. §. procurator. ff. de iniur. ¶Quadrageſimuſtertius. Sic etiam negligentia hæredis nocet fideicõmiſſario, & currit præſcriptio. text. eſt in l. ſi hæres. l. ij. §. fin. cum gl. ff. ad Trebell. ¶Quadrageſimuſquartus. Et negligentia ſcribę, ſeu notarij punitur. text. notabilis & ſingularis in l. fin. C. de mag. conuen. ¶Quadrageſimuſquintus. Negligentia etiam inducit conſenſum ad illud quod fit, vt habes gloſ. in cap. j. de offi. deleg. ¶Quadrageſimuſſextus. Et per negligentiam perditur poſſeſsio, iuxta not. per Bar. in l. ſi de eo. ff. de acquir. poſ. & Abb. in cap. cõtingit. de dolo & contum. ¶Quadrageſimuſſeptimus. Clericus etiam qui negligit agros eccleſiæ, vel eius vtilitatem non curat, poteſt remoueri ab eccleſia. gl. eſt notabilis in c. ſæpe. xiij. q. ij. ¶Quadrageſimuſoctauus. Pari modo negligentia prælati nocet ſucceſſoribus in præſcrip. ſucceſſoria, vt per gloſ. not. in cap. ij. de præſcript. ¶Quadrageſimuſnonus. Etiam ſerui coloni, vel procuratores negligenter rem dominicã curantes puniuntur. tex. ſing. in l. fin. in prin. C. de acquir. poſ. ¶Quinquageſimus. Punitur etiam qui negligenter in ſtipulam ignẽ immittens gratia comburendi eam, & ob eius vecordiam aliorum agros igni depopulatus eſt, vt eſt tex. not. in l. qui occidit. §. penul. ff. ad leg. Aquil. ¶Quinquageſimuſprimus. Si ob negligentiam curantium non lethaliter vulneratum, vulneratus moritur, vulnerans non tenetur de occiſo, ſed tantũ de vulnere, vt eſt caſus in dicta l. qui occidit. §. finali. ff. ad leg. Aquil. ¶Quinquageſimuſſecũdus. Sic etiam ſi propter creditoris negligentiam res pignorata deterior facta eſt, negligens punitur. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad legem Aquil. quod not. contra Hebræos pignora ab ſcholaribus capientes.

¶Qui



¶Quinquageſimuſtertius. Eodem modo negligens in nõ eligendis bonis miniſtris punitur. in l. ſi ſeruum. §. ſeruum. & §. fornicarius. ff. ad leg. Aquil. ¶Quinquageſimuſquartus. Et colonus negligens infra vel ante tempus rem locatam comminui, condemnatur ad penſionem totius temporis. l. dominus horreorum. §. fin. ff. locat. Iaſ. in l. diem. col. viij. ff. de offic. aſſeſſor. Quinquageſimuſquintus. Sic etiam ignorantia facti craſſa, quæ negligentiæ æquipollet, aliquẽ non excuſat. l. regula iuris. in §. ſed facti. ff. de iur. & facti ignor. & cap. ij. de cõſtit. lib. vj. ¶Quinquageſimuſſextus. Negligentia etiam tutoris in rebus pupilli punitur. l. tutor qui repertorium. §. competit. ff. de admin. tut. ¶Quinquageſimuſſeptimus. Pari etiam modo punitur tutor, qui neglexit vendere frumentum vetus ante nouum. vt Bart. in l. j. C. de condit. in public. horreis. lib. j. ¶Quinquageſimuſoctauus. Præterea ſi tutor neglexit ſingulis annis cogere affictus, ſiue cenſus, tenetur pupillo. l. ij. in princ. & ibi Bart. C. de debit. ciuit. lib. xj. ¶Quinquageſimuſnonus. Tenetur etiam tutor de ſuo, qui neglexit poſt Calendas Nouembris dare vinum nouum ad bibendum familiæ, ſecundum Bart. in l. iubemus. l. j. C. de erog. milit. anno. lib. xij. ¶LX. Et negligentia cuſtodientis furioſum, qui alteri damnum vel iniuriam intulit, punitur. in l. diuus. ff. de off. præſ. ¶LXI. Item negligentia non exigentis vectigal, punitur. in §. volumus. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffr. ¶LXII. Similiter negligentia mariti non petentis fundum datum in dotem ab eo, qui præſcribit, punitur. caſus eſt notabilis in l. ſi fundum. ff. de fund. dota. ¶LXIII. Eodem modo negligentia mariti in nõ exigendo dotem à debitore, qui poſtea factus eſt, nõ ſecundo punitur, & ſibi imputatur. bonus tex. in l. extraneus. ff. de iure dot. ¶LXIIII. Eſt etiam notandus caſus illius negligentis, qui cum vitioſus ſit, neglexit tamen à ſua familiaritate eos expellere, qui ipſum malefacti incuſabant. Nam in pœnam negligentiæ inducitur, quòd non poſsit eos repellere ab accuſando etiam ſub prætextu criminis, quod fortè pateretur, ex quo antea à ſe ſeparare neglexit, vt eſt text. in cap. nulli. de accuſat. ¶LXV. Tanta etiam eſt vis negligentiæ, vt acquiſita per filiumfamiliâs potius acquiſita ex profectitijs, quàm ex aduẽtitijs bonis præ-

ſumnan

ſumantur,vt eſt gl.notabilis in l.cum oportet.in prin.C.de
bonis quæ liber. ¶ LXVI. Creditores etiam ſuæ negligen
tiæ penſum ferre debẽt,ſi negligentes fuerunt in exigendo
ab hærede,qui poſtmodum vel ſe abſtinuit, vel factus eſt in
ſoluendo.text.eſt not.in l.pupillus.ff.de his quæ in fraud.
cred. ¶ LXVII. Negligentia etiam illius notatur,qui cum
literas alterius damnoſas acceptaſſet, tacuit, nec contradi-
xit. Nam per hoc videtur conſentire.caſus eſt ſingularis in
l.filiusfa.ff.ad Maced.¶ LXVIII.Etiam maritus negligens
in non curanda vxore perdit lucrum dotis ſi perijt.gloſ.eſt
notabilis in l.ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſol.matr. ¶ LXIX. Sic
& negligentia ſuccedentium pupillo in non petendo ip.
tutorem priuat eos ſucceſsione ipſius decedentis infra pu
pillarem ætatem.l.ſciant cuncti.C.de leg.hæred.¶ LXX.Et
negligẽtia hæredis nõ vindicantis cædem defuncti priuat
ipſum eius hereditate.l.j.C.de his quibus vt indig.¶ LXXI.
Et ſimiliter negligentia hæredis in non parendo volunta-
ti defuncti priuat ipſum cõmodo teſtamenti.auth.hoc am
plius.C.de fideicommiſ.¶ LXXII.Pari modo negligentia
hæredis non conficientis inuentarium,facit eum teneri in
ſolidum creditori.l.fin.C. de iure delib. ¶ LXXIII.Eun-
dem modo negligentia omiſsi inuẽtarij reddit tutores ſu-
ſpectos.l.iij.§.tutores qui repertorium.ff.de ſuſp.tuto.l.
fin.C.arbit.tutelæ. ¶ LXXIIII. Negligentia etiam vendi-
toris domus ante traditionem omittentis interponere ſti-
pulationem damni infecti, ſuo damno cedit.l.venditorem
mus.ff.de act.empt.¶ LXXV.Deſidia etiam,& eccleſiaſtico-
rum negligentia circa officia diuina,ad quæ ſunt mãcipati
reddit eos indignos immunitati omniũ munerum illis ob
eam cauſam cõceſſæ.text.eſt not.in l.generaliter.C.de epiſ.
& cler.canonizatus. xvj.q.j. quod eſt contra vagos ſcholla-
res notandum. ¶ LXXVI.Filius etiam hæres inſtitutus ne-
gligens ægrotãtem patrem, vel eum ab hoſtibus redimere,
priuatur ſucceſsione.caſus eſt notabilis in §.ſi quis de prædi
ctis.in auth.vt cũ de appellatione cog.¶ LXXVII.Et ſcho
laris negligens nũquam efficietur magiſter,vt dicit gl.in di
cto text. not.in authen.de quæſtore.§.porrò.¶ LXXVIII.
Et ad propulſandam negligentiã tempus exceptionis non
numeratę dotis eſt abbreuiandum.in auth.de tempore non
ſolutæ



ſolutæ dotis.col.vij.in princ.¶ LXXIX. Item etiam,qui ne-
glexit appellationi deferre,ſe appellationis beneficio indi-
gnum facit. bonus text.in c.cum ſit.de appel.¶ LXXX. Do-
minus qui neglexit ſeruũ ſuum ægrotũ, priuatur dominio
ipſius.text. eſt in l.j.§.& ſcimus.C.de lat.lib.tol. ¶ LXXXI.
Heredes etiam violatores pacis negligentes iuris rigorem
ſeruare diuidendo ſecum hæreditatem,qua fuerint priuati,
puniũtur,vt ab ipſis tota hæreditas abdicetur.c.ſiquis homi
nem.in tit. de pace tenen. & eius violato. ¶ LXXXII. Sic
vſufructuarius negligens in ſubmittendo alia capita ani-
malium,in locum demortuorũ proprietario tenetur.l.quid
ergo.ff.de vſufruct.¶ LXXXIII. Etiam ſeruitus vrbana nõ
vtendo amittitur, quãdo vicinus negligit libertatem vſu-
capere. text. eſt not. in l.hæc iura. ff.de ſeruit. vrb.prædio.
¶ LXXXIIII. Socius tamẽ qui negligẽter aliqua in ſocieta
te egit,non cõpenſat,ſi in pleriſq; alijs ſocietatẽ auget. bo-
nus text. in l.nõ ob eam. cum l.ſeq.ff.pro ſocio. ¶ LXXXV.
Et ſociorũ etiam negligentia cõſideratur in l.ſocius ſocio.
ff.pro ſocio.¶ LXXXVI. Fortuita etiam incendia, quæ per
negligentiam eorũ apud quos orta ſunt,non fuerunt extin
cta,damno negligentiæ cedunt.l.capitulum.§.incendiarij.
ff.de pœnit. ¶ LXXXVII. Et licet edictum prætoris mani-
feſtiſsimum ſit, illius tamen interpretationẽ nunquam ne-
gligere debemus.l.j.§.quãuis.ff.de ventre inſpic. facit text.
in l.apud Labeonẽ.ff.de iniu.§.hoc edicto. ¶ LXXXVIII.
Item tribus edictis citatus,ſi ſui præſentiam facere neglexe
rit,perſonaliter capi poterit.text.eſt in l.conſentaneum.C.
quomodo & quando iud. ¶ LXXXIX. Et poſſeſsio vacans
ex negligentia domini, ſine vi occupari non poteſt.l.fun-
dum.§.fundi.ff.de vſucap. ¶ XC. Negligentia etiam vnius
anni in non reparando illud quod erat mihi quæſitum per
occupationẽ,de iure gentiũ inducit priuationem iuris.ca-
ſum & exemplũ habes in l.ſi.ff.de vſucap.& ibi not. ¶ XCI.
Præterea ius ingrediendi tenutam ex decreto iudicis per
bienniũ negligendo intrare,tollitur. Ita ſingulariter Bart.
in l.ſi finita.§.ſi quis metu.in fin.ff.de dam.infect. ¶ XCII.
Itẽ qui tenetur denũtiare maleficia, ſi per eius negligentiã
fuit præuentus ab iniuriato, denuntiando punitur.vt per
Bart.in l.vlt.col.diuus.verſ.quæro quid ſi talis denũtiatur.
ff.de

ff.de cuſt.reorum. ¶ xciii. Præterea eccleſia læſa ex ne-
gligentia prælati ipſum prælatum negligentem conuenire
poteſt.gl.eſt not.in cap.placuit.in ver.pertineat.xvj.q.iij.
¶ xciiii. Rurſus negligentibus illis, qui in ludo & alea
aliquid perdiderunt, repetere deperdita, eorũ repetitio epi-
ſcopo conceditur, vt in conſtit.alearum vſus.C.de relig.&
ſumptib.fun. ¶ xcv. Qui parum etiam diligens fuit in ſer-
uandis ſacris, adeò quòd inſordeſcant, à iure damnatur, vt
in c.fi.de cuſto.ſacram. ¶ xcvi. Et qui officiũ clericale ne-
gligit, & ſeculi fluctibus ſe immergit, ab eccleſiaſtico mini-
ſterio fit alienus.cap.ſed neque procurationes.ne clerici vel
monac. ¶ xcvii. Mulier etiam negligens iuſiurandi reli-
gionem de alicui nubendo, damnatur à Papa.in cap.requi-
ſiuit.de ſponſal. ¶ xcviii. Similiter negligẽtes parere iu-
dici delegato puniũtur.c.de cauſis.de off.deleg. ¶ xcix.
Et qui conſcientiæ confidit, & famam ſuam negligit, crude-
lis eſt.cap.nolo.ij.q.j. ¶ c. Pari modo qui in termino à iu-
dice ſibi aſsignato ius ſuum neglexit deducere, amplius nõ
auditur.l.diffamari.C.de ingenu.& manum. ¶ ci. Negli-
gentia annalis illius qui habebat reuocationẽ feudi in alũ
tranſlati ſibi præiudicat.tex.ſingularis in cap.Titius.in tit.
ſi de feud.fuer.con.inter dom.& agnat.per quem ita limita-
tur ſingulare dictum Bart. in l.j.§.permittitur.ff.de aq.
quot.& æſtiual. ¶ cii. Item ſi canonici, qui de certo cano-
nicorum numero indulgentiã habebant, ipſam ſeruare ne-
glexerunt, non poſſunt poſtea ſuperiori opponere, ſi aliquẽ
canonicum ſupra numerum addidit.cap.pro illorũ.vbi bo-
nus text.de præb. ¶ ciii. Dominus requiſitus ab eccleſia,
vt terram ſuam ab hæreticis purget, ſi per annum negligẽs
eſt, terra ipſa catholicis occupanda conceditur. vt in auth.
ſi verò dominus.C.de hæret. ¶ ciiii. Damnũ ſi mihi tua
negligentia datum, mihi ſatisfacere teneris.cap.fi.de iniur.
& dam.dat. ¶ cv. Parentes ob quorum negligentiam filij
in cunis oppreſsi fuerunt, grauiter puniuntur.cap.quæſiſti.
de pœnit.& remiſſ.& cap.conſuluiſti.ij.q.j. ¶ cvi. Diſſo-
luta etiã negligentia fideiuſſoris, ſuo, & nõ debitoris dãno
cedit.l.ſi fideiuſſor.in prin.in j.reſponſ.ff.mandat. ¶ cvii.
Et ſi arbor ex negligentia incidentium tranſeuntẽ oppreſ-
ſerit, incidens eam punitur.vt in cap.ſæpe.l.diſt.de quo ibi
ſicut



ſicut arbor.ff.ad leg.Aquil. ¶ cviii. Qui iuratoriam cau-
tionem à ſe præſtitam negligit ſeruare, vt periurus punitur.
text.bonus in l.quotiens.C.de dignit.lib.xij. ¶ cix. Mili-
tes negligentes honeſtatem circa ruſticos ſeruare, & ipſos
ſpoliantes, mulctantur, & infamiæ pœna afficiuntur.l.non
patiuntur.C.de curſu publ.lib.xij.quem text.ad vnũ aliud
notabis, videlicet, quòd ruſticus dicitur miſerabilis perſona.
¶ cx. Miſſus in poſſeſsionẽ bonorũ alicuius nõ debet eſſe
negligens, ſed vtiliter agere, aliàs ſibi noceret.l.in vendi-
tione.ff.de bon.auth.iud.poſsid. ¶ cxi. Executor litera-
rum non poteſt ſe impedire de beneficio, cuius collatio de-
uoluta eſt ad capitulum, propter negligentiã epiſcopi.cle.
ſi de beneficio.de præb. ¶ cxii. Negligens etiam hono-
rem & reuerentiã ſcholaribus ſeruare, acrius punitur.auth.
habita.C.ne filius pro patre. ¶ cxiii. Electores etiam qui
infra octo dies poſt electionem factam negligunt electio-
nem ipſam electo præſentare, puniũtur pœna, de qua in cap.
cupientes.§.cæterum.de elect.in vj. ¶ cxiiii. Curatores
reipub.ſi negligenter in bonis diſtrahendis ſe geſſerint,
puniuntur in ſimplum.text.eſt in l.fin.§.idem ſcripſerũt.ff.
de adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin. ¶ cxv. Et negligentia
hæredis non eligentis vnũ ex pluribus legatarijs ex volun-
tate teſtatoris, facit quòd omnes admittantur ad legatum.
text.eſt not.in l.ſi quis Titio.in fin.in l.cum quidam.l.ij.ff.
de leg.ij. ¶ cxvi. Vtenſilia vendentes & negotiãtes, licet
ob eam cauſam verberibus cæſi ſunt, non tamen propter
hoc quaſi viles negligere debemus. Imò ad honorem & di-
gnitatẽ promoueri poſſunt.l.eos.ff.de curio.vbi text.pro-
bat vnum aliud, quòd propter raritatem bonorum minus
digni aſſumi debent ad officia. ¶ cxvii. Et ille qui ad diẽ
commeatus venire negligit, perdit ſalarium, & vt deſertor
punitur.l.iij.§.ad diem.cum gloſ.ff.de re milit. ¶ cxviii.
Abbas negligens corrigere monachos, punitur.cap.fin.de
ſtat.monac.& clem.j.in fin.de vita & honeſt.cler. ¶ cxix.
Negligens poſt denuntiationem factam à vicario tollere
arborem, quæ in ædes vicinas pendet, perdit eam, & vicinus
authoritate propria poterit arborem aſportare, vt ponit
Bart.in l.j.ff.de arb.cæden. ¶ cxx. Propter negligentiam
eorum qui debent petere tutores, & non petunt, creditores
poſſunt

poſſunt accedere ad iudicem, vt conſtituat tutorem, contra
qué legitimè agere poſsint. l. diuus. ff. qui tut. pet. ¶ cxxi.
Si contumax infra annum comparens, cautionem de iudi-
cio ſiſti offerre neglexerit, actor poſt annum conſtituitur
verus poſſeſſor. cap. quoniam frequenter. §. & in alijs. vt lit.
non conteſt. ¶ cxxii. Negligens infra terminũ iuris, vel
hominis, apoſtolos appellationis petere, illis renũtiaſſe vi-
detur. clem. quamuis. in princ. de appel. ¶ cxxiii. Negli-
gens etiam vicino opem petenti pro repellenda iniuria au-
xilium præſtare, fauorem iniurianti præſtare videtur. cap.
dilecto. de ſent. excom. lib. vj. ¶ cxxiiii. Plus iuſto one-
ratus ſi per negligentiam per lubricum tranſiens & labens
alicui damnum intulit, Aquilia tenetur. l. qua actione. §. j.
ff. ad leg. Aquil. ¶ cxxv. Gratia de aliquo beneficio vaca-
turo extinguitur per negligentiam non petendo præben-
dam primam vacanté. bonus text. in cap. ſi clericus. de præ-
ben. in vj. ¶ cxxvi. Appellatione deſerta per negligen-
tiam, licet partes proſequantur appellationé. Tamen pro-
pter hoc ſententia non deſijt tranſiſſe in rem iudicatam.
text. eſt in clem. ſi appellationem. de appel. ¶ cxxvii. Ma-
ritus negligens vendicare mortem vxoris, dotem amittit,
& fiſco applicatur. l. cum morté. ff. de iure fiſci. ¶ cxxviii.
Negligente eo infra tempus ad quem ſpectabat electio e-
gere vnam de pluribus præb. vacan. electio deuoluitur ad
alium, qui ſecundo loco poterat eligere. text. in cap. ſi pluri
bus. de præb. in vj. ¶ cxxix. Qui arbitrium ſuſcipit, illud
negligere nõ poteſt, ſed laudem ferre cogitur. l. iij. §. j. ff. de
arbit. ¶ cxxx. Si quis propter negligentiam non plenè
probauit in pœnam iuramentum, in ſupplementum plenæ
probationis ſibi non defertur. Ita mirabiliter dixit Bald. in
cap. fin. de iureiur. ¶ cxxxi. Item eccleſia, quæ per negli-
gentiam infra quadriennium in integrum reſtitutionem
non petijt, aduerſus læſiones amplius eam petere nõ poteſt.
text. eſt in cap. j. & cap. ij. de reſt. in integr. lib. vj. ſicut in mi-
nore dicitur in l. fi. C. de temp. in integ. reſt. pet. ¶ cxxxii.
Ille qui eſt negligens in moderanda & gubernanda familia
ſua, in epiſcopum promoueri non poteſt, quia qui negligẽs
eſt in minimis, multo magis in maioribus: vbi maior cura
exigitur, præſumi debet. bonus text. in cap. ſicut hi. circa
medium



medium. xlvij. diſt. Et econtrà, qui negligens eſt in maiori-
bus, præſumitur in minimis negligens, vt infrà numer. 160.
¶ cxxxiii. Negligens dominus in non corrigendo ſeruũ
ſuum, vel aſcriptitium, qui liberæ mulieri nupſit, punitur. in
l. j. in fin. C. de ſenatuſconſul. Claud. ¶ cxxxiiii. Tutor
negligens contutorem ſuum iam ſuſpectum áccuſare, con-
uenitur in totũ. l. qui plures. ff. de adminiſt. tut. ¶ cxxxv.
Maritus qui vxoris negotia gerebat, ſi negligens fuit in nõ
exigendo, quæ vxori debebantur, tenetur actione negotio-
rum geſtorum. l. diuortio. ff. de neg. geſt. ¶ cxxxvi. Si hæ
reditas euicta eſt ab hærede propter ſuam negligentiam, ſti
pulatio de reſtituendo legato non committitur. bonus tex.
eſt in l. niſi. §. legatarius. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid.
¶ cxxxvii. Negligente tutore adminiſtrare negotia pu-
pilli, & præſtare illi aliméta, curator decreto iudicis ad hoc
cõſtituitur, vel tutor remouetur, ſed quod iudici videbitur.
l. fin. ff. vbi pupilli educ. debent. ¶ cxxxviii. Si cauſæ de-
fenſionem emptor neglexerit contra venditorem, nõ datur
actio de euictis. l. ſi ideo. ff. de euict. ¶ cxxxix. Propter
hæredis negligentiam non defendentis teſtamentum inof-
ficioſum, ſententia lata non præiudicat legatarijs. l. qui repu
diantis. in fi. ff. de inoffic. teſtam. ¶ cxl. Negligentia in ſu-
periore eſt peccatum mortale. gl. in cap. ea quæ. de offic. ar-
chidiac. ¶ cxli. Propter negligentiam eius cui à teſtatore
optio data eſt eligendi vnum ex ſeruis infra annum, optio
transfertur in legatarium. l. fin. §. ſed ſi quis. C. communia
de leg. ¶ cxlii. Negligentia in rebus alienis non excuſa-
tur ex negligentia in rebus proprijs pariter commiſsis. opti
mus text. in l. ſi cõſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. ¶ cxliii.
Negligens in non vtẽdo reſcripto infra annum, amplius eo
ſeiuuari non poteſt. cap. plerunque. & ibi Doct. de reſcrip.
¶ cxliiii. Negligentia prælati in non ſoluendo canoné
pro feudo nocet eccleſiæ in vita ſua. c. j. §. fi. de cap. Conrad.
in vſib. feu. ¶ cxlv. Negligétia ſpecialis procuratoris fiſci
nocet, etiã generali facta prius diſcuſsione ſpecialis. l. quo-
niam Augerio. C. de cõuenien. fiſci debit. lib. x. ¶ cxlvi.
Negligétia mandatarij nocet etiã mãdanti, qui ad illud te-
netur. text. bonus in l. ſi procuratoré. §. tutores. ff. mandati.
¶ cxlvii. Ille etiam qui ad regimen parochialis eccleſiæ,

aſſumptus eſt, ſi infra annũ ad ſacerdotiũ ſe promoueri neglexerit, ipſa eccleſia priuatus eſt.text.ſunt vulgares in c.licet.& in cap.commiſſa.& in cap.ſtatutum.de electio.lib.vj. ¶CXLVIII. Negligens petere bonorum poſſeſsionem in centum dies facit locum ſequentibus in gradu.l.j.§.decretalis.& §.quid dicimus.ff.de ſucceſ.edict. ¶CXLIX. Quia priuilegium tollitur propter negligẽtiam decem annorum.l.j.ff.de nundinis.gl.in c.ſuggeſtum.de decim.in gl.j. ¶CL. Negligens in nõ ſoluendis decimis excommunicatur.c.nõ eſt.de deci. ¶CLI. Si aliquis propter negligentiã alicuius moriatur ſine confeſsione, negligẽs reus eſt animæ illius.c.officium.de offic.archipresb. ¶CLII. Cui mandantur duo, ſi in vno eſt negligẽs, pręſumitur fore negligẽs & in alio, vt gl.vlt.in fi.in c.ſi capitulo.de conceſ.præb.lib.vj. ¶CLIII. Electores imperatoris ſi negligẽtes fuerunt in ipſum eligendo, electio deuoluitur ad Papam.cap.apoſtolicę.de reiudic.lib.vj.in gl.vlt. ¶CLIIII. Si mortui propter negligentiam clericorum inuoluti fuerint veſtimentis ſacris, puniuntur.cap.nemo.de conſecra.diſt.j. ¶CLV. Negligentibus à iure non ſuccurritur.l.nõ enim.ff.ex quib.cauſ.ma. ¶CLVI. Et propter negligentiam poteſt quis priuari beneficio.gl.in c.j.de offic.cuſto.gl.in c.ea quæ.de offic.archi.gl.ij.q.iij.placuit.gl.in c.dictum.lxxxj.diſt. ¶CLVII. Et ſi propter negligentiam tutorum debitores nõ ſunt exacti, ſi fiant poſtmodum non ſoluendo, iudicio tutelę tenentur.l.ij.C.arbit.tutel. ¶CLVIII. Si feudatarius, negligẽte domino per annum fuit in poſſeſsione feudi, iurando ſolum ſe inueſtitum, præiudicat domino.bonus text.in §.fi.in titulo, ſi de inueſt.feud.inter dominum & vaſallum lis oriatur. ¶CLIX. Negligentes in non acquirẽdo ſibi præiudicant in caſibus not. per gl.in l.ij.in §.non tantum.ff.de hære.vel act.vendita.in verbo, poſtquàm adipiſci. ¶CLX. Negligẽs in maiori, præſumitur in minori fore negligens.Bart.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.in iij.col.ff.ex quibus cauſis maiores. ¶CLXI. Si teſtis non fuit interrogatus per negligentiam iudicis de cauſa ſcientiæ, cum pars feciſſet interrogatoria, talis teſtis non probat.dictũ eſt Io.And.in c.cum cauſam.de teſti.refert Lud,Rom.& quidam Moder.in l.j.ff.de operis noui nunt. ¶CLXII. Si iudex, qui debebat de pluribus interrogare, per negligentiã de vno interrogare omiſit, actus nihil valet.c.pręſentium.de teſtib.lib.vj.iuncta l.cum hi.§.prætor ait.ff.de tranſact. ¶CLXIII. Si negligentia hęredis legatus ſeruus non apparet, ſibi erit damnum, & non legatarij.tex.in l.cum hæres.ad fi.ff.de legat.primo. ¶CLXIIII. Ille qui per annum fuit negligens in non petendo emendationem æſtimi ſui, ſeu cataſtri ſui, amplius non auditur. Ita dixit Bart.in l.forma.in fi.ff.de cẽſibus. ¶CLXV. Qui propter fauorẽ, receptionem, defenſionẽmve hæreticis præſtitã excommunicatus fuit, ſi infra annum abſolutionem, vel ſatisfactionem petere negligat, amplius non auditur, & infamis perpetuò efficitur.auth.credẽtes.C.de hęret. ¶CLXVI. Qui per annum ſtetit in excommunicatione, quam incurrit propter aliquod crimen, poteſt priuari beneficijs, ſi infra illud tempus neglexit abſolui. xj.q.iij.cap.rurſus.& c.quicunque.de quib.iurib.mentionem feci ſuprà in procemio regulæ, de annali.quod intellige, & limita nõ procedere, ſi propter ciuilem cauſam fuiſſet excõmunicatus.gl.ſing.in c.cõtingit.de dolo & contu.in gl.ij. ¶CLXVII. Negligens diſcordes ad concordiam reducere peccat venialiter.bo.text.in §.aliàs ea demum.xxxiiij.diſt. ¶CLXVIII. Sponſus qui accipit fundum cauſa nuptiarum, eis non ſequutis tenetur de fructib.percipiendis in reſtitutione fundi, ſi negligenter fundum curauit.l.videmus.in princ.ff.de vſufruc.iuncta gl. ¶CLXIX. In dolo eſt ille, qui negligit illud ad quod ex natura actionis tenetur.bo.text.in l.dolus.ff.mand. ¶CLXX. Dominus feudi negligẽs ius reddere vaſallo iuriſdictione priuatur, & illa deuoluitur ad ordinarium.gl.eſt in c.cæterum.de iudic. ¶CLXXI. Infeudatus ſi per annum negligit inueſtiri à domino, reddit feudum ad dominum.text.eſt in c.j.§.præterea.de prohib.alienat.feud.per Fed. ¶CLXXII. Negligens ex præterito, pręſumitur negligens in futurum.c.ſcribam.de præſumpt.vbi qui negligens fuit in ſtudendo ius ciuile, præſumitur quòd erit negligens in ſtudendo ius canonicum. ¶CLXXIII. Si pars eſt negligens in petenda dilatione ad producendum teſtes, iudex poterit illi terminum ad producendũ eos præfigere, dato, quòd non petat. Ita notabiliter Bart.per illum text.in l.j.C.de dila. ¶CLXXIIII. Negligentia hæredis non redimẽtis pignus à creditore, in

Ff 2

omni caſu ſibi nocet, ſi poſtmodum pignus vendatur: quia legatarij habent regreſſum cõtra ipſum.gl.eſt notabilis, & ibi Bart.in l.qui ſolidum.§.fi.ff.de leg.ij.¶CLXXV.Delegatus per negligentiam perdit iuriſdictionem, & transfertur ad ordinariũ.c.ſignificauit.de offic.ord.gl.in c.ex trãſmiſſa.de for.comp. ¶CLXXVI.Negligentia creditoris in non exigendo debitorem,dum erat ſoluendo,nocet ſibi, & non fideiuſſoribus datis in id quod ab ipſo ſeruari nõ poterit.caſus eſt valde notabilis in l.ſi fideiuſ.ff.de fideiuſ.¶CLXXVII.Mãdatarius,qui debebat aliquid emere,ſi negligit,tenetur.text.eſt in l.ſi patrem.§.ſed etſi.ff.mandati.¶CLXXVIII.Si tutor per plura tẽpora negligit facere inuentariũ, & poſtea fecerit,poteſt vt ſuſpectus remoueri.vide omnino Bar.in l.tutor qui repertorium.in princ.in j.col.in verſ.ſed quæro ſi neglexit.ff.de adminiſt.tuto.¶CLXXIX.Negligentia prælati non concordantis partes diſcordantes,inducit peccatũ mortale.gl.ſing.in §.cauſas alias.§.ea demum.xxv.diſt.in verb.neglexerit. ¶CLXXX.Cuſtos negligẽs priuatur offic.ſuo.c.j.de offic.cuſt.¶CLXXXI. Ille qui præſcribit iuriſdictionem contra aliquem,ſi fuerit negligens in illa exercenda,iuriſdictio defertur illi cõtra quem præſcribit.c.irrefragabili.in princ.de offic.or.¶CLXXXII. Prælatus negligẽs in reparando eccleſiam,punitur tãquam dilapidator.Io.de Lignano in extrauag.execrabilis.¶CLXXXIII.Vaſallus negligens priuatur feudo.Calde.in tit.de feud.conſilio rj.¶CLXXXIIII.Emphyteuta negligens circa meliorationẽ nõ obſtan.pacto in contrariũ, poteſt eijci & priuari emphyteuſi.Spec.in tit.de locato.in §.nunc aliqua.in verſ.lxxxii.¶CLXXXV.Teſtis negligens in reddenda ratione ſui dicti, quam tenebatur reddere,tenetur parti læſę ad intereſſe.Butrius in cap.cauſam.de teſt.¶CXXXVI.Epiſcopus negligẽs in purgando diœceſim ſuã hæreticis,poteſt deponi.per tex.in c.excommunicamus.in fi.de hæret.¶CLXXXVII.Ille qui neglexit ſibi caueri de damno infecto,nõ poteſt etiam facere,ꝙ rudera,& diruta, & lapides cõtra acta ruina moueantur.l.euenit.ff.de dam.infect.¶CLXXXVIII. Alium caſum negligẽtiæ ponit Bal.in c.fi.col.fi.de elect.vbi refert quoddam Roberti regis Siciliæ dictũ aureis literis in porta cameræ illius ſcriptum. & Barb.in c.cum M.in vj.col.de conſtit.

¶CLXXXIX.



¶CLXXXIX.Si quis propter negligentiam deſeruit facti appellationem, ab iniqua ſententia iudex non venit condemnandus,niſi ad expenſas, nõ autem ad totale intereſſe: vbi aliàs ſi nõ appellaſſet,fuiſſet condemnatus. hoc poſuit notab.Bar.in ſua diſput.incip.Iudex per imperitiã.in vltimis verbis.¶CXC.Si res mihi data tradatur pignori creditori,quę poſtmodũ auocatur à donatario propter nõ factã inſinuationem, ſi per negligẽtiã creditoris non ſit inſinuata, pignus in illa re non durat, vbi aliàs duraret ceſſante negligentia.ita notabiliter Bart.in l.ſi res.ff.quib.mod.pignus, vel hypot.ſolui. ¶CXCI.Negligente epiſcopo executionem vltimæ voluntatis, auditur quilibet de populo.text.eſt in §.ſi autem locorũ.in authen.de eccleſ.tit.& Bart.in l.nec quicquam.§.fin.ff.de offic.proconſul. & legat. ¶CXCII.Negligẽte capitulo capitularis poteſtas reſidet in vno ſolo diligente.vt in c.cum olim.de teſt.¶CXCIII.Licet extra territoriũ iudex non poſsit citare.l.fi.ff.de iur.om.iudic.tamen ſi iudex illius territorij ad requiſitionẽ alterius negligit citare reum, tunc ille iudex extra ſuũ territorium poterit citare.ita ſingulariter Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verbo, per edictum.ſequitur Franc.de Aretio in conſil.lviij.incip.conſideratis omnibus diligenter.in iij.col.d.Iaſ.in d.l.fi.pro quo benefacit quod dicit idẽ Bart.in l.j.C.de ſumma trinit.in xj.col.in xviij.q. vbi omnino vide. ¶CXCIIII.Si eligentes arbitratorẽ ſuper aliquo contractu,infra tempus ſtatutum negligunt notificare vel certificare arbitrationem, dicuntur ab eius arbitrio receſsiſſe.Bart.in l.ſi quis arbitratu.ff. de verb.oblig.in vlt.col. ¶CXCV.Si emptor quando eſt datũ tempus ad menſurandum vinum,ſi poſt denuntiationem ſibi factã negligens in menſurando fuerit,venditor poteſt vinum effundere.text.eſt bonus in l.j.§.licet.ff.de pericul.& commod.rei vend.¶CXCVI.Rectores piorum locorum negligentes adminiſtrationem & curam,excõmunicantur ipſo iure. text.eſt in clem.quia contingit.de relig.domib.in princ.& poſt princip. ¶CXCVII. Habentes ius præſentandi, ſi præſentato infra terminum ſtatutum à diœceſano portionem congruam prouentuum aſsignare neglexerint,aſsignatio deuoluitur ad diœceſanũ.cle.j.de iurepat.¶CXCVIII. Diœceſani non ſe impediunt de iuriſdictione minorum prælatorum,niſi ipſis negligentibus.cle.j.§.ne igitur.cum gl.in verbo, negligentiam.de celeb.miſſ.¶CXCIX. Si ſanguis Chriſti per negligentiam decidat in terram,debet eum ſacerdos lingua lambere, & quatuor diebus debet pœnitentiam agere.cap.ſi per negligẽtiam.de conſecra.diſtinctione ij. ¶CC. Si per negligentiam aduocati lis differtur vltra triennium, aduocatus punitur in duab.libr.auri.l.properandum.§.illo proculdubio.C.de iudic. ¶CCI. Si accuſator infra tẽpus ſtatutũ accuſationẽ propoſitam proſequi

neglexerit, grauiſsimè mulctatur.l.j.C.vt intra cert.temp. ¶ CCII. Vxor quæ defuncti memoriam negligit ſecũdo nubendo, negligensq́; tutelam filiorum ſuſceptam, grauiter punitur. vt in §.ſui autem tutelam.in auth. de nupt. ¶ CCIII. Debitor ex pluribus cauſis negligens exprimere, quando ſoluit ſimpliciter in quam cauſam ipſe velit ſolutũ, electio transfertur in creditorem.l.j.ff.de ſolu. ¶ CCIIII. Colonus qui neglexit colere fundum pro anno futuro, ex quo paſſus fuit ſterilitatem, non poteſt petere pẽſionis remiſsionem. Cyn.in l.ad comparãdas.in fi.C.mandati.bo.text. in l.ex conducto.§.cum quidã.ff.loca. ¶ CCV. Dominus negligens exigere affictum à colono per xl.annos, non poteſt amplius petere nec rem, nec poſſeſsionem.gl.in l.ij.in gloſ.fi.C.de iure emph.gl.in l.cum notiſsimi.§.fi.C.de præſcrip.xxx.ann. ¶ CCVI. Emphyteuta negligens ſoluere per biẽnium canonem, ſi ſit priuatus, poteſt poſſeſsione repelli.gl.& text. in l.ij.C.de iure emphyt.& gloſſ.in authent.qui rem.de ſacroſanct.eccleſ. ¶ CCVII. Poſſeſſor hæreditatis tenetur de negligentia culturæ prædiorum.bon.text.in l.ei qui.in fin.ff.de pet.hæred. ¶ CCVIII. Vaſallus negligens circa dominum, priuatur feudo.cap.j.§.quid ſi non fecerit.in tit. quæ ſit prima cauſ.benef.amit. ¶ CCIX. Fructus percepti ab hærede propter negligentiam fideicommiſſarij non petentis, non imputãtur in quartam, cum aliàs imputarẽtur.text.eſt not.in l.militi.§.ſi heredes.ff.ad Trebel. ¶ CCX. Eodem modo quæſita per hæredem poſt aditam hæreditatem ex rebus hæreditarijs negligentia fideicommiſſarij non petentis reſtitutionem non imputantur in quartam etiam ſi coactus hæres adiuit.text.et ſingul.in l.ita tamen.§.j.ff.ad Trebel. ¶ CCXI. Veterani milites negligentes perdunt priuilegia veteranorum.l.penult.C.de veteran.libro xij. ¶ CCXII. Renuntiatio de non petendo adinuicem aliquo modo inter fratres facta diuiſione non extenditur ad ea, quæ applicanda ſunt propter negligentiam alterius alteri. Ita not.Bart.in authen.hoc amplius.in fin. C.de fideicommiſſ.& in l.qui cum tutoribus.ff.de tranſact.& in l.qui, Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum oblig.per text.notab.in l.damni.§.j.ff. de damn.infect. ¶ CCXIII. Alium caſum negligentiæ ponit gloſſ.in l.ſenatuſconſulto.C.qui accuſ.non poſſ. ¶ CCXIIII. Alium etiam ponit tex.cum gl.in l.in rem.§.fin.C.de rei vend.quoſdam etiam alios inuenies poſitos per Bart.& Mod.in l.quòd Nerua.ff.depoſ.quos nõ curaui recenſere. Nam res ferè in immenſum procederet, & ideo ſufficiet mihi ex iſtis ſtudioſis ad perquirendos alios caſus inuitare, ac anſam dare voluiſſe. Nam & ego iam proculdubio faſtiditus, innumerabiles alios negligentiæ caſus omiſi, quos de facili ex ſcriptis, præſertim Moder.quilibet curioſus colligere poterit, maximè, quia pro maiori parte illorum commentaria ſunt ornata repertorijs. Volui igitur hic tantum negligentiæ caſus colligere, quos in repertorijs vulgaribus collectos non reperi, quibus quidam alij caſus adiungi poterunt, quos Andreas Alciatus & Gulielm.Benedict. viri eruditi in tit.de verb.ſignif.fol.xvij.col.j.& in rep.cap. Raynutius.fol.cxciiij.& ſeq.tit.de teſtam. tradiderũt. Nam materia iſta negligentiæ tam frequens eſt inter mortales, quàm in homine oſcitatio ipſa.



VISIS negligentiæ caſibus, & effectibus præiudicium offerentes, operæpretium erit quoſdam alios breuiſſimos caſus adnotare, in quibus negligentia non nocet.

¶ I. Caſus eſt, quando venditor fundi ante traditionẽ fundum vt alienum neglexit: nam hoc caſu de negligẽtia non tenetur. caſus eſt not.in l.vẽditor ex hæreditate.§.j.in fi.ff. de hæred.& act.vend. ¶ II. Quãdo maritus fuit negligẽs in exigẽdo dotẽ à patre vxoris, qui factus eſt nõ ſoluẽdo: nam tali caſu non tenetur de ſuo. caſus eſt notabilis in l.ſi extraneus.ff.de iure dot. quod ſingulariter limitabis non procedere ſi fuiſſet negligens in non exigendo ab hæredibus patris. caſus eſt notab.in l.ob res.§.fi.ff.de pact.dot.& ibi Bal. ¶ III. Si negotiorũ geſtor cœpit alicuius gerere negotia, ſi negligat, & non perſeuerat, gerere non tenetur. caſus eſt notabilis in l.tutori.C.de neg.geſt. ¶ IIII. Quia bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis ſi negligit hæreditatis res meliores facere, non ſubiacet querelæ. caſus eſt notab.in l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.ff.de petit.hæredit. ¶ V. Caſus, quia negligentia vnius non nocet alteri.gl.eſt in l.ſi ex duobus.ff.de neg.geſt. ¶ VI. Quia ille, qui negligit agere, per hoc nõ dicitur fraudem facere, nec ſibi nocet, vt dicatur in fraudẽ creditorum hoc feciſſe, vt eſt bon.text.in l.qui fraudẽ.in prin. ff.de his quæ in fraud.cre.l.nemo ex ſocijs.§.fi.ff.pro ſocio. cum ſimilib. licet quãdoq; fallat, vt per gl.not.in l.ij.§.non tantum.ff.de hære.vel act.vend. ¶ VII. Quia ſeruus à teſtatore vetitus rationes reddere, negligentiæ non tenetur. caſus eſt notabilis in l.ſi ſeruus vetitus.ff.de leg.j. ¶ VIII. Negotiorum geſtor, qui equum in paſcuis ſolitis neglexit, excuſatur, nec imputatur illi, vt eſt gl.in l.ſi negotia.ff.de neg. geſt. ¶ IX. Negligentia ſerui non petentis fideicommiſſariam libertatem, non præiudicat ſibi quin ex die dato liber-

tas ſibi competat.text.eſt notab.in l.cum verò.§.j.verſic.ex die.ff.de fideicõmiſſ.liber. ¶ x.Quia negligẽtia nõ nocet, quando ſocius fuit quoque negligens,ſed cõpenſatur.text. eſt notab.in l.ſi ambo.ff.de compenſat. ¶ x i.Negligentia contra vnum non præiudicat mihi contra alium,ſecũdum dicta Bart.in l.ſi ſeruus.ff.vi bonorum rap.& in l.litem.in prin.ff.de alienat.iud.mut.cau.fact. ¶ x i i.Quia ſi vendita inſula cõbuſta ſit negligentia ſeruorũ,mihi non nocet.tex. not.in l.ſi vendita.ff.de peric.& com.rei vendit. ¶ x i i i.Si miſſus in bonorum poſſeſſionem negligat,& deſtituat bona,non præiudicat ſibi,vt teneatur ob illius negligentiam. caſus eſt no.in l.prætor ait.in §.cæterũ.ff.de bon.auth.iud. poſſ. ¶ x i i i i.Tutoribus licet quandoq; negligere præceptum & voluntatem teſtatoris.bonus text.in l.quidam decedens. §.vſqueadeò.ff.de admin.tut. ¶ x v.Quia executoribus literarum Papalium non currit tempus negligentiæ.de quo in c.ij.de conceſſ.præb.gl.in cle.ſi beneficio.in ver.epiſcopi.eod.tit. ¶ x v i.Si hodie ſum negligens,per hoc non inducitur præſumptio,vt retro fuerim negligens.iſtud ponit Bart.in l.ab hoſtibus.§.ſed hoc ſimplicitèr.in iij.col.in fi.ff.ex quib.cauſ.maio. ¶ x v i i. Negligentia in rebus ſuis non nocet.l.in re mandata.C.mandati.l.ſed etſi.§.cõſuluit.de pet.hęred. ¶ x v i i i.Quia licet quis per negligentiã perdat ius agendi vel corrigendi,tamen non perdit ius aſsiſtẽdi,agenti vel corrigenti. gl.not.in c.irrefragabili.§.excluſus.in gloſſ.in verbo per epiſcopum. in fi.de off.ord.& hoc prodeſt ad multa. ¶ x i x. Quia creditor negligens in non exigendo à debitore ad diminutionem fideiuſſorũ ſibi non præiudicat quo ad fideiuſſorẽ.text.not.in l. ſi fideiuſſor creditori.ff.de fideiuſ. ¶ x x.Quia negligentia in re depoſita dũmodo non fuerit magna,nõ imputatur:pariter etiã non parẽdo cõditioni adiectę legato facto eccleſię,nõ nocet ipſi eccleſiæ. Ita notab. dicit Abb.& alij in c.abbate.de verb.ſig.

HActenus negligentiæ caſus enarrauimus, in quibus iam longo feſſus itinere finem facere deſtinaueram. Verum,quia parum eſt negligentiæ incommoda noſſe,niſi etiam quid damni vel commodi diligentia afferat,ſcribamus,ideo pauca quædam adhuc de diligẽtiæ commodis vel incommodis ſubnectam. Nam ex quo diligẽtia & negligen

tia



tia quædam ſunt qualitates,quæ communiter ipſis hominibus adhærent,& inter ipſos paſcentur,inconueniens videretur ſi poſtquam vnum actum incepi,totam tragœdiam non perficiã. Rem igitur aggrediamur. ¶ Primus effectus diligentiæ erit. Quia ſi homo diligens aliquid indebitè alicui ſoluit,& repetat indebitum,probare tenetur:quia diligens indebitũ ſoluiſſe non præſumitur.text.eſt in l. cum de indebito.de probat. ¶ i i.Caſus,quia filiusfa.diligens,& induſtrioſus aliquid acquirens, præſumitur ex ſuo,& non ex bonis parẽtum acquiſiuiſſe,& ideo illud profectitiũ eſſe non iudicabitur.gl.not.in l.cum oportet.in princ.C.de bo.quæ liber. ¶ i i i.Quia paludes & paſcua,diligentia & induſtria poſſeſſorũ meliorata ab ærario,vel ab alio,abſtrahi nõ poſſunt,nec in ipſis poteſt aliquis functiões aliquas imponere. bon.tex.in l.fi.C.de alluuionib.& paludibus. ¶ i i i i.Quia cohæres,qui fuit diligens in repetẽdo partẽ ſuam depoſiti à depoſitario,qui poſtmodũ factus eſt non ſoluẽdo, nõ tenetur cõtribuere cum cohærede.l.fin.vbi bon.tex. C.depoſiti. ¶ v. Quia creditor,qui fuit diligẽs in petẽdo creditũ ab hęrede,qui factus eſt non ſoluendo,vel abſtinuit ſe poſtmodũ ab hæreditate,nõ participat cũ alio creditore.tex.eſt in l.ſi pupillus.ff.de his quæ in fraud.cred. ¶ v i.Quia illud,quod acquirit ex ſua diligẽtia hæres non imputatur in bonis,vt quouis modo cedere debeat ad commodũ legatariorũ.tex. ſingularis.in l.ſi hæres.ff.ad leg.Falcid.in prin. ¶ v i i.Quia ſi alter ex duobus reis credendi ex cauſa lucratiua fuit diligens in præueniendo ſolutionem legati,totum ſibi vendicat.caſus eſt ſingularis in l. Falcidia.hoc obſeruandum.ff. ad leg. Falc.ſecus ſi nõ eſt cauſa lucratiua:quia licet præoccupet,& totum conſequatur, contribuit.bonus textus in l. fideicõmiſſa.§.plerunque.ff.de leg.iij. ¶ v i i i. Quia etiam malæ fidei poſſeſſor à quo ſeruus petitur,nõ tenetur de fructibus,quos percipere potuit ex artificio ſerui,quod ex ſua diligẽtia & ſumptibus didicit. text.ſingularis in l.cæterum. ff.de rei vend. ¶ i x.Quia ſi quis fuit diligens,& curioſus in redimendo teſtatorem captiuum,vel curandum ipſum infirmum,negligente hærede,lucratur hæreditatẽ ipſius. tex. eſt not.in authen.vt cum de appel.cog.in §.ſi quis de prædi. ¶ x.Quia propter diligentiam & curam alterius ſocij

Ff 5

ſocietas hoc modo communiri poteſt, vt vnus damnũ tantum ſentiat, & alter lucrum: ita quòd lucrum dũtaxat commune ſit. textus eſt not. in l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio.

¶ x i. Quia licet regulariter quando debitor fideiuſſori ſuccedit, obligatio fideiuſſoria extinguatur, tamẽ nolente creditore, qui diligens in ſibi proſpiciendo fuit, non extinguitur. textus eſt multum notab. in l. debitor fideiuſſori. ff. de ſeparat. ¶ x i i. Quia ſi prior creditor, qui fuit diligens ſibi in cautione pignoris illud in ſolutum accipiat, tamen ſecundus per hypothecariam non auditur, niſi offerendo debitum, quamuis per dationem pignoris in ſolutum extincta fuerit obligatio. l. prima. & ibi gloſſ. C. ſi quis creditor.

¶ x i i i. Quia diligens commodatarius ſi in incendio ſuas res pretioſiores ſaluandas prætulit commodatis, excuſatur à culpa. text. not. in l. ſi vt certo. §. quòd verò. ff. commod.

¶ x i i i i. Quia ſi quis emit aliquam domum, vel rem alteri obligatam, & eam ſua diligẽtia meliorem reddidit, ſi ab eo poſtea per hypothecariam euincatur, præſtando primã æſtimationem liberatur. Ita mirabiliter dicit Bartol. per illum textum in l. ij. in fine. C. de præd. nauiculariorum. libro xij. quod eſt notandum ad ea, quæ not. idem Bart. in l. cum poſtulaſſem. per illum text. in fin. ff. de dam. infect.

¶ x v. Quia ſi vaſallus ſua diligentia in feudo aliquod ædificium fecerit, & poſtmodum contingat vaſallum ſine hærede maſculo decedere, dominus pati debet aut ædificium auferri, aut certe meliorationis pretium ſoluere, vt in §. vaſallus. in tit. hic finitur lex. in vſib. feudorum.

¶ x v i. Idem in colono diligenti, quod in vaſallo dicendum eſt. Nam ſi colonus meliõrauit fundum, poteſt ei inſiſtere donec melioramenta ſibi ſoluantur, ne ſua diligentia ſibi ſit damnoſa. l. colonus. ff. locati.

¶ x v i i. Quia ſi colonus ſua diligentia rem meliorem reddidit, penſio illi augeri non poteſt. gloſſa magna in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati.

¶ x v i i i. Quia ſi domus vendita ante traditionem combuſta fuit, licet id damno venditoris cedat. Tamen ſi cõſtat venditorem eam diligentiam in ea cuſtodienda adhibuiſſe, quam homines frugi & diligentes præſtare ſolent, damnum ad eum non pertinebit. text. eſt not. in l. ſi vendita ff. de pe-



ricul. & commo. rei vend. de quo videndum eſt, vt per Iaſ. in l. domus. ff. de legatis primo. & per Socin. in tractatu fallent. reg. clxxviij. ¶ x i x. Quia damnum datum authoritate curiæ in re pignorata, quæ diligentia & ſolicitudine creditoris fuit recuperata, cedit, & pertinet ad debitorem: quod non eſſet ſi creditoris inſtantia & diligentia recuperata non fuiſſent. textus eſt notabilis in l. ſi. in fin. ff. de pig. act. quod eſt notandũ ad id de quo ibi per Bar. ¶ x x. Quia prælatus qui diligentia, & induſtria ſua acquiſiuit aliquid eccleſiæ, & ipſius intuitu eccleſia tãtum liberè poteſt diſponere, & habet priuilegium. de quo in cap. conſenſus. de rebus eccleſ. non alienan. ¶ x x i. Quia ſi vnus ex ſocijs ſua diligentia & cura communem domum recuperauit, & ſocius infra quatuor menſes non ſatisfecerit ſibi, pro rata contingenti efficitur dominus totius rei. l. iiij. C. de ædific. priuatis. Et textus in l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. ¶ x x i i. Quia fundus datus in ſolutũ melioratus induſtria & diligentia creditoris, lucro creditoris, & non debitoris cedit l. penult. C. de ſolut. ¶ x x i i i. Effectus diligentiæ eſt: quia diligens in vno artificio in eo nunquam læſus non petit in integrum reſtit. l. j. C. qui, & ad quos. ¶ x x i i i i. Quia licet procurator impetrans literas ad lites de mandato, docere teneatur, tamẽ in cauſa appellationis non tenetur: quia non præſumitur, quòd qui diligens in cauſa principali fuit, ius appellationis proſequi negligat. gl. magna in c. nõnulli. ad fi. de reſcrip. ¶ x x v. Quia iudex qui pronũtiauit appellationem deſertam poteſt reponere appellantem, ſi doceat de diligentia ſua: ita pulchrè dixerunt Domini in Rota, in deciſ. xliij. in antiq. tit. de appel. ſequitur Fely. in cap. ex parte. el. j. de reſcript. ¶ x x v i. Quia ſi iudici commiſſa eſt diligẽs teſtium examinatio, propter virtutem huius verbi diligẽs, ſi teſtem de cauſa & ratione ſui dicti interrogare dimittit, non valet dictum ſuum. ita tenet Bal. not. in capitulo, ſicut. per illum textũ de re iudic. relatum à Socino in l. prima. in ſexta charta. ff. de noui oper. nunt.

¶ x x v i i. Quia propter diligentiam, & exploratam induſtriam præfecti prætorij, ab eo non appellatur. l. prima. ff. de officio præfecti prætor. ¶ x x v i i i. Quia ſi donans ſit induſtrioſus, & diligens non debet ali à donatario: aliàs

ali

ali debet,& ita in filioſam.eſt textus in l.ſi quis à liberis.§.ij.de lib.agn.& gloſ.not.in l.ſi quis argentum. §.ſed ſi quis. C.de donat. ¶ XXIX. Quia probando diligentiam prælati,creditor dicitur probare motiuum factum in vtilitatem eccleſiæ conuerſum fuiſſe,per gl.not.in authen.hoc ius porrectum.in gl.fin. C.de ſacroſanct.eccleſ. ¶ XXX. Quia tutor diligens,licet aliàs pauper,tamen vt ſuſpectus remoueri nõ poteſt.l.ſuſpectum.ff.de ſuſp.tut.cum ſimil. ¶ XXXI. Quia in vno ſolo de capitulo diligẽti exiſtẽte,capitulo negligẽte capitularis poteſtas reſidere poteſt. Abb.in c.olim de teſtib. ¶ Et per iſta fin●m imponam huic opuſculo,cum ſatis ſuperque ex iſtis notitia negligentiæ,& diligentiæ haberi poteſt : quamuis etiã hic locus poſtularet quædam alia de ijs,quæ in omittendo conſiſtũt enarrare,quæ latius aliàs digeſsi : ſed ne plus debito regula iſta oneretur, ad alias quæſtiones tranſitum faciam.

### QVAESTIO VIGESIMANONA.

Impetrans beneficium à Papa.

QVAERO, nunquid impetrans à Papa beneficium vacans in curia,& ſic reſeruatum reſeruatione in corpore iuris clauſa,hoc non expreſſo, dicatur habere titulum coloratum,& defendatur iſta regula?

¶ SOLVTIO. Ter fuit in Rota deciſus iſte punctus,ideo ſuper illo non multum inſiſtam.

¶ Primo enim deciſus fuit inter Ioannem Beltran,ex vna, & Hieronymum Beltran.aduerſarium ex altera. Nam Rota in iſtam opinionem inclinauit,quòd regula non ſuffragetur, vt d.Ioannes de Anguiano, antiquus procurator,qui tunc cauſam tractabat,retulit.Secundo iſte caſus diſputatus
* fuit per Dominos in vna Veronen.canonicatus & præbendæ coram D.Corrado,vt refert hîc d.Guliel.& tunc etiam Rota diſputando tenuit eãdẽ opin.videlicet, huiuſmodi impetrantem regula nõ ſuffragari.Ratio deciſionis fuit: quia regula excipit iſtum caſum de beneficio reſeruato.Non obſtan.quòd text.iſtius regulæ in principio præſupponit impetrantem habuiſſe titulum ex collatione apoſtolica:Nam ex quo hîc excipiuntur duo caſus. Caſus ergo illi excepti debent intelligi retento eodem themate,videlicet, etiamſi habuerit titulum à Papa. Quia caſus exceptus debet eſſe de regula,vt dicit Dyn.in rubr.de reg.iur.lib.vj.& Bart.in l.ij. ff.eod.

Caſus exceptus debet eſſe de regula.



ff.eo.tit.& in l.ex ijs.per illũ tex.ff.de legib. Non enim eſſet bona exceptio dicere, omnes homines currunt, excepto equo:quia ex quo regula nõ loquitur de equo, exceptio nõ eſt cõueniens:debuit ergo fieri exceptio de aliquo homine, vt ſic exceptio cõueniat terminis præſuppoſitis in regula.Ita eſt hîc dicendũ:nam text.hîc loquitur de titulo apoſtolico, vel ordinario,& debet exceptio etiam loqui de eiſdẽ in terminis reg.& ita etiam tertio loco, ſecundum iſtam opin.iudicauit R.D.Raynaldus Petrutius die ix.Iulij M.D.xxxvij. *
in vna Segouien.parochialis de Paladis,& quia iſta interpretatio eſt iam trita in Rota,ideo non amplius inſiſtam.

¶ Limitatur tamen iſta concluſio duobus modis.Primo in caſu,de quo per Gloſſatorẽ hîc, in ij.col.verſ.item ibi abſq; ſimoniaco ingreſſu, &c.in quo quia dicit fuiſſe iudicatum, nõ moror : quia aliàs mihi videtur ille caſus multũ dubius.

¶ Secundo limitatur, niſi Papa de beneficio reſeruato prouideret motu proprio : quia ex quo tunc obijci non poteſt ſubreptio taciturnitatis reſeruationis, debet tali caſu poſſeſſorem iuuare regula. Tamen dom.Guliel.hic tenet contrarium, ex quo regula iſta indifferenter excipit prouiſum à Papa de beneficio reſeruato,& non diſtinguit,an prouiſio facta ſimpliciter, an motu proprio, vt hic latius per eum. Adiuuatur iſta opin. domini Guliel.quia licet prouiſio facta à Papa ſit motu proprio, præſupponi tamẽ debet,quòd prouiſio aduerſarij ſit melior,adeò,quòd iſta prouiſio motu proprio facta videtur tantum colorem ad poſsidendum tribuere : quia aliàs ſi dicta impetratio motu proprio ex omni parte valida eſſet,non indigeret poſſeſſor auxilio regulæ aduerſus alium impetrantem : quia eum vinceret ex ſua bona prouiſione abſque auxilio regulæ. Tenendum eſt igitur,quòd iſto caſu prouiſio Papæ non erat bona,ſed alius contra quem excipitur de regula habebat titulum verum & bonum. Itaque ex quo ſumus in odioſis & exorbitantibus, debet generaliter exceptio regulæ intelligi quatenus minus,quàm ſit poſsibile vero impetranti habenti bonum titulũ præiudicetur. Vnde licet regulariter in omnibus alijs beneficijs excludatur impetrans,habens bonũ titulum per triennalem poſſeſſorem : fallit tamen in beneficijs reſeruatis ex vacatione facta in curia : quia tali caſu etiam habens titulum

Subreptio taciturnitatis.

Exceptio.

titulum coloratum à Papa,ſiue ſimpliciter,ſiue motu proprio,non iuuatur regula.

¶Nihilominus licet iſta opin.aures demulcere videatur, mihi tamen non omnino ſatisfacit: quia habens prouiſionem à Papa ex certa ſcientia de beneficio taliter reſeruato, ex quo habet ab eo,qui dare poteſt,non dicitur intruſus,vt regula præſupponit. Et ideò non video quare iuuari non debeat,cum eadem ratio militet,quæ in alijs beneficijs,& in exorbitantibus licitũ eſt argumentari, ex identitate rationis ad ſimiles. Caſus vulg.gl.in verſ.Italiæ.in cap.j.de temp. ord.lib.vj.cum alijs triuialibus traditis per Doct.in vulg. auth.quas actiones. Et ita ſeruat Rota, prout dixerũt Domini in vna Salamantina parochiali de Guadramiro coram R. D. Marco Antonio.

Argumentari ex identitate rationis.

*

QVAESTIO TRIGESIMA.

Reſeruatũ beneficium.

QVAERO, quid ſi Papa contulit beneficium reſeruatum vacans in curia Martino,qui poſt triennalé poſſeſſionem moritur extra curiam,& ordinarius cõtulit Titio,Papa verò contuluit Gaio. Et ille Titius poſſedit poſtea per triennium. Et deinde conuentus à Gaio excipit de regula iſta,Gaius replicat regulam non habere locũ in reſeruato vacante in curia, vt patet hîc. Dubitatur igitur quid iuris?

¶SOLVTIO. Tota difficultas huius dubij cõſiſtit in hoc: an ſemel reſeruatum duret ſemper affectum: An verò ſpiret reſeruatio, & affectio per collationem factam per Papam Martino. Pro vna parte videtur dicendum, quòd ſemel affectum, ſemper durat affectum, vt eſt deciſio clxxxj.& ccvij.in no.& eſt extrauagãs Paul.incip.piæ.& Benedicti incip.in ad regimen.cum ſimilibus.

Semel reſeruatum, durat effectum.

¶Tamen contrarium eſt verum: quia licet beneficium ſit reſeruatum reſeruatione.cap.ij.de præb.lib.vj.quæ eſt illa, quam tex.hîc appellat in corpore iuris clauſam. Nihilominus eo ipſo,quod Papa diſponit de illo beneficio,per illam collationé ceſſat reſeruatio,adeò, quod ordinarius poteſt poſtea de illo prouidere, ſicut facit de litigioſo ceſſante lite, vt in c.ij.vt lite pen.lib.ij.& clem.j.eod.tit. Quod autẽ per collationem Papæ expiret reſeruatio,tenet Oldr.conſ.liij. & deciſ.xx.in tit.de præbend.in antiquior.& omnes aliæ

prædi



prædictæ deciſiones proximè allegatæ, & deciſ.cclxxxiij.in antiquis.& tenet Lapus allegat.cxxvij.incip.Anaſtaſius. Et Calder.conſ.x.tit.de præbend.cum quibus concordat Domin.in conſ.xciij.incip.Clemens VII. Et iſta cõcluſio procedit etiã,ſi collatio Papæ ex cauſa ſua fuerit inutilis, vt declarat Rom.conſ.cccxxxv.& eſt cõmunis opinio. Item concluſio prædicta procedit quando Papa contulit,& ſuper tali collatione literæ ſunt expeditæ. Secus autẽ ſi collatio manet in ſola ſupplicatione: quia per ſolam ſupplicationem non dicitur adhuc reſeruatio extincta. Ita dicit Fely.ex mẽte Rotæ,in rubrica de conſtit.in iiij.col.

¶Secundo limitatur, niſi Papa contulerit ſuo familiari: quia tali caſu per collationem prædictam non expirat reſeruatio: quia incipit ex hoc creari noua reſeruatio, adeò, quòd ordinarius nõ poterit diſponere, vt dicit Gemin.conſil.xxx.incip.Bonifacius. & concord.Calder.in d.conſil.x.

¶Tertio limitatur, niſi prouiſus per Papam ante acceptationem collationis moriatur: quia tunc non ſpirat reſeruatio,vt expreſsè probat Oldr.in conſ.lvij.& tenet Specul. in tit.de act.ſeu petitorio.§.penul.& ibi Ioan.Andr.in addit.magna.in verſ.ſed quæro circa ipſam decretalem.vbi latiſsimè hoc ponit, referens omnia fundamenta Oldr.in d. conſ.eo tacito,& ſequitur Domin.in cap.ij.in fin.de præb. lib.vj.& Gaſpar de Peruſio tacito Oldr.hanc opin.tenet in tract.reſeruat.in iij.q.Cum quibus concordat Collectar.in cap.eccleſia.in iij.col. verſ.ſed quia Papa.de ſortileg. licet Rota videatur titubare in deciſ.dccclxxxij. nota, quòd vbi gratia, &c.in antiquis. Si tamen prouiſus poſt acceptationem prouiſionis moreretur,poſſeſsione nõ capta: nihilominus reſeruatio expiraret, vt dicit Ioan.And.in d.addit. ad Specul.& ſequitur Gemin.in d.cap.ij.& eſt deciſ. Dominorum in deciſ.cclxxxiij.nota,quòd ibi Papa,in antiq. Ratio eſt: quia ſolus conſenſus tribuentis & recipientis perficit gratiam,& dat ius plenum.cap.ſi tibi abſenti.de præben. lib.vj.tenet Innoc.in cap.j.& cap.ex parte.de conceſ.præb. & in cap.conſtitutus.in gl.ſi enim.de reſcrip.& Oldr.conſ. cxxxvj.incip.quòd ex productis.& ſecundum hoc dictum Felyn.in d.rubr.de reſcript.de quo ſuprà proximè feci mentionem,redderetur dubitabile.

Conſenſus tribuentis, & recipientis.

¶Quar

¶Quarto limitatur, niſi prouiſio per Papam per viam commendæ facta fuerit: quia tunc reſeruatio non expirat, vt latè probat Collectarius in cap. ſi conſtiterit, de accuſ. & proſequitur d. Guliel. deciſ. v. titul. de priuilegijs. & reaſſumunt Moder. in tract. reſeruationum. quæ non curo proſequi, cum ad iſtum locum non pertineant.

¶Et iſta quæ dicta ſunt, per collationem Papæ reſeruationem expirare, procedunt etiam ſi Papa ipſe nõ cõferret, ſed mandaret executoribus, vt talem poneret in poſſeſsionem: quia talis actus æquipolleret collationi, iuxta tradita per Rotam deciſ. ccccxlj. in no. incip. fuit dubitatum. & Egid. deciſ. ccxxvj. & Rom. in conſil. cccxxxvij. quo ad primum in princip.

¶Ex quibus omnibus reſultat deciſio quæſtionis noſtræ, videlicet, quòd exceptio poſita in iſta regula de reſeruato nõ habet locum in caſu noſtro, quominus poſſeſſor triennalis defendi poſsit regula.

Beneficiũ reſeruatũ vacãs in curia, &c.

¶Et ex iſtis infertur vnum aliud, quòd licet aliquis poſsideat beneficium reſeruatum vacans in curia ſi poſſeſſor poſtea prouiſus à Papa fuerit, & ille deinde per triennium pacificè poſsideat, poterit ab iſta regula defendi, quod non pono pro conſtanti.

¶Et in caſu noſtræ quæſtionis magis iuſtificatur opinio quo ille Martinus prius per trienniũ poſſederat, & ſic etiam ſtante reſeruatione poſſet Titius iuuari alleg. Lapi lxxiii per quam excluditur neceſsitas iuſtificandi titulum ſui prædeceſſoris, vt tradit etiam Oldr. conſil. ccxxix. hæc ſunt dubia. & tenet Egid. in quadam deciſione: aliàs fieret proceſſus in infinitum ſi quis titulum prædeceſſoris probare teneretur. Nam illa ratio, quæ poſſet obijci contra titulum immediati prædeceſſoris, eadem poſſet obijci tituli centeſimi prædeceſſoris. Et ſic oporteret habere paratas probationes omnium, quod eſt abſurdum, & ferè impoſsibile, non ſecus ac ſi repeteremus originem maiorum noſtrorũ, quæ ſecundum hoc eſſet exordienda, & repetenda ab Adam, vt dicit gloſ. in l. aſſumptio. ff. ad municip. vt igitur euitarẽtur iſta abſurda, bona fuit prædicta allegatio Lapi, & non immeritò toties à Rota canonizata, & in vſum recepta. Quæ propter breuem hominum vitam, & fomentum iſtius regulæ,

Moderni



Modernis tẽporibus, ad triennium reducta fuit: quibus omnibus concordant etiam rationes poſitæ per Specul. titu. de probatio. §. probare. verſic. verum.

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA.

Reſeruatio in corpore iuris clauſa.

QVAERO, quia dicitur hîc, quòd triennalis poſſeſsio nõ iuuat poſſeſſorẽ in beneficio reſeruato, ex aliqua reſeruatione generali in corpore iuris clauſa: quę ſit illa reſeruatio in corpore iuris clauſa, & an ſit vnica, vel plures, & de qua reſeruatione intelligatur hæc regula?

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio tria capita cõtinet. Primum, quæ ſit illa reſeruatio in corpore iuris clauſa. Et communiter dicitur, quòd eſt illa, de qua diſponitur in c. ij. de præbend. lib. vj. qua nulla in iure maior vel potior inuenitur, vt dicit D. Guliel. deciſ. xxiij. tit. de præb. Quænam ſit ratio tantæ potentiæ, dicam inferius in ij. cap. iſtius quæſtionis.

Beneficium reſeruatum.

Ignorantia in his, quæ ſunt iuris, non præſumetur.

¶Et aduertendum eſt, quòd reſeruatio, de qua in d. c. ij. cenſetur eo ipſo inducta, quòd beneficia vacant apud ſedem. Et cum myſterio. text. in d. c. ij. loquitur de beneficijs vacãtibus apud ſedem, & nõ dicit in curia, quia iſta videntur diuerſa: quod ex eo apparet, quia ſi ordinarius alicui ſcienti conferat tale beneficium reſeruatum, ille non facit fructus ſuos, vt videtur tenere Spec. & ibi Ioan. And. in tit. de diſpenſ. §. videndum reſtat. verſ. ſed pone quòd aliquis. Ratio eſt, quia ex quo prouiſus ſciuit beneficium apud ſedem vacaſſe, non debuit ignorare eius decretum, quod eſt iuris: quia in his, quæ ſunt iuris, ignorantia non præſumitur, vt in cap. ij. de conſtitu. libro vj. & ideo fuit in mala fide, & per conſequens non facit fructus ſuos, vt dicit Rota in deciſ. iiij. tit. de reſti. ſpoliato. in no. quam latius ſequitur Abb. in cap. dilecto. de præbend. & in c. cum dilectus. de iurepatro. & vtrobique in pen. notabili. Et iſtam concluſionem ſequuntur etiam Fely. in cap. de quarta. in ſecunda fall. de præſcript. & Iaſ. in §. ſed iſte. num. 92. inſtitu. de actio. Aret. in conſil. xvij. & Curtius antiquus in conſilio lxxj. incip. princeps defunctus. in vj. & ſeq. col. & in terminis iſtius reſeruationis apud ſedem, quòd non faciat fructus ſuos, tenuit Modernus Sabinen. in tract. reſeruatio. in ix. effectu, quartæ quæſt. Sed hoc non procedit in poſsidente beneficium in curia vacans, niſi probetur eius notitia: quia cum beneficia vacare in curia dicantur benefi-

cia deſignata in extrauag.ad regimẽ.& in extrauag.ex de-
bito.eorum præſumitur ignorantia,iuxta tradita per Abb.
& Fely.in cap.paſtoralis.de fid.inſtrum.

¶ Et ideo pro clariori & fundamentali intelligentia prædi
ctorum eſt conſiderãdum , quòd vacatio apud ſedem poteſt
*Vacatio apud ſedem dupliciter conſideratur.* intelligi dupliciter. Primo modo,propriè : & tunc vacatio
apud ſedem intelligitur de illa.d.c.ij.quæ eſt in corpore iu-
ris clauſa,& ita capit Lap.alleg.lxxxiiij.Secundo modo,va
catio apud ſedem capitur impropriè pro quacunque vaca-
tione in curia:& tunc vacatio apud ſedem,& vacatio in cu-
ria pro eodem capiũtur,vt in cap.ſtatutum.& ibi not.gloſſ.
de præben.lib.vj.& ita capit Lap.alleg.lxxxiiij.& alibi ſepe.
Adeò quòd propriè loquendo , omnis vacatio apud ſedem
poteſt dici vacatio in curia,ſed non econtrà.& ita procedit
deciſ.xvij.de præb.in antiq.& Faſtoli dubio liij.Hoc proba
tur,quia licet reſeruata per extrauag.ad regimen.cõtingat
alibi,quàm apud ſedem vacare:in curia tamen vacare dicun
tur,non tamen apud ſedem : quia illa reſeruatio non eſt in
corpore iuris clauſa.& ita procedit, quod dicit Calder.con
ſil.ix.tit.de præbend.circa fin.Et hoc in terminis voluit Ro
ta in vna Monaſterien.canonicatus,corã Reuerend.Dom.
Io.Clerici,de menſe Nouembris M. D. XXXIII. Ex quo in-
*Beneficia reſeruata per extrauag.* fertur,quòd talia beneficia reſeruata per d.extrauag.& alias
quaſcunque,vacantia extra duas dietas,poterant per ordi-
narios poſt menſem conferri : quia non cenſebantur in cu-
* ria,neque apud ſedẽ vacare.Et ideo ob eam cauſam, per ex-
trauag.Bonifacij incip.piæ ſolicitudinis.per quam corrigi-
tur cap.preſenti.de præbend.lib.vj.inductum fuit,quòd or-
dinarij,etiam poſt menſem,illa conferre non poſſent,ſecun
dum Ioan.And.& omnes ibi,& Lap.alleg.xcvj.incip.bene-
ficia vacantia.quos ſequitur Reuerendiſs.bo.memo.Iacob.
Simonetta,quondam Rotæ auditor celeberrimus.in tract.
ſuo reſeruat.in prima parte.de quo aliquid Egid.licet cor-
ruptè,in deciſ.dclv. Et eodem modo beneficia reſignata in
curia,dicuntur vacare in curia , licet non apud ſedem : quia
iſte modus reſeruationis nõ eſt in corpore iuris clauſus. Et
ita procedit,quod dicit Rom.conſil.cccxlj. Sic etiam ſi Pa
*Bonum pacis & cõcordiæ.* pa propter bonum pacis & concordiæ, de conſenſu duorum,
ad reſignationem alterius conſtituat alteri penſioné, adeò
dicun



dicuntur illa beneficia ſic pẽſione grauata,affecta:quòd oc-
currente vacatione,nullus præter Papam,de illis diſponere
poterit,quia cẽſentur reſeruata.Ita mirabiliter dicit Guliel.
de Monſerrat,in commentarijs pragmaticę ſanctionis.fol.
lj.rationem notabilem ibi aſsignãs,quam vide per eum. Et
licet iſtud dictum ſit notabile , tamen multum dubito an ſit
verum. Poſtremo vnum aliud notandum eſt,circa iſtam re-
ſeruationem in corpore iuris clauſam,quòd licet talis reſer
uatio habeat effectus iuris communis, non tamen abſolutè
facit ius commune , licet de ea in d.c.ij.caueatur. Ratio eſt,
quia iſta reſeruatio dicitur in iure communi clauſa,& aliud
eſt ius commune,aliud clauſum in eo,vt patet in c.cum ordi
nem.de reſcrip.Et hinc eſt , quòd inſerta in iure communi,
& ius commune differũt in viginti caſibus , vt inferius in fi.
quæſt.dicam. Reſeruatio igitur corpore iuris clauſa,nihil
aliud eſt quàm ſingulare quoddam ſedis apoſtolicæ priuile-
gium,prærogatiuã ſpecialem continens, vt colligitur aper
tèex verbis d.c.ij. Quæ omnia magis clara reddẽtur, ex in-
frà dicendis in ſecundo & tertio articulo iſtius quæſt.

¶ Secundus igitur articulus iſtius quæſtionis eſt , vtrum ſit
vnica tantum,an plures reſeruationes in corpore iuris clau
ſæ.Et ita Gloſſàtor hic dicit,quòd licet per xxiij.annos le-
gendo & practicando reuoluerit ius canonicum , nihilomi
nus quòd non reperit niſi vnicam reſeruationem in corpo-
re iuris clauſam,quæ eſt illa,de qua in d.cap.ij.Et licet regu
la iſta,in illis verbis,ex aliqua reſeruatione generali , in cor
pore iuris clauſa,&c.plures alias ſimiles reſeruationes præ-
ſupponat,quarum aliqua exempla ipſe hic enarrat.Nihilo-
minus illis non obſtantibus,ſequutus Nicolaum de Caſtel-
lo,illorum temporum abbreuiatorem , ipſe concludit vni-
cam tãtum eſſe reſeruationem in corpore iuris clauſam , de
qua in d.c.ij.vt hîc per eum. Et eandem opinionem repetit
idem Gloſſàtor in commento regulæ lxij.col.pen.

¶ Quid dicendum? Certè iſte punctus non videtur ſine dif
ficultate:ex eo,quia text.hic in illis verbis,ex aliqua reſerua
tione in corpore iuris clauſa,&c.præſupponit, vt dixi, plu-
res eſſe huiuſmodi reſeruationes. Et ne putemus hoc factũ
fuiſſe per errorem Abbreuiatorum, vt dicebat Nicolaus de
Caſtello,hîc relatus per Gloſſàtorem:hoc idem clarè proba

tur in decreto concilij Baſilienſ.tit.de elect.& reſeruat.ibi,
reſeruationib.in corpore iuris clauſis ſemper exceptis,&c.
Et ſic videmus,quòd text.loquitur in plurali. Et iſtam opi-
nionem,videlicet,quòd plures ſint reſeruationes in corpo-
re iuris clauſæ,videtur tenere Nicolaus Milis,in verbo,re-
ſeruatio.§.ij.in fi.& Gaſpar de Peruſio,antiquus doctor,in
tract.reſeruatio.quæſt.ix.& Moder.Sabinen.in tract.etiam
reſeruatio.fol.iiij. qui ſex ſpecies reſeruationis in corpore
iuris clauſas enumerat,computando tres illas, quas Gloſſa-
tor hic ponit. Quibus præfati Moderni tres alias iungunt.
Primam addunt reſeruationem poſitam in extrauag.ex de-
bito.Ioan.xxij.inter communes.tit.de electio. Et aliam re-
ſeruationem inductam per extrauagantem Benedicti duo-
decimi incipiente,ad regimen. Aliam poſitam in extrauag,
execrabilis.vt ibi per eos.

¶ Tamen pace eorum dixerim,illæ tres reſeruationes,licet
per extrauagantes inductæ dicantur, non tamen dici debēt
in corpore iuris clauſe:quia alia eſt reſeruatio iuris commu-
nis, quæ in corpore iuris clauſa dicitur, alia eſt reſeruatio
per extrauagantes inducta.Nam in corpore iuris clauſa di-
citur,quia eſt à iure cōmuni inducta, & in eius corpore in-
ſerta,prout fit de aliquibus legibus, quæ à canonibus inſe-
runtur,vt in cap.j.& cap.authoritate.de conceſſ.præbend.
lib.vj.& in multis locis decreti, ſicut etiam eodem modo di-
citur priuilegium in corpore iuris clauſum, non quòd ex-
trauagatur, ſed quòd in iure communi inſeritur,vt in cap.
cum ordinem.de reſcrip. Aliæ tres ſpecies reſeruationis ad-
ductæ per Gloſſatorem hîc, nō ſunt propriè reſeruationes,
vt ipſemet videtur ſentire,& ſequuntur Moder.in dicto lo-
co,quia in illis Papa confert iure deuoluto, & tanquā ordi-
narius,nō tanquā reſeruata. Et ideo videmus,ꝙ executor &
legatus talia cōfert. Et tamē ſi eſſent reſeruata, nō cōferret,
vt dicūt Domini in deciſ.cccexcj.incip.Nūtius apoſtolicus.
in tit.de præb.in no.poſt gl.in clem.penult.de præbendis in
verbo, ſiue ad nos. Et dom.Gundiſaluus auditor in tract.
de leg.quæſt.ix.primæ partis.colum.ij.& probatur in cap.
penult.de præbend.vbi Abb.Panor.in j.notab.dicit ibi eſſe
text.ad hoc,qui non poteſt cauillari cum multis alijs con-
cord.quæ cōgerit Modernus Aurelianen.in tract.leg.con-
cluſio

Reſeruatio iuris commu. an differat ab illa in corpore iuris clauſa.



cluſione xxj. cui nomen eſt Ioannes Brunellus. Sic etiam
diſpoſitio cap.ij.vt lite penden.libro ſexto.quæ ſecundum
ipſos reſeruationem in corpore iuris clauſam inducere vi-
detur,euitari poteſt:quia ſi verum eſſet per litem motam be-
neficium effici reſeruatum,ſequeretur vnum abſurdum ma-
ximum, quòd ceſſante lite adhuc maneret beneficium reſer
uatum,& per conſequens nō poſſet ordinarius ceſſante lite
de illo diſponere,cum ſemel reſeruatum ſemper reſeruatum
maneat,vt dicitur in extrauagāti Paul.II.incip.ad Rom.tit.
de præbend.& tenet Rota in pluribus deciſionibus, de qui-
bus per Bart.Belenzi.in tract.de chari.ſubſi.q.cxvj.Et tamē
hoc eſt falſum,quia prohibitio d.cap.ij.non afficit ordina
rios ceſſante lite,cum prouidere poſsint, vt ibi patet, & in
clem.prima.cod.tit. Ergo non eſt verum per illum text.ali-
quam reſeruationem inductam fuiſſe, ſed potius quandam
ſimplicem inhibitionem temporalem, videlicet,lite duran-
te. Et fortè de iſtis reſeruationibus improprijs iſta regula,
& decretum dicti concilij Baſilienſ.ſuperius allegatum lo-
qui voluerunt,ſed in his amplius non inſiſtā.Sed vltra præ-
dictos modernos,ego alias plures reſeruationes in corpore
iuris communis clauſas reperio, de quibus poſſet intelligi
iſta regula,& decretum prædicti concilij.

Diſpoſitio cap.ij.

¶Prima eſt in translationibus epiſcoporum, quæ pro com
muni perſonarum eſſet eccleſiarum vtilitate atque neceſsi-
tate, & non propria cuiuſque voluntate fiunt,vt in capitu-
lo, ſi quis.& in cap.mutationes. vij.quæſt.j. & in capitulo,
quanto.& toto titulo, de translat.epiſcop. Vnde epiſcopa-
tus propter translationem vacantem nullus alius quàm Pa-
pa conferre poteſt, quia iſte caſus eſt de reſeruatis Papæ re-
ſeruatione in corpore iuris clauſa, vt in cap.quòd transla-
tionem.de officio legati, & in capitulo fin.de translatio-
ne epiſcopi.

Reſeruatiōes in corpore iuris communis clauſæ quot ſint.

¶Secunda reſeruatio in corpore iuris clauſa eſt in epiſco-
patu, vel dignitate vacante per depoſitionem,vt in d.capi-
tulo,quòd ad translationē.& in capitulo,inter.de translat.
epiſcop. & in capitulo, niſi. & in cap.poſt translationem.
de renuntiat. In talibus enim ius commune apponit manū.

¶Tertia reſeruatio eſt in caſu cap.quanquam.de elect.lib.
ſexto.qui quidem text.licet loquatur in vno caſu,extendi-

tur tamen ad plures alios caſus, qui etiam ſunt reſeruati re-
ſeruatione in corpore iuris clauſa, vt latiſsimè hoc probat
quidam Guliel. Monſerrat Hiſpanus in commẽto quodam
ſuo ad pragmaticã Frãciæ. tit. de elect. vbi text. in d. c. quan-
quàm. extendendo diſcutit à fol. xlvj. vſque ad fol. xlix.

Reſeruatio in corpore iuris clauſa.

¶ Quarta reſeruatio in corpore iuris clauſa eſt, quãdo epi-
ſcopus eſt captus à paganis, vel ſchiſmaticis, tũc iſte caſus eſt
Papæ reſeruatus, vt nemo alius poſſet prouidere de tali epi-
ſcopatu, niſi Papa, vt eſt text. in capitulo, ſi epiſcopus. & ibi
gl. fin. de ſupplen. negli. lib. vj.

¶ Quinta quando epiſcopus propter ſenium, aut aliud im-
pedimẽtum corporale perpetuum non poteſt officiũ ſuum
exercere, tunc enim Papa ſolus poteſt prouidere, & non a-
lius, vt in c. j. §. ſi autem epiſcopus. de cler. ægro. lib. vj.

¶ Sexta reſeruatio eſt quando Papa dat beneficium in com
mendam, licet prius vacauerit extra curiam: quia per talem
commẽdam manet reſeruatum, adeò quòd nullus inferior
poteſt de illo diſponere, vt tenet Feder. in tract. permut. c.
xv. & Rom. conſil. cl. Archi. & alij in cap. is cui. de elect. lib.
vj. Sed iſta reſeruatio potius ex interpretatione doctorum,
quàm aliqua ſpeciali iuris diſpoſitione inducta videtur, &
ideo inter prædictos caſus computari rectè nõ poterit, niſi
dicamus de hoc eſſe tex. in dicto cap. is cui. ponderatum per
Compoſt. in cap. cum à nobis. de elect.

¶ Septima reſeruatio iuris eſt quando cathedralis eccleſia
clero & populo Chriſtiano caret. Nam prouiſio tantũ ex-pe
ctat ad Papam, vt in clem. in pleriſq;. de electio. Et pro nũc,
iſta exempli gratia ſufficiãt, per quæ extendi poterit diſpo-
ſitio d. cap. ij.

¶ Et iſta inueſtigatio, an ſint plures reſeruationes in cor-
pore iuris clauſæ, vel vnica, poteſt eſſe vtilis ad multa, tum
ad diſpoſitiones particularium, ac etiam facultates legato-
rum, quibus conceditur facultas prouidendi de beneficijs
quomodolibet reſeruatis, excepta reſeruatione in corpo-
re iuris clauſa. Nam per hoc facilè intelligemus, de qua re-
ſeruatione Papa intellexit.

¶ Circa tertiũ articulum iſtius quęſtionis, videlicet, de qua
reſeruatione intelligi debet iſta regula, ſimpliciter loquẽs,
præfati Doct. poſt Gloſſatorem, hic voluerũt iſtã regulam
intel



intelligi de illa tantũ reſeruatione, de qua loquitur text. d.
cap. ij. de præb. lib. vj. quorũ opinio mihi placet, & eam plu-
ribus rationibus comprobo. In primis ex communi ſtylo ſi-
gnaturæ, qui illa verba cõmuniter in ſupplicationibus ap-
poſita, videlicet, non obſtante reſeruatione in corpore iu-
ris clauſa, intelligit de illa reſeruatione, de qua in d. c. ij. Et
pro iſta opin. facit, quia verba ſingulari numero prolata, in
dubio de maiori reſeruatione intelligi debent, iuxta ea quæ
not. gl. in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. per text. in l. ſi ita ſcriptũ.
de leg. j. & not. Alex. in l. j. §. pen. in vltima q. ff. de verb. ob-
lig. Et ſic videmus, quòd in materia maximè ſtricta appella
tione excõmunicationis, venit tantum excõmunicatio ma-
ior. cap. pen. de ſent. excom. Sic etiã diſpoſitio de dominio
loquens, de maiori intelligitur. l. j. §. ſi in perpetuũ. ff. ſi ager
vect. Sed nulla reſeruatio in corpore iuris eſt maior, aut effi
cacior illa. d. c. ij. de benefi. vacan. in curia. vt dictum fuit s.
Et not. antiquus ille Vicecorrector, in illo vtili libro, qui
practica Cancellariæ inſcribitur, tit. de beneficijs generali-
ter reſeruatis. notabili vltimo. fol. lxxxvij. quod ex his quæ
dicit deciſ. Rotæ 100. in no. ſatis apparet, & inferius per ex-
empla clarius probabo.

Excommunicatio maior.

¶ Ex quibus omnibus infertur, quòd verba iſtius regulę, de
reſeruatione in corpore iuris clauſa, loquentia, debent per
excellentiam, de reſeruatione per obitum apud ſedem intel
ligi, de qua loquitur text. in d. cap. ij. Sicut cum de iure ciuili
mentionem facimus, per excellentiam de iure tantum ciuili
Romanorum intelligimus: licet ius vniuſcuiuſq; ciuitatis,
ius etiam ciuile appelletur. vt in §. quotiens. inſtit. de iure
natur. gent. & ciuil. Et ad oſtendendum, quòd dicta reſerua
tio apud ſedem, de qua in d. cap. ij. ſit omnibus alijs reſerua-
tionibus, in corpore iuris clauſis dignior, efficacior, & ex-
cellentior per exempla quæ ſequuntur, oſtendo.

Iuris ciuilis mentio.

¶ Sed antequã ſpecialia priuilegia iſtius reſeruationis per
exempla attingam, notandum eſt vnum, quòd curia ad effe-
ctum reſeruationis d. c. ij. intelligi debet, vbi reſidet Papa:
quæ quidem curia, ratione reſidentiæ, extenditur per duas
dietas, & vltra, iuxta not. in cap. fin. de for. comp. & in cap.
præſenti. de præb. lib. vj. Et quomodo hoc intelligatur, de-
clarant Doct. in cle. ne Romani. per illum text. de elect. Sed

Curia ad effectum reſeruationis.

propriè loquendo,aliter conſideratur vacatio in curia,ali-
ter in vrbe,vt dixi ſuperius.Nam ſi beneficia in vrbe vacant,
vltra hoc,quòd etiam in curia vacare dicũtur,habet tamen
in illis Papa maiorem affectionem,quàm in alijs vacãtibus
extra vrbem, licet vacent in curia . Ratio eſt,quia beneficia
vacantia in vrbe, Papa confert etiam ſi non eſſent reſerua-
ta,tanquam epiſcopus vrbis Romæ,vt dixi latè in c.j.in pri-
mo notabili.de conſtit.lib.vj.de quo quidem vrbis epiſco-
patu,vltra lapidem vetuſtiſsimum in eccleſia Sanctæ Anaſta
ſiæ fit mentio in ſupraſcriptione.cap.iij.xcviij.diſtinct.&in
ſupraſcriptione.cap.ſi quis epiſcopus.vij.q.j.cum ſimilibus.

Papa expectatiuas concedere poſſet.

Hinc eſt quòd Papa expectatiuas in vrbe ad talia beneficia
vacantia cõcedere poſſet,vt voluit Gloſſator noſter Hiſpa-
nus in regula vij. s̃.eod.Meritò igitur ad Papam tantũ per-
tinet ipſorum collatio,ita quòd in talibus beneficijs neceſ-
ſaria non eſſet reſeruatio. Quia reſeruatio fit per Papam ſu
per beneficijs,in quibus timet ab ordinarijs habẽtibus aliàs
poteſtatem illa conferendi,præueniri. Sed in vacantibus in
vrbe,& ſic in ſuo proprio epiſcopatu,non cadit ille timor
præuentionis,quia nullus cõferre poteſt. Igitur non eſt ne-
ceſſaria reſeruatio. Et ſecũdum hoc ſuperflua videretur re-

Reſeruare beneficia.

gula ſeptima Cancellariæ ſuprà eo.in qua Papa reſeruat ſibi
beneficia in illis tribus eccleſijs Patriarchalibus vrbis,vide-
licet,Sancti Petri,Sancti Ioannis,& Sanctę Mariæ maioris.
Tamen videtur,quòd hodie non ſit ſuperflua, ex quo in il-
lis eccleſijs Cardinales pręficiuntur,vt dicitur in Prouincia
li eccleſiarum. in principio. Et receperunt poteſtatem ple-
niorem conferendi per regulam Sixti incip.Item cum Car-
dinales, à quo tempore fuerunt effectualiter in quaſi poſ-
ſeſsione conferendi. Et eodem modo iure ordinario habẽt
eandem facultatem conferendi in titulis ſuis,in quibus ha-
bent iuriſdictionem epiſcopalem,vt latè tradit Felyn.in c.
his qui.de maior.& obed.& Paul.in tract.ne ſede vacãte &
Moder.in tract.leg.conclu.v. Imò maius ius habẽt in eccle

Eccleſiæ matrices.

ſijs ſubiectis titulis eorum,quàm eccleſiæ matrices in capel-
lis non ſubiectis,vt tradit Bart.Belenzi.in tractatu de chari.
ſubſid.quæſtione tertia.Poſſet etiam reſeruatio dictæ regu-
læ ſeptimæ habere locum,eis abſentibus,vt regulæ innuũt,
quod prius introduxit Nicolaus Quintus,vt in eius regulis
appa



paret.Et meminit Paul.Hierony.in practica Cãcellariæ.
titulo de beneficijs generaliter reſeruatis. Antiquitus tamẽ
illæ eccleſiæ Patriarchales vrbis non ſolebant dari Cardina
libus,ſed ipſe Papa eas regebat,vt colligitur ex his quæ di-
cit Præpoſ.in cap.in nomine Domini.col.v. xxiij.diſtinct.
& Doct.in c.fundamenta.de ęlectio.lib.vj. Ad cautelã igi-
tur bona fuit reſeruatio inducta per d.regulam ſeptimam.

¶Sic itaque ex præmiſsis habes vnam differentiam,& ſin-
gularitatem beneficiorum vacantium in vrbe ad vacantia
in curia. Quia,vt dixi,vacantia in vrbe Papa confert iure
proprio ordinario,vt dixi:& confert etiam,quia reſeruata:
& ſic habent duplex vinculum. Vacãtia verò in curia,id eſt,
in loco vbi Papa reſidet,non ita confert. Nec ita ſunt cara
ſibi ſicut illa,licet digniori & fortiori reſeruatione magis
affecta ſint,quàm quæcunque alia reſeruata. Et iſta dicũtur
reſeruata reſeruatione in corpore iuris clauſa,de qua in d.
cap.ij.Et ob eam cauſam,tam ſæpe talis reſeruatio fuit con
firmata per plures extrauagantes Romanorum Pont.præ-
ſertim Ioã.xxii.Benedicti xi.& Cle.v. Et iſta reſeruatio in
corpore iuris clauſa,de qua intelligitur & loquitur iſta re-
gula,vt dixi,eſt principalior , dignior & fortior cæteris a-
lijs,vt nõ ab re ſpecialibus priuilegijs ornari meruerit: quæ
cum plura ſint,& varijs in locis tradita, decreui ex multis
quædam potiora per tranſitum ad cognitionem iſtius reſer
uationis adnotare,vt ſic per exempla quaſi per indicem to-
ta materia intelligatur.

Reſeruatio in corpore iuris clauſa,quibus priuilegijs ornetur.

¶Primum igitur ſpeciale priuilegium in iſta reſeruatione
inducitur per iſtam regulam,quod videtur contra regulas
iuris communis,videlicet,quòd licet habens titulum ab eo,
qui originaliter potuit cõferre, titulum coloratum habere
dicatur,vt dicit Lapus allega.decimaſexta.& Fely.in cap.in
noſtra.de reſcrip.& not.omnes in c.cum noſtris.de conceſ.
præb. Neq; talis intruſus dici poſsit,etiam ſi violenter poſ-
ſeſsionem intraſſet,prout not. Domi.in c.eum qui.in ſecun
do notabili.de præb.libr.vj. Tamen quo ad effectum iſtius
regulæ intrans in beneficio reſeruato dicta reſeruatione,
etiam ſi habeat titulum ab eo qui originaliter potuit con-
ferre, dicitur intruſus, & non habere coloratum titulum,
quod eſt cõtra regulas iuris communis.Et in hoc poteſt di-

ci iſta regula exorbitans.

¶ Secundum priuilegium iſtius reſeruationis in corpore iuris clauſæ eſt, quia in generali facultate cõferendi beneficia quomodolibet reſeruata non venit, nec cõprehenditur iſta reſeruatio, vt tradit Gaſpar de Peruſio in tract. reſeruatio. & Milis in verbo, reſeruatio. & ſunt plures deciſiones Rotæ ſuper hoc, de quibus per Moder. in d. cap. ij. vt patet deciſio. xcvij. incipien. habens authoritatem. in no. & in antiquis. cccclxij. incipien. nota, quòd habens. cum ſimilibus. Ex quibus apparet quanta ſit iſtius reſeruationis dignitas. Nam ad prærogatiuã refertur, quòd in generali ſermone aliqua res non comprehendatur. arg. l. item apud Labeoné. §. ait prætor. ff. de iniur. & cap. quàm periculoſum. de ſententia excommunic. lib. vj.

¶ Tertium priuilegium ſpeciale eſt, quia reſeruatio dicti c. ij. adeò afficit beneficia, vt ſi quis ea ab ordinario receperit ſcienter, non facit fructus ſuos à die ingreſſus ſui, vt ſentit Specul. titulo de præb. §. audiendum. verſic. ſed pone quòd aliquis. & ibi Ioan. And. Et hoc tenet Rota hodie. facit deciſ. in no. xxiiij. & quæ not. Abb. in c. dilecto. col. ij. de præb. & in cap. cum dilectus in penul. not. de iure patro.

¶ Quartum ſpeciale priuilegium eſt, quia de tali reſeruatione oportet facere ſpecialem mẽtionem, & generalis non ſufficit, vt tenet Geminia. & Philip. Francus poſt Lap. in d. capitulo ſecundo. in penultima & vltima columna. & tenet deciſio dlxxij. in antiquis. Et hoc procedit etiam in ſupplicatione cum apponeretur clauſa, quacunque reſeruatione non obſtante. vt dicit Gemina. conſilio xij. vtrum ille. in f. Tamen bo. memo. Domi. de Iacobatijs olim inter primarios auditor, & poſtea Cardinalis, adnotauit fuiſſe in Rota obtentum cõtrarium, videlicet, ſufficere derogationem per clauſulam, non obſtante reſeruatione in corpore iuris clauſa: quia ex quo non eſt niſi vna, intelligetur de iſta: & perinde eſſet, ac ſi ſpecialiter de illa fuiſſet facta mentio. arg. cap. ex parte. de offic. deleg. Et ita dicit obtinuiſſe Ioannem Baptiſtam in vna ciuitate, coram Triuultio, dicẽs, Rotam hoc aliàs tenuiſſe tempore Fely. vt patet in informationibus Cacialupi, in vna Sancti Andreæ. hæc Iacobatius.

¶ Et ita reperio in terminis iſtam opinionem tenere Moder. in tract. reſeruatio. in xxxvj. effect. Tamen conſidera, quòd caſus eſt diuerſus. Nam multũ refert, an dicatur, non obſtante quacunque reſeruatione. vel, non obſtan. reſeruatione in corpore iuris clauſa. quia primo caſu deciſiones ſunt claræ ſub illa generalitate prædictam reſeruationem comprehẽdi, propter generalitatem verborum: quia dictio illa vniuerſalis comprehendit ea quæ aliàs ſub generali ſermone non comprehenderentur, vt dixi ſuperius in ſecunda quæſtione. Secundo verò caſu ſecus eſt dicendum, quia illa verba, nõ obſtãte reſeruatione in corpore iuris clauſa. ſunt incerta & ambigua, qui poſſunt reſeruari in qualibet reſeruatione in corpore iuris clauſa, de quibus ſuperius dictum fuit. Niſi dicamus, quòd de proprietate ſermonis, ac ab vſu patrisfam. tum etiam, quia verba in dubio debent intelligi in potentiori ſignificatu, verba debent intelligi de reſeruatione dicti cap. ij. Meritò igitur deciſio Dominorum rectè proceſsit.

¶ Quintum ſpeciale priuilegium, quia reſeruatio d. cap. ij. ex quo eſt notoria, quia inducta per ius commune, quod omnibus innoteſcere debet, repellit agẽtẽ ſpolio, vt eſt deciſio xvj. in no. & in antiquioribus. xx. titulo de reſtit. ſpoliator. cum multis alijs deciſionibus, quæ fortè ſunt decẽ numero, quæ loquuntur ſuper hoc, quas ſequitur Bald. nouellus in repe. l. naturaliter. §. nihil commune. fol. vltimo. ff. de acquirẽ. poſſeſ. & Corſettus in tract. an ſpolia. ante omnia, &c. in xlj. limitatione.

¶ Sextum ſpeciale priuilegium, quia intruſus in beneficio reſeruato non ſolum non facit fructus ſuos, vt ſuperius dictum eſt, ſed etiam taliter intruſus nulliter confert beneficia ad ipſius beneficij reſeruati collationem ſpectantia, vt dicit Rota in antiq. deciſione clxxxiij. incipiente, not. vbi aliquis. cuius cõtrarium eſt in alijs beneficijs, vt ibi dicitur. & in deciſione quarta. de præbend. in antiquioribus. & per Egid. deciſ. lxvj.

¶ Septimum ſpeciale priuilegium, quia reſeruatio prædicta, non ſolum impedit optionem, vt in cap. fin. de conſuet. lib. vj. ſed etiam impedit optionem cameræ pertinentis ad illud beneficium, vt dicit Cardinalis in conſilio xvj. dominus Papa. Et quibus omnibus apparet ſpecialitas, & fortior

præ

prærogatiua iſtius reſeruationis. Nimirũ igitur ſi text.noſter appellatione reſeruationis(dato quòd aliæ reperirentur in corpore iuris clauſæ) de illa clauſula in d.cap.ij.intelligere voluit. Et ratio prædictorum colligitur ex verb.extrauag.piæ ſolicitudinis Bonif. VIII. vbi dicitur,quòd Papa intendit de iſtis beneficijs vacãtibus in curia ſpecialibus, & dilectis perſonis prouidere. Ex quibus arguitur reſeruationis prærogatiua. Et quod dictum eſt de reſeruatione in corpore iuris clauſa,quæ differt ab alijs propter ſingularem eius prærogatiuam. Idem dicendũ eſt de priuilegijs in corpore iuris clauſis, quæ habent viginti ſpecialia priuilegia vltra ius commune,quæ ſigillatim ſcribit Gulielmus Monferrat in commentarijs Pragmaticæ.fol.liij.cum ſeq.quos apud aliquem alium ſcripta non legi,licet penè infinita viderim. Quæ omnia addenda ſunt ad Moder.in tract.reſeruatio.qui ſuper iſta reſeruatione in corpore iuris clauſa ſicco pede tranſierunt.

QVAESTIO TRIGESIMASECVNDA.

Titulus coloratus.

QVAERO, nunquid dicatur habere coloratum titulum ad effectum iſtius regulæ,qui fuit præſentatus,& inſtitutus ad capellã teſtatoris in vita vxoris contra voluntatem teſtatoris prohibentis præſentari capellanum in vita vxoris ſuæ?

¶SOLVTIO. Decius ponit in terminis iſtam quæſt.in conſilio cxxj.incip.in cauſa venerabilis presbyteri.& poſt plures notabiles rationes concludit prædictum titulum fuiſſe canonicum,& coloratum quo ad effectum iſtius regulæ.Et quòd iſta regula defendat taliter inſtitutum, huiuſmodi ratio aſsignatur,quia cum capella ad quam præſentatio fieri debuit,iam fundata & dotata fuerat ſecundum diſpoſitionem teſtatoris,talis capella ſtatim epiſcopo ſubiecta fuit.c.omnes baſilicæ xvj.q.vij.& cap.cum epiſcopus.de off.ord.lib.vj.cum concord.vt per Card.in conſ.cxviij.in fin.Ergo in voluntate epiſcopi fuit præſentationem factam admittere,quæ licet contra teſtatoris voluntatem facta fuit,ex quo tamen iuridica erat,eius effectus impediri nõ debuit,& per conſequẽs teſtator in præiudicium epiſcopi facere non potuit,quòd præſentatio prædicta & inſtitutio non valeret:quod nihil aliud profectò eſſet,quàm capellam ab eius poteſtate eximere,quod illi prohibetur,vt dicit Bart.in l.quotiens.§.fin.ff.de admin.tut. Et Abb.in cap.requiſiſti.col.penult.de teſt. Quia teſtator facere non poteſt, quòd leges in caſibus ſuis locum nõ habeant.l.nemo poteſt.de leg.j.Præſertim quando voluntas teſtatoris antea per patronos, ad quos id pertinet,executioni demandata reperitur, quo caſu epiſcopus de illorum conſenſu mutare eius voluntatem potuit,vt tradit Felyn.in cap.ſuper his.in ij.col.de accuſat. quia poteſt de conſenſu patronorum voluntatem teſtatoris alterare,vt tradũt omnes in cap,cum acceſsiſſent.de conſtit.& Rochus in tract.iuriſpat.in verbo, pro eo quòd.in xv.q.vbi latiſsimè hoc probat. Et propterea Rota in vna Aſtoricen.Capellaniæ,coram R.D. Raynaldo Petrutio v. Martij M. D. xxxvij.iudicauit epiſcopum capellanũ amouibilem per teſtatorem in capella ſua poſitum perpetuũ facere poſſe,per ea quæ not.Imol.in l.j.ff.de cond.inſtit.& ea quę Rochus dicit in d.quæſt.pro qua deciſione allegabatur etiam conſil.Paul.de Caſtr.cclviij.lib.j.

Teſtator facere non poteſt, quòd,&c.

* Capellanus amouibilis.

¶Poſtremo iſta opin.fundari poteſt, iſta ratione, quæ apponit gladium ad radicem: quia ex quo inſtitutio facta ab eo,qui originaliter poteſtatẽ inſtituẽdi habuit, dato quòd inſtitutio per teſtatorem impediri potuerit,nihilominus ſi facta fuit,coloratũ titulum tribuit.& hoc ſufficit ad effectũ iſtius regulæ,quæ,vt dictum eſt,plures in præceden.q.non excipit,niſi duos caſus, in quibus non vult titulum haberi pro colorato. Ergo in contrarium regula procedet.

QVAESTIO TRIGESIMATERTIA.

Titulus coloratus.

QVAERO, an ille titulum coloratum habere dicatur, cui ordinarius contulit beneficiũ, quo alteri per ſententiam priuationis abſtulerat, de cuius ſententiæ proceſſu non conſtat?

¶SOLVTIO. Rota die iiij.& vij.Februarij M. D. xxxvj. in vna Valẽtina ſpolij de Torrẽt corã D.Nicolao Aragona tenuit q non.Ratio fuit: quia vbi euidenter & notoriè conſtat de fundamẽto tituli infecto,talis titulus nõ dat colorem,quia dicitur emanare de facto,& non de iure, vt Felyn.tradit in correl.ij c. in noſtra.de reſcrip. ſed clarum eſt ſententiam non cõſtito de proceſſu nullam eſſe, vt Egidius dicit deciſ.lxxxix.Ergo collatio epiſcopi fundata ſuper illa ſenten

* Sentẽtia an ſit nulla nõ conſtito de proceſſu.

ſententia nullius erit momenti: quia vbi nullum eſt ſubiectum, corruit correlatiuũ, vt dicit Bald. cap. j. de feud. guardiæ. per gl. in cap. j. de fid. inſtr. Non poteſt igitur talis collatio titulum coloratum tribuere: quia titulus coloratus, debet habere vltra id quod proueniat ab eo, qui dare poteſt, debet in ſe quandam præſumptæ iuſtitiæ imaginem continere. Itaque eius claritas, ſeu veritas notoriè non appareat, quia tali caſu aut erit titulus omnino bonus, aut omnino malus, in quibus regula non habet locum. debet igitur titulus apparenter eſſe coloratus, quia in dubio præſumitur bonus ad effectum poſsidendi. Cùm igitur hîc notoriè appareat de fundamento collationis epiſcopi, quæ eſt facta de beneficio viuẽtis ſub prætextu ſẽtẽtiæ priuationis, de qua nõ apparet, meritò talis collatio nõ tribuit titulũ coloratũ.

*Titulus coloratus.*

¶ Adde prædictis ſimilem deciſionem, quam hodie xxvj. Ianuarij M. D. XL. in vna Vicentina parochiali, coram me fecit Rota, videlicet, quòd poſsidens per triennium pacificè beneficiũ ex titulo reſignationis Hieronymi, ſi propter modum in ſupplicatione expreſſum, non ſeruatum beneficium à prædicto poſſeſſore repetatur, tanquàm quòd non fuerit in illum titulus tranſlatus, poſſeſſor ſe nõ poterit iſta regula iuuare: quia non dicitur habere titulũ coloratũ, ex quo Papa non viſus fuit illi prouidere, niſi ſeruato modo, iuxta tradita per Abb. in cap. cum pridem. de pact. & alibi ſæpe.

## QVAESTIO TRIGESIMA QVARTA.

*Poſſeſsio pacifica.*

QVAERO, an per citationem nulliter factam poſſeſsio pacifica, de qua loquitur regula iſta, interrumpatur?

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio plenius diſcuſſa fuit in regula de annali. q. xlv. & ideo ibi dicta non repetã. Nam concluſit ibi Rota, poſſeſsionem pacificam non interrumpi. Et idem quo ad iſtam regulam Domini tenuerũt in vna * Virdunen. Canonicatus & præbendæ, coram R. P. D. Petro Vortio, epiſcopo Aquen. de menſe Iunio M. D. xxxix. Rationes iſtarum deciſionũ ponuntur in d. quæſt. xlv. ideo ibi videantur.

## QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

*Electio ſola, vel præſentatio.*

QVAERO ibi, electione, & electionis huiuſmodi confirmatione, ſeu præſentatione, & præſentationis inſtit. &c. An ſola electio, vel ſola præſentatio det titulum coloratum ad effectum iſtius regulæ?



¶ SOLVTIO. Text. hic videtur innuere quòd non, cum copulatiuè loquatur de electione, & confirmatione, & de præſentatione, & inſtitutione, & ad veritatẽ copulatiuè requiritur concurſus vtriuſque copulati. cap. ex parte. & cap. inter. de reſcript.

¶ In contrarium facit gl. in cap. quanto. lxiij. diſt. quæ vult per ſolam electionem ius tribui, & per conſequens titulum coloratum. Et illam gl. ſequitur Abb. in cap. ij. & in c. quòd autem. & in cap. nobis. de iurepatr. & in cap. cum inter canonicos. & in cap. tranſmiſſam. & in cap. nihil. & in cap. ſacroſancta. de electione. & alibi ſæpe. Et ſequuntur Moder. in tract. elect. in prima parte. cap. viij. & xij. & Rochus Curtius in tract. iuriſpatr. in princ. q. iiij. cum ſexcentis cõcord. quæ cumulat Felyn. in cap. cum Bertoldus. in j. col. de re iudic. & reaſſumunt Moder. in tractatu beneficij. in j. quæſt. tertiæ partis.

¶ Tamen iſtis non obſtantibus prima opinio eſt verior & cõmunis, pro qua eſt hîc text. clarus, & etiam eam dicit communem Card. Alex. in d. cap. quanto. plura allegans. & Felyn. tandem iſtam opin. dicit magis veram in d. cap. cum Bertoldus. & ſequitur etiam Gloſſator hîc, adeò, quòd eſt firma concluſio, quòd per ſolam præſentationem, vel electionẽ, ſiue confirmationem, vel inſtitutionem nõ tribuitur ius in re, ſed ad rem, & ſic quoddam præparatorium ad cõſequendum beneficium per rationes & fundamẽta, quæ ibi allegantur per eos, quæ breuitatis cauſa non refero. Et hoc eſſe verum apparet per plura exempla. Nam videmus, quòd interficientes tantum electum, in pœnam interficientis epiſcopũ non incidunt, vt dicit Bald. in l. ſi nondum. C. de fur. ſequitur Iaſ. in l. ij. C. de inofficioſo teſtam. & in l. j. §. qui mandatum. in j. col. ff. de offic. eius. Sic etiam nec impetratio facta per obitum electi tantum non conſecrati tanquàm de beneficio vacante per mortem non valet, prout probat Felyn. in cap. in noſtra. xxxj. correll. col. penult. de reſcript. Hinc euenit, quòd electus tantum epiſcopus indulgentias concedere non poteſt, vt dicebat Franciſ. Vercellenſis in cap. accedentibus. de exceſſ. prælat. per illum text. & Archi. in cap. j. de pœnit. & remiſſ. lib. vj.

*Ius per ſolam præſentationẽ non tribuitur in re.*

*Electũ tantum interficientes &c.*

*Impetratio facta per obitũ.*

*Electus epiſcopus.*

¶ Ex

¶Ex quibus omnibus infertur, quòd cum per ſolam electionem ius in re non tribuatur, nec poteſt etiã per eam haberi titulus coloratus. Et cum iſtis concordant ea, quæ R. P. D. Cæſar Lambertinus epiſcopus Inſulen. tradit in nouiſsimo tract. iur. patr. in viij. articulo. v. q. principalis. ſecũdæ partis. ij. lib. aliàs fol. cccij. Quæ omnia de plano procedunt in electionibus collegialiter, vel ab alijs factis, qui confirmare eas nõ poſſunt: ſi verò ab illis electio facta fuerit, qui confirmandi poteſtatem habent, talis electio ius plenum in re, & per cõſequens titulũ coloratũ tribuit: quia talis electio loco prouiſionis plenè habetur, prout latè probat Felyn. in cap. eam te. in iij. col. de reſcrip. Et ita fortè cõcordari poſſunt opiniones contrariæ.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA.

Titulus coloratus.

QVAERO, an titulus coloratus requiſitus in iſta regula probetur per confeſsionem actoris?

¶SOLVTIO. Videtur dicẽdum quòd ſic, quia iſta regula non emanauit ad finem adiudicãdi beneficium, ſed ſolum ad excludendum agentem per exceptionem, qui ſibi potuit ex ſua confeſsione præiudicare. Et ſicut confeſſio rei in iudicio recuperandæ proficit actori, quo ad titulum coloratũ inducendũ ad finem recuperandi poſſeſsioné deperditam, vt ſint claræ deciſiones Rotæ in no. tit. de reſt. ſpol. xvij. & xix. incip. Item fuit dubitatum. Longe magis debet illa confeſsio proficere ad poſſeſsioné defendendam, & excludendam moleſtiam, iuxta intentionem iſtius. Nam cui lex dat actionem, fortius illi exceptionem concedit. l. j. §. quòd ait. ff. de ſuperfic.

Lex dãs actionem.

¶Conferunt ad iſta multa, quæ ſcribit Felyn. in cap. olim. de reſcript. Et rationes Dominorum in deciſ. iiij. tit. de re iud. Et ea, quæ ſcribunt Philip. Peruſinus in cap. ad decimas. col. ix. de reſt. ſpol. lib. vj. Et in cap. j. col. iiij. de eo, qui mit. in poſſ. cauſ. rei ſer. eod. lib. Et Præpoſit. in cap. porrò. col. iiij. de diuor. & in cap. j. col. iij. ſexta q. j. aliàs iij. q. j. Et Nicolaus Milis in verbo, poſſeſſorio recuperandæ. Gemin. conſ. cxlvij. incip. ſuper iſto dubio. col. ij. & Guido Papæ q. lxxv. Et licet confeſsio ſuper titulo non probet inſtitutioné canonicam, cum non dependeat à parte dare titulum in beneficio, vt not. Arch. & Io. And. in nouel. in cap. ij. de cõfeſ. lib. vj. cum concord. de quibus per Præpoſ. in c. ſuper eo. de eo, qui cog. cõſang. vxor. ſuæ. Tamé illud procedit, quo ad hoc, vt vigore confeſsionis fieri debeat adiudicatio beneficij, vt dicit Egid. deciſ. clxxxiij. ſecus verò, quo ad effectum defendendi ſe in poſſeſsione: vel dici poteſt, quòd confeſsio licet nihil operetur contra alios, quo ad alios, bene tamen prodeſt contra confitentem. Nam ſibi præiudicat, vt repellatur, & ei ſilentium imponatur, vt in d. c. ij. & per gl. iuncto text. in verbo, conſiſtit. in cap. poſt electionem. de conceſſ. præbend. Et ita videtur hîc concludendum.

Titulum dare à parte nõ dependet.



QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA.

QVAERO, nunquid poſsidens beneficium per trienniũ ex collatione capituli, de cuius poteſtate non cõſtat, dicatur habere coloratum titulum?

Titulus coloratus.

¶SOLVTIO. Hanc difficultatem breuiter reſoluam, ex eo, quia Domini mei Auditores in cauſa Traiecten. corã R. P. Dom. Petro Vortio de menſe Ianuario M.D.XXX. tenuerũt titulum coloratum non eſſe, ex eo, quia regula iſta loquitur de collatione ordinaria. Ergo de collatione per epiſcopũ, vel alium natiuum ordinarium facta intelligi debet, qui de iure communi iuriſdictionem ordinariam habent. vulg. c. quia diuerſitatem. & c. ad decimas. & cap. omnes baſilicæ. cum ſimilibus. Non auté debet intelligi de collatione, quæ competit capitulo, vel alteri iure priuilegij, vel extraordinario, vt in c. cum veniſſent. cum ibi not. de inſtit. Quia verba in dubio de iure ordinario, non extraordinario intelliguntur. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. cum concord. vt ſcribit Decius in c. inter cætera. in iij. col. de appel. dixi in c. j. in gl. de conſtitu. lib. vj. & tradit Socin. in l. qui Romæ §. Callimachus. col. v. de verb. oblig. & iſto modo intelligendo verba regulæ naturaliter & ſimpliciter, non autem ſecundum quid intelligentur, iuxta text. in l. j. ff. donat. & in l. fi. C. de ijs, qui ve. æta. imp e. & in l. hoc legatum. & ibi Bart. ff. de leg. iij. & in l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. quæ omnia cum verificari non poſsint in collatione capituli, meritò cõcluſum fuit non tribuere titulum coloratum, niſi aliter iuſtificetur.

*

Verba in dubio de iure ordinario.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

QVAERO, nunquid noua prouiſio impetrata in curia

pro abſente, qui à capitulo, de cuius poteſtate non cõſtabat, prouiſus fuerat, det titulum coloratum ad effectum iſtius regulæ? *Titulus coloratus.*

¶ SOLVTIO. Reuerend. Dominus Petrus Vortius, nũc epiſcopus Aquen. hoc dubium in Rota propoſuit, de mẽſe Ianuario M. D. XXX. in cauſa Traiecten. Et pro parte negatiua dicebatur, quòd illa noua prouiſio non daret titulum coloratum: quia non conſtabat illam de conſenſu abſentis impetratam fuiſſe, & ideo illius non præſumitur, iuxta ea quæ dicit Card. conſil. xxv. col. ij. & Gemi. conſi. xxxiij. Imò verba ipſius nouæ prouiſionis contrarium innuere videbãtur, dum in ea de poſſeſſione forſan ſubſequuta, mentio fiebat. Et ſic, propter illam dictionem forſan, de poſſeſſione ſua (quod eſt factum proprium) dubitare videbatur: de qua tamen, vltra quòd in actis clarè conſtabat, de illa tanquam de facto proprio, impetrans certus eſſe debebat, & nõ dubius. l. quanquam. C. ad Velleia. c. ab excommunicato. de reſcrip. Et per conſequens, videbatur dictam nouam prouiſionem, potius ab aliquo amico abſente, eo inſcio & ignorante, impetratam fuiſſe, quàm ab ipſo. *

¶ Iſtis tamen non obſtãtibus, omnes domini, excepto Domino Chriſtophoro Panigarola, contrarium tenuerunt, videlicet, quòd dicta noua prouiſio det titulum coloratum: quia emanauerat à Papa, & ſic ab eo, qui dare titulum poterat, iuxta doctrinam traditam in cap. cum noſtris. de conceſſione præb. Et tenendo iſtam opinionem, motiuũ pro contraria parte adductũ non obſtat: quia licet non conſtet, nouam prouiſionem per abſentem impetratã fuiſſe, ex quo tamen dicta noua prouiſio, cum impenſa expedita reperitur, præſumitur impetrata de conſenſu abſentis, iuxta not. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. Et hoc in terminis tenet Oldr. in conſil. cxxxvj. col. ij. & Spec. tit. de appel. §. nunc breuiter. verſ. quid ſi appareat. Et ſic conſtat, quòd dicta per Card. & Gemi. in dictis conſilijs procedunt in ſimplici ſupplicatione, in qua imperranda modica impenſa interuenit. Secus tamen, ſi conſiderabilis impenſa facta fuit: nam tali caſu etiam ſi ille, ſub cuius nomine cantat noua prouiſio, abſens fuerit, ex quo tamen commodum eius concernit, præſumitur eam ſciuiſſe, & ratam habuiſſe, iuxta conſil. Rom. cccl. & dixi in regula *Impenſa expedita præſumitur impetrata.*



regula de annali. q. xxxij. num. 6. Et talis ratificatio multo magis præſumi debet, quando à tempore datæ dictæ nouæ prouiſionis, tantum temporis decurrerat, infra quod veriſimiliter ad notitiã abſentis perueniſſe poterat. Et ita Domini multis alijs motiuis, quæ breuitatis cauſa omitto, die xxj. Ianuarij M. D. XXX. vnanimiter concluſerunt. *Ratificatio.* *

QVAESTIO TRIGESIMANONA.

QVAERO, an poſſeſſori triennali pro colorato titulo ſufficiat bulla penſionis expedita pro illo, qui reſignauerat eidem poſſeſſori beneficiũ quod poſſidet? *Bulla penſionis expeditur.*

¶ SOLVTIO. Iſtud dubium modo in Rota pendet corã me in cauſa Gratianopolitana. Nam Io. Lazarus de Zarapica reſignauerat quãdam parochialem in fauorem Io. de Bogij poſſeſſorem cum certis pactis & conuentionibus, de quibus in literis: poſtea dictus Io. Lazarus reſignãs moritur, & Marianus de magiſtris impetrat parochialem per obitum dicti Io. Lazari, & deinde dictum Ioannem poſſeſſorem ad iudicium traxit. Poſſeſſor excipit de regula iſta: dictus Marianus impetrans replicat dictum Ioannẽ nullum titulum ſaltem coloratum habere, prout iſta regula requirit: triplicat Ioan. Bogij pro colorato titulo bullam penſionis pro Ioanne Lazaro expeditam ſibi ſufficere, in qua Clemens narrat Leonem eius prædeceſſorem dicto Ioanni Lazaro penſionẽ ex cauſa reſignationis factæ in fauorem dicti Ioannis poſſeſſoris reſeruaſſe: dictus vero Marianus impetrans dicit hoc non ſufficere. Quæritur quid iuris? *

¶ Pro parte dicti Mariani impetrantis facit: quia verba narratiua Papæ in his, quæ non dependent à facto proprio, maximè in præiudicium tertij non probant, vt no. in clem. literis. de probat. & tradit latè Fely. in c. cum à nobis. de teſti. ergo nec per conſequens à fortiori dat titulum non habenti. *Verba narratiua Papę in his.*

¶ Item quia in dicta bulla renuntiatio narratur facta cum certis conditionibus, quas non conſtat Io. Bogium impleuiſſe: ergo antequam conſtet impletas conditiones fuiſſe, titulus non confertur, nec renuntiatio effectum habet, vt tradit Abb. in c. cum vniuerſorum. de rerum permut.

¶ Pro parte verò contraria adduci poteſt: quia Ioannes Bogius eſt poſſeſſor, ad cuius poſſeſſionem tuẽdam quodlibet adminiculum ſufficit, & adminiculum in caſu pręſenti ſumi

poteſt ex prędicta bulla, in qua principaliter renuntiationē Ioannis Lazari in dictum Io. Bogium factā fuiſſe narratur. & hoc etiam Marianus impetrās in articulis ſuis fatetur. Et ideo ſola illa confeſsio in articulis facta titulum coloratum tribuere videtur, vt in terminis eſt deciſio Rotæ in nouis. in titulo de reſtit. ſpol. deciſ. xvij. incip. item fuit dubitatum & quæſitum, &c. & deciſ. xix. eo. tit. cum plur. concord. vt dixi ſuperius q. xxxvj. Et facit deciſ. ccxlv. incip. no. quòd vbi. in antiq. & deciſio Egidij clxxxiij. incip. aſſertioni.

¶ Præterea, quia veriſimile eſt Papam non aſſeruiſſe reſignationem in fauorem dicti Ioannis factam fuiſſe, niſi ita eſſet, & illa aſſertio poſito quòd plenè non probet, ſaltem præſumptionem tituli inducit, vt Egid. dicit. pro quo facit optimè ratio ad dicta per eundem Egidium deciſ. dlxxviij. incip. ſpoliatus. & per Bald. nouellum poſt Alex. in repet. §. nihil commune. col. xxij. & in x. & xxxij. fall. ff. de acquiren. poſſ. Et per Imol. in clem. j. col. x. de cauſ. poſſ. Abb. in c. in literis. col. xij. de reſt. ſpol. cum ſimilibus.

¶ Et iſta opin. magis iuſtificabatur: quia dicta bulla penſionis expedita fuerat in forma, rationi congruit, in qua ſecundum ſtylum ſolet data ſupplicationis admiſſæ reſignationis inſeri, ſuper qua ſupplicatione bullæ expeditæ fuerunt pro Lazaro: nec eſt veriſimile, quòd ſi renuntiatio verè facta nõ fuiſſet, dictum Ioannem Lazarum expenſam expeditionis bullarũ feciſſe: quia nemo præſumitur iactare ſuum, vulg. cap. ſuper hoc. de renuntiatio. ¶ Præterea, quia in correlatiuis, quod prodeſt vni, prodeſt alteri correlatiuorum, vt traditur in l. ſi. ff. de acceptila. Et hinc dicimus, quòd dilatio data debitori, cenſetur data creditori, vt dicitur in l. petendæ. C. de in integ. reſt. pet. & diligentia appellantis prodeſt appellato, vt dicit quędam deciſ. in no. de dolo & contum. Ex quo igitur Ioannes Lazarus reſignans bullas penſionis expediuit, illæ prodeſſe debent Ioanni Bogio reſignatario: quia in correlatiuis &c. ſicut dicimus in correis, quòd beneficium conceſſum vni, prodeſt alteri, vt in l. j. C. quãdo plur. vna ſent. ¶ Finaliter, alijs omiſsis, Rota die xxiij. Decemb. * M. D. XXXIIII. concluſit dictum Ioannem Bogium poſſeſſorem abſoluendum fore, & illam reſignationem pro colorato titulo poſſeſsionis ſufficere. Nec obſtat, quòd in dicta reſi-

Dilatio data debitori, cẽſetur data creditori.

reſignatione certę cõditiones adimpleri debebant per Ioannem Bogium, quas non cõſtabat impleuiſſe: quia illud procederet quãdo reſignans hoc allegaret: ſed ex quo reſignãs eſt mortuus, Marianus impetrans hoc allegare non poteſt: quia ad illum non attinet, ex quo eſt tertius, & exceptio ſua non eſt clara: & in hoc dubio, quia non eſt ius clarum, quo ad ipſum, & ſufficit Ioanni Bogio, quòd reperiatur in poſſeſsione. & ita in dicta cauſa Grationopolitana Rota concluſit, & idem in ſimili pro colore ad ſpolium reſtituendum tenuerunt domini coram R. D. Ioanne Clerici, & coram me * in vna Aretina parochialis de menſe Iunio M. D. XXXVIJ.

### QVAESTIO QVADRAGESIMA.

QVAERO, nunquid capiens beneficium litigioſum vacans, vigore ſuæ gratiæ expectatiuæ, dicatur habere titulum coloratum, ad effectum iſtius regulæ?

Titulus coloratus.

¶ SOLVTIO. Prima facie videtur dicendũ quòd ſic, cum poſſeſſor habeat expectatiuã à Papa, & ſic ab eo, qui beneficia litigioſa conferre poteſt: & ideo talis dicitur habere coloratum titulum, vt traditur per Abb. & alios communiter, in vulgato c. cum noſtris. de conceſſ. præbend. imò attentari poteſt, acceptantem beneficia eccleſiaſtica, vigore gratiæ expectatiuæ, non ſolum coloratum, ſed verum titulum habere, ex eo, quia expectans litigioſa acceptare poteſt, vt per plura motiua probat Egid. in conſil. xxxv. ergo dicetur habere titulum coloratum. Et hoc in caſu iſto à fortiori procedit, ex eo, quia illud vitiũ litigioſi purgatũ fuit per extinctionem litis, poſt acceptationem ſequutã. arg. l. poſtquàm liti. C. de pact. poſt cuius extinctionem triennalis poſſeſsio proceſsit.

¶ Iſtis tamẽ non obſt. hodie xv. Decemb. M. D. XXXV. coram * R. D. Raynaldo Petrutio Rota in vna Cæſarauguſt. vicariæ de Azuaria tenuit contrarium. Ratio deciſionis fuit: quia de ſtylo antiquo, & fortè etiam de iure, expectatiua non capit beneficia litigioſa, vt tenet Bonifacius de Vitalinijs Rotæ auditor, in clem. j. in v. colum. vt lit. penden. & videtur de hoc text. in c. ij. vt lit. pend. lib. vj. Cuius decretũ in curia clarum & notorium eſt, & ideo tali caſu expectatiua nullum colorem tribuit, facit deciſ. Rotæ xxviij. de conceſ. præben. in antiq.

¶Et iſta de plano procedunt,quãdo ſumus in claris, quòd
expectatiua talia beneficia nõ capit,vt hic. Secus auté in du
bio: quia tali caſu expectatiua faceret titulum coloratum.
vt exempli gratia,quando expectatiua reuocata de facto ca
peret beneficium,quod aliàs ſub dicta gratia comprehen-
debatur,vigore cuius expectans poſtea per triennium paci-
ficè poſſedit. Nam tali caſu, expectatiua daret titulum co-
loratum. Ratio eſt:quia ex quo reuocatio expectatiuarum
conſiſtit in facto,iuxta l.conſilio.ff.de cur.fur.quod factum
poteſt probabiliter ignorari,& in dubium verti,vt in cap.
j.de conſt.lib.vj.in hoc dubio expectatiua tribuit colorem
& excuſationem probabilem, fortè,quia ante vacationem
expectatiua reualidari potuit:& ideo nimirum,ſi in iſto du
bio Rota voluit poſsidentem triennio beneficium,vigore
expectatiuæ reuocatæ,coloratum titulum habere,prout Ro
ta tenuit coram d.Paulo Capiſucco in alia cauſa. Secus ve-
rò,quando non ſumus in dubio,quòd beneficia ſub expe-
ctatiua non cõprehendãtur,vt in caſu noſtro,in quo eſt di-
ſpoſitio iuris clara,de qua in d.cap. ij.cuius ratio generalis
eſt,& ignorari non debet,iuxta c.ij.de conſtit.lib.vj.

¶Et per hoc apparet d.conſil.Egid.xxxv.hoc caſu non eſ-
ſe verum. Poſſent tamen dicta Egidij habere locum in caſu
deciſionis xiiij.vt lit.pend.in no.vbi ponitur caſus notabi-
lis,in quo gratiæ expectatiuæ poſſunt litigioſa beneficia ca
pere.verbi gratia,vt quando impetraui gratiam à Papa in
forma iuris,ſi conſtiterit Titium fuiſſe homicidam,benefi-
cium mihi conferatur. Nam ſi lite pẽdente Titius moritur,
poterit expectans tale beneficium acceptare,rationibus de
quibus ibi.de quo tamen videndum eſt aliquid per d.Gun-
diſaluum in tract.leg.quæſtione xiij. primæ partis. colum.
xv.vel poſſet conſilium Egidij habere locum in caſu deciſ.
dlxxxviij.in antiq.videlicet,quando expectans vellet proſe
qui ius,ex acceptatione ſua quæſitum,contra collitigantem
ſuperſtitem:quia tali caſu acceptatio beneficij litigioſi,quo
ad hoc,valida eſſet,vt ibi dicitur.& ad iſta pro & contrà,fa-
cit conſil. Oldr.ccxix.quia Vgo.circa fin.cuius ratio opti-
mè quadrat ad regulã de ſubrogandis.& videnda ſunt,quæ
dicam infrà quæſtione proxima, vbi ſub quadam diſtin-
ctione iſta quæſtio declaratur.

**Expectatiuæ poſsũt litigioſa beneficia capere.**





QVAESTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

QVAERO, quid ſi ordinarius contulit vni tertio,puta
Titio non collitiganti,beneficium litigioſum,vacãs
per obitum alterius ex collitigãtibus poſſeſſo-
ris: & iſte tertius poſtea triennio poſsideat pacificè, vtrum
dicatur habere titulum coloratũ,ad effectum iſtius regulæ?

**Titulus coloratus.**

¶Solvtio. Videtur prima facie dicendum, quòd non,
propter inhibitionem & decretum,de quo in cap.ij.vt lit.
pend.lib.vj.quod diſcolorat,& inficit titulum & poſſeſsio-
nem,& eundem ferè effectum,quem reſeruatio hic in regu-
la excepta, inducit:adeò quòd talis collatio omni admini-
culo iuris carere videtur,vt in terminis dicit deciſ.j.vt lit.
pen.in antiquio.& deciſ.iij.de reſtit.ſpol.in no.in addit.

¶Accedit,quia poſſeſsio dicti Titij prouiſi,attẽtata vide-
tur,& vt talis reuocari poteſt,vt eſt deciſ.x.in tit.vt lit.pen.
in no. & deciſio v.eod. tit.in antiq. Et adeò prædicta vera
ſunt,quòd acceptatio & prouiſio vigore gratiæ expectati-
uæ de tali beneficio factæ,non valent,vt eſt deciſ.xij.vt lite
pend.in no.& deciſ.ij.eod.tit.in antiquio.Sequitur Bonifa
cius Rotę auditor,in clem.auditor.in fi.de reſcrip.Hinc eſt,
quòd intruſus in beneficio litigioſo,ſi ſpolietur,non debet
reſtitui,obſtante decreto.d.cap.ij.vt eſt deciſ.iiij.tit.de reſt.
ſpol.in antiquio.Biſignet.Ratio prædictorum eſt: quia hu-
iuſmodi poſſeſſor non dicitur titulum coloratum habere.

**Intruſus in beneficio litigioſo.**

¶Tamen iſtis non obſtãtibus contraria opinio verior vi-
detur, videlicet, quòd prouiſus ab ordinario de beneficio
inter alios litigioſo, defendatur iſta regula,quod videtur
ſentire d.Guliel.hic in vij.& xj.deciſ. Ratio deciſionis fuit:
quia iſta regula titulum in duobus tantum caſibus hic exce-
ptis diſcolorat. Ergo in omnibus alijs caſibus non exceptis
manet diſpoſitio regulæ firma. Cum igitur iſte caſus non ſit
de exceptis,meritò in illo locum habebit regula,

¶Non obſtant quæ ſuperius in contrarium allegata ſue-
runt. Primo,quòd tertius non collitigans,intrans poſſeſ-
ſionem beneficij litigioſi,dicatur attẽtari:quia eſt verũ,quo
ad hoc,vt poſſeſsio ab eo,per ſuperſtitem collitigãtem euin
ci poſsit:ipſa tamen poſſeſsio litigioſa non dicitur quo ad
tertium: quia vitium litigioſi non afficit,niſi partem colli-
tigantem:non autem tertium,qui non eſt in lite,vt dicit de-

ciſ.iij.vt lite pendente. in no.circa fin.gloſſ.in l.creditor.in princip.in verb.poſſe.in ſi.ff.manda.Fely.in cap.exceptio. col.vij.verſ.fallit quinto.de except. Decius in c.ſua nobis. col.iij.verſ.quarto fallit.de appellat.& alibi ſæpe.Et ideo ſi talis tertius prouiſus,per triennium poſtea poſſederit,dicetur pacificè poſsidere,& exceptione iſtius regulæ vti poterit. Et licet ordinarius beneficium litigioſum cõferre prohibeatur,& hoc reſpectu,talis prouiſio diſcolorata dici poſſit,obſtante decreto,& inhibitione poſita in d.cap.ij.illud procedit quo ad effectus iuris communis,iuxta quos talis coloratus dici nõ poterit,adeò,quòd ſi taliter prouiſus ſpoliaretur,illi non daretur reſtitutio,vt dicta deciſ.iij.Biſigneti.& tradit d. Guliel.in tit.de reſtit.ſpol.deciſ.prima. Tamẽ quantum ad prærogatiuam iſtius regulæ,talis titulus coloratus erit,cum ſit datus ab eo,qui originaliter de illo prouidere poterat,licet accidentaliter prohibeatur. Et tali caſu, cauſa originalis attenditur,& non accidentalis,iuxta l.qui habet ff.de tutel.& ita reg. procedet. Nec obſtat etiã,quòd acceptatio beneficij litigioſi,nec prouiſio executoris,virtute gratiæ expectatiuæ valeat,vt in dictis deciſio.vt concluſi in proxima præcedẽti quæſtione. Quia illud procedit,quãdo poſt litem incœptã emanauit expectatiua:ſecus ſi antè, vt dicit Egid.in d.cap.ij.& in conſilio xxxv.vbi notabiliter loquitur.& Oldr.conſ.ccxcix.in fine. Vel dici poteſt,quòd magna eſt differentia inter illum caſum,de quo in præcedenti quæſtione dicam,& iſtũ. Quia ille caſus,propter ambitionem reſtringendam in materia odioſa,qualis eſt expectatiua,continet ſpem improbabilẽ,vt in cap.j.& ij.de conceſſ.præben.reſtringitur, vt coloratũ titulum non det,obſtante decreto.Secus in prouiſione ordinaria dicendum eſt, quæ à iure fauorabili ampliatur,& ideò in ea diuerſum ius inducitur,vt videlicet inducat titulum coloratum,argum. cap.ſi pluribus.de præbend.libro ſexto. Præſertim quia,vt ſæpe dictum eſt,quo ad effectum iſtius regulę,omnis titulus dicitur coloratus,qui ſpecialiter hic exceptuatus non eſt, dummodo ſit datus ab eo,qui naturaliter poteſt conferre.

Prouiſio executoris de beneficio litigioſi.

¶ Et iſtud fundamentum generale erit,& ad plures quæſtiones valens,quæ in progreſſu iſtius regulæ diſcutientur: Nam per hoc fundamẽtum poteſt decidi illud dubiũ,quod in



in cauſa Tuden.parochialis Sanctæ Euphamiæ propoſuit * R.D.Marcus Antonius Marſcortus in Rota,die xij. Aprilis M.D.xxxviij.videlicet,an poſſeſſor triennalis,qui ingreſſus fuerat poſſeſsionem,lite pẽdente,inter alios debeat gaudere priuilegio iſtius regulæ.

## QVAESTIO QVADRAGESIMASECVNDA.

QVAERO, an iſta regula de triennali,ſicut requirit titulum ſaltem coloratum,requirat etiam bonam fidem?

Titulus coloratus.

¶ SOLVTIO. Guliel.hic in quadam deciſione incidenter tenet,iſtam regulam requirere bonam fidem. Vt in vna Salamantin.coram domin. Iacobo Simonetta refert * diſputando ſenſiſſe dominos. Et idem tempore meo,in vna Conchen. præſtimoniorum,coram R.D.Ioanne Clerici de menſe Martio M.D.xxxiiij.interloquendo ſentire videbã- * tur.Poſtea verò,ne melius diſcuſſa, propter conflictum rationum,vota dominorum in duas partes contrarias diuiſa, paria remanſerunt: deinde cauſa ſæpius diſputata ac propoſita,pro parte affirmatiua,quidã ex dominis hoc motiuum adducebant,quòd poſſeſsio iſta triennalis quandam ſimilitudinem præſcriptionis habere videbatur,vti in ſimili caſu dixit Abb.in c.cõtingit.columna tertia. de dol.& contum. Et tamen clarum eſt,quòd in præſcriptione, vltra titulum bona fides requiritur,vt patet in l.j.& l.ſuper.C.de præſcriptione long. temp.præſertim in foro canonico,vt in cap. fin.de præſcrip.& capitul.poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.Ergo eodem modo in iſta regula.

Præſcriptio vltra titulum an requirat fidem.

¶ Præterea,quia licet fouẽti bonum ius ſuper beneficio ab ab alio poſſeſſo , per lapſum triennij ſilentium imponatur, adeò,quòd agere non poſsit,ſicut neque ille agere poteſt, contra quem lata fuit iniuſta ſententia ſuper beneficio,quæ tranſiuit in rem iudicatam,vt patet in capitul.cum dilecti. de elect.& c.cum olim.de dol.& contum.cum alijs de quibus per Hoſtien.in ſumma.tit.de conceſſ.præb.§.ij.& Inno. in capitulo, ad aures. & capitulo,mandatum.de reſcriptis. Nihilominus tamẽ,ſi is,pro quo lata eſt ſententia,notitiam iniuſtitiæ habeat,& ſciat in beneficio ius non habuiſſe,nec de iure ad eum pertinere,certè talis nunquam illud beneficium,ſalua conſcientia, retinere poterit,nec curſu temporis iuuabitur. Ita eſt hic dicendum,quòd licet poſſeſſor tri-

Iniuſta ſententia lata contra aliquem.

ennalis,priuilegio iſtius regulæ,& habens etiam ſentẽtiam pro ſe iniuſtam,virtute rei iudicatæ in foro fori,ſiue contentioſo defendentur : in foro tamen conſcientiæ præfati tuti non erunt, ex quo ſciant,nullum in beneficio ius habuiſſe. Et ideo contra tales ſe clypeo iſtius regulæ,vel rei iudicatæ defendentes, habentes ius bonum per viam denuntiationis euangelicæ agere poſſent,dicentes illos in peccato eſſe, detinendo beneficium ſine titulo,vt dicit expreſſe Abbas & Imol.in capitulo primo.col.fin. de conceſſ.præbend. Sicut videmus,quòd triennium iſtius regulæ,non impedit,nec ligat ſuperiorem : quominus non poſsit repellere triennalem,ſi eum ius,ſeu titulum canonicum in beneficio non habere repererit:tradit Felynus poſt alios in capitulo,illud.de præſumpt.& melius in capitulo,ſicut.in decimaſexta columna.de re iudicata.& latius in capitulo,licet. de ſimo.quia triennalis poſſeſsio non dat ius,vt dicit Abb. in capitulo, contingit.de dolo & cõtum. Confirmatur iſta opinio:quia certũ eſt,quòd interruptio facta per citationẽ, ideo impedit curſum triennalis poſſeſsionis, aut alterius præſcriptionis,quia pręſumitur poſſeſſor citatus iam habere malam fidẽ,& titubare de iure ſuo.l.nemo. C.de acquirẽ. poſſ.quo fit,quòd talis nõ præſcribat per mille annos,vt dicit expreſſe Abb.in c.illud.col.pen.verſ.& ſcias.de præſcrip. Et tamen ſi vera eſſet opinio,quòd hic nõ requireretur bona fides,talis interruptio nõ noceret poſſeſſori,quæ tamen propter malam fidem nocet,vt ſuperius dictum eſt.

**Triennium regulæ an ligat ſuperiorem.**

* ¶Iſtis tamẽ non obſtantibus Rota in d.cauſa Cõchen.pręſtimoniorum,de dicto anno M.D.xxxiiij.re prius diutius diſputata,& ſæpius propoſita,tenuit contrarium,videlicet, regulam iſtam bonam fidem in poſsidente non requirere.
* Et idem Rota tenuit in vna Valentina parochialis,coram R.D.Io. Mohedano, de hoc anno M.D.xxxvij. Et eandem opinionem antiquos dominos Rotæ tenuiſſe refert Anto. Capharellis,aduocatus illorum temporũ excellens,in quibuſdã ſuis conſilijs,redditis in cauſa Monaſterienſi decanatus.Ratio deciſionis fuit:quia ex quo per iſtã regulam,vltra ius commune,in beneficialibus noua diſpoſitio inducitur, debet aliquid de nouo,vltra ius commune,operari : nihil enim operaretur,vel de nouo induceret,ſi in ea titulus & bona



bona fides, ſicut in temporalibus requireretur, vt in l.j.de vſucap.Præſertim quia per hanc triennalem poſſeſsionem, in hac materia beneficiali,quæ magis fragilis eſt,non ita de graui,perpetuo,& irreparabili præiudicio agitur, ſicut in præſcriptione,ſiue vſucapione bonorũ temporaliũ & prophanorum. Ratio eſt : quia per triennalem poſſeſsionem iſtius regulæ,exceptio tantum acquiritur,& non ius, vt dicit Felyn.in d.cap.ſicut.in xvj.col.ſed in vſucapionibus temporalibus verum ius,& dominium acquiritur,vt dicit gloſ. & ibi communiter Doctores in l.traditionibus. C.de pact. ideo nimirum,ſi maior in temporalibus vſucapionibus ſolennitas requiritur,videlicet titulus & bona fides. Sed in caſu noſtro,non agitur de quærendo dominio,ſed exceptione tẽporali, ad vitã poſsidentis duratura : propterea Papa ad conſtituendã differentiam inter iſtas temporum præſcriptiones, ac vt aliquid ſpecialius in iſta materia beneficiali induceret, ſtatuit hîc tantũ titulum coloratũ ſufficere,etiã ſi vigore illius poſsidẽs in mala fide fuerit cõſtitutus,ſciens beneficium verè ad alium pertinere, vel inter alios litigioſum fuiſſe. Et iſta procedunt, ſiue ſimus in dubio,ſiue in claro,quòd triennalis poſſeſſor malam fidem habeat. Quia ſi in dubio,res eſt plana,quia ex titulo ſuo colorato in dubio bona fides præſumitur adeſſe,& hoc ſufficit ad tuendã poſſeſsionẽ,iuxta tradita per Moder.in cap.de quarta.de præſcript.Nam ille titulus coloratus præſtat poſſeſſori quoddã velamen,ſub cuius vmbra bona fides nutritur,vt dicit Abb. in cap.ſi diligenti. & ibi Felyn.col.penult.verſ.cõſidera bene.de præſcript.Si verò ſumus in claro,quòd poſſeſſor triẽnalis in mala fide fuerit, idem dicendum eſt per ſupradicta. Nam ex quo regula iſta ſimpliciter loquitur,intelligi debet tam de poſſeſſore bonæ fidei,quàm malæ fidei, iuxta l.primam.ff.de vſu aleæ,& aleat.Præſertim quia iſta regula tantum requirit aliquem,cum titulo colorato, per triennium pacificè poſsidere,nec aliud plus exigit : & ab hoc requiſito duos tantum caſus malæ fidei excipit,videlicet,intruſum in beneficio vacante apud ſedem,& ſimoniacum. Ergo in cæteris diſpoſitio regulæ generaliter procedet : quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, iuxta vulg.cap.cum dilect. de confirmatione vtil.

**Vſucapio temporalibus qd requirat.**

¶Et

¶Et iſte intellectus adminiculo iuris non caret: quia videmus, quòd error iuris cauſat malam fidé, & tamen ſi adeſt titulus coloratus, illa mala fides non nocet, quo ad fructuũ acquiſitioné, iuxta Doct. Bart. in l. ſed etſi. §. ſcire. ff. de pet. hæred. & Abb. in cap. ſi diligẽti. col. vj. de foro compet. Ergo à fortiori, fructuum perceptio magis licita erit, quando cum ea concurrit authoritas iſtius regulæ, quam viſus fuit Papa ex viſceribus cap. j. de præſcript. eruiſſe, vbi eſt text. quòd per poſſeſsionem triennalem, etiam cum mala fide, iura eccleſiæ præſcribuntur. Si igitur hoc Papa ibi ſtatuit in rebus eccleſiæ, in quibus per præſcriptionem eccleſiæ infertur magnum præiudiciũ: quia agitur de abdicando ab eccleſia dominio perpetuo, quod tranſit ad hæredes. A fortiori, poteſt Papa hoc in beneficialibus, in quibus non agitur de tanto præiudicio, nec de dominio perpetuo acquirenda ſtatuere. Quia videmus, Papam concedere poſſe fructus beneficiorum, etiã ſine titulo beneficij, vt patet in cap. ſi propter. de præſcript. lib. vj. quod tantum cum idem hic facere poſſet, noluit tamen hoc, niſi cum titulo, ſaltem colorato, triennalibus poſſeſſoribus cõcedere, exceptionem illis tantum tribuens, & vt poſſeſſor triennalis per illam in ſua poſſeſsione defendatur. Rationabile videtur: quia agens contra poſſeſſorem triennalem, nihil aliud habet, quàm titulũ, & poſſeſſor triennalis etiam titulũ habet, & eſt reus & poſſeſſor. Quo caſu videtur præferendus ſolo titulato, præſertim negligenti, contra quem omnia iura clamant, vt in l. ſi pupillus. ff. de ijs, quæ in fraud. cred. cum concord. vt latiſsimè dixi ſuperius in tract. neglig. & patet in cap. ſi à ſede. de præben. lib. vj. & in cap. duobus. de reſcrip. & in cap. in pari. de reg. iur. & in c. tibi qui. de reſcript. eod. lib. Nam turpius

Hoſpes turpi⁹ eijcitur, quàm non admittiť.

eijcitur, quàm non admittitur hoſpes, vt in cap. quemadmodum. de iureiur. Et iſta fuit vna ratio, ex pluribus ſcriptis ſuperius in x. q. quare execrabilis defenditur iſta regula: & tamen ſi ſpoliatus agit, vt reſtituatur, nõ auditur. Primo enim caſu eſt reus, & poſſeſſor, qui agit de damno euitando, & ſe in poſſeſsione triennali defendendo. Secundo caſu, execrabilis erit actor, qui agebat de acquirendo, & ſecundum iura facilius quis arcetur ab ingreſſu vitioſo, quàm quòd iam poſſeſſor deijciatur, vt dictum eſt.

¶Nec



¶Nec obſtat hoc fortè procedere in foro contentioſo, vt ſuperius dicebatur: ſecus in foro conſcientiæ, quia reſpondetur quòd text. in d. cap. j. de præſcrip. procedit etiam in foro conſcientiæ, vt ibi dicunt Doctores. & tamen ibi diſponitur præſcriptionem cum mala fide valere, aliàs ille text. imponeret nobis laqueum, cõtra id quod dicitur in cap. de viduis. xxvij. q. j. & ſic conditio poſsidentium beneficia deterior eſſet, quàm mercatorum fœnerantium, quod præſumendum non eſt. Nam clara eſt doctr. Doct. poſt Bald. ibi, in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. quòd ſi lex eſt iuſta in foro fori, vtique iuſta erit in foro poli, quod latiſsimè per exempla iuridica probaui in cap. ij. de conſtit. lib. vj. Hinc

Lex ſi eſt iuſta ĩ foro fori.

videmus quòd diſpoſitio. cap. cum dilecti. de emp. & vend. quæ loquitur de contrahentibus decipiendis, procedit ſecundum diuum Thomam, in foro poli. Papa igitur à fortiori, in beneficijs eccleſiaſticis hoc facere poterit. Imò tanta eſt in beneficialibus Papalis poteſtas, quòd nõ ſolum exceptioné ex titulo colorato cum poſſeſsione triennali, ſed etiam verum ius & dominium poſſet conferre, & etiam ſtatuere, quòd beneficia tranſirent ad ſucceſſores, ſicut res profanæ: quia iſta omnia ſunt de iure poſitiuo, ſupra quod eſt papalis poteſtas. cap. propoſuit. de conceſ. præbend. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legitimi. Vnde meritò. in cap. ij. de præb. lib. vj. dicitur, Papam in beneficialibus pleniſsimã habere poteſtatem. Nam poteſt ſecundum Hoſtien. & alios in cap. cum veniſſent. de iudic. quadrare rotunda quadratis, & quadrata rotundis, vt latius dixi in cap. j. de conſtit. lib. vj. Et ideo per prædicta cõcludendum eſt, conſtitutioné iſtam ſanctiſsimam eſſe, quæ litibus finem imponit, ac negligẽtes punit: & ita fit, quòd poſſeſſores beneficiorum erunt certi, propter quorum incertitudinem diuinus cultus, & eccleſiarum cura negligi poſſet, ac ſub incerto paſtore manere. Sicq; ſub hoc timore, homines diligentiores ad petendum iura ſua debitis temporibus reddentur. Nec, vt dixi, in hoc magnum, & irrecuperabile præiudiciũ negligentibus infertur, cum eius ius per iſtam regulam non annullatur, ſed ſuſpenditur durante vita poſſeſſoris triennalis: quo mortuo, de iure ſuo actor experiri poterit, cum regula iſta perſonalis ſit, tantum poſſeſſoribus triennalibus fauens, non

alteri

alteri ſucceſſori. Nec mirum, ſi actor per tam modicum temporis ſpatium, excluditur à iure ſuo, cum minore tempore, & fortaſsis breuiori negligentia, beneficiati priuari beneficijs ſuis ſoleant, vt patet toto titulo de cler. non reſid. & tradit notabiliter Abb. in cap. capitulum. col. fin. de reſcript. Nec obſtat, quod dictum eſt de ſententia quæ tranſit in rem iudicatam, quæ quando quis ſcit eſſe iniuſtam, non defendit victorem in foro conſcientiæ. Quia ad illud reſpondet notabiliter Abb. in conſil. lx. incip. in cauſa & quæſtione. in ij. col. lib. ij. vbi ponit vnam regulam, quòd quando peccatum eſt remiſsibile per partes, talis ſententia licet iniuſta, victorem in vtroque foro defendit, vt ibi latius exempla ponit, quæ videantur. Et ad hoc facit dictum Bart. in l. fiſcus. ff. de iur. fiſc. qui dicit, quòd licet litis pendentia conſtituat poſſeſſorem in mala fide, eſt verum, quando eſt pronuntiatum contra eum, aliàs ſecus. Cùm igitur in caſu noſtro impetrãs negligentia fuit, ſicut potuit beneficio ſuo renuntiare, ita tacitè promittere, quòd alter in eo ius excipiendi acquirat, ex qua patientia videtur quædam tacita renuntiatione includi, vt in cap. ex ore. de his quæ fiũt à maior. par. cap. & in clem. gratiæ. de reſcript. Et ita cum illa opinione, Rota in prædicta cauſa concluſit.

QVAESTIO QVADRAGESIMATERTIA.

Titulũ coloratum probare.

QVAERO, quis tenetur probare titulum eſſe coloratũ, ad effectum iſtius regulæ, ſi negatur eſſe coloratũ per agentem, contra triennalem?

¶SOLVTIO. Vt breuiter concludam, ipſe actor tenetur probare, quia poſſeſſor triennalis, ad petitionem panis, titulum ſuæ poſſeſsionis oſtendere, nec probare tenetur, vt notat Compoſtel. in cap. capitulũ. in gl. magna. de reſcript. & Archi. in cap. contra morem. c. diſtinct. circa fin. Et ideo actor non audietur, niſi prius aliquid probet, per quod appareat reum triennalem poſſeſſorem non habuiſſe titulum coloratum, vt in l. cogi. C. de pet. hæred. Sed ad iudicis requiſitionem bene tenetur reus poſſeſſor titulum oſtendere & probare, vt dicit expreſsè Abb. in cap. cum noſtris. in fin. de cõceſ. præben. per plura iura, quæ Arch. allegat in d. cap. contra morem. Et in terminis iſtius regulæ hoc expreſsè tenet ille excellens Gloſſator concilij Baſilien. de quo in pragma

Reus poſſeſſor.



pragmatica Franciæ, tit. de pacific. poſ. in verbo, coloratum. col. vj. verſ. circa ſecundum. fol. cxxxij. in ij. col. quia quo ad ſuperiorem inquirentem de titulo, nihil impedit triennalis poſſeſsio, vt Felyn. tradit in cap. licet Heli. de ſimonia. & in cap. illud de præſump. & in cap. ſicut. in xvj. col. de re iud. Et quia iſta eſt communis opinio, quæ in iudicãdo teneri debet, amplius non inſiſto.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVARTA.

Impetrans beneficiũ viuentis.

QVAERO, an impetrans beneficium viuentis, & poſtea poſsidens vigore illius impetrationis per triennium, poſsit mortuo illo, per cuius obitũ impetrauit, vti priuilegio regulæ contra alios impetrantes?

¶SOLVTIO. Videtur concludendum quòd non, quia vltra hoc, quòd poſſeſſor eſt inhabilis, vt patet ſuprà in regula xx. & ibi dixi, non tamen dicitur poſſeſsio à iure approbata, vt dicunt Doct. in cap. j. & ij. & cap. literas. de conceſ. præbend. Nec ille titulus poſſet dici coloratus, vt dicit deciſio clara xxj. in titulo, de reſtit. ſpol. in no. incip. ſi agenti. quam ſequitur Milis in verbo, poſſeſſorio recuperãdæ agẽs. Et ita obtinuit Angel. de Ceſsis in vna Aquen. capellaniæ, coram D. Mercurio: & licet iſte triennalis videtur habere titulum, fuit tamen ab eo datus qui non potuit dare. Nam etiam Papa non poteſt conferre beneficium viuentis, quia tali modo illum inauditum, & ſine cauſa priuaret, quod fieri non poteſt, vt tradunt in capitulo, quæ in eccleſiarum. de conſtit. & in cap. j. de cauſ. poſſeſſ.

¶Breuiter putarem ita diſtinguendum, quòd aut ante obitum illius cuius beneficiũ impetrauit, poſſeſſor fuit in poſſeſsione per triennium, & talis poſſeſsio nõ ſuffragatur per ſupradicta: quia eſt de beneficio nõ vacante, ac etiam, quia duo inſolidum eo tempore eandem rem poſsidere nõ poſſunt. Aut verò poſt eius obitum iſte, qui impetrauit beneficium viuentis, poſſedit triennio, & tali caſu videtur poſſe adiuuari regula. Non obſtat, quòd non habet titulum coloratum, quia reſpondetur eſſe verum quo ad alios effectus iuris communis: ſecus verò eſt quo ad effectum iſtius regulæ, quæ omnem titulum reputat coloratum, niſi in duobus caſibus exceptis in ea, dummodo ille titulus fuerit ab eo datus, qui aliàs originaliter conferre poterat. Et in dubio titulus

tulus præſumetur coloratus, niſi probetur cõtrarium: & vt dixi in proxima præcedenti q. ſufficit enim quòd onus probandi, contrarium incumbat actori triennali poſſeſſori ad præſumptionem coloris, quòd toleratus fuerit per ſuperiores ſuos, qui ſingulis annis viſitare beneficiatos, & videre titulos poſſeſſorum ſolẽt, vt dicit Felyn. in cap. licet Heli. per illum text. de ſimon. & in cap. ordinarij. de offic. ord. lib. vj.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVINTA.

Poſsidens beneficiũ triennio.

QVAERO ponamus, quòd vnus poſſedit beneficiũ triennio, & titulo non colorato in tertio anno ſuperuenit titulus coloratus, an poſsit poſt triennium inquietari, vt iuuetur regula?

¶SOLVTIO. Pro parte affirmatiua, videlicet, quòd talis poſſeſſor, exceptione iſtius regulæ defendatur, adducitur primo, quia pendente tempore poſſeſsionis ſuæ ex inualido titulo cœptæ, non prohibetur quis validum ius acquirere, nec dicitur propterea immutari poſſeſsio, nec requiritur alia reprehenſio poſſeſsionis de nouo, vt eſt text. in l. certè. §. is qui. ff. de preca. & tenet Bal. in l. ſi aquam. in ix. col. verſ. ſuper ſecundo puncto. & verſ. ſed pone. C. de ſer. & aqua.

¶Præterea, quia ex quo ille poſſeſſor propter titulum non coloratum non fuit inquietatus, ſed toleratus per ſuperiorem, ſi poſtea compleat triennium cum colorato titulo, & ſine aliqua moleſtia videtur poſſe adiuuari regula. arg. text. no. in cap. penult. de ſup. neg. prælat. Et pro parte iſta facit text. in cap. ex parte. de conceſ. præbend. & in cap. poſtulaſti. de cle. ex mi. & quod not. Spec. titulo de primo & ſecundo decreto. §. videndum. verſ. ſed quæ eſt ratio. & Archid. in cap. ordinationes. j. q. j. Et quæ dicunt Bart. & Bald. in l. cogi. C. de pet. hæred. Accedat illud quod ſcribit Oldr. in conſil. ccxcix. quidam &c. vbi dicit, quòd licet quis incipiat perperàm litigare, tamen poteſt ex iure de nouo ſibi obuenienti, lite pẽdente vincere, neq; propterea dici calũnioſus.

Litigare perperàm.

¶In contrarium facit, quia text. hic requirit ab initio poſſeſsionis titulum coloratum iuncto cum poſſeſsione triennali, vt patet ibi ex illis verbis, ex apoſtolica, vel ordinaria collatione illorum, ad quos collatio, vel prouiſio pertinet, & ibi per triennium poſſederit, &c. Requirit ergo regula titulum. & quòd cum eo per triennium poſsideat. Nam pondero



dero primo illa verba, ex apoſtolica, &c. quę ratione dictionis ex, denotant actum immediatum, per quem quis poſsidere debet, vt not. Bart. & Iaſ. in l. non dubium. C. de leg. & in l. j. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. Rurſus põdero illa alia verba, per triennium. Nam dictio per, denotat rem perfectam. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. ſignif. Et illud dicitur perfectum, quod ex omnibus partibus ſuis integralibus, id eſt, ex principio, medio, & fine conſtat. l. j. ff. de origi. iur. cum concor. vt ibi in gl. requirit. ergo regula, quòd totum completum triennium cum titulo poſsideat, ſicut in vſucapionibus videmus, quòd triennium continuum requiritur, vt in l. nunquam. §. in vſucapionibus. ff. de vſucapionibus. & in l. j. C. de vſucapionibus transform. Cum igitur in caſu noſtro poſſeſſor non compleuit triennium colorato titulo, per conſequens non debet gaudere priuilegio regulæ. Et pro iſta parte facit d. l. certe. quæ cõſiderat initium quo ad hoc, vt quis dicatur precario poſsidere, vt patet ibi in verbo, precario cœpit poſsidere. & idem eſt de iure canonico, vt not. in ſumma. xvj. q. iij. & iiij. vbi in præſcriptione non ſolum initium, ſed etiam vniformis poſſeſsio attenditur. Poſtremo pro iſta parte facit, quia quando quis à principio poſsidet ſine titulo, vel cum inualido, ſi poſtea ſuperueniat titulus validus, cenſetur quis cauſam poſſeſsionis ſibi mutare. l. non ſolum. §. quòd vulgo. ff. de vſucap. & vide quæ dicam in ſeq. q.

Ex apoſtolica.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA.

Poſſeſsio triẽnalis.

QVAERO, dictum fuit, quòd regula iſta requirit continuum triennium, & non interpollatum, quid ſi poſſeſſor triennalis poſſedit per triennium continuũ, ſed virtute duorum titulorum: Nam per duos annos poſſedit vigore vnius tituli, tertio verò anno voluit poſsidere virtute alterius tituli fortaſsis melioris, nunquid iuuetur regula?

¶SOLVTIO. Tota vis eſt videre, nũquid iſte poſſeſſor per hoc cauſam poſsidẽdi mutare ſibi videatur. Et Rota in vna Placen. præpoſituræ corã R. D. Io. Clerici inter Io. Mariam, & D. epiſcopum Ceſenaten. tenuit quòd ſic. Nam ibi epiſcopus à principio poſſeſsionem tenebat titulo non colorato, poſtea impetrauit nouam prouiſionem, vigore cuius poſsi- *

Superueniens titulus.

debat,& poſtea expoliatus fuit. Rota tenuit illum eſſe reſtituendum, quia per ſuperuenientem titulum nouæ prouiſionis cauſam poſſeſsionis mutare viſus fuerat. l.non ſolum.§.quòd vulg.ff.de vſucap. ¶ Et hoc ſine dubio verum videtur quando animus mutandi adeſt: aliàs ſecus, vt dicit Socin.in conſil.cxxxj.col.iij.in j.vol. Et ſequitur Decius in quodam conſilio, cuius numerum amiſi, & ratio ponitur per Bartol. Angel. Imol.& Alex.in l.iij.in princ.ff.de acquir.poſſ.vtibi per eos. Et ſecundum hoc caſus iſtius quæſt. videtur deciſus. Nam ex quo ſecundus titulus obuenit poſſeſſori, tertio anno noua fuit poſſeſsio, quæ non ſufficiebat ad iſtam regulã: quia iſta poſſeſsio eſt diuerſa à prima, quæ non erat etiã ſufficiẽs, cum eſſet duorum annorum. Ita quòd tali caſu dictus poſſeſſor regula iſta iuuari nõ poterit, cum non fuerit triennalis vigore vnius tituli. ¶ Sed aduertendum eſt, quòd ſi in præſenti quæſt. præſupponimus primam poſſeſsionem teneri vigore boni tituli, nunquam ſuperuenientia noui tituli immutat priorem poſſeſſorem, quia ſtante prima poſſeſsione, ſecunda acquiri non poteſt, & ideo requiritur ad hoc, vt ex ſecundo titulo noua poſſeſsio quæratur, quòd prima poſſeſsio effectualiter dimittatur, & tunc ſecunda quæri poteſt ex ſuperueniente iuſta cauſa, ſiue titulo, quod eſt verum niſi prima poſſeſsio eſſet mera detentatio. Nam tali caſu ſine dimiſsione illius detentationis ex ſuperuenienti titulo noua poſſeſsio quæreretur, vt notabiliter declarat Ang. Aret. in §.nouiſsimè.col.fi.inſtit.de vſucap. Et ſecundum hoc procedit deciſio Dominorum in dicta cauſa Placen. præpoſituræ. Et licet Socin.in l.iij.§.ex pluribus.verſ.iij.concluſio.ff.de acquir.poſſ. voluerit non eſſe neceſſariam dimiſsionem primæ poſſeſsionis, quo ad effectum acquirendi nouam. Tamẽ contra eum eſt communis opin. pro qua eſt text.in l.cui bona.§.fi. vbi Paul. Raph. Cu.& Alex. hoc declarãt. ff.de acquiren.poſ. quos ſequitur D.Guliel. Caſsiodorus in tit. de reſti. ſpol. deciſ.iiij. circa fi. Et ſecundum iſtam opin. caſus præſentis quæſt. recipit cõtrariam reſolutionem primæ, videlicet, quòd poſsidens per triennium continuum pacificè vigore duorũ titulorum poſsit exceptione iſtius regulæ iuuari, ex quo per ſuperuenientiam ſecundi tituli primam poſſeſsionem nõ amiſit, niſi effectualiter illã dimitteret, & alte[illegible]daret,



deret. faciunt ad prædicta, quæ dixi in præced. quæſtione.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

QVAERO, quia hîc fit mẽtio de intruſione, vt patet ibi, dummodo in beneficijs huiuſmodi ſe nõ intruſerint, &c. Quis dicatur intruſus quo ad effectũ iſtius regulæ?

Intruſus quis dicatur.

¶ SOLVTIO. Intruſus de iure cõmuni poteſt dici quis octo modis, quos narrat Felyn.in c.veniens.in ſecundo notabil. de accuſationib.& reaſſumunt Moder.in tract.beneficij.in xj.q.tertiæ part. ſed mihi magis placet diuiſio, quam ponit Gemi.in c.propter.xix.diſt. quem ſequuntur latius Moder. in tract.elect.q.xvij. Dicunt enim, quòd intruſus in iure capitur quinque modis. Nam ille dicitur intruſus, qui non de licentia ſuperioris, ſed propria, vel parentum authoritate, & abſque vlla confirmatione occupat beneficium, vt ſunt illi, qui nullum habent titulum, ſecũdum Innoc.in c.nihil.in gl.magna.circa medium.de elect. facit text.in c.alienationes.xij.q.ij.& eſt gl.in verbo, metuebat.in fi.in c.bonæ.el.j. de elect. cum ſimilibus.

Intruſus quot modis dicaẽ.

¶ Secũdo dicitur intruſus ille contra quem eſt lata ſentẽtia depoſitionis, à qua nõ fuit appellatũ, & manet in poſſeſsione. Ita tenet Innoc.in c.qualiter.el.ij.de accuſ.in gl.magna.

¶ Tertio dicitur intruſus ille, qui ante cõfirmationem ſuæ electionis, vt lit.pend. adminiſtrat, vt in cap.ij.de reſtitut.in integ.& in c.cum iam dudum.de præbend.

¶ Quarto dicitur intruſus, qui habet titulum & poſſeſsionem à non habẽte poteſtatem conferendi, quia pertinet ad alium collatio, vel publicè ſuſpenſus erat, vt eſt text.in c.fin. de exceſ.prælat.& in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præben.

¶ Quinto dicitur etiã intruſus à quo alter fuit expoliatus, vt dicit text. notabilis ſecundum vnum intellectũ in d.c.fin.

¶ Et iſta omnia de plano procedunt de iure communi: ſed quo ad effectum iſtius regulæ eſt videndum nũquid omnes prædicti, vel aliqui eorũ poſsint dici intruſi. Decius in conſil.cxxj.col.fi. tenet quòd regula iſta, quæ repellit intruſos, intelligitur de prædictis & hoc idẽ tenet Barth. Caſſan.in conſ.xx.col.vij.num.36. Tamẽ hoc non eſt verum, quia ipſi fortè, quia nõ verſati ſunt in curia, non intellexerũt ſtylum eius, nec obſeruationes Rotæ. Dicas ergo ſic, quòd intruſi

ad effectum iſtius regulæ dicuntur tribus modis. ¶Primo modo dicitur intruſus omnis ille, qui non habet titulum verum, vel præſumptum. ¶Secundo dicitur intruſus etiam ille qui habet titulum, ſed non ab eo, qui habet poteſtatem conferendi, qui nullo modo dicitur habere titulum coloratum, ſecundum Doct. ſuperius alleg. ¶Tertio modo dicitur intruſus ille, qui in altero ex duobus caſibus hîc exceptis prouideri obtinuit beneficio, etiam ſi habuerit titulum ab eo, qui originaliter cõferre potuit. Primus caſus hic exceptus eſt quando quis per ſimoniam beneficium conſecutus fuit, etiam à Papa. Secundus caſus eſt, quando eſt aliquis prouiſus de beneficio reſeruato reſeruatione in corpore iuris clauſa non facta mentione iſtius regulæ. Et licet aliqui voluerũt, quòd ille qui habuit beneficium per ſimoniam ab eo qui habuit poteſtatem conferendi, nõ dicatur intruſus, licet nõ habeat coloratum titulum requiſitum ad iſtã regulam, reſpondentes ad verba iſtius regulæ, de intruſione loquentis, videlicet, quòd referantur ad ſecundũ caſum de beneficio reſeruato, ita quòd ſimoniacus & intruſus ponãtur vt diuerſa. Tamen Fely. in c. in noſtra. ſecũdo correl. in fine. de reſcrip. confutat illam differẽtiam, vt ibi latius per eum. Quantum ad iſtam regulam, ſicut eſt intruſus habens titulum, etiam à Papa de beneficio reſeruato: ita & habens titulum per ſimoniam, & exceptis iſtis, omnes alij enumerati ſuperius per præfatos Doctores, licet dicantur intruſi de iure communi, & inhabiles, quo ad plures effectus iuris communis, quos diſtinguũt Moder. in tract. elect. q. ſi. & non dicantur habere etiã titulum coloratum, vt dixi in alia q. Nihilominus ad effectum iſtius regulæ non dicẽtur intruſi, nec inhabiles, neque diſcoloratum titulum habere. Et hoc ſecundum intellectum communem Rotæ. quod videntur ſentire præfati Mod. in d. tract. elect. q. xvij. in ſi. dum voluit, quòd vbi conſtitutio eſt pœnalis, non includuntur in ea omnes ſpecies intruſionis, de quibus ſuperius mentionem fecerat, ex mente Gemi. in d. c. propter. ſed ſolum includentur veri, & propriè intruſi, vt ſunt illi de quibus ſuperius diximus.

QVAESTIO QVADRAGESIMAOCTAVA.

Intruſus quis dicatur.

QVAERO, nunquid dicatur intruſus ille, qui ingreditur poſſeſsionem cum titulo præter authoritatem ſuperioris?

¶SOLVTIO. Gloſſator hic in vij. col. & Gloſſator pragmaticæ dixerunt eum eſſe intruſum. Tamen aduertendum eſt dictum iſtorum non eſſe verum ad effectũ iſtius regulæ, ſed dictum eorum procedit quo ad caſus iuris communis, quia non ad diſpoſitionem iſtius regulæ, illi tantum intruſi dicuntur, qui in caſibus hic exceptis notantur, in quibus etiã ſi cum authoritate ſuperioris poſſeſsionem ingrederentur, intruſi dicentur quo ad effectũ iſtius regulæ, ſed extra illos caſus habens coloratum titulum ſi vigore illius accepit poſſeſsionẽ propria authoritate ſine licentia ſuperioris, & eam per trienniũ pacificè cõtinuauit, tutus erit exceptione iſtius regulæ, neque ille ingreſſus poſſeſsionis impedimentum illi præſtabit quominus exceptione iſtius regulæ vti poſsit, licet quo ad effectus iuris cõmunis huiuſmodi intruſio conſideretur & attẽdatur, vt latius proſequitur idem Gloſſator in dicta pragmatica. & Moder. in c. eum qui. de præb. lib. vj. Et dixi in regula de annali. q. xliiij.

QVAESTIO QVADRAGESIMANONA.

Regreſſum habẽs in ſpecie.

QVAERO, an iſta regula defendat poſſeſſorem in beneficio contra habentem regreſſum in ſpecie ad illud?

¶SOLVTIO. Domini ſæpe tenuerũt quòd ſic, moti illo fundamento ſæpius replicato in alijs quæſtionib. videlicet, regulam omnem poſſeſſorem coloratum defendere, niſi in caſibus expreſsis, videlicet ſimonię, & beneficij reſeruati reſeruatione in corpore iuris clauſa: in omnib. alijs regula manet firma in caſibus non exceptuatis. vulg. l. nam quòd liquidè. ff. de pen. leg. c. quoniam. vbi Abb. de coniug. lepro. cum ſimilibus. Iſta eſt ratio, per quam penè infiniti caſus ſuper iſta regula deciſi fuerunt in Rota, vt in præcedentibus quæſtionibus viſum fuit. ¶Sed aduerte diligẽter, quia in primis iſta ratio non videtur ſolida: quia licet hîc nõ excipiantur, niſi duo caſus, tamen caſus excepti recipiunt extenſionem ad alios caſus ſimiles ex identitate rationis, vt eſt text. in cap. cum dilecta. & ibi Abb. in v. notabili. de confir. vtil. vel inutil. Et hoc procedit etiam ſi caſus exceptus cum dictione taxatiua exciperetur, quia propter hoc non excluduntur caſus ſimiles vbi eſt maior, vel eadem ratio, vt declarat Iaſ. in l. j. in col. penult. ff. de offic. eius. per text. in l. ob æs

alienum.C.de præd.minor.quem text.habui in punctis doctoratus mei.Sed in regreſſu eſt par,vel maior ratio, quare excipi debeat à regula: ergo in eo regula nõ habebit locũ, ſicut non habet in duobus caſibus exceptuatis in ea. Quod autem in regreſſu ſit par,vel etiam maior ratio,quàm in caſibus exceptuatis hîc,patet:quia ratio quare beneficium reſeruatum in corpore iuris hîc excipitur,eſt propter decretũ irritans,quod afficit titulum & poſſeſsionem, & per conſequens tollit colorem,vt dicunt Domini in deciſ.xvj.in no. aliàs eſt deciſ.iij.in titulo de reſtit.ſpolia.quam ſequitur ſimpliciter Philip.Franc.in cap.bonæ.in v.colum.verſic.vij.& vltimo.de appel.& Felyn.in cap.ſi conſtiterit.in fi.de accuſ. & latè Abb.in diſpu.Titius clericus.colum.ix.Et latius hoc probat deciſ.iiij.de reſtit.ſpolia.in antiq.cum qua concordat deciſ.xvij. eod.titu.in antiq.cum concord.traditis per Corſettum in tract.quòd ſpoliatus ante omnia debeat reſtitui.in xlj. fallent.& ita ſeruat palatium,vt dicit d.deciſ.iiij. Nam decretum irritans non ſolum diſcolorat & annullat titulum & poſſeſsionem, ſed etiam ipſam detẽtationem infectam & vitioſam reddit, adeò, vt omni adminiculo iuris careat,vt dicit notabilis deciſ.j.in titul.de reſtit.ſpol.in antiquioribus.Præſertim colum.fin.& ſequitur Bald.nouellus in repet.§.nihil commune.vltima char.de acqui.poſſ.Nam decretum irritans eſt tam malignæ naturæ, quòd quicquid inuenit,deſtruit,& in oppoſitum ducit, vt cap.ſi poſtquàm. de electio.lib.vj.& in cap.quodam.de præbend.& cap.j.de conceſ.præbend.eod.lib.Si igitur decretum generale tantũ operatur in beneficio reſeruato, vt in eo color poſsidendi quo ad priuilegium iſtius regulæ, & remedia poſſeſſoria, quæ aliàs ſunt inducta in fauorem ſpoliatorum impediantur, quanto magis debet operari decretum ſpeciale regreſſus certo corpori beneficij appoſitum? Nam clarũ eſt, quòd

Afficere vidẽtur ea, quæ, &c.

magis videntur afficere ea, quæ ſpecialiter diſponuntur, quàm ea quæ generali decreto ſunt dicta, vt in notabili caſu tradit Lap.alleg.lxxxiiij.in xij.colum.verſ.ſed verum eſt dicere &c.ſecundum primam impreſsionem.facit quæ dicit Abb.in cap.j.in vj.col.paruæ impreſsionis. de reſcrip.Et de hoc eſt text.in cap.quanquam.xxiij.diſt.& in cap.ſi aduerſus.de hæret.



¶ Accedit, quia licet iſta regula ſit poſſeſſoribus fauorabilis,tamen negari non poteſt,quòd in eo,quòd contra deſides præſcriptionem inducit, dicitur odioſa,vt tradit Bart. in l.fi.in prin.ff.de eo,per quem fac.erit.ſequitur Petrus de Anch.in conſil.v.col.pen.ſed præſcriptio iſtius regulæ inducta eſt contra negligentes.ergo erit odioſa,& per conſequens debet reſtringi inquantum poſsimus,iuxta capitulum,odia.de reg.iur.lib.vj.cum vulg.

Regula odioſa.

¶ Tamen tenendo primam opin.ad iſtud motiuum poteſt reſponderi,quòd in ſimonia,ac in reſeruatione,de quibus excipit iſte tex.eſt longe diuerſa ratio,quàm in decreto regreſſus,ex eo,quia in ſimonia propter deteſtationem criminis,quod tam magnũ eſt,quòd cętera peccata,reſpectu eius, quaſi pro nihilo reputentur,vt in cap.tanta eſt labes.de ſimo.regulæ iuris tranſgrediuntur,& in iſtis beneficialibus, in quibus magna puritas requiritur contra ſimoniacos omnia iura clamant,& talibus auxilia ſua denegant,& eodem modo in alio caſu hic excepto,videlicet,in reſeruatione in corpore iuris clauſa,cuius decretum eſt notorium à iure cõmuni inductum,quod ignorari non debet,nec præſumitur.c.j.de cõſtit.lib.vj.& l.leges ſacratiſsimæ.C.de legib. Et illa notorietas facit,quòd poſſeſsio,titulus,& omnia diſcolerentur, & etiam,quia in dicta reſeruatione in corpore iuris clauſa,ſunt plura alia ſpecialia vltra cõmunes regulas quæ in regreſsibus non militant,vt dixi ſuperius in xlvj.q. Meritò iſti caſus excepti habent ſpecialem rationem.Cum igitur in regreſſu illa nõ concurrant,ideo caſus excepti in iſto text.procedunt in caſu noſtro.Nec poſſunt extendi ad regreſſum,in quo nõ militat eadem ratio:quia cum ſit facti & in facto cõſiſtat,ignorari poteſt,& in dubio factis alienis præſumitur ignorantia.Et ita in vna Cõpoſtellana canonicatus,& præb.corã R.P. d.Marcello.ix. Iunij M.D.xxxvij. fuit per dominos exceptis duobus,concluſum,quòd decretum appoſitum certo corpori beneficij nõ inficeret poſſeſſioné triennalẽ:quo minus poſſeſſor poſsit vti exceptione regulæ.Et hoc per illã rationẽ.quia ſufficit poſſeſſori habere originaliter titulũ ab eo,qui cõferre potuit,licet ex accidẽti fuerit impeditus quo ad effectũ iſtius regulæ, exceptis illis duobus caſibus habentibus ſpecialem rationẽ,in qui-

* Decretum appoſitum certo corpori.

bus nullus color iuſtificat poſſeſsionẽ:& ita diu,& ſæpe in-
terpretatione Rotæ receptũ eſt. Nec obſtat quòd iſta reg. ex
quo videtur quandam præſcriptionem contra negligentes
inducere, dicatur odioſa, iuxta dictum Bart. in d.l.fin. quia
reſpõdetur illud procedere in præſcriptiõe xxx. vel xl. ann.
de qua ibi loquitur Bart. quæ non eſt ſimilis præſcriptioni
per iſtam regulam inductæ, ſi quouis modo præſcriptio di-
ci poſsit. Sed potius regula iſta vſucapioni triennali adapta
ri poteſt, que eſt infauorabilis. vt Bart. in d.l.fin. dicit. itaque
arg. factum in contrariũ retorqueri poteſt. Quanto magis,
quòd remedium iſtius regulæ, nec prẹſcriptioni, nec vſuca-
pioni æquiparari poteſt, propriè loquendo, ex eo, quia in
præſcriptione verus titulus, & bona fides requiritur: hic ve-
rò ſufficit titulus coloratus abſque bona fide, vt ſuperius in
alia q. diximus. Neq; etiam vſucapioni adaptari poteſt hæc
diſpoſitio regulæ, ex eo, quia per vſucapionem acquiritur
verum dominiũ, vt eſt gl. in l. traditionibus. C. de pact. Sed
hic non acquiritur triennali poſſeſſori, niſi nuda exceptio,
ac etiam, quia in vſucapione titulus, & bona fides requirun
tur, quæ, vt diximus, hic ceſſant.

Reſeruationis decretũ an diſcoloret.

¶ Non obſtat, quòd decretũ diſcolorat poſſeſsionem, adeò
quòd ſpoliatus non debet reſtitui, per ea quæ ſuperius alle-
gata ſunt, quia verum eſt, quòd decretum reſeruationis di-
ſcolorat, quo ad effectus iuris communis, vt latè ſcribit d.
Guliel. in quadam deciſio. ſua poſita in titulo de reſtit. ſpo-
lia. incipien. prouiſus. Et ſic etiam titulus non coloratus di-
citur multis modis quo ad effectum iuris, vt ſuperius latè di
xi in quadam quæſtione. Tamen quantum ad conſequen-
dam exceptionem iſtius regulæ, nullum decretũ poſſeſsio-
nem vel titulum inficiatur, vel diſcolorat, niſi in caſibus ex-
ceptis regulæ. Itaque omnis titulus dicetur coloratus quo
ad iſtam regulam, niſi in caſibus expreſsis.

Extẽſio caſuũ ad alios caſ⁹.

¶ Nec obſtat, quòd caſus excepti non excludunt extenſio-
nem ſimilium, quia reſpondetur caſum iſtum eſſe longe diſ-
ſimilem. Et præſuppoſito, quòd eſſet ſimilis, & non debet fie
ri extenſio, quando exceptio caſuum fit ab ſtatuto, & non à
iure cõmuni, prout dixi, reſpondendo ad iſtud contrarium,
in alia q. per doctrinam Abb. in c. ad audientiã. in j. notabi-
li. de cler. non reſid. Et vltra iſta alia etiam ratio concurrit
quare



quare ſpoliatus ſubiectus decreto non reſtituitur. Nam il-
lud inductum eſt ne in beneficialibus detur vitioſus ingreſ-
ſus, qui magis in actore eſt conſiderabilis, quàm in reo, vt in
cap. j. de eo qui mit. in poſſ. lib. vj. Sed hic agitur de defen-
dendo reo in poſſeſsione ſua triennali aduerſus negligen-
tem ius ſuum infra triennium proſequi: igitur tanquam di-
uerſa debent diuerſo iure cenſeri. l. Papinianus. ff. de mino.
Præſertim, quia reo facilius cõceditur exceptio quàm acto-
ri actio. l. j. §. quòd autem. ff. de ſuperficie. not. Iaſ. in l. impu
beribus. in fin. ff. de acquir. hared. Nimirum igitur ſi ſpolia-
tus actor cõtra decretum non auditur, reus verò exceptio-
ne defenditur. Nam turpius eijcitur, quàm non admittitur
hoſpes, vt dicitur in c. quemadmodũ. de iureiur. Et quia fa-
uorabiliores eſſe debemus reis poſſeſſoribus, quàm actori-
bus, iuxta l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. quia in pari cauſa
potior eſt conditio poſsidẽtis. vulg. c. in pari. de reg. iur. lib.
vj. & c. ſi à ſede. de præb. lib. vj. Præſertim quia non petẽs be-
neficium ſuum per triennium, videtur illud habere pro de-
relicto. iuxta not. per Abb. in c, contingit. de dolo & contu.
Et etiam, quia decretum appoſitũ in regreſſu, vel alia qua-
cunque gratia non habet effectum, niſi volente eo in cuius
fauorem eſt appoſitum, vt in c. j. de conceſ. præb. lib. vj. cum
cõcor. vt tradit Rota in deciſ. ccccxxiij. incip. nota primus.
&c. in antiquis. & Moder. in l. nemo poteſt. vbi Aretinus &
Clau. Aquen. in iiij. col. de leg. j. Decius in l. pacta quæ con-
tra. C. de pact. & illo decreto per triennium non vtendo vi-
detur tacitè illi renuntiare. arg. c. ex ore. de his quæ fi. à prẹ-
la. Et quod dictum eſt in decreto gratiarum, idem eſt in de-
creto regularum & extrauagantiũ, quæ non impediunt effe
ctum iſtius regulæ. Propterea videmus, quòd poſsidens tri-
ennio vigore collationis ordinarij beneficium reſeruatum
per regulas, vel extrauag. eſt tutus exceptione iſtius regulæ,
niſi in caſibus exceptis in ea, vt eſt dictum ſuperius in alijs
quæſtionib. aliàs ſi contrarium diceremus, facilè redderetur
iſta reg. fruſtratoria, & penitus inutilis, cum hodie in qui-
buſcunque prouiſionibus, etiam de vacantibus apponitur
decretum irritans: itaque nunquam haberet locum regula,
quod non eſt dicendum. Diligentia igitur opus eſt ne inci-
dat quis in regulam, quoniam vigilantibus ſcripta eſt. Et

Diuerſa diuerſo iure cenſeri debent.

Exceptio facilius reo, quàm actori actio conceditur.

Fauorabiliores eſſe debemus reis, quàm actoribus.

Decretum appoſitum in regreſſu.

extra iſtam regulam quid operetur decretũ appoſitum certo corpori beneficij in regreſſu, vel literis de beneficio vacaturo, vel de vacanti, videnda eſt lata deciſ.d.Guliel.incip. deciſ.iij.in tit.de reſtit.ſpolia. Et iſta omnia quæ dicta ſunt de decreto appoſito regreſſui, & inſerto corpori beneficij, quòd non impediãt exceptionem iſtius regulæ. Non ſolum procedunt quãdo exceptio iſtius regulæ allegatur per poſſeſſorem triennalem contra prætendentem regreſſum, ſed etiam quando poſſeſſor non triennalis excipit de triennali poſſeſsione prædeceſſoris ſui contra quem poterat excipi de regreſſu, quia talis exceptio etiam iuuat poſſeſſorem cõtra agentẽ vigore regreſſus. Prout in vna Neapolitana eccleſiæ Sanctæ Mariæ fuit concluſum per Dominos coram
* R.D.Marco Antonio, die xix.Nouemb. M.D.xxxv.pro Io. Cauart contra Ioan.Baptiſtam de Baldaſsinis. Et hoc non tam fuit tentum virtute regulæ, quàm alleg.Lap.lxxxix.dantis fomentum, quia ex quo prædeceſſor Ioan. Cauart fuerat triẽnalis, poterat habere à dicto Ioan.Baptiſta caſſationem regreſſus, vel habere titulum meliorem excluſiuum regreſſus, quem quidem prædeceſſoris titulum Ioan. Cauart poſſeſſor non tenebat iuſtificare, quia ſatis eſt ad præſumptionem iuſtitiæ inducendam prædeceſſorem ſuum triennio poſſediſſe ad excludendum contrarium, prout dicit Oldr. in conſil.ccxxix. Nam iuris præſumptio eſt pro eo qui allegat titulum prædeceſſoris, iuxta not.per Innoc.in cap.cum olim.de priuilegijs.quod ſufficit in beneficialibus, vt tradit Innoc.in c.ex parte.de reſtit.ſpol.& gl.in cle.j.de cau.poſſ.

*Iuris præſumptio.*

¶Tamen aduertendũ eſt diligenter, quia omnia prædicta, quæ de regreſſu dicta ſunt, & declarata fuerunt per Rotam procedere quando habens regreſſum ſciebat vacationẽ beneficij, ad quod regreſſum habebat, & diſtulit per triẽnium agere contra poſſeſſorem, quia tunc ſibi imputandum eſt: ſecus ſi ignorabat. quia tali caſu tenuerunt Domini iſti regulæ non eſſe locum. Ratio fuit, quia contra ignorantem non currit præſcriptio, vt in vulg.l.j.de an.excep.& capitulo, quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.niſi talis ignorantia fuerit craſſa vel ſupina, vt in capitulo ſecundo.de conſtitu-
* tionib.libro ſexto. Et ita de hoc anno M.D.xxxix.in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus dixerunt Domini coram R.D.



R.D. Ioan. Paulo Ptolomæo, & ita ſe habet ſtylus in Rota, ſeruatus in pluribus alijs cauſis.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

QVAERO, an regula iſta exiſtentem in quaſi poſſeſsione pacificè, non ſoluendi penſionem per trienniũ defendat, quando agitur cõtra ipſum ad priuationem & regreſſum, ob non ſolutionem?

*Soluere penſionem per triennium.*

¶SOLVTIO. Hæc quæſtio tres in ſe continet difficultates. Prima eſt, quando aliquis non conſenſit perſonaliter penſioni ſuper beneficio, ſed prædeceſſor, quo mortuo iſte ſucceſsit in beneficio, & in eo ſtetit pacificè per trienniũ, in quo non ſoluit penſionem, nec illi bullæ fuerunt intimatæ. Secunda, quando diſputatur poſt triẽnium, vtrum beneficium ſit obligatum penſioni, vel non. Tertia, quãdo beneficiatus perſonaliter conſenſit pẽſioni & regreſſui, ob non ſolutionem. Circa primam videtur dicendum, regulam huiuſmodi poſſeſſorẽ defendere: quia dicitur hic in textu, quòd ſi quis poſſederit beneficia, qualiacunque ſint, per triennium nequeat moleſtari. Illa enim verba, qualiacunq;, quæ generalia ſunt, comprehendunt penſionem, vt dicit Ioan.Andr.in clem.quoniam.§.cæterum.per illum text.de vita & ho.cle. ſequitur Paulus Rom.antiquus in tract.penſio.q.j.Nam imputandum eſt illi, qui tanto tempore penſionẽ petere diſtulit: quia vigilantibus, & non dormientibus ius ſcriptũ eſt, vt dicitur in l.ſi pupillus. in fin.ff.de his quæ in frau.cre. Et iſta eſt pœna negligentiæ in iſtis, quæ vſu conſumuntur: quòd ſi infra triennium non petat, quæ ſibi debentur, vſucapiuntur, vt in l.j.ff.de vſucap.& in §.j.inſtit.eo.tit. Nec de alio, quàm de ſeipſo penſionarius conqueri poteſt, qui neglexit ius ſuũ proſequi, & ideò videtur tacitè conſentire, & ſe iſti pœnæ ſubieciſſe. arg.l.imperatores.ff.de iur.fiſ. via enim, quam elegit ipſa illi pateat. l.ſi mulier.ad Vell.

*Beneficia qualiacũque ſint.*

¶Breuiter prædictis non obſtantibus, circa primam difficultatem huius quæſtio. contrarium dixerunt Domini ſuper regula de annali, vt latius ibi dixi, & idem hic dicẽdum videtur. Ratio eſt: quia iſta regula loquitur, quando aliquis moleſtatur ſuper ipſis beneficijs. Iſta enim verba titulum beneficij concernũt. Nam dictio ſuper, proprietatẽ denotat. l.codicillis.vbi Bart.de leg.iij.c.cum ſuper.de offic.deleg. quæ

quæ diuerſa eſt à penſione. Et licet aliàs verbum, qualiacunque, penſiones comprehendere poſsit, illud procedit, quando materia ſubiecta hoc patitur. Sed illa repugnante, verba illa generalia recipiunt reſtrictionem de habilibus, vt eſt gl. not. in §. ſed hæc ſolennia. inſtit. de verb. oblig. Præſertim, quia beneficium transfertur in alium cum onere ſuo, & poſſeſsio triennalis non tollit illud pēſionis onus, quod impoſitum eſt, nō ſuper titulo beneficij, ſed ſuper fructibus, & illi fructus ſunt obligati penſionario. Vnde qua ratione, ſi poſſeſſor beneficij conueniretur ſuper fructibus, non poſſet defendi iſta regula: quia cauſa fructuum eſt profana, & non beneficialis, vt not. in cap. ij. vt lit. penden. lib. vj. Eadē ratione, & quando agitur ſuper penſione: quia ita ſe habet penſio, reſpectu beneficij, ſicut vſusfructus, reſpectu proprietatis. cap. fin. de pig. & in cap. poſſeſsiones. xvj. quæſt. j. & in cap. quicunque. xij. quæſt. ij.

Cauſa fructuū profana.

¶Circa ſecundam difficultatem videtur idem concludendum, propter eaſdem rationes.

¶Circa tertiam militant fortiores rationes, vt idem dicere debeamus. Nam vltra hoc, quòd iſta cauſa priuationis beneficiorum, ob non ſolutionem penſionis, ſit cauſa profana, & non beneficialis, vt not. in clem. diſpendioſam. de iud. poſſeſſor beneficij, ex quo à principio, medio iuramēti conſenſit, huic priuationi in euentum non ſolutionis, non poteſt poſt triennium allegare turpitudinem ſuam, nec poteſt à periurio excuſari, niſi adimpleat in forma ſpecifica. c. debitores. & cap. ad noſtrā. de iureiuran. Et imputet ſibi quare conſenſit: quia ſi eo non ſoluente, cōtra eum ad priuationem proceditur, nō fit illi iniuria: quia volenti & cōſentienti non fit fraus, neque dolus. Non enim debebat ſe ſub iuramento ad ſoluendum obligare, ſi penſionarium decipere intendebat, cōfiſus beneficio iſtius regulæ. Deceptis enim, & non deceptoribus iura ſubueniunt. cap. cum vniuerſorū. de rer. permut. Reſtituat ergo beneficium quod accepit, aut ſoluat eius penſionem: quia contra honeſtatem videretur, ſi poſſeſſor detineret beneficium meum & fructus. Regula igitur iſta non procedit iſto caſu: quia intentio Papæ non fuit parare tendiculum bona fide contrahentibus, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur, contra. cap. qualiter.

Deceptis & non deceptoribus iura ſubueniunt.



de accuſationib. & l. meminerint. C. vnde vi. Reliqua videnda ſunt in regula de annali.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAPRIMA.

QVAERO, an exceptio iſtius regulæ obſtet excipienti de regula de non exprimendo vero valore?

Exceptio regulæ.

¶SOLVTIO. Iſta quæſtio fuit propoſita per me in vna Aretin. parochialis ſanctæ Cæciliæ, & longe antea contigit etiam idem caſus de anno M. D. xxij. de menſe Iunio coram D. Ioan. Antonio de Triuultijs, in vna Barchinonen. parochialis ſancti Vincētij, & pro parte negatiua dicebatur prima facie, quòd non, ex eo, quia regula requirit titulum coloratum: & tamen quando titulus eſt nullus per ſententiam iuris vel hominis, nō dicitur coloratus, vt ſæpe dictū eſt in alijs quæſt. & Abb. tradit in cap. cum noſtris. in fin. de conceſſ. præbend. & ante ipſum Lap. allegat. xvj. cum concord. vt ſcribit Felyn. in cap. in noſtra. in xxvj. correll. de reſcript. ſed regula de vero valore exprimen. annullat retro ipſo iure titulum propter decretum irritans in in ea appoſitum. Ergo poſſeſsio triennalis ſequens nullius erit momenti, quia eſt nuda ſine titulo. *

¶Præterea, quia decretum irritans, dato quòd non diſcoloret titulum, negari tamen non poteſt diſcolorare poſſeſsionem, vt dicit deciſ. ij. de dolo & contum. in antiquiori. & eſt etiam deciſ. iij. de reſtit. ſpol. in no. facit text. in cap. ſi eo tempore. de elect. in vj. & in cap. j. & ij. vt lite penden. & cap. ij. de præb. eod. lib. cum vulg. ſed poſſeſsio diſcolorata non ſufficit ad dandum aliquod fundamentum iuris. igitur, &c.

Decretū irritās diſcolorat poſſeſsionem.

¶Prædictis tamen nō obſtātibus, Rota tam coram d. Triuultio, quàm corā me, in cauſis prędictis cōcluſit contrariū: & præcipuū fundamentū iſtius deciſionis fuit: quia iſte text. non diſcolorat titulū, niſi in duobus caſibus iam ſæpius repetitis, videlicet, quādo quis obtinet beneficiū per ſimoniā, vel beneficiū vacās in curia: exceptio enim iſtorū duorū caſuū firmat regulā in contrariū in alijs caſibus nō exceptuatis, & licet illi titulo ſubreptitio, vigore cuius emanauit poſſeſsio triennalis, obſtet regula de valore nō exprimēdo: tamen ille titulus ab iſta regula defenditur, quę iuncta triēnali poſſeſsione in odium negligentis tribuit maius robur, & per hoc tollitur motiuum de decreto irritanti. Præſertim

ſertim quia negari non poteſt poſſeſſorem triennalem potuiſſe facilè excuſari ab obiectu dictæ regulæ ex quodã errore iuris dubij,vel potius ex errore facti dubij, in quo de facili erratur,attenta maxima difficultate probandi valorem,quam vſu quotidiano experimur. Adeò,quòd tales errores in præſcribendo excuſant, ſecundum Abb.in cap.de quarta.de præſcrip.& in c.ad noſtrã.de reb.eccl.nõ alienan. cum ſimilibus. Itaq; cum iſte caſus non ſit de exceptis in regula,concludendum erit exceptioni iſtius regulæ locũ eſſe.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

Hæreticus.

QVAERO, an hæreticus defendatur iſta regula?

¶SOLVTIO. In vero hæretico non credente,regula non procedit. Nam ſi regula de annali, quæ ſolam & nudam detentionẽ ſine titulo defendit,hæreticum non tuetur, vt ibi latè diximus, quando magis regula iſta, quæ titulum coloratum & veram poſſeſsionem requirit,illum defendere non debet: quæ quidem requiſita in hæretico cadere non poſſunt,vt in cap.cum ſecundum.de hær.lib. vj.& tradit Bart.in l.imperator.in fin.ff.de iure fiſc. Abb. in cap.vergentis.& cap.fin.de hær.& in rubrica de teſtam. in ij.col. Et hoc adeò verũ eſt,quòd ex contractu inito cum hæretico non ſolum dominium,ſed nullum ius ei quæritur. Hinc eſt, quòd alienata per hæreticum poſſunt liberè per inquiſitorem reuocari.arg.eorum,quæ dicit Bart.in l.ſi debitor.ff.quæ in fraudem cred.& tenet expreſsè Alberti.in tract.iuriſpat.lib.j. Carent enim tales omni auxilio & priuilegio iuris.cap.ſi aduerſus.de hæret.neq; , vt dixi,poſſunt dominium rerũ,neq; poſſeſsionem habere,vt in c.quo iure. viij.diſt.cum cõcord.vt ibi in gl.faciũt ea, quæ in alia q.dixi de ſimoniaco,qui pro eo,quòd teſtatur, vt hæreticus excipitur ab iſta regula,à fortiori verus hæreticus excludi debet. Nam ſi poſſeſsionem habere non poteſt,præſcriptio ſine poſſeſsione non procedit. vulg.cap.ſine poſſeſsione.de reg.iur.lib.vj. Et per conſequens non fruetur exceptione iſtius regulæ,quæ poſſeſſoribus tantum tribuitur.

Inqſitor alienata per hæreticum reuocare poteſt.

Præſcriptio ſine poſſeſsione procedit.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

Poſſeſsio pacifica.

QVAERO, quia textus requirit triennalem poſſeſsionẽ pacificam, quæ dicatur pacifica poſſeſsio ad effectum regulæ?

¶Sol



¶SOLVTIO. Gemin.conſil.lxxviij.col.penult.& fin.poſt longam diſcuſsionem concludit,illum dici pacificum poſſeſſorem,cui nulla cõtrouerſia iuris,vel facti iudicialis, vel extraiudicialis mota fuit,vt not.omnes Doct.in clem.gratiæ.de reſcrip.quorum dicta in terminis iſtius regulæ adducit,& ponderat Franciſcus de ſancto Nazario de Ripa nuncupatus in repet.rubr.de cauſ.poſſ.& propr.in x.col.num. 39. Tamen quia materia eſt paululum inuoluta, ſuper qua variarũt antiqui patres noſtri,neq; per Gemin.aut præfatũ Modernũ eſt ſatis diſcuſſa. Ideò eam altius repetendã duxi.

¶In primis igitur aduertẽdum eſt,quòd licet dicta Gemin. & aliorum Doct.in dictis locis communiter teneantur,tamen prædictis aduerſantur, quæ dicunt Innoc.& Hoſtien. in cap.conſtitutus.el.ij.de appellat. & Archid.in cap.licet epiſcopus.de præb.lib.vj.vbi voluerũt,quòd pacificus poſſeſſor dicitur ille qui percipit fructus,licet illi moueatur lis ſuper titulo beneficij. Et hoc idem voluit deciſ.iij.in antiq. tit.de cauſ.poſ.& prop.& deciſ.iij.de præb.in no.& in quadam addit.mouentur per l.ſciendum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſdar. cog.& arg.l.intra.ff.de diuerſ.& tempor. præſcript. ſatis enim eſt ſecundum eos,quòd de facto quis poſsideat,licet ſuper iure lis moueatur. Sed quicquid ſit,hodie Rota tenet opin.Doct.in d.clem.gratiæ.reiecta opin.Inno.& Hoſtien.quam reprobat Egid.deciſ.dxcvij.

¶Et ideò pro vera intelligentia iſtarum opin.iſtius regulæ,& aliarum de pacifica poſſeſsione loquentium eſt notandum,quòd magna eſt differentia inter poſſeſsionem pacificam,quæ requiritur in cap.licet canon.de elec.lib.vj.& eam de qua loquitur text.in cap.de multa.de præbend. Nam quo ad cap.licet canon.ſufficit pro pacifica poſſeſsione habere exercitium curæ,quamuis non poſsideatur maior pars bonorum, ſed illa pacifica poſſeſsio non requiritur, quòd ſit continua,ſed ſufficit ſi ſtatim non fuerit de iure,vel de facto turbata, prout dicit Egid.in d.deciſ.& cum myſterio dixi ſtatim: quia ſi poſſeſſor ſtatim turbatus non fuiſſet, ſed per vnum,vel duos menſes duntaxat, ſine dicta moleſtia poſſediſſet,proculdubio ille pacificus poſſeſſor diceretur,quo ad effectũ d.cap.licet canon.hoc dicit gl.notabilis in cap.commiſſa.in verb.pacificam. de elect.eod.lib.quam ita ibi Lapus

Poſſeſsio pacifica quæ requiratur.

pus Archidiac.& Gemin.intelligunt. Et iſta, vt dixi, procedunt quo ad pœnam dictorum c. licet canon. & c. cõmiſſa. Sed quo ad c. de multa. ad effectum, vt quis primo beneficio curato per aſſecutionem ſecundi beneficij ipſo iure priuetur, requiritur, quòd aſſecutio ſecundi non ſolum ſit pacifica, quo ad exercitium curæ tantum, prout in dicto capi. licet. ſed etiam requiritur pacifica poſſeſsio reſpectu omnium fructuum, vel maioris partis eorum, vt dicunt communiter Doctores in dicto capitulo, de multa. Et hoc idem requiritur, quo ad capitulum cum in cunctis. §. cum vero. de elect. vt dicit gl. in cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. lib. vj. ſequitur Rom. in conſil. cccxxxiiij. & in conſil. cccxlv. col. penul. Gemi. conſil. lxxviij. Et ita debet intelligi quod dicitur Bald. in cap. eccleſia. in fi. de electio. qui voluit illum dici pacifice poſsidere, qui poſsidet ſpiritualia & temporalia, vel ſpiritualia tantum, vel maiorem partem. & tenet Domin. conſil. cxxv. in ſecunda columna. in tertio dubio. Rationem differentiæ iſtorum caſuum ponit gloſ. in d. cap. ſi tibi conceſſo. quę communiter approbatur, & in omnibus iſtis caſibus ſecundum ſtylum hodiernum Rotæ, vt quis dicatur non pacificus, ſufficit, quòd ei moueatur lis, vel moleſtia ſuper titulo beneficij, licet non turbetur poſſeſsio. Nam eo ipſo, quòd

Lis mota ſuper beneficio.

mouetur lis ſuper beneficio, cẽſetur mota etiam ſuper poſſeſsione, licet de ea nihil dicatur, vt probatur in c. ij. vt lite pendent. libr. vj. & tradit Calde. in conſil. v. tit. de præbend. Et eſt adeò verum, quòd ſi conuentus ſuper titul. beneficij ſpoliaretur poſſeſsione, ad reſtitutionẽ eius agere non poſſet, tanquam quòd pacificè poſſediſſet, vt dicit quædam additio in deciſio. iij. de præbend. in nouis. Et ad hoc facit deciſi. xvij. de reſtit. ſpoliato. in antiq. Hinc eſt, quòd lite pendent. ſuper titulo beneficij ſi fiat tranſlatio poſſeſsionis in

Tranſlatio beneficij lite pẽdente.

alium etiam ex cauſa permutationis, vel aliàs committitur attentatum, vt dicitur in deciſio. iij. vt lit. pendent. in nouis. eod. tit. deciſ. iij. in antiq. Et hoc nõ alia ratione inductum eſt, niſi quia poſſeſsio eſt pars beneficij, & ſapit naturam eius, vt probat Card. Alex. in cap. j. vij. col. num. 28. j. quæſt. ij.

Cõmiſsio ſup titulo bñficij tantũ includit poſſeſsionem.

¶Bene igitur infertur, quòd commiſsio ſuper titulo beneficij tantum includit poſſeſsionem, vt probatur in cap. j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. & in cap. paſtoralis. de cauſ. poſſ. quia petito-



Petitoriũ habet in ventre poſſeſſorium.

petitorium habet in ventre poſſeſſorium, ſicut mulier prægnans habet filium: vt in cap. cum dilectus. de cau. poſſ. Et ob eam cauſam voluerunt deciſiones noſtræ Rotæ, quòd licet cauſa ſuper petitorio tantum, & non ſuper poſſeſſorio committatur, poſſunt tamen auditor, & partes vigore prædictæ commiſsionis petitorium ſuſpendere, & poſſeſſorio agere, adeò, quòd tella ſuper petitorio tenta dicto iudicio poſſeſſorio ſeruiet abſq; noua obſeruatione terminorum. Qualiter autem intelligãtur iſta, vide quæ diſtinguendo dixi in notabilibus meis, ſeu epilogo ſignaturæ iuſtitiæ poſito in fi. q. regulæ de non iudicando iuxta formam ſupplicationis. Stat igitur concluſio, quòd lis mota ſuper titulo beneficij tantum, etiam poſſeſsionem litigioſam reddit, adeò, quòd nõ dicatur pacificus poſſeſſor, quo ad iſtam regulam. Et ita ſeruat Rota. pro qua opin. vlterius facit: quia quãdo mouetur lis ſuper titulo beneficij, dicitur agi ſuper quaſi dominio, vt in cap. ſi tibi abſenti. de præb. lib. vj. Et tamẽ lis ſuper dominio, vel quaſi facit rem litigioſam, adeò, quòd quis non dicatur pacificè poſsidere, vt in c. j. & ibi not. Abb. de confirma vtil. vel inutil. & Bart. in l. ij. & in authent. ibi poſita. C. de litigioſis.

Lis ſi mouetur ſuper titulo beneficij, dicitur, &c.

¶Sed iſta non procedunt econtra. Nam ſi moueatur lis ſuper poſſeſsione, nõ redditur litigioſa proprietas, ſed ipſum ius poſſeſsionis, vt declarat Ant. Abb. & alij in d. c. j. & Milis in verbo, litigioſa res. & Philipp. Franc. in c. ij. vt lit. pend. lib. vj. & Oldr. in conſil. ccxcix. & Calder. in d. conſil. v.

Litigioſa proprietas.

¶Non obſtãt iura allegata in contrariũ in prædictis deciſ. Primo text. d. §. ſi fundus. quia verũ eſt, quòd poſſeſsio ſiue pacifica, ſiue non pacifica releuat ab onere ſatiſdandi, vt ibi dicitur: quia lis nõ tollit commodũ poſſeſsionis, vt in c. j. vt lit. pend. Sed quænam ſit pacifica poſſeſsio, ibi non cauetur. Nec text. in d. l. ſi intra. probat aliquid: ita quòd hæc diſceptatio ſolum cõſiſtit in opinionibus prudentũ, in qua quidem diſceptatione ſtylus Rotæ modernæ contrariatur opinioni antiquorũ dominorũ Rotæ, vt ſæpe videmus, & dixi aliquid ſuperius in illa q. de cõmenda. Nec immeritò: quia iſte ſtylus hodiernus, propter maiorem temporũ experientiam videtur magis iure fundatus. Et ideo ſolet dici, quòd Moderni ſunt ſicut culices in capite elephantis, quæ vident

Moderni.

priora & poſteriora. vnde illud dictum vulgatum emanauit, quòd quãto iuniores, tanto perſpicaciores. Et licet ita ſit, neſcio tamen quo facto contigit, quòd curia Romana in ſtylo quotannis mutando facilis redditur: fortè hoc accidit propter crebras Pontificum & Auditorum Rotæ mutationes, vt dicit Felyn. in cap. Rodulphus. in xv. col. verſ. vbi autẽ. de reſcript. Et declarat Alberic. in Dictionario. in verbo, curia Romana. Et hanc opinionum Rotæ varietatẽ non ſolum in hac quæſtione accidit, ſed in pluribus alijs iuris articulis eueniſſe legimus. Ex quibus quoſdam exempli gratia connumerare licebit.

Iunior quãto eſt, tanto perſpicacior.

¶ Nam in primis videmus Rotã antiquis temporibus tenuiſſe per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam litem finiri, & tamen Rota moderna tenet litem non finiri, niſi poſt ſententiam executioni demandatam, vt de hoc ſpecialius ſcripſi in regula de annali, & in quadam quæſtione iſtius regulæ. Sic etiã in vnione facta ex falſa cauſa Rota moderna variauit ab antiqua, vt refert Milis quondam inſignis Auditor Rotæ in verbo, vnio. Eodem modo, quòd canonicatus in collegiata, cum prærogatiua regulæ non cadat ſub expectatiua, in forma pauperum iudicarunt Domini, modernis temporibus, vt refert D. Gulielmus iudicatum ſuo tempore fuiſſe in quadam deciſione per rationem quam ibi ponit. Et tamen antiqui domini tenuerũt ſemper cõtrarium.

Rota moderna in quibus opinionib. diſferat ab antiqua.

Sic enim natura ex varietate temporum nouas deproperat ædere formas, vt dicitur in l. ij. C. de vet. iur. enuc. Et hoc non ſolum diuerſis ætatibus contigit, quod facile eſt, ſed vno, & eodem tẽpore accidiſſe comperimus. Nam Rota antiqua ipſa eadem ſuo tẽpore in multis etiam variauit, & fecit iudicia contraria. Nam iudicauit vno tẽpore, quòd lit. pend. poſſet apoſtolicus impetrans acceptare beneficiũ vacans per obitũ litigantis, vt dicit Egid. Bellam. ſe hoc vidiſſe teneri in Rota in conſil. xxxv. in prin. & tamen Bonifac. de Vitalinijs etiam auditor in clem. auditor. in fin. de reſcript. refert iudicatum fuiſſe poſtea contrarium. Sic etiam antiqui auditores tenuerunt prouiſiones ordinarij infra menſem ſpectantium valere, illis poſtea non acceptantibus, vt patet in deciſ. ccccxxiij. & ccccl. in antiq. & tamen poſtea Rota iudicauit contrarium, vt dicit deciſ. dccccxxxiiij. in antiq. Et Beſigne. deciſ. xxiij. quam opinionẽ hodie

Natura deproperat ædere formas ex varietate temporum nouas.



hodie tenet Rota, vt refert d. Petr. Andr. Gammarus Auditor in tract. leg. lib. iij. q. iij. & dicam in regula de publicandis. q. xvij. ¶ Sic etiam in cõmenda aliquando Rota tenuit regulam iſtam in ea non habere locum: alio tempore tenuit contrarium, vt latius apparet ex his, quæ ſuperius q. v. dixi. Ita quòd non eſt mirandum ſi ex varietate temporum generentur etiam noua phantaſmata, & nouæ ſpeculationes, ſecundum Bald. in l. j. C. de his, qui ante aper. tab. Non enim poſterioribus auferri debet (vt inquit ibi Bal.) facultas vlterius cogitandi. quod dictum ſequitur Andr. Sicul. in conſil. lxxxix. col. pen. lib. iiij. & alibi ſæpe, vt ſcripſi in §. omnium. & in §. quędam. inſtitu. de actio.

Facultas vlterius cogitãdi.

Et hac ratione voluit Ant. de But. in c. cum venerabilis. de except. quòd aduocatus citra notam contrarietatis poteſt hodie vnam legem allegare ad vnum propoſitum, & cras in alia cauſa melius cogitando dicere, quòd nihil facit. Et eodem modo doctor & teſtis poſſunt hodie credere vnum, & cras mutare propoſitum, & dicere ſe aliud credere citra periculum periurij, vt dicit idẽ Bald. in l. de tutela. C. de in integ. reſt. min. cum multis alijs, quæ congerit quidam Moder. & curioſus doctor Bonon. Vlpianus de Zaninis nuncupatus in §. his ergo. in xxxvj. & antepenult. col. inſtit. de iuſt. & iure. & ita Andr. Sicul. in d. conſil. lxxxix. & alibi ſæpe ſe à contrarietate excuſat: hoc enim natura inductum eſt, vt ſuperius dixi, quòd quanto iuniores, tãto perſpicaciores ſumus, vt dicit gl. in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & poſth. licet illi gl. videatur aduerſari tex. in cap. primo. in fin. de natur. feud. vtcunq; ſit, negari tamen non poteſt magnam partem huic rerũ viciſsitudini extrauagantes, & regulas ſummorum Pontificum, quæ ſæpe prioribus contrariantur, vel ab illis in aliquo differunt, conferre: nec hoc malum recens eſt, ſed adhuc tempore Hoſtien. emergebat, vt nõ ab re ipſe dixit in prooemio ſuæ ſummæ in iiij. col. quòd ſtylus Romanæ curiæ modo eſt albus, modo niger: & idem dicit Lap. alleg. lij. quam etiam ſtyli mutationẽ in vocabulis quoque experimur, vt Aulus Gellius notat & recenſet modernus Alciat. in tit. de verb. ſign. pag. xxxix.

Doctor & teſtis poſſunt hodie credere vnum.

¶ Redeundo igitur ad propoſitum, Rota moderna hodie tenet, quòd pacificus poſſeſſor quo ad effectum iſtius regulæ, & cuiuslibet alterius de pacifica poſſeſſione loquentis di

citur ille,cui non mouetur controuerſia iudicialis,vel extraiudicialis ſuper beneficio,iuxta dictũ Pauli,Imolæ,Cardin.& aliorum in d.clem.gratiæ.quicquid tenuerint alij,tenet Card.conſil.xxviij.in iij.col.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVARTA.

Poſſeſsio pacifica triēnalis.

QVAERO, an per appellationem extraiudicialem intimatam poſſeſſori,poſtea deſertam, pacifica poſſeſsio triennalis iam incepta,interrupta fuerit?

¶SOLVTIO.Iſta quæſtio poteſt conſiderari dupliciter.Primo modo,quando appellatio extraiudicialis fuit interpoſita in principio poſſeſsionis triennalis, vel in medio eius. Secundo modo poteſt intelligi, quando appellatio præceſſit,& eius deſertio,& poſt eius deſertionem incœpit poſſeſsio triennalis,& finita fuit.

¶Circa primum,videtur prima facie dicendum, per talem appellationẽ extraiudicialem, quæ vim citationis obtinet, vt in cap.j.de appell.libro ſexto. quæ poſt triennalem poſſeſsionem deſerta fuit,poſſeſsionem pacificam prius incœptam non interrumpi. Quia ſicut dictum fuit in regula de annali,per citationem nullam pacificam poſſeſsionem non interrumpi: ita neque per appellationem deſertam triennalis poſſeſsio pacifica turbari debet: quia non præſtant impedimentum,quæ de iure nõ ſortiuntur effectum, vt in cap. non præſtat.de regul.iur.lib.vj.Sed ſic eſt,quòd appellationis deſertio facit,quòd perinde ſit,ac ſi nunquam fuiſſet appellatum.Et per conſequens reddit appellationem penitus inutilem,adeò,quòd quis videtur reduci ad illum ſtatũ,quo erat ante appellationem interpoſitam,vt dicit text.in l.fin. §.illud.ibi, tanquam ſi ab initio fuerit minimè prouocatum,&c.C.de tempor.appellat.not.Ioan.Andr.& alij in c. licet.de ſentent.excomm.lib.vj.Et tenet Rota in deciſ.prima.de appellat.in no.& deciſ.lxxvj.eod.titul.in antiquis. Igitur per eam poſſeſsio pacifica non debet interrumpi: quia nullum & inutile æquiparantur. capitulo ſecundo.de tranſlat.prælato.Nam quando res deuenit ad caſum,à quo incipere non poſſet,actus factus nihil operatur.l.pluribus. ff.de verborum obligat. Qua igitur ratione, ſi appellatum non fuiſſet,lis diceretur extincta,per tranſitum in rem iudicatam:eadem ratione, quando appellatio, quæ interpoſita fuit,

Appellationis deſertio.



fuit,poſtea deſeritur, lis omnino extingui debet, ac ſi nunquam fuiſſet,& per conſequens,nulla exiſtente lite, pacifica poſſeſsio non interrumpitur. Et iſta de plano procedunt, data appellationis deſertione: ſed, quod eſt fortius, etiam ſi appellatio extraiudicialis deſerta non fuerit, adhuc per eam non inducitur litis pendentia à principio, adeò, quòd titulus, vt lite pend.non habeat locum in tali appellatione,vt expreſſe dicit deciſ.lxix.in tit.de appellat.in antiquis. incip.ſciendum eſt quòd. capitulo, vt circa.aliàs eſt ſecundum numerum 764. Et rationem aſsignat deciſ.xxv.incipien.Item ſi reus & poſſeſſor,&c.in tit.de reſcrip.in nouis. Quia appellatio extraiudicialis nihil aliud eſt,niſi quædam prouocatio ad cauſam.capitulo,cum ſit Romana.de appell. & ideo per eam non inducitur vera litis pendentia: ita dicit ibi deciſ.Et ob eam cauſam, neque appellatio propriè dici poteſt,vt dicit Abb.& Moder.in rubr.de app.neq; habet vim citationis,adeò, quòd appellatus, vigore talis appellationis, non tenetur comparere, niſi aliter citetur, vt tenet Innoc.in cap.dilecti.de maior.& obed.in prima colum.& ſequuntur omnes.in d.cap.cum ſit Romana.poſt gloſ.ibi in verſic.nec ſolent.

Appellatio extraiudicialis.

¶Ex quibus infertur, quòd ſi talis appellatio non inducit à principio litis pendentiam, à fortiori & deſerta non pariet aliquod obſtaculum: & per conſequens, triennalis poſſeſsio pacifica, nõ erit in aliquo interrupta aut perturbata.

¶Præterea pro iſta opinione facit: quia licet appellatio extraiudicialis deuoluat cauſam ad curiam,non tamen nocet poſſeſſori in poſſeſsione ſua,vt dicit Innoc.in d.cap.dilecti.& ſequitur Præpoſitus Mediolanenſ.in cap.bonæ. in xj.col.verſic.ſextus eſt effectus.de appel.Si igitur poſſeſsioni non officit,non erit turbata pacifica poſſeſsio:quia aliàs diceretur officere poſſeſſori.

¶Prædictis tamen non obſtantibus, contraria opin.eſt de iure verior, vt concluſit Rota die xxx. Octobris M.D. * XXXVIII. in vna Hiſpalen.Cantoriæ, coram R.D. Raynaldo, pendente inter Ioan.Rodericum,poſſeſſorem triennalem & Didacum Vaſques. Ratio deciſionis fuit: quia de iure Canonico,& in beneficialibus illud erat certum, quòd per appellationem extraiudicialem à principio parti in-

timata, legitimè fiebat deuolutio cauſæ ad curiam, vt dictum fuit, & tenent deciſ. xxxix. in titulo de appell. in antiquis. aliàs ſecundum numerum 847. & deciſ. xvij. eod. tit. in no. & idem tenet Egid. deciſ. dxxj. Et deſertio dictæ appellationis, poſtea ſuperueniens, non poteſt tollere deuolutionem ad curiam ſemel factam, per quam poſſeſsio appellati interrupta fuit: quia appellatio extraiudicialis, in cauſa beneficiali, non interponitur ſolum, vt per eam reparetur grauamen: ſed etiam principaliter, vt cauſa ad curiam deuoluatur: & hoc inducit principaliter intimatio dictæ appellationis, quæ fit parti. Et ideo, licet reparatio grauaminis, per deſertionem ceſſare videatur: non tamen ceſſat deuolutio, vt notabiliter declarat Egid. in deciſ. dxx. & hoc idē latius declarat idem Egid. in deciſ. ſequenti. & deciſ. dlx. Si igitur cauſa eſt iam deuoluta, & aduerſarius per eam fuit ſuper beneficio ſuo ad curiam prouocatus, dici non poteſt, quin per hoc reddatur beneficiū ſuum ſuper quo appellat, effici non pacificum, ſed litigioſum: & per conſequens, induci veram litis pendentiam, quæ poſſeſsionem pacificam interrumpit, ne compleri poſsit, niſi tali lite finita. Et quòd per huiuſmodi adpellationem extraiudicialem legitimè intimatā parti inducatur litis pendētia, tenet ad literam Egidius in deciſ. dcclxix. incipien. licet per appellationem.

¶Non obſtat, quòd deſertio facit, quòd cenſeatur non appellatum, vt in dictis deciſio. & in l. quoniam. C. de appell. Et ideo, deſerta appellatione, attētata non reuocātur: quia hoc non impedit, quo minus ſit lis, quæ in curia nunquam finitur, niſi per ſententiam, vt dicit deciſ. x. in tit. vt lite pend. in nouis. quæ ſecundum numerum eſt 411. incip. Item ſi lite pendente. Donec igitur non ſit pronuntiatum ſuper deſertione, manet lis, & dimittitur via aperta vtrique parti ad procedendū in cauſa, vt declarāt Moder. in c. non ſolum. §. illa. col. iij. de appellat. lib. vj. Nec obſtat deciſ. j. eo. tit. in contrarium allegata, quæ vult, attentata poſt deſertionem non poſſè reuocari per appellantem: quia illud eſt verū per viam attentati, & ſic via priuilegiatiua, quæ fit ſummariè abſque litis conteſtatione. & ita procedit illa deciſio. Secus autē via ordinaria nō priuilegiatiua, & ſic per viā iuſtitiæ. ita in terminis concordant iſtas deciſiones Philipp. Francus, poſt d. An

*Lis finita quādo dicatur.*

*Attētata poſt deſertionem.*



Ant. & Imol. in cap. ſæpe. in x. col. verſ. in gl. in verbo, rata. de appell. & Abb. & Præpoſ. in c. cum ſit. in vij. notabili. eod. tit. Vel dicas, quòd ideo attentata non reuocantur deſerta appellatione: quia non fuit doctum de qualitate grauaminis, & ita procedit deciſio, aliàs ſecus, vt not. gloſſ. in d. c. non ſolum. Abb. & alij in cap. dilecti. de ma. & obe.

¶Non obſtat etiam deciſ. lxix. de appell. in antiq. quòd per appellationē extraiudicialem, non inducatur litis pendentia: quia ad illam deciſionem reſpondetur multipliciter. Primo, quòd illa deciſio intelligitur certo reſpectu, videlicet, reſpectu collationis, vel poteſtatis conferendi vel eligendi, de quibus loquitur clem. j. & ij. vt lite pendente. Secus verò in materia beneficiali: ita expreſſè declarat Imola & latius Card. Alex. in c. bonę. in ix. col. verſ. ſuccedit quęſtio. & col. x. verſ. decimus eſt effectus. de appell. poſt Ioan. Andr. in c. cum M. in verbo, innouata. de conſtit. vel illa deciſio procedit, quando appellatio extraiudicialis non fuit intimata legitimæ parti, vt cōcordetur Egidius in dicta deciſ. dccxlix. quia ſine intimatione non deuoluit. Vel illa deciſio procedit in materia profana, vel ſpirituali: ſecus autem in beneficialibus: quia in tali materia illa appellatio extraiudicialis, quæ interponitur ad Papam, & de qua pars habet notitiam, habet vim veræ citationis, & per conſequens arctat appellatum, ſicut vera citatio, & deuoluit cauſam, ſicut appellatio iudicialis, vt eſt text. in cap. j. de appell. lib. vj. quem text. ad hoc ponderat Præpoſ. in d. c. cum ſit Romana. col. penul. in gl. ne ſolent. Et in c. bonę. in vij. col. in verſ. fallit ſecūdo. & in xj. col. verſ. decimus eſt effectus. eod. tit. Et quòd in tali appellatione intimatio, vel aliàs ſciētia requiratur, quo ad hoc vt dicatur citatio, probat idem Præpoſ. in d. c. bonæ. in viij. colum. verſ. xij. & vltimo. per text. in cap. j. de elect. lib. vj. Et ita limitatur dictum Innoc. & ſequacium in d. cap. dilecti. de maior. & obed. & doctrina Abb. & aliorum in d. c. cum ſit. volentium appellationem extraiudicialem non eſſe propriam appellationem, neque veram citationem arctatoriā. Nam, vt dixi, non procedit in beneficialibus, in quibus habet vim veræ citationis, & deuoluit negotium ad curiam, inuito appellante, & appellato, dummodo fuerit intimata, vt latius declarat idem Præpoſitus, quōdam Rotæ au-

*Litis pendentia.*

ditor,& poſtea dignisſimus Cardinalis,in d.c.bonæ.in ix. col.verſ.ſuccedit.& col.xj.ver.decimus.per c.j.de ele.lib.vj. & eſt de hoc clara deciſio Rotæ xxxviij.in nouis.vel etiam dicas,quòd appellatio extraiudicialis nõ inducit litis pendentiam,reſpectu totius cauſæ,ſicut iudicialis.& ita intelligitur illa deciſ.ſecus verò reſpectu illius grauaminis à quo appellatur,& ita procedit deciſio Egidij,& ſic declarat Præpoſ.in d.capitulo,bonæ.in ix.col.verſ.ſecũdus effectus.poſt Abb.c.cum nobis.de elect.

¶Minus obſtat,quòd iſta appellatio non noceat poſſeſſori,vt Innoc.in d.c.dilecti.quia hoc eſt verum,reſpectu malæ fidei,vel impedimẽti,quo minus vti non poſsit iure ſuo. Ita intelligit illud dictum Innoc. Card. Alex.in d.c.bonæ. in xj.col.verſic.ſecundus effectus. Secus verò reſpectu iſtius regulæ,quæ cum ſit odioſa,debet ſtrictè intelligi.

¶Circa ſecundũ articulũ iſtius q.videlicet,an poſsidẽs per triennium,poſt appellationem extraiudicialem intimatã, & iam deſertam poſsit iuuari exceptione iſtius regulæ?

¶Solutio.Iſtud dubium fuit hodie octaua Nouemb.M.D. xxxviij.propoſitum per eũdem Reuerend. Dominum Raynaldum Petrutium in Rota,vbi diſputatum fuit. Tandem dominorũ vota ſe in duas diuiſerunt partes. Nam quatuor dicebant,poſſeſſorẽ iuuari poſſe regula.Primo,quia quemadmodum per ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam, à qua non eſt appellatum,dicitur finiri & extingui lis,vt dicit gl.in cle.fin.in verſ.poſtquàm.vt lite pend.Ita & lis dicitur finita,quando fuit appellatum,ſed appellatio eſt deſerta:quia per deſertionem fingitur nunquam fuiſſe appellatum,& ſententia tranſit in rem iudicatam,vt dicit text.in l. fi.§.illud.C.de temp.appell.& in clem.ſicut.& clem.ſi appellationem.de appellat.& iſto argumento vtitur Decius,qui hoc tenet in conſilio xxxiiij.de vltimis impreſsis.incipien. viſa inſtructione, &c.col.iij. Et hoc in caſu iſto facilius videtur tenẽdum,quia idem appellatus eſt,qui poſt deſertionem appellationis poſſedit per triẽnium,& petit iuuari regula. Ex quo datur intelligi,quòd licet poſt deſertionẽ appellatus poſsit cõtra appellantẽ agere,vt deciſ.xxxix.de appellat.in antiquis:quaſi quòd deſertio ſit inducta in odium appellantis,& non appellati. Tamẽ quando appellatus renun-

Litem per ſententiam finiri dupliciter cõſideratur.





nuntiaret proſecutioni ſuæ,& ſic fauori ſuo deſertio eſſet inducta quo ad vtroſq;. Sed hic poſsidendo per triennium poſt deſertionem animum habuit ſe velle vti iſta reg.prout apparet. Ergo tacitè viſus fuit renuntiare proſecutioni,& ſic velle litem finiri per ſentẽtiam. Alij quatuor domini,inter quos ego,tenebamus cõtrarium,iſtis fundamẽtis :quia, vt dictum fuit in proxima quæſtione,per appellationẽ extraiudicialem legitimè intimatam inducta fuit litis pendentia,vt dicit Egidius deciſio. dccxlix. Igitur dicitur per eam induci moleſtia & perturbatio, vt dicit deciſ. Thomæ Faſtoli,cauſa iij.dubio xiij. Et tamen conſtat illam litis pendẽtiam,vel moleſtiam iam ſemel cauſatã & inductam,ac ad curiam iam deuolutam, per deſertionem ſolam non tolli, quia iuxta ſtylum Rotæ,relatum in deciſ.x.vt lit.pẽden.lis non finitur,nec tollitur niſi per ſentẽtiam.Quod manifeſtè probatur,quia appellatus, non obſtante deſertione, poteſt agere contra appellantem,& proſequi cauſam per audientiam contradictarum,ſine noua citatione,vt dicit deciſio xxxix.tit.de appell.in antiq.& deci.xvij.eo.tit.in no. Egid. deciſ.dxxj.& deciſ. ccxxxvj.circa finem.& deciſ.dccxxix.incip.ſi in cauſa.& in alijs pluribus deciſ. Ratio redditur per eundẽ Egid.in deciſ.ccvij.incip. auditor.& in deciſ. cclxxiij. incip.defectus. Quia deſertio appellationis, videlicet, quòd fingatur non eſſe appellatum,eſt inducta ſolum in odium appellantis,non autem appellati. Et hinc eſt,quòd auditor datus ſuper cauſa appellationis & deſertionis,ſi reperiat benè iudicatum & malè appellatum,& appellationem eſſe modo deſertam,poteſt pronuntiare benè proceſſum & malè appellatum,& ſic primam ſententiam confirmare, & appellationem deſertam declarare : quia de omnibus iſtis conſtat ſibi. l.de qua re.ff. de iudic.ita dicunt illæ deciſiones Egid.& idem tenet deciſ.xiiij.tit.de appell.in no.& Philippus Peruſinus in capitulo,ex ratione.colum.xx.verſ.circa tertiũ.de appellat. Apparet igitur ex iſtis,quòd poſt deſertionem adhuc durat iudicium,& per cõſequens lis. Et ideo durãte lite,non poteſt aliquis dici pacificus ad effectũ iſtius regulæ. Hinc voluit Innocen.& alij communiter in cap.ex parte. el ſecundo.de reſcript.quòd ſi appellatus recipit appellationem,vel aliàs intereſt ſua,ne appellatio deſeratur,

Appellatus non obſt. &c.

Auditor dat⁹ ſuper cauſa appellationis.

*Appellãs quã do poteſt renuntiare appellationi.*

non poteſt appellans illi renuntiare,niſi quatenus tendit in
ſui fauorem. Neque etiam permittere,quòd fatalia laban-
tur,quod eſt idem ſecũdum Ang.in rep.§.qui pronũtiauit.
l.tale pactum.ff.de pact. Et ſi appellans contrarium fecerit,
poteſt appellatus proſequi deſertionem,& à iudice appella-
tionis condemnationem expenſarum obtinere:ſecundum
Ant.de Butr.& Imol.ibi.& ita dicit ibi Petrus de Anchar.ſe
obtinuiſſe in facto,& conſuluiſſe Federicũ de Senis.& idem
tenet Salyc.in l.cos.C.de appell. Et cum iſtis concor.deciſ.
xxiiij.tit.de appellat.in nouis.incip.item quòd auditor &c.

*Auditor ĩ cauſa appellationis.*

quæ dicit,quòd auditor in cauſa appellationis,abſque alia
noua cõmiſsione, poteſt de deſertione cognoſcere,& pro-
nuntiare appellationem eſſe deſertam:vel confirmare,ſi vo
luerit,primam ſententiam,& in expenſis appellantem con-
demnari facere,vt in capitulo,ſua.de appellatio.& idem te-
net Thomas Faſtolus cauſa iij.dubio ix. per text.in dicto
capitulo,ex parte.& eſt de etiã hoc deciſ.xxxvj.de re iud.in
antiq.Ex quibus omnibus manifeſtè apparet,per ſolam de-
ſertionem appellationis,nec litem ex ea motam extingui,
nec iudicis appellationis iuriſdictionem finiri. Quod vlte-
rius ſuaderi poteſt ex ijs quæ dixi in regula de annali.quæſt.
xliiij.vbi concluſit Rota in fortioribus terminis poſt ſentẽ-
tiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,ante eius executionẽ,
durare adhuc aliquas reliquias litis prioris,quæ pacificam
poſſeſsionem impediunt ad effectum illius regulæ,& ita ſæ
pius tentum fuiſſe,vt ibi latius ſcribo.

### QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVINTA.

*Poſſeſsio pacifica quo ad regulam de triennali.*

QVAERO, an poſſeſsio deſinat eſſe pacifica,quo ad iſtã
regulam ſi poſſeſſor triennalis confiteatur per literas
ſuas ſe habuiſſe notitiã citationis decretæ con-
tra eum ante completum triennium?

* ¶SOLVTIO. Rota die xix.Martij M.D.xxxv.in cauſa Le
gionen.beneficiorum coram domino Iacobo Simonetta
tenuit,quòd non,quia per illam notitiam,ſiue ſcientiam ci-
tationis,nec poſſeſsio beneficij,neque fructus turbari viden
tur,quia lis turbatiua pacificæ poſſeſsionis,non ita de faci-

*Lis turbatiua.*

li inducitur,vt notat Bonifac.de Vitalinijs.Rotæ auditor
antiquus in clem.ij.in ij.col.vt lite penden.& facit deciſio
Egidij ccccclxij.Et ita etiam tenuerunt Domini in vna Ti-
raſo



raſonen.canonicatus coram R.D.Marco Antonio,de men *
ſe Maio M.D.xxxviij.Pro qua deciſione faciunt omnia illa
fundamenta quæ vnus ex dominis adducebat contra illam
deciſionem factam,videlicet,quòd ſola cõmiſsio cauſæ in-
terrumpebat annalem & triẽnalem pacificã poſſeſsionem,
quæ hic non repetam : quia latiſsimè dictum fuit in regula
de annali.in xlviij.& xlix.q.& dicetur etiã infrà q.ſeq.Nec
obſtat deciſ.ccccviij.incip.fuit dubitatũ & quæſitum,&c.in
no.& deciſ.ccccxxj.etiã in no.vbi diſponitur per cõmiſsio-
nem ſpoliantis confitentis titulum aduerſarij ſpoliati pro-
bari titulum coloratum ſpoliati ad effectum,vt ille reſtitui
poſsit,de quo dixi ſuperius q.xxxvj.ſic videbatur hic dicen
dum.Nam ſi poſſeſſor triennalis confitetur ſe habere noti-
tiam citationis decretæ contra eum ante completum trien-
nium,ex hoc videtur probari interruptio poſſeſsionis tri-
ennalis.

*Poſſeſſor triẽnalis.*

¶Sed ad iſtas deciſiones reſpondetur,quòd illæ procedunt
ſpeciali fauore ſpoliati,pro quo multa ſpecialia in iure in-
ducta ſunt in odium ſpoliantis,vt ibi dicunt prædictæ de-
ciſiones:ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro. Imò faciunt per
contrariũ, ex quo regula iſta eſt fauorabilis poſſeſſoribus,
& odioſa negligentibus,ſicut vſucapio triennalis,vt dicit
Bart.in l.fin.in princip.ff. de eo per quem factum erit.non
debet igitur talis confeſsio ſolius notitiæ citationis turba-
re poſſeſsionem, quia non cauetur iure,quòd ſola confeſ-
ſio ſcientiæ allegata per actorem negligentem arguat in-
terruptionem pacificæ poſſeſsionis,ſi aliũde non appareat
de vera lite,quæ per executionem citationis,vel productio-
nem mãdati ipſius poſſeſſoris inducitur,& tunc meritò de-
ſinet eſſe pacificus,quia titulus beneficij eſt affectus,vel etiã
ſi poſſeſsio turbetur.Clarius igitur debet actor contra paci
ficum triennalem probare intentionem ſuam, & non per
coniecturas,ex quo actor præſumptiones contra ſe habet.
Et ita in prędicta cauſa iudicauit d.Iacob.nunc Cardinalis.

### QVAESTIO QVINQVAGESIMASEXTA.

*Poſſeſſor committẽs cauſã.*

QVAERO, nunquid poſſeſſor committens cauſam, &
decernens citationem contra tertium ſuper beneficio
quod poſſedit,quam citationẽ per decẽ annos
execu

executus non fuit, ſed ſemper beneficium prædictum poſſedit, dicatur pacificus poſſeſſor ad effectum iſtius regulæ?

¶ Solvtio. Hodie ſeptima Februarij M.D.xxxvj. in vna * Valentina parochialis coram Reuerend. D. Raynaldo de Petrutijs, quatuor dominis exceptis, Rota iudicauit, quòd ſic, Ex eo, quia licet iſte poſſeſſor committendo cauſam videretur litem introducere, & beneficium litigioſum facere, illa lis nocet tantũ in certis caſibus expreſsis, de quibus ſcripſi ſuperius in tract. ſignaturæ. num. 64. & dicã aliquid infrà q. lxj. & q. fin. In illis igitur tribus caſibus in dicto tract. enarratis litis pendentia per ſolam cõmiſsionem, & decretum citationis in odium committentis cauſam introducta dicetur, licet citatio executa non fuerit, ſecus verò quo ad effectum iſtius regulæ. Nam ex quo huic poſſeſſori, qui cauſam commiſit, nullus moleſtiam intulit, nõ poteſt dici non pacificus, quia non fuit in aliquo perturbatus: neque de iure, neque de facto. Et lis dici non poteſt inchoari, niſi per litis cõteſtationem, vt in §. omnem. in authen. de litig. & notatur in cap. relatum. de off. deleg. Et regula iſta quæ loquitur de poſſeſsione pacifica præſupponit non eſſe litẽ, quam debemus de vera lite intelligere, quæ ex tribus perſonis conſtituitur, vulgato cap. forus. de verb. ſig. arg. l. j. ff. ſi ager vectig. l. fin. C. de his, qui veniam ætatis. & cap. penult. de ſent. excommunic.

Lis nõ poteſt inchoari, niſi &c.

Lis vera tribus perſo. cõſtituitur.

¶ Et pro iſta opin. adducebatur, quòd in caſu iſtius quæſtionis poſſeſſor poſt decretam citationem non executam poſſedit per decem alios annos, cuius quidem temporis interuallum inducit titulum præſumptum, iuxta l. ſi filius. C. de petit. hæred. & dixi ſuperius in alia quæſtione. qui quidẽ præſumptus titulus quandam etiam litis abolitionem inducere videtur, per ea quæ tradunt Doct. in cap. contingit. de dolo & contum. & in cap. illud. de præſumpt. pro quibus faciunt in propoſito verba hîc in fine regulæ appoſita, videlicet, antiquas lites penitus extinguentes, &c. vt latius dicam, infrà quæſt. lxj. Et quia vera moleſtia conſiſtit, quando vel perturbatio circa titulum, poſſeſsionem, vel fructus infertur, vt not. clem. gratiæ. de reſcript.

Moleſtia vera in q̃ conſiſtat.

¶ Prædictis tamen non obſtantibus communis opin. Dominorum in pluribus cauſis firmata ſe habuit in cõtrarium, videlicet



videlicet quòd poſſeſſor per ſolam cõmiſsionem cauſæ, & decretum tantum citationis inde emanatum dicatur taliter litem introducere, quòd interrumpit ſuam poſſeſsionẽ pacificam, adeò, quòd vti non poterit exceptione iſtius regulæ. * Et ita in terminis tenuerũt Domini in vna Parmen. Archipresbyteratus coram D. N. de Spina, de menſe Martio M.D.xix. vt refert domin. Gulielmus hîc in quadam deciſione. Et hoc idem poſt dominum Gulielmum temporibus meis iudicauit Rota, coram R. P. D. Petro Vortio in vna Toletana, * die x. Nouẽb. M.D.xxxiij. Et ita eodẽ modo poſt longas informationes iudicauit Rota per tres ſentẽtias in vna * Conchen. præſtimoniorum contra quendam Ioan. de Morillas, in qua cauſa ego primam ſentẽtiam protuli. Et idem in alia Giennen. canonicatus, corã domino Simonetta contra Rodericum Lopez, in quibus ego tunc fuerã tertius reſponſalis. Et idem Rota tenuit in vna Valentina parochiali * de Pego, coram R. D. Ioan. Mohedano, & in pluribus alijs cauſis, quas breuitatis cauſa omitto. Et fundamentum iſtarum deciſionum conſiſtit in quatuor deciſionibus antiquis, quarũ vna eſt in titulo, vt lite pend. in nouis, deciſ. vj. & deciſ. iiij. eod. tit. in antiq. Et eſt deciſ. Egidij cclxxx. & dxlv. quæ deciſiones concludunt, quòd per commiſsionem, cum ſolo decreto citationis inducatur vera lis, quæ operatur omnes effectus quo ad committentem cauſam, quos inducit lis executa citatione, per rationes, de quibus ibi per eos. & illas deciſiones ſequũtur Felyn. in cap. ſuper literis. col. viij. de reſcrip. & Georg. Aſtenſ. in repet. clem. ſæpe. in prin. col. vj. de verb. ſig. Non obſtat, quòd lis per ſecundam cõmiſsionem & citationẽ non dicatur introducta, niſi in tribus caſibus: quia hoc negari poteſt, imò quo ad cõmittentem, qui ſibijpſi litem & moleſtiã intulit, dicitur omni caſu vera lis, & ſibi imputet, qui hanc viam elegit. l. ſi mulier. ad Velleia. l. Imperatores. ff. de iure fiſci. Vnde ſicut ſi reus habens notitiam citationis nondum executæ veniret ad cauſam, diceretur introducta vera lis, quo ad ipſum: Ita & cauſam committens, & decernens citationem ex qua ſe habet, pro moleſtato in beneficio debet induci lis, quo ad ipſum. Cum correlatiuorum debet eſſe par cõditio. l. fin. ff. de acceptilationibus. Nec obſtat, quòd lis conſtat ex tribus perſonis, &c. quia

Lis vera ſolo decr. citationis inducat.

quia illud procedit in iudicio, ſecus in lite, quæ poteſt cum iudice & actore tantum conſtitui, vt in dictis deciſionibus. Nec etiam releuat, quòd lis capit initium à litis cõteſtatione: quia illud ex parte actoris non procedit, qui titulũ ſui beneficij per commiſsionem ſuam litigioſum effecit, & ſic viſus fuit principi confiteri ſe ab alio, & ſuper hoc moleſtari, petijt cauſam committi, & ſic committendo cauſam, ſibi- ipſi litem intulit, quæ durat durante commiſsione, donec aliquo iuris fine terminetur. faciunt notata per Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. olim. de accuſationib. Et iſta deciſio Rotæ, in prædictis cauſis facta, procedit etiã ſi reus, cõtra quem emanauit citatio, ceſsit liti & cauſæ coram notario, quia hoc non obſtante adhuc cauſam omittens non dicetur pacificus: quia lis ſemel per commiſsioné introducta nõ perimitur, niſi per ſententiam executioni demandatem, vel per extinctioné Papæ, vt ſunt deciſiones vulgatæ. Et ita in iſto caſu concluſit Rota, die v. Iunij M. D. xxxix. in vna Bracharen. parochialis ſanctorum Fauſti & Cypriani, coram R. P. D. Marcello epiſcopo Marſicano pro Chriſtophoro Ferdinandi, contra Aluarum Ferdinandi, qui prætendebat ſe eſſe triennalem pacificum, propter prædictã ceſsionem litis & cauſæ, vt latius in ſuis informationibus dixerunt aduocati.

Lis durãs durante commiſſione.

*

## QVAESTIO QVINQVAGESIMA SEPTIMA.

QVAERO, an ab iſta regula actor deducere ex triennio poſsit tempus impedimenti bellorum, infra quod nõ potuit poſſeſſorem triennalem ad iudiciũ euocari facere?

Poſſeſſor triennalis.

¶ SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non, & tenuit Rota de menſe Ianuario M. D. xxxij. coram R. P. D. Marcello, in vna Zamoren. quæ voluit non deduci tempora impedimenti, ex eo, quòd probatũ fuerat bella de anno M. D. xxvij. in vrbe fuiſſe. Nam illud non concludebat: propterea quia potuit poſſeſſor conueniri, & in partibus coram ordinario citari, vbi impedimentum non erat, & ſic interrumpi poterat ibi triennalis poſſeſsio. Si igitur actor non fecit, ſibi imputandum eſt. Ita ibi dixerunt Domini.

*

¶ Sed aduertendũ eſt, pro clariori intelligentia iſtius quæſtionis, quòd impedimentum poteſt conſiderari multipliciter, & vario modo: & ideo in iſta quæſtione diſtinguendi ſunt



ſunt plures caſus.

¶ Primus eſt, quando bellum eſt in vrbe, & non in loco beneficij, & tali caſu non excuſatur negligens. Et ita procedit deciſio facta in dicta cauſa Zamoren. propter rationem in ea aſsignatam. Et quia huiuſmodi impedimentum venit ex facto impediti, quo caſu non excuſat, vt notat Rom. in conſ. ix. facit text. in cap. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. & ſequuntur Moder. in l. naturaliter. ff. de vſucap.

Impedimentũ belli.

¶ Secundus caſus eſt, quando bellum viget in loco beneficij, in quo citari debet poſſeſſor ad effectum interrumpendi poſſeſsionem: & iſto caſu communis eſt reſolutio, quòd deducantur de medio tempora impedimenti bellorum, quia interim præſcriptio non currit, ſed dormit, adeò, quòd finito bello, ſiue hoſtilitate, tempus ſequens continuatur cum præcedenti, vt not. Innoc. & Doct. in cap. ex tranſmiſſa. & cap. auditis. & in c. de quarta. de præſcript. & eſt deciſ. Egid. lxxxiij. Et idem eſt quando actor non potuit citare poſſeſſorem, ex eo, quia fuit detentus ab hoſtibus, nec potuit procuratorem conſtituere: tali enim caſu præſcriptio triennalis non curreret cõtra eum, vt tradit Specul. tit. de in integ. reſt. §. j. ver. diximus. Et habetur in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cauſ. maior. facit gl. in cap. cum per bellicã. xxxiiij. q. ij. quæ voluit, quòd clerico captiuo ab hoſtibus, & poſtea redeunti, eſt beneficium reſtituendum quantocunque tempore ſteterit detentus. gl. in cap. paſtoralis. vij. q. j. Et idem dicitur de impedimento grauiſsimæ peſtis, quando aliquis non audet accedere ad citandũ poſſeſſorem, per ea quæ not. in cap. ſi verò. de iureiuran. & notat Abb. in cap. dilecti. de dolo & contum. Hinc noluit Henr. Boich Doctor antiquus in cap. quoniam. vt lite non conteſt. quòd vbi aër eſt infirmus & peſtifer, poteſt beneficiatus ſe abſentare à beneficio, nec debet procedi cõtra eum ad priuationé, ſed debet expectari quouſq; ceſſet impedimentũ. facit text. in clemẽtina, ne in agro, §. ſanè. de ſtatu monachorum. iuncta gl. in verbo, rationali. Et ita in genere reperitur iſte caſus deciſus in cõcilio Baſilien. titulo, de pacificis poſſeſſoribus. à quo ſumpta fuit iſta regula, vt ſuperius in proœmio diximus, in quo quidem concilio excipitur caſus hoſtilitatis, vel aliud legitimũ impedimentum. Eſt bene verum, quòd taliter impeditus debet de hoc

Cleric9 captiuus ab hoſtibus.

Abſentare ſe à beneficio.

de hoc proteſtari,& poſſeſſori intimari facere, iuxta formã clem.cauſam.de elect. Tamen hoc intelligi debet in caſu,in quo poſsit fieri intimatio. Nam ſi eſſet actor incarceratus, vel vi detẽtus excuſandus eſſet.per not.per Abb.in cap.cum M.de conſtit.& cap.j.quod metus cauſ.& not.Bald.in l.ſi repetendi.C.de condict.ob turp.cauſ.

¶Sed in caſu,in quo perſona impedita non fuiſſet, eſt dubium nunquid talis proteſtatio hodie ſit neceſſaria, quia licet in dicto concilio ſtatuatur hoc eſſe neceſſarium: tamen Romani Pontifices in ſuis regulis Cancellariæ hoc non receperunt,ſed potius viſi ſunt illud relinquere ſub diſpoſitione iuris communis.arg.l.commodiſsimè.de liberis & poſthum. Et de iure communi regulariter non eſt neceſſaria proteſtatio impedimenti extraiudicialis, quia ſine ea excuſatur impeditus,licet poſsit aliquando de bene eſſe fieri,& ad cautelam.l.ſi cum ipſe.ff.de excuſat.tut.cap.ex infinuatione.de appellationib.de quo Bart.in l.ſenatus.ff.de offic.præt.& cap.plerunque.de reſcript.vbi Abb.& Petrus de Anchar.in cap.cupientes.§.quòd ſi per viginti.de elect.lib.vj.de qua quidem proteſtatione, nunquid neceſſaria ſit, latius in regula de annali.quæſt.lxxv.& ſequen.dixi.

*Impedimenti proteſtatio.*

¶Aduertendum tamen eſt vlterius,quòd allegans impedimentum,ad effectum vt audiatur contra regulam, debet illud probare, vt eſt deciſio iij.in tit.de iureiur.in antiquis. aliàs eſt num.303.& hoc tenet Innoc.in cap.ex tranſmiſſa. in prin.de præſcript.& eſt text.in l.ij.§.quod diximus.ff.ſi quis caut. Quomodo autem probari debeat impedimentũ, deciſio prædicta dicit, quòd quando præſumptio veriſimilis eſt pro impedito,ſufficit illud probare propoſito iuramento: aliàs autem plenè probari debet, ex quo agitur de præiudicio tertij,vt tradit Fely.in cap.ſi pro debilitate.col. penult.de offic.deleg.& Moder.Mediolanen.in cap.ſciſcitatus.in fin.de reſcript.& in cap.cum ſit Romana.in j.col. de appell. Et iſta omnia de plano procedunt, quando quis petit ſe admitti per viam reſtitutionis ad agendum contra regulam eum excludentẽ.vbi verò quis admittitur per viã gratiæ,ſecus eſt,vtputa quando quis petijt prorogationem iſtius regulæ,fortè ad annum. Nam licet in prorogatione dixerit ſe illam prorogationẽ petere,propter impedimenta belli,

*Impedimentũ allegans ad effectum.*

*Impedimentũ quomodo probari debeat.*



belli, non tamen aſtringitur ad probandum illa. Ita hodie xviij.Februarij M.D.XXXVIII.fuit concluſum per Dominos in vna Toletana Abbatiæ ſancti Vincentij, coram D. Io.Paulo Ptolomæo. Ratio fuit,quia ex quo Papa gratioſe conceſsit prorogationem infra tempus regulæ, quam ſine aliqua cauſa nemini ſolet denegare,expreſsio eorum,quæ ſi tacita fuiſſent,nihilominus Papa concederet, etiam ſi ſit falſa,nõ vitiat conceſsionẽ,vt eſt deciſ.cccl.incip.Nota quòd illa.poſt Innoc.in cap.in noſtra.in fi.de reſcrip.& in c.cum noſtris.de conceſſ.præbend.Egid.deciſ.iiij.& deciſ.cxv.Et præſertim in dicto caſu, vbi ſi Papa prorogationem nõ conceſsiſſet,poſſet actor agere cõtra poſſeſſorem, cum eſſet infra tempus triennij. *

*Expreſsio eorum,&c.*

### QVAESTIO QVINQVAGESIMAOCTAVA.

QVAERO, quid important iſta verba poſita in text.videlicet,ſuper beneficijs ſic poſſeſsis nequeant moleſtari?&c.

*Super beneficijs,&c.*

¶SOLVTIO. Omittendo illam diſputationem, de qua inter Doct.an prohibitio moleſtiæ intelligitur de iudiciali, vel extraiudiciali,de qua latè per Fely.& Moder.in cap.cauſam.de reſcrip.& in cap.in præſentia.de probatio.vbi latè And.Sicul.num.13.inſiſtit,vt ego latius dixi poſt Moder.in c.ad noſtram.el.j. de iureiur.qui quidem text.fuit mihi per R.P.Dominos meos auditores Rotę aſsignatus, in punctis publicæ diſputationis auditoratus mei, die vij.Maij M.D.XXIX.ſuper quo latiſsimam diſputationem compoſui.

*Moleſtiæ prohibitio.*

¶Ad propoſitum redeundo, dic quòd quo ad effectũ iſtius regulę,ille dicitur moleſtare poſſeſſorem,qui de iure,vel de facto iudicialiter, vel extraiudicialiter, quouis modo inquietat eum,etiã ſi verbaliter hoc agat, negando illum habere titulum,vt tradit Iaſ.in l.ſi prius.in v.& vj.colum.ff.de oper.no.nunt.Et hoc intelligitur tam in petitorio, quàm poſſeſſorio,vt dicunt in terminis Moder.in tract.beneficij. in iij.parte.q.xxj.vbi latè examinant iſtam regulam, & dixi ſuperius in alia.q. Et hoc in ratione conſiſtit,quia Papa hic mandat non moleſtari. Et tamen hæc verba,non moleſtari, ſeu nõ inquietari, idem important de iure canonico, quod ſilentium imponere,ſecundum Bal.in l.ij.C.ne fil.pro patr. Et ſilentium imponere, nihil aliud eſt, quàm audiẽtiam de-

*Moleſtare poſſeſſorem.*

*Silentium imponere quid ſit.*

negare.cap.j.§. ſi quis autem.de pac.Conſtan.& l.j.§.quod
ait.ff.de aleat.per quæ iura dicit Bald.in d.cap.j.quòd paria
ſunt,ſilentium perpetuum imponere,& audientiam perpe-
tuò denegare.Et ſunt tantæ potentiæ hæc verba,quòd ſen-
tentia imponens perpetuum ſilentium, vel audientiam de-
negans,eſt diffinitiua,& trahit ſecum executionem ipſo fa-
cto,nullo medio interueniente, vt dicit Bald.in l.j.§.fi.ff.ſi
quis in ius voca.non ierit.Innoc.& Ioan.Andr.in cap.cum
noſtris.de conceſ.præbend.facit text.in cap.dilecto.in fi.de
præbend.& in cap.eccleſia.de cauſ.poſſ.Vnde ille qui prohi
betur inquietari, videtur iuſſus perpetuò ſilere, ita quòd nõ
poterit audiri,ſi velit aliquid contra titulum dicere,ſiue per
viam actionis,vel in integrum reſtitutionis,ſiue alterius cu
iuſcunque proſecutionis, etiam per viam replicationis,vt
Alexand.dicit in conſil.xxxvj.j.volum.Et tradit notabilius
idem Alexand.in pulchro caſu in conſil.clj.viſo themate.&
conſil.clxiij.viſo proceſſu.in ij.vol.Et ſecũdum hoc poteſt

Poſſeſſor triẽnalis.

inferri,quòd triẽnalis poſſeſſor eadem debet ſecuritate gau
dere,qua gaudet præſcribens per xl.annos,per ea quæ Alex.
ibi adducit,& reaſſumũt Moder.in tract.præſcrip.fol.xxx-
viij.col.j.quod erit perpetuò notandum contra illos,qui di
cunt triennalem poſſeſsionem præſcriptioni non æquipol
lere.Et pro iſta opinione pondero illud verbum nequeant,
poſitũ in text.hîc.per quod tollitur iuriſdictio, adeò quòd
acta ſententia iudicis, & inde ſequuta in contrariũ non va-
lent, vt dicit Bald.in l.cum dubium.col.fin.C. de legibus.
& in l.cum lege.ff.de teſtament.& idem dicit Bald.in d.§.ſi
quis autem.Nam dicta verba, ex quo ſunt priuatiua, de na-
tura ſui tollunt omnem potentiam,vt dicunt Archid.& Io.
And.in nouella.& in cap.cum plures.de offic.deleg.lib.vj.
Et adeò hoc eſt verum, quòd dicit hîc Gloſſator in quinta

Non moleſtari.

col.verſic.& ex hoc conſului,quòd iſta verba,non moleſta-
ri,adeò omne impedimẽtum tollunt, quòd poſſeſſori dant
* titulum.Vt tenuit Rota in vna Portugal.de Vallada,in qua
ita pronuntiauit Gaſpar Auditor, vt hîc per eum. Tamen
ego de hoc multũ dubito,per ea quæ dicã hîc in calce iſtius
quæſtionis.Et quòd iſta verba non moleſtari, abſolutè in-
telligantur de omni moleſtia,ſunt plura iura,in primis tex.
in cap.ſecundo.in fi.ibi,non eſſe moleſtandos. de præſcrip.
lib.



lib.vj.& bonus.text.in l.fin.in verſic.nullam moleſtiam, vel
inquietitudinem.C.de fun.pat.lib.xj.& in cap.licet.in fi.de
probat.& in cap.j.de ſtatu monac.& in l.Aurelius.in princ.
& §.Gaio.ff.de lib.leg.facit etiam text.in cap.ex parte Adæ.
de teſtib.& in cap.audita.de reſtit.ſpol.& in cap.dilectus.de
ſimon.& in l.j.C.de nundi.Et iſta omnia procedunt, quan
do ſubiecta materia & generalitas verborum hoc innuunt:
quia tunc clarum eſt, verbum moleſtia, de omni perturba-
tione debere intelligi,vt dicunt notabiliter Moder.Medio
lanenſ.in cap.ſciſcitatus.in iiij.notab.per illum text.de re-
ſcrip.& eſt notabilis deciſio Rotæ xviij.in titulo de reſtitu.
ſpol.in nouis.quam plures ſequuntur,vt ibi dixi.Et eam no
uiſsimè ſequuti ſunt Domini mei in vna Bracharen.paro-
chialis Sanctorum Fauſti & Cypriani,coram R. D. Io.Pau-
lo,de menſe Iunio M. D. XXXVIII. Cum igitur in iſta regu *
la ſint verba prægnantia,concludendum eſt,intelligi debe-
re hoc verbũ moleſtia, generaliter de omni inquietatione.
¶ Et iſta declaratio facit ad plures quæſtiones examinãdas
inferius.Et verba huiuſmodi nõ moleſtari,reſpiciunt litem
antiquã.Hoc enim colligitur ex verbis regulæ Calixti,quæ
habebat alia verba,quæ nõ ſunt hodie in modernis regulis.
Nam dum text.hîc dicit, dũmodo in beneficijs huiuſmodi,
ſi diſpoſitioni apoſtolicę ex aliqua reſeruatione generali in
corpore iuris clauſa, reſeruata fuerint, ſe non intruſerint,
&c.in regula Calixti ſequebantur iſta verba, Et cauſę ſuper
ipſis beneficijs,ab anno proximè tranſacto, proſecutæ non
fuerint, ſuper beneficijs taliter poſſeſsis nequeãt moleſtari,
&c.Ita quòd illa moleſtia reſpicit litem præteritam:quam ſi
non proſequebatur,prohibetur moleſtari. Poſſunt etiã re-
ſpicere futuras impetrationes,cum etiam illud moleſtia ap-
pelletur. Nam impetrando contra aliquem poſſeſſorẽ trien
nalem, dicitur moleſtari,vt in l.fi. C.ne lite pendent.& in l.
ſi quis maior.vbi latiſsimè repeten.C.de trãſactio. Et licet
verbum moleſtia, largo modo capiat omnem moleſtiam,
etiam in poſſeſſorio:illud tamẽ non procedit, quo ad iſtam
regulam,quæ non habet locum, quãdo agitur poſſeſſorio,
vt ſuperius in alia quæſtione eſt dictum, ſed procedit tantũ
in petitorio,& circa illud dicit regula, non debere poſſeſſo
rem moleſtari. Eſt etiam aduertendũ,quòd moleſtia iſta in-

telligitur,reſpectu actoris impetrantis,ſecundum gl.notabilem in c.cum olim.de cauſ.poſſ.& propr.not.Bald.in c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpol.Secus verò eſt,reſpectu ordinarij,cui non obſtat iſta regula, nec illi ſilentium imponitur. Nam poteſt ordinarius,etiam poſt triennalem poſſeſsioné, amouere poſſeſſorem ſine titulo,& alteri conferre,quia ordinario non obſtat regula,vt in terminis dicit Fely.in cap. ſicut.in xvj.col.de re iudic.& in c.licet Heli.de ſimo.& in c. illud.de præſumpt.poſt Abb.in cap.dilecto.de præbend.

¶Ex quibus omnibus facio iſtam cóclusionem, quòd licet verbũ moleſtia, generaliter de omni moleſtia intelligatur, vt dictum eſt:tamen in iſta regula non intelligitur generaliter,ſed reſpectu tituli tantum. Sed ſuper poſſeſſorio, triennalis poſſeſſor moleſtari poterit, vt dictũ eſt ſuperius q.xj.

Moleſtia, verbũ, de qua moleſtia intellig. &c.

¶In contrarium tamen, quòd moleſtiæ prohibitio in dubio intelligatur de poſſeſsione tãtum, & non in petitorio, videtur text.in c.licet cauſam.de probat.Sed ad illum text. poteſt reſpõderi;quòd ibi fuerat actum poſſeſſorio retinendæ:propterea illa verba,impoſitionis ſilẽtij, & ſic moleſtiæ, poſſeſſorium tantum reſpiciunt: quia ſententia refertur ad id quod eſt petitum,vt in l.ſi quis.ff.ad exhiben. & ibi gl.& Bart.& in l.ſi vt proponis.la.j.C.quomodo & quando iud. Sed extra illum caſum,ſilentij impoſitio reſpicit poſſeſſoriũ & petitorium,vt probatur in c.dilecto.in fi.de præben.& in c.eccleſia.de cauſ.poſſ.& propr.& in cap.j.in fin.de conceſ. præbend.lib.vj.& ſecundum hoc poſſet defendi dictũ Gloſſatoris hîc, quòd iſta verba nequeant moleſtari:ſi vtrunque comprehendunt,poſſeſſori triennali titulum dare videtur. Ex quo infertur,quòd triennalis poſſeſſor,etiam cõtra ordinarium ſe defendere poſſet.

Sentẽtia & ſilentij impoſitio ad quid referantur.

¶Tamen iſtis non obſtantibus,cõtraria opinio eſt verior, videlicet quòd iſta regula ſecundum interpretationem Rotæ,non dat titulum,ſed tantum exceptionem, & ideo ordinarius non prohibetur contra triennalem de titulo inquirere.Ita tenent Felyn.& communiter Moder.in d.cap.ſicut. & in alijs locis ſuperius allegatis. Et quòd iſta opin.ſit vera,videlicet,quòd iſta regula non det niſi tantum exceptionem, probo manifeſta ratione: quia dicta verba,nequeant moleſtari &c.hîc poſita,ſunt prohibitiua, ex quibus reſultat



tat vnum dictum vbique approbatum,quòd quando lex aliquid vetat ad cõmodum illius,cui fieri aliquid vetatur,tunc ex illa lege non competit illi in fauorem, cuius prohibitio facta fuit,niſi ſola exceptio.iſta eſt doctr.Bart.communiter approbata in l.j.in ij.colum.verſi.quandoque lex vetat &c. num.5.ff.de condict.ex leg.& in l.j.ff.ad Maced.& in l.j.ff. ad Velleia.Sed in caſu noſtro, prohibitio moleſtiæ,per iſtã regulam in fauorem triennalis poſſeſſoris inducta fuit: ergo illi tantũ competet exceptio & non actio,& ſic nõ acquiritur illi per iſtam regulam titulus: quia ſi titulus acquireretur,agere poſſet,cuius contrarium ex ſuperius dictis probatur.

Lex vetãs ad commodum.

¶Concludo igitur,regulam iſtam tãtum exceptionem producere, quæ non impedit ordinarium inquirentẽ. Item quòd illa prohibitio ſolum operatur, quando triennalis poſſeſſor ſuper titulo moleſtatur,non autẽ ſuper poſſeſsione,per ea quæ ſuperius diximus in q.xj.Ex quibus infertur,quòd iſta verba,nequeant moleſtari,hîc poſita,attenta ſubiecta materia iſtius regulæ, non concernent poſſeſſorium,prout in d.c.dilecto.cum alijs ſuperius allegatis, ſed petitorium tantum,quod not.

Exceptionem producit iſta regula.

QVAESTIO QVINQVAGESIMANONA.

QVAERO, an poſſeſsio capta per amicum ſine mandato, cũ titulo colorato, poſsit inde ad duos annos per dominum ratificari.Itaque poſt ratificationem, dominus poſsidens vlterius per annum, efficiatur triennalis,in præiudicium medij impetrantis à Papa?

Poſſeſſ.capta per amicum.

¶SOLVTIO.Hodie xiiij.Decembr.M.D.XXXVII. in vna Regien.canonicatus & præbendæ,coram R.D. Raynaldo, fuit per maiorem partem dominorũ concluſum,quòd non: quia ratificato tali caſu non poteſt fieri præiudicium tertij, niſi ratificantis,vt tradunt Doct.poſt gloſſ.in cap.ratihabitionem.& cap.ratum.de reg.iur.lib.vj.& Iaſ.in l.filio,quem pater.colum.j.de libe.& poſth.cum ſexcentis concord.congeſtis per Decium in l.ſemper qui non prohibet. columna fin.ff. de regul.iur.Et ideo poſſeſsio incipiet à die ratificationis. & ſic ex nunc, non autem ex tunc. Præſertim, quia tempore quo amicus accepit poſſeſsionem, dominus non habebat animum poſsidendi, & poſſeſsio capi non poteſt ſine animo & corpore. Et per hoc poteſt decidi alia quæſt.

Ll 3

quæ pendet modo, de menſe Maio M.D.xxxviij. in vna Salamantina capellaniæ, coram R. D. Ioanne Mohedano. in * qua quidam Petrus Sarmiento cõmiſit cauſam contra Ferdinandum Alphonſi, poſſeſſorem, & quidam aſſertus procurator dicti Petri obtinuit decretum citationis, quę executa fuit contra d. Ferdinandum. Poſt cuius executionem d. Ferdinandus triennio poſſedit, deinde poſt triennium d. Petrus Sarmiento ratum habens quicquid factum fuit per aſſertum procuratorem ſuum, proſequitur cauſam contra dictum Ferdinandum poſſeſſorem, qui excipit de iſta regula, & fuit dubitatũ quid iuris. Tandem domini reſoluerunt locum eſſe regulæ per ſupradicta, & per illa fundaméta, quæ * ſcripſi ſuper regula de annali. q. xlix. vbi fuit deciſus idé caſus in vna Tuden. coram R. D. Ioan. Clerici, vt ibi dixi.

## QVAESTIO SEXAGESIMA.

Poſſeſſor triē. cum titulo colorato.

QVAERO, an poſſeſſor triennalis, cum titulo tantum colorato, poſsit agere poſt triennium, contra habentem verum titulum, ad recuperationé aliquorum fructuum perceptorum?

¶ SOLVTIO. Dicendum videtur, quòd non: quia licet triennalis poſſeſſor, cum titulo colorato fructus legitimè retinere poſsit, & agentem exceptionis iſtius regulæ repellere: non tamen agere poterit: quia iſta regula non defendit niſi poſſeſſorem, & ad hoc concedit tantum exceptionem, ſed in petitorio nihil tribuit, vt ſuperius q. lviij. probaui. per doctr. Bart. in l. j. num. 5. ff. de cond. ex lege. Itaque ſi triennalis poſſeſſor, ſub prætextu ſuæ poſſeſsionis triennalis contra habentem verum titulum agere vellet, & ille ſe ex titulo vero defenderet, certè ſuccumberet: quia oportet eum de titulo meliori docere, quem ſola poſſeſsio triénalis producere nõ poteſt: quia vt Felyn. & alij tam in c. illud. de pręſump. quàm in c. ſicut. col. xvj. de re iud. & in cap. licet. de ſi. mo. dicũt regulam iſtam neminem in petitorio iuuare, ſed tantum exceptionem producere.

Iuuare aliquē in petitorio.

¶ Poſſet tamen vnus caſus conſiderari, in quo licet triennalis poſſeſſor eſſet, actor poſſet priuilegio iſtius regulæ vti, per viam replicationis, vt quãdo contra vſurpatoré, & ſine aliquo titulo intruſum, & vſurpatorem alicuius partis fructuum ageret. Nam propterea, quòd triennalis poſſeſſor omnes



omnes fructus non poſsideat, nõ deſinit eſſe pacificus: quia ſufficit eum maiorem parté poſsediſſe, iuxta not. in c. commiſſa. de electio. lib. vj. & in c. de multa. per Abb. & alios de præbend. vt latiſsimè dixi ſuperius in alia q. Si igitur triennalis poſſeſſor, contra illum intruſum ſine titulo ad illos fructus ageret, & intruſus de non legitimo & ſufficienti titulo triénalis poſſeſſoris exciperet: (nam coloratus titulus non eſt ſufficiens, neque ad agendũ ſatis firmus) poſſet hoc caſu, vt opinor, triennalis replicare, titulum illum coloratum, cum triennali poſſeſsione coniunctum, ad recuperandum fructus ab illo vſurpatore nullum titulum habéti, ſufficere: quod non ſufficeret, ſi triennalis cum intruſo habenti bonum titulum concurreret: quia tunc oporteret de veritate tituli, ad effectum canonizationis diſcutere, & ſtante bono titulo alterius, coloratus titulus triennalis poſſeſſoris canonizari non poſſet. Imò ſi alius titulus non eſſet, ille titulus coloratus nunquam canonizari debet, licet in iſto caſu ſufficiat, quo ad iudicationem fructuum ipſi triennali faciendam.

Poſſeſſor pacificus.

## QVAESTIO SEXAGESIMAPRIMA.

Antiquę lites penitus extinguentes.

QVAERO, quomodo intelligantur vltima verba iſtius regulæ, videlicet, antiquas lites penitus extinguentes?

¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio eſt multum neceſſaria ad iſtam regulam, & pendet modo in Rota coram me, in * cauſa Conchen. præſtimoniorum inter Ioã. de Morillas ex vna, & Garſiam de Villareal. Sed intellectus verborum eius eſt valde difficilis. Nam d. Iacob. Simonetta, auditor omniũ antiquior, & fortè etiam curioſior, dixit ſe pluries audiuiſſe à maioribus ſuis, qui hoc idem à prædeceſſoribus ſuis etiã habuerãt, iſta verba nunquam intellecta fuiſſe: quinimo ſæpius interrogaſſe Reuerendiſſ. d. Laurentiũ cardinalem Sanctorum Quatuor, virum certè longo vſu & doctrina ſingulariſsimum, qui ſæpe huiuſmodi regularũ æditionibus interfuit: & reſpondiſſe, ſe ignorare quid illa verba præ ſe ferrent, ſed ea prout à maioribus quaſi per manus recepit: ita prout iacent deſcribi permiſit. Et Gloſſator hic etiam dicit ſe ſuper intellectu iſtorum verborum interrogaſſe doctos & practicos curiales, & præſertim Nicolaum de Gaſtello

tunc aduocatum,& Antonium de Eugubio practicum,& antiquum cauſarum procuratorem, qui ſibi dixerunt, illa verba non intelligere, nec putabant vnquam intellecta ab eiuſdem compoſitoribus fuiſſe. Itaq; dici poteſt, hoc dubiũ

Gordij vinculum.

eſſe veluti illud Gordij vinculũ tota Aſia celebratiſsimum, tot etiam ſeculis inextricabile. Quod qui ſoluiſſet (vt erat apud incolas frequens opinio ex oraculi voce) tota Aſia potiri debebat, vt author eſt Arrianus, & Q. Curtius, rerũ geſtarum Alexand. lib. iij. verum quia nihil in rerũ natura eſt

Nihil in rerũ natura eſt ita difficile, quod &c.

ita difficile, quod non labor aſsiduus & induſtria conficiat, decreui pro tenui facultate mea, in hoc tam ancipiti & difficili paſſu neruos intẽdere: non, quòd me ſperem aliquid aſſequi, quod nõ prius & melius maiores noſtri cogitauerint: ſed quod ſatis eſt, mihi conſuluiſſe arbitrabor, ſi rem ipſam explicem clarius, diſſeram copioſius, quàm per alium hactenus factũ fuerit. Nam, vt opinor, iſta verba, antiquas lites &c. ſeptẽ, vel octo intellectus, ſeu interpretationes recipere poſſunt, quorum aliquos Gloſſator hic confuſè & inuolutè enarrat. Ex quibus omnibus duos tãtum Rota approbauit. Et ideò vt omnes ſuo ordine diſcutiantur, rem aggredior.

¶ Antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguẽtes &c.

¶ Primus igitur intellectus iſtorum verborum fuit, quòd iſta verba de litibus motis contra poſſeſſorem, ante poſſeſſionem triennalem intelligãtur. Nam ſi poſt illam litẽ poſſeſſor, abſque aliqua moleſtia triennio pacificè poſſedit, illa triennalis poſſeſsio ſequẽs, lites illas anteriores extinguit. Sed aduertendum, quòd iſte intellectus non videtur verus, non ſolum quia contra illum intellectum Rota bis iudicauit, vt refert hic Gloſſator, ſed quia alijs motiuis & rationibus ſubſiſtere non poteſt.

¶ In primis quia ſtante iſto intellectu, ſequeretur hoc inconueniens, quòd regula iſta ius quæſitum lit. pend. toleret: quod tamen ipſe idẽ ſummus pontifex, iſtius regulæ conditor, hoc ſuperius per aliam ſuã regulam prohibuerat. Debent ergo verba generalia iſtius regulę taliter interpretari. vt quoad fieri poſsit, iuri communi conueniant, vt in cap. cauſam. de reſcript. Et in dubio, talis debet præſumi Papæ illius conditoris mens & intentio, qualis eſt iuris, vt videlicet, nemini præiudicium nec iniuriam faciat, vt tradũt Bal. Alexand. & Iaſ. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. poſt Innoc. in cap. quoniam. vt lite non cõteſt. Non enim inde iniuriæ oriri debent, vnde iura naſcuntur, vt dicitur in cap. qualiter. de accuſatio. & in l. meminerint. C. vnde vi. Quod autem ex tali intellectu, ſiue interpretatione regulæ ius quæſitum tollatur, exemplo probatur. Nam ponamus me impetraſſe beneficium ex iuſto titulo, ex quo mihi ius verum, reale, & indubitabile competit, vigore cuius Titium poſſeſſorem adhuc non triennalem in iudicium traxi. Certè attento prædicto intellectu, ab iſto bono & vero iure meo excludor, ſi per triennium prædictam litem nõ proſecutus fuero, & Titiũ poſt litem per me motam triennio poſsidere permiſero. Quod quantum in beneficialibus prohibeatur, nemo non intelligit, cum ſatis notũ ſit, in beneficialibus quem à ſuo bono iure, ſolo temporis curſu excludi non debere. c. j. & ij. de reg. iur. lib. vj. & cap. ex frequentibus. de inſtit. tradit Bart. in l. ſolent. §. fin. columna fi. ff. de offic. proconſ. quod Rota tenuit in duobus cauſis, vt refero in regula de non tollen. iur. quæſit. quæſt. v. numero 13.

Excludi ſolo temporis curſu.

¶ Præterea ex prædicto intellectu ſequitur aliud abſurdũ, quòd impetranti, fortè legitimè impedito infra triennium litem proſequi, tollitur ius quæſitum ſine cauſa contra dictã regulã. & l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. & cap. ſatis peruerſum. lvj. diſtin. Item ſequitur etiam aliud inconueniens, quòd is qui nullum ius habet, triennali poſſeſsione bonum ius habẽtem excludet. Itaque hoc caſu melioris conditionis erit iniquus poſſeſſor, quàm bonum ius habens. cõtra text. in c. eum qui. de præben. lib. vj. qui quanto diuturnior eius poſſeſsio probatur, tanto grauius puniri deberet, per rationem text. in c. fi. de præſcript. Cui etiam intellectui refragatur deciſio Rotæ iam diuturno patrum vſu & conſenſu comprobata in tit. vt lite penden. in no. deciſ. x. quæ diſponit litem ſemel incœptam, nunquam in Rota, niſi per ſententiam finiri. Ex qua ſequitur, quòd lite pendente poſsidens, pacificus poſſeſſor dici non poteſt, & per conſequens vti priuilegio iſtius regulæ non poterit. Reiecto igitur iſto intellectu, alius perquirendus eſt.

¶ Secundus igitur intellectus regulæ eſt, quòd illa verba, antiquas lites &c. intelligantur de litibus motis contra tri-

Antiquę lites.

ennalem poſſeſſorem poſt triénium, antequam regula æde-
retur, quæ poſtea ędita regula caſſantur. Iſte intellectus fun
datur ex ſerie verborum regulæ, inquantum ſuperius dixit,
ſuper beneficijs ſic poſſeſsis &c. & paulò poſt dicit, impetra-
tiones de beneficijs ſic poſſeſsis, &c. deinde ſubdit vltimo
loco, lites ſuper illis motas penitus extinguentes. Ex quo er
go ſuperius regula ſemper loquuta eſt de beneficijs trien-
nio poſſeſsis, & poſtea dicit lites ſuper illis, debet intelli-
gi ſuper illis ſic triennio poſſeſsis, vt iſta relatio cum ea-
dem qualitate fieri cenſeatur, iuxta doctrin. Bart. in l. Iulia-
nus. in principio. ff. de hæred. inſtit. & Baldus in l. finali. C.
de impub. & alijs ſubſt. regula enim intendit pacificos poſ-
ſeſſores triennales tam per exceptionem reſpectu futuri
temporis, quàm per extinctionem litis, reſpectu præteriti
tueri ac defendere.

¶ Iſte intellectus fuit antiquorum aduocatorum, cui ma-
gis adhærere videbantur verba regulæ Calixti, quàm iſtius
regulæ, vt dixi in præfatione iſtius regulæ. Et iſtum intelle-
ctum, vltra Gloſſatorem hic, reperio plures Doctores, di-
uerſis temporibus, in varijs cauſis tenuiſſe. Nam Anton. de
Capharellis, & Ludouicus de Interamne, egregij aduoca-
ti, in cauſa Salzburgen. præbēdæ, iſtum intellectum ſunt ſe-
quuti. Et idem Antonius eundem intellectum tenuit in cau
ſa Maclouien. eccleſiæ de Sancto Iuuato, quem in alia cau-
ſa Ioachinus de Narnia eſt imitatus.

¶ Sed iſte intellectus reprehenditur ex parte Garſiæ, in di-
cta cauſa Conchen. nunc pendente coram me, quòd non ſit
verus, ex eo, quia ſi regula intelligatur de litibus, poſt trien-
nalem pacificam poſſeſsionem motis, fruſtrà ponerentur il
la verba, Antiquas lites &c. quæ præſupponūt lites ante tri
ennalem eſſe motas, non poſt triennalem. Nam ſi Papa de
illis intellexiſſet, dixiſſet lites poſt triennalē poſſeſsionem
motas: & non dixiſſet, antiquas lites penitus extinguentes.
Verum quia illud videbatur ſuperfluum, omiſit, quia poſt
triennalem poſſeſsionē, non oportet extinguere lites, cum
hoc ipſum ſit priuilegium ipſius triennalis poſſeſsionis, li-
tes extinguere, & ſilentium perpetuum imponere, vt patet
ex illis verbis, nequeant moleſtari, quòd idem ſignificant,
vt dixi ſuperius in quæſtione lviij. Nam ſi poſt triennium
com



pletum regula permitteret moleſtari, nō bene quadra-
ret prohibitio, quæ locum habet ipſo eodem momēto, quo
finitur triennium. Moleſtia igitur & lis debet præſupponi
ante triennium, quæ poſt trienniū prohibetur, etiam in fu-
turum, & lis præterita extinguitur. Et tunc bene quadrant
verba regulæ, antiquas lites penitus extinguentes. Et ideò
ad alium intellectum veniamus.

¶ Tertius intellectus iſtorum verborum colligitur ex re-
gula Hadriani, licet extincta per eius obitū, vt videlicet iſta
verba intelligantur de litibus motis, per prædeceſſores cō-
tra alios poſſeſſores, vel per alios contra ipſos: ſecus ſi ipſi
triennales poſſeſſores litem mouiſſent ſuper beneficio con
tra alios, & ſic feciſſent ſibi beneficium litigioſum. Nam li-
cet poſtea poſſederint dictum beneficium per trienniū, regu
la ipſis, qui litem mouerant, non ſuffragatur. Iſte intelle-
ctus ſumitur ex verbis dictæ regulæ Hadriani, poteſt tamen
ſumi argum. ex lege reuocata, vel correcta ad intellectū al-
terius legis, iuxta doctrinam Bartoli in l. j. ff. de cōiungen.
cum emancip. lib. & in l. fin. ff. de falſ. Nam non eſt nouum,
quòd leges poſteriores per antiquas etiam reuocatas decla
rentur, vulg. l. non eſt nouum. & l. nam & poſteriores. cum
ex actu nullo volūtas & mens diſponētis colligatur, & de-
claretur. vulg. l. fin. ff. de reb. co. Pro iſto intellectu videtur
dictum Nicolai Milis antiqui auditoris in verbo, lite pen-
dente, quo ad litigantem &c. vbi tenet, quòd lis inter alios
non facit beneficium litigioſum quo ad tertium, qui nō eſt
in lite, vt ibi optimè probat, & dixi ſuperius in alia quæſt.

Leges poſteriores per antiq. reuocatas declarantur.

¶ Sed iſte intellectus nō videtur poſſe ſubſiſtere, ex eo, quia
iſta regula generaliter lites motas extinguit: debet ergo
de omnibus litibus generaliter intelligi, tam de litibus mo
tis per ipſos prædeceſſores contra alios, quàm de motis per
ipſos triennales poſſeſſores: abſurdum enim eſt diſtingue-
re, vbi lex nō diſtinguit. cap. ſolitæ. de maior. & obed. cum
vulg. Et licet maior ratio ſit in poſſeſſore triennali mouen
te litē, quàm in alio, per ea, quæ Rom. tradit in conſ. cccxxx.
in j. col. illa tamen differētia eſt per plus & minus, quòd nō
facit rem ipſam in ſubſtantia differre, vt in l. fin. ff. de fundo
inſtr. not. Bart. in l. j. ff. de act. & oblig. lex enim generalis
comprehendit vtrunque caſum, licet maior ratio militet in
vno

Lex generalis comprehēdens vtrūque caſum.

vno caſu, quàm in alio, vt eſt text. iuncta gloſſ. in l. vnica. in verbo, ſponſam. C. de rap. virg. facit clem. j. cum gloſ. de reſcript. Et ſolet ad hoc allegari notabilis text. in l. j. §. quod autem. ff. de aleat. & per hoc videtur reſponſum ad motiua ſuperius facta.

¶ Non obſtat regula Hadriani põderata ſuperius: quia ſi il la rectè põderetur, potius probat oppoſitũ: quia illa verba, vel per eos motas, poſita in dicta regula, inferũt manifeſtè, ꝙ ſiue lites fuerint motæ per prædeceſſores cõtra poſſeſſores triẽnales, ſiue per eoſdẽ poſſeſſores cõtra alios, ꝙ huiuſmodi lites extinguũtur, & ſic verba dictæ regulæ faciunt in contrariũ. ¶ Nõ obſtat regula de annali nõ ſuffragari poſſeſſori, qui cõſenſerit priuationi: quia reſpõderetur cauſam non eſſe ſimilem, ex eo, quia ibi viſus eſt renuntiare omni exceptioni, per quam eo non ſoluẽte, poſſet impediri priuatio, ex quo illi conſenſit, & volenti & ſcienti nõ fit iniuria, vt in cap. ſcienti. de reg. iur. lib. vj. Et ideo illa nõ faciunt ad propoſitum caſus noſtri, & ita in terminis iſtum intellectũ reprobarunt quidam Moder. Sabinen. in quadam apoſtilla ad iſtam regulam, vbi reſpõdent ad deciſionem lxxv. in no. procedere in odium attentatorum, aliàs ſecus.

¶ Quartus intellectus ad iſta verba datur, vt extinctæ lites antiquæ intelligantur hîc, quæ motæ fuerunt per decẽ annos ante triẽnium: ſecus de litibus minori tempore introductis: quia illæ antiquæ lites dici non poſſent. quod factũ videtur propter negligentiam deſerentis litem ante decem annos, vt ſit litiũ finis, quod ex dictis d. Guliel. dicentis hoc aliàs in Rota in cauſa Giennen. tentum fuiſſe comprobari poſſet, videlicet, litem cenſeri ſpatio decem annorum deſertam. arg. gl. in clem. j. in verbo, proſequatur. vt lit. pend. & in l. peregrè. ff. de acq. poſſ. Et tenendo iſtum intellectũ verbum antiquas, hîc poſitum, exponeretur pro litibus longi temporis, iuxta tex. & quæ ibi notat Domin. poſt Arch. & Io. Andr. in cap. ij. de ſepult. lib. vj. Et Præpoſit. in cap. j. in princ. in notabilibus. qui feud. dar. poſſ.

*Lis ſpatio x. annorum deſerta.*

¶ Sed iſte intellectus eodem morbo laborat, ex eo, quia cõtra illum obſtat deciſ. ccccxj. in no. quæ vult litem in curia non finiri, niſi per ſententiam, & exponere verbũ antiquas, id eſt, longas, eſt etiam quædã extorta interpretatio. Nam iura allegata pro iſta expoſitione non faciunt ad rem, quæ loquuntur in caſibus ſuis, vbi ſubiecta materia hoc ſuadebat: ſed hîc ſubiecta materia non eſt talis vt cogat nos ita exponere, igitur &c.



¶ Quintus intellectus, qui videtur diuerſus à tertio intellectu ſuperius dato, fuit cuiuſdam Iacobi de Rizonibus abbreuiatoris, vt refert Gloſſator hîc, videlicet, quòd iſta regula intelligatur de litibus motis cum anteceſſore: ſecus cum iſto poſſeſſore, qui poſſedit per trienniũ cui nunquam fuit mota lis. Et ideo res inter alios acta non debet iſti ſucceſſori & poſſeſſori nocere, qui videtur habere bonã fidem.

¶ Sed iſte intellectus etiam nõ valet, ex eo, quia ſi beneficiũ eſt litigioſum, tranſit cum vitio ſuo, ſicut lepra ſequitur leproſum, vt in l. ij. C. de litig. & not. Milis in verbo, litigioſum. & etiam illi obſtat deciſ. x. vt lit. pend. in no. & alijs rationibus illum reprehendit Gloſſator hîc qui videri poteſt.

¶ Sextus intellectus eſt, vt regula intelligatur de litibus antiquis motis extra curiam, quas hic Papa extinguit: ſecus de litibus motis in curia, in quibus poteſt procedere prædicta deciſ. ccccxj. in no.

¶ Etiã intellectus iſte eſt diuinatiuus: quia regula & deciſio indiſtinctè & generaliter loquũtur, & ita per curiales intelliguntur: & quia eadẽ eſt ratio in litibus extra curiã, ſicut in curia, cum vtroq; modo beneficiũ efficiatur litigioſum.

¶ Septimus intellectus datur, quòd iſta regula intelligatur tantum de litibus futuris poſt triennalem poſſeſſionem pacificam, & tunc verbum antiquas, refertur ad futurũ, vt ſentit Gloſſator hîc. itaque erit ſenſus, quòd per triennalẽ poſſeſſionem Papa vult omnes futuras lites extinguere, & finẽ eis imponere, vt amplius nõ poſſint per illas moleſtari triẽnales. Nam verbum antiquas, ponitur pro poſterioribus, vt in l. cum ſcimus. in fin. C. de agric. & cenſ. lib. xj. Vel melius dicas, quòd verbum antiquas, non refertur ad lites iudiciales, quæ fuerunt: ſed ad altercationes, & diſputationes prudentum. Nam ſæpe fuit diſputatum, nunquid per decennalem poſſeſſionem præſcriptum eſſet titulo beneficij, vel argueretur titulus, de quo in cap. illud. de præſumpt. & Lap. allegatione lxxxix. nunc per iſtam regulam lites illæ, id eſt, controuerſiæ, & antiquæ contentiones Doctorum penitus extin

*Antiquas, verbum, nõ refertur ad lites iudiciales.*

extinguantur: & ſic verbum lites, hîc capitur pro cõtrouer
ſia extraiudiciali, vt in cap. forus. de verb. ſig. de qua Virgil.
xij. Aeneid. Limes erat poſitus, litem vt diſcerneret agri. Et
alibi: Quis veſtrûm tantas poterit componere lites?
¶ Habemus igitur ex prædictis ſeptem intellectus, qui pro-
pter verborũ obſcuritatẽ nõ carẽt diuinatione, adeò, quòd
poteſt illud dici, quod ſæpe à multis curialibus iactatum
eſt, verba omnino obſcura eſſe reijcienda, & illis nõ obſtan-
tibus, ſequendam iuris diſpoſitionem, quæ vult litem non
extingui, niſi morte vel ſententia, vt no. Io. And. in d. clem.
j. & cauetur predicta deciſio decima. vt lit. pend. in no. hinc
**Lex ambigua.** vulgò dicitur, quòd quãdo lex eſt ambigua, & habet plures
intellectus, non eſt alleganda in deciſionibus cauſarum, vt
dicit Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. cum multis con-
cord. vt latiſsimè ſcripſi in c. j. in gl. de cõſtit. lib. vj. Et ideo
nimirũ ſi domini auditores ſæpe neglectis iſtis verbis tan-
quàm obſcuris tulerunt ſententias, ſequuti potius dictã de-
ciſionem ccccxj. quàm interpretationem obſcuram iſtorum
verborum: quod potuerunt facere, per ea, quæ dicit Bald. in
cap. fin. de conſtit. & in l. ij. in ij. col. C. quando prouoc. non
eſt neceſ. Quinimò fortius voluit Ioan. de Anania in cap.
**Lex præcepti data.** Petrus. in j. col. de homic. quòd quando lex præcepti data,
adeò habet plures intellectus, faciens contra eam, non pec-
cat mortaliter, quod tenuit Abb. poſt Io. And. in cap. capel-
lanus. de ferijs. Iaſ. in l. poſthumo. col. vij. C. de bon. poſſeſſ.
contra tab. & in l. captatorias. col. penul. C. de teſtam. milit.
& alibi ſæpe. Nam, vt inquit Boetius, quem refert Bald. in l.
precibus. col. vij. C. de impub. & alijs ſubſtit. quod multipli-
citer intelligitur, eius veritas ignoratur: ſed ne regularum
conditores, qui plures fuerunt, & viri vndecunque doctiſ-
ſimi de imperitia vel negligentia arguantur, cum tam ſæpe
dicta verba innouarũt, nec vnquam ea à regulis deleuerũt,
erit neceſſarium aliquem ex prædictis intellectibus ſequi.
**Lex plures intellect⁹ habẽs.** Nam quando in vna lege plures dantur intellectus, licet o-
mnes ſint diuinatiui, tamen ſi lex alio congruo modo intel
ligi non poteſt, intellectus ille tenendus eſt, qui minus diui
nat, vt dicit Bart. in l. ita ſtipulatus. la grãde. col. xj. de verb.
oblig. vel illum intellectum, cui minus iura aduerſantur, vt
dicit Alex. in l. rei iudicatæ. in prin. col. fi. ff. ſoluto matr. Iaſ.
in



in l. huiuſmodi. §. ſi cui. ff. de leg. j. Vel ille intellectus, qui
magis placet: quia hoc non eſt peccatum contra Spiritum
ſanctum, vt dicit Inn. in cap. per tuas. de ſim. & dixi in cap. j.
in j. notab. in fi. de reſcrip. lib. vj. Quæ cum ita ſit, viſum fuit
Rotæ die xx. Nouembris M. D. xxxiiij. propoſita per me ite- *
rum, atque iterum dicta cauſa Conchen. tertium, & quartũ
intellectus ex ſuperius relatis approbare, propter quos iudi
carũt Garſiam poſſe ſe beneficio iſtius regulæ tueri. Verum
quia ipſe idem Garſias, ante triennalem poſſeſsionem com-
miſerat cauſam, regula iſta ſibi non profuit, ex quo ſibijpſi
beneficiũ litigioſum effecit, & ideo poſſeſsio triennalis ſe-
quens pacifica dici non potuit: Imò illa ſola cõmiſsio cau-
ſæ, ſibi in pluribus alijs caſibus eſt damnoſa, quos enumerat
Felyn. in cap. ſuper literis. col. x. verſ. limitatur primo. de re-
ſcript. & dixi in regula de ſubrogãdis. & in tract. ſign. Viam
igitur quam elegit, illa ſibi proderit, iuxta l. ſi mulier. ad
Velleia. Quia ſi ex lite per eum mota, ſibi moleſtiam iuris
intulit, & per conſequens, exceptione iſtius regulæ ſe priua
uit, de ſe ipſo conqueri debet, & damnũ, quod ſua culpa ſen
tit, ſibi debet imputari, vt dicit text. in vulg. cap. damnũ. de
reg. iur. lib. vj. Et ita in terminis iſtius q. videlicet, quòd cõ-
mittens cauſam, dicatur quo ad ſe introducere litem, quæ **Cõmittẽs cauſam contra litem introducere &c.**
eum non pacificum poſſeſſorem reddit, Rota tenuit de an-
no M. D. xix. de menſe Martio, in cauſa Parmen. archipreſ-
byteratus, pendẽte coram D. Hugone de Spina, de qua me- *
minit D. Gulielmus hîc in collectaneis deciſionũ, per plu-
ra motiua, quæ ibi videri poſſunt. Et ita etiã tempore meo
dixit Rota in cauſa Gienen. canonicatus, pendente corã D. *
Iacobo Simonetta, inter Rodericum Lupi, qui commiſerat
cauſam, & allegauerat triennalem, & quendam capellanum
familiarem Cardinalis Gienen. Et idem tenuit Rota in vna
Valẽtina parochialis de Pego de mẽſe Martio M. D. xxxvij.
coram R. D. Ioan. Mohedano, vt dixi ſuperius quæſt. lvj.
¶ Antiquæ igitur lites extinguũtur per iſtam regulam, quæ
inter alios ante triennalem poſſeſsionem motæ fuerunt. Et
ita etiam hodie xij. Iunij M. D. xxxviij. iſtam regulã intelle
xit Rota, in alia cauſa Cegobien. parochialis, de Paradinas *
coram R. P. D. Marcello, epiſcopo Marſicano. Secus, vt dixi,
ſi ipſe poſſeſſor prius contra alios cauſam commiſiſſet, vt eſt
dictum,

diƈtum,& ad deciſionem Rotæ,vt lit.penden.in no.quæ vo
luit litem non finiri,niſi poſt ſententiam : quia ad illam re-
ſpondetur tribus vel quatuor modis.

¶Primo,quòd deciſio procedat,niſi de iſta regula excipia-
Decretũ factũ in fauorem. tur,ſicut dicimus de decreto facto in fauorẽ alicuius.Nam
ita demũ ligat,ſi ille vti voluerit,vt dicit gl.in c.j.de cõceſ.
præb.lib.vj.cum concord.vt ſcribit Decius in l.pacta quæ
contra.C.de pact.num. 11.& Philip.Peruſ.in cap.diſpẽdia.
in princip.de reſcript.lib.vj.& in cap.vt noſtrum.in iij.col.
de appell.Iaſ.in l.tranſactione.in fi.C.de tranſact. Et idem
in emphyteuta, qui ob non ſolutionem canonis, eſt priua
tus ipſo iure. Nam intelligitur domino volente, vt tradit
Iaſ.poſt alios in l.ij.C.de iure emphyt. Et hoc idem habe-
tur in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.& in l.eleganter.&
ibi gl.in verſ.nullam.ff.de dolo. Poſſeſſore igitur triennali
tacente,& non opponẽte,lis non finitur per poſſeſsionem
triennalem : adeò,quòd ſi triennalis poſſeſſor moriatur,be
neficium adhuc durabit litigioſum,etiam per mille annos,
donec finiatur lis ſententia, & ita procedere poteſt dicta
deciſio.

¶Secundo reſpondetur,quòd illa deciſio procedat,atten-
ta diſpoſitione iuris canonici,de qua in cap.fin.de iudic.de
quo iure inſtantia perpetuò durat, niſi per ſententiam ter-
minetur. Sed attenta diſpoſitione iſtius regulæ Cancella-
Lis triennio extincta. riæ,lis triennio extinguitur, ſicut eſt de iure ciuili cautum,
in l.properandum.C.de iud. Nec eſt mirum,quòd ius cano
nicum,& regula ſint contrariæ : quia idem videmus in alijs
regulis, de annali, de infirm.reſignan.& in pluribus alijs,
quæ contrariantur iuri communi,prout etiam ius ciuile in
eodem caſu reperitur limitatum,& reſtrictum à iure præto
rio,vt l.in honorarijs.ff.de act.& oblig.& alibi ſæpe.

¶Vel tertio dici poteſt,quòd illa deciſio non eſt vera:quia
contra eam ſæpius fuit iudicatum, vt apparet in vna cauſa
* Giennen.coram domin.Iacobo Simonetta, in qua in Ro-
ta,per maiorem partem dominorum cõcluſum fuit, per la-
Habere litem pro derelicta. pſum decem annorum,litem haberi pro derelicta, vt memi
nit domin.Guliel.Caſsiodorus in collect.deciſ.titul.vt lit.
penden. Et idem in poſſeſsione fuit tentum coram D.Ca-
* millo de Ballionibus,in vna cauſa Gebẽnen.pro Cardinale
Ancon



Anconitano iij. Iulij M.D.XXXI. per doctr.Abb.in c.con-
tingit.de dol.& cont.vt dixi in regula de nõ tol.iur.quæſi.
q.v.in fi.Imò ipſum beneficium dicitur per tantum tempus
x.annorum haberi pro derelicto, vt ibi dicit Abb.quem in
hoc nõ ſequuti fuerũt domini,ſed reſpectu poſſeſsionis, vt
dixi,per ea,quæ idem Abb.dicit in c.cum veniſſent.de reſti.
ſpol.& in c.capitulum.de reſcrip.Sed quòd titulus beneficij
præfato tempore perdatur,tenet etiam Oldr.conſil.j.col.ij.
& Pet.de Anchar.conſil.ccccv.& hoc vt finis litibus impo-
natur.Et hoc quod dictum eſt de poſſeſsione,domini traxe
runt ad litem, quæ decennio videtur haberi pro derelicto,
vt dixi. ¶Ex præmiſsis igitur patet,deciſionem illam non
procedere,quam etiam impugnauit Nicol.Milis Rotæ au-
ditor,in verbo,lit.pend.& verbo, lis finitur. & Gloſſator in
regula de ſubrogandis. ¶Vel quarto ad illam deciſionem
reſpondet Gloſſator hîc, quòd procedat de lite in curia:ſe-
cus extra.Sed iſta ſolutio nihil facit, niſi reſtringatur ad be
neficia vacãtia in curia litigioſa.Quod neſcio ſi ipſe ita in-
tellexit. Ex quibus omnibus reſultat iſta cõcluſio, regulam
iſtam non poſſe intelligi de lite mota poſt triennalem poſ-
ſeſsionem,ſed antè,vt eſt dictum. Et ita ego in d.cauſa Con
chen.pronuntiaui : quæ ſentẽtia poſtea confirmata fuit,per
tres conformes.Nec fuit in Rota cauſa, quæ maiores tumul
tus excitaret,quàm iſta,quæ vltra iſtas tres ſententias Rotæ,
ventilata poſtea fuit per tres alias ſententias coram Guber-
natore,& poſtea coram auditore cameræ, & deinde coram
Cardinale Simonetta commiſſàrio. Poſtremo cum vltimo
ſilentio diffinita in ſignatura Papæ, propter quam cauſam
partes hanc cauſam vſque ad inſaniam proſequuntur iudi-
cio curialium.

QVAESTIO SEXAGESIMASECVNDA.

QVAERO, an regula iſta tueatur non promotum infra
annum,iuxta l.licet canon.& cap.commiſſa.de elect.
libro ſexto? Promotus.

¶SOLVTIO.De hoc dixi ſuperius in x.quæſt.tractans ma-
teriam execrabilis.

QVAESTIO SEXAGESIMATERTIA.

QVAERO,an ſi poſſeſſor citatus vigore cõmiſsionis, in
qua appoſita fuit illa vulgaris clauſula, videli- Poſſeſſor citatus.

cet, dummodo ante terminum ad articulandum literas expedierit, & quòd interim beneficium non cenſeatur litigioſum, &c. ſi poſt citationem prædictam triennio poſſedit, dicatur pacificus ad effectum iſtius regulæ?

¶ SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum, quòd non ſit pacificus, ex eo, quia illa clauſula fuit appoſita ad effectũ, vt actoris malitia comprimeretur, qui procurabat ſæpe poſſeſſores fortè ſenes vigore dictarũ commiſsionum literis non expeditis, & ſic cum modica impenſa citare, ad effectum, vt per eorum obitum poſſent ſubrogari, & ſic ordinarios patronos & expectãtes excludere: cum igitur appoſita fuit d. clauſula ad effectũ tollendæ ſubrogationis, non debet aliũ effectum operari. arg. l. quòd fauore. C. de legibus.

¶ Præterea, quia talis poſſeſſor ex tali commiſsione & citatione vexari & moleſtari dicitur, vt not. Imol. in cle. j. in fi. de reſcrip. quia vexatio incipit à citatione, vt no. Fely. in c. ex tenore. de reſcrip. facit quod no. Bart. in l. amplius nõ peti. ff. rem rat. hab. & Bal. in l. j. C. de nũdi. & dixi in regula de annali. in quæſt. de citatione nulla. Et ita retulit iudicaſſe Rotam Alex. de Ceſena quondam famoſus procurator, vt refert Aeneas Sabinen. in quibuſdam apoſtillis regulę xxix. de commiſsionibus literis non expeditis. vbi etiã refert D. Berengariũ Saganta dixiſſe illi Rotã ita iudicaſſe in quadã cauſa Tranen. Et dicit eſſe notandũ hoc, quia ſtãt iſta ſimul, ꝙ beneficium non ſit litigioſum, & ꝙ non ſit pacificũ, prout ego notaui in alio caſu ſuperius in alia quęſt. de illo, qui poſſedit triennio poſt ſententiã, quę trãſiuit in rem iudicatam, & poſt executoriales: quia licet ibi nõ ſit lis, quia finitur per ſententiam: tamen ille non eſt pacificus, vt frui poſsit beneficio iſtius regulæ, vt ibi probaui per quandam deciſ. in no.

Vexatio incipit à citatione.

¶ Tamen prædictis obſtat, quæ concluſa fuerunt in præcedenti quæſt. examinando clauſulam lites penitus extinguentes, hîc poſitam, & quæ dixi in regula de annali, quæſt. xlv. dum ibi tracto, an per citationem nullam interrumpatur pacifica poſſeſsio requiſita in illa regula, quibus etiam accedunt ea, quæ dixi in regula de ſubrogandis. q. ij.





## REGVLA DE VALORE BENEFICIORVM IN IMPETRATIONIBVS EXPRIMENDO.

ITEM *uoluit, quòd in gratijs (quas perſonis quibuſuis de beneficijs uacantibus, ſeu certo modo uacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunq; beneficiorum, quæ dictæ perſonæ tunc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit prouiſum, uel conceſſum, aut mandatum prouideri) uerus ualor annuus per marchas argenti, aut ſterlinguorum, uel librarum Turonenſium paruorum, ſeu florenos, aut ducatos, ſeu unciarum auri, ſeu alterius monetæ ualor, ſecundum communem æſtimationem exprimatur. Niſi motu proprio, gratiæ huiuſmodi fiant, uel perſonæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerunt, aut in quibus, & ad quæ ius eis competit, iuxta ipſarum oblationes, uel aliàs dimittere teneantur. Alioquin præfatæ gratiæ ſint nullæ. Et idem ſeruetur in expectatiuis de beneficijs obtentis, & in quibus, ſeu ad quæ impetranti ius competit, & illorum ualore.*

### PRAEFATIO.

AVTHOR primus iſtius regulæ, fuit Vrbanus IIII. vt refert Clemẽs VI. in quadam extrauaganti, de qua inferius facio mentionem. Sed in volumine regularum, non Vrbanus IIII. ſed Vrbanus VI. reperitur huius regulæ inuentor. Nam ſuper valore exprimendo in gratijs, quatuor regulas ædidit. Primam circa gratias & beneficia obtenta, quam publicauit vndecimo Calendas Martij ſui Pontificatus anno primo. de qua facit mentionem Rota deciſ. xix. de præb. in no. Secundam circa impetrantes beneficia vacantia, vel certo modo vacatura, quam publicauit viij. Calendas Maij anno tertio. Et ex iſtis duabus Io. xxiij. vnam tantũ regulã fecit, ex qua ſumpta fuit iſta moderna, quã modo habemus. Tertiã deinde regulã publicauit de valore exprimẽ

Huius regulæ quis fuerit author.

do in beneficijs vniẽdis. Et iſtã etiã ſequuti ſunt omnes ſucceſſores vſque in hodiernum diem, nihil immutando. Quartam verò circa beneficia impetrata motu proprio, in quibus voluit etiam mentionem fieri de valore. Et iſta fuit vltima eius regula publicata vij. Calendas Iunij, anno quinto, quam ſequutus fuit ſolus Martinus v. Et de illa facit mentionem Petr. de Anch. in conſi. ccxcvij. efficacibus. in princ. Et de vtraq; meminit idem Pet. de Anchar. in conſil. ccxcv. incip. pro clariori. Et licet Fely. in cap. ad aures. in v. & viij. conclusionib. de reſcrip. aſſerat Vrbani regulam tantum loqui de dignitatibus impetrandis motu proprio, allegando Petr. de Anchar. in d. conſil. Tamen Pet. de Anchar. hoc nõ dicit, neque hoc cauebatur in regula, ſed illa indiſtinctè loquitur de quibuſcunq; beneficijs. Quam poſtea ſolus Martinus v. vt dixi, eſt imitatus. Alij verò omnes tam antiqui, quàm moderni Põtifices regulam illam, quo ad motũ proprium, ſuſtulerunt. Et primus fuit, qui hoc ſuſtulit Io. xxiij. qui ædidit regulam noſtræ modernæ ſimilem, de qua facit mentionem idem Pet. de Anchar. in conſi. cxxxviij. incip. de natura & efficacia. Et Ioannẽ xxiij. Eugenius & Nicolaus, & poſt ipſos omnes ſucceſſores Pontifices (excepto Martino) vſque ad noſtra tempora ſunt imitati, nihil penitus immutando, neque ad regulam addendo. Tamen Clemens vi. ante omnes iſtos circa valorem in literis exprimendũ, quandam conſtitutionem extrauagantem fecit, ſequutus Vrbanum IIII. prædeceſſorẽ ſuum, in qua plus voluit habere locum in permutationibus. Quæ quidem extrauagans hodie adhuc allegari poſſet in iudicijs, attento, quòd non reperitur reuocata per ſucceſſores Pontifices. Et ob eam cauſam placuit hîc eam inſerere. Cuius tenor talis eſt: Dudum felic. record. Vrbanus prædeceſſor noſter, inter alias ordinationes per eum prouidè factas, inſtituit, quòd in quibuſcunque gratijs apoſtolicis de beneficijs vacantibus, ſeu certo modo vacaturis beneficiorum, quæ obtinẽt, in quibus gratiæ ſunt conceſſæ, ſeu de quibus eis prouiſum vel mandatum fuerit prouideri, veri valoris exprimantur: alioquin gratiæ nullius exiſtant roboris vel momenti, niſi proprio motu conceſſæ fuerint, vel huiuſmodi beneficia quæ obtinent, ſe aſſerant dimiſſuros: & nuper accepimus à nonnullis in dubiũ reuocari, an idem prędeceſſor ſub ordinatione prædicta, beneficia quæ ex cauſa permutationis poſt æditionẽ factæ ordinationis, quæ permutantibus authoritate apoſtolica hactenus ſunt collata, ſi conferentur, voluerit comprehendi. Ad huiuſmodi tollendum dubium, præſentis tenore declaramus, beneficia eiuſmodi poſt eandem ordinationem per præfatum prædeceſſorẽ, ſeu ipſius authoritate, ac per nos, ex noſtro mandato, ex cauſa permutationis quibuſuis perſonis quoquo modo collata, ſeu quę in poſterum conferentur, debuiſſe & debere comprehendi, &c. Ex iſta igitur conſtitutione extrauag. habemus originẽ iſtius regulæ, & extenſionem ad alium caſum in regula non expreſſum, quod eſt notandum.

Vrbani regula.

¶ Et eſt aduertendum, quòd regula iſta varias habuit rationes. Nam quidam exiſtimarunt eam æditã cauſa tollendæ auaritiæ, ne ſcilicet per taciturnitatem valoris, aliquis vltra merita, & pluſquã oporteret, de beneficijs eccleſiaſticis caperet, & ita per falſam valoris expreſsionẽ, debitus diſpenſationis modus Papæ (cui eſt hęc cura à Deo demandata) tolleretur. c. quia nonnulli. de cler. non reſi. & in hac opin. fuit Abb. & Fely. c. ad aures. de reſcrip. Alij totum hoc ad commodum burſale officialiũ retulerunt. Quidam verò propter annatas, ne defraudarentur, regulam factam fuiſſe exiſtimant. Et iſtorum opinio magis recepta videtur, ex eo, quia regula iſta de valore, adhæret taxis annatarum. Nam videmus, quòd in beneficijs, in quibus non ſoluitur annata, non exprimitur valor, vt patet in monaſterijs monialium, & hoſpitalibus datis in adminiſtrationẽ, vt inferius dicetur. Et hac ratione, quia Cardinales annatam nõ ſoluunt, per conſequens iſti regulæ ſecundum communem opinionem non ſubijciuntur, de qua dicam in j. q. Et licet iſta tertia opinio, ſiue ratio iſtius regulæ, quæ fundatur in annata, ſit magis frequens, prima tamen ratio plurimum iuris fomentum habet. Et poteſt vtraque ratio militare, vt videlicet requiratur expreſsio valoris, ne ſic impetrantes raperent ſtipendia plurimorum, contra diſpoſitionẽ concilij generalis, de quo in d. c. quia nonnulli. quod eſt in fraudẽ pauperum clericorũ altari ſeruiẽtium, quibus ſubueniri poſſet, & propter quos beneficia vidẽtur inuenta, iuxta. c. cum ſecundum. de præb. introduci videretur. Et etiã, ne per huiuſ-

Regula varias habens rationes.

Valor in beneficijs non exprimetur.

Cardinales ſunt immunes à taxis officialiũ.

Annatę ad qd introductæ.

modi valoris taciturnitaté annatæ defraudétur,quę ad ſub.
uentioné Papæ, & Cardin.indigentiū introductæ fuerunt,
ſicut & charitatiua ſubſidia,vt tradunt Fernandus Cordub.
Hiſpanus in tract.annatarū.& Barth.Belézinus in tract.de
cha.ſub.q.xvj.vt igitur fraudes huiuſmodi euitentur cópo
ſita fuit iſta reg.¶ Sed eſt vlterius premittendū,q ante ædi.

Taxarū libri.

tioné iſtius regulæ,duo illi taxarū libri, quibus nunc ſedes
apoſtolica vtitur,inuēti fuere.Quorū primus mercedes of.
ficialium expedientium literas apoſtolicas,taxat.Secundus
valorem beneficiorum conſiſtorialium, ex quibus annatæ
ſolui debēt,deſcribit:qui quidem libri ante ęditionem iſtius
regulæ,ſeu alter ſaltem eorum videbatur ferè inutilis,cum
nemo adſtringebatur de iure communi valorem exprime.
re,vt dicit gl.in cle.j.de preb.ædita verò regula,illi libri re.
ceperunt ſpiritum vitæ.Quorum librorum (vt opinor) in.
uentor Io.xxij.fuit. de primo nullus dubitat eum fuiſſe in.
uentorem,cum curia reſideret Auinione:quod etiam ex ge

Turonen. moneta quando primū in Ro. curia cognita fuit.

nere monetæ Turonenſium colligitur, quæ nūquam cogni
ta fuit in curia Rom.niſi poſt reditum curiæ in vrbem,& ta.
men Ioan.xxij.ibi taxas compoſuit, numerum ſcriptorum
apoſtolicorum diſtinguens. Et ſub eadem moneta ibidem
Benedictus XII.eius ſucceſſor,taxas ſacræ pœnitentiæ ordi
nauit, vt apparet ex ordinationibus eiuſdem Benedicti,vt
author eſt Polydorus lib.viij.de inuentor.rer.cap.ij.Secun
dum verò librum, qui beneficia cōſiſtorialia & annatas re.

Florenorū monetam Io.xij. primus omniū Pontificū cudi iuſsit.

ſpicit,eundem Ioan.inueniſſe, ex eo coniecturam capimus,
quia in illo libro beneficiorum valor,per florenos auri dicti
gnatur, quod genus monetæ primus omnium Pontificum
Ioan.xxij.cudi iuſsit.Nam cum hæc moneta primum à Flo-
rétinis originem habuiſſet, & poſtmodum per admixtioné
æris,à quibuſdā populis adulterata fuiſſet, Io.xxij.ſub ana-
thematis pœna prohibuit,neminé de cætero,præter Floré-
tinos eius inuétores,monetā illam debere cudere, quā qui-
dem prohibitionem non ſeruauit:quia cudi iuſsit florenos
eiuſdem bonitatis,quo erant Florentini, mutatis in aliquo
eorū ſignis.Nam loco S.Io.appoſuit mytriā circūſcriptam
literis nominis ſui. Ex altera verò parte erat flos Lilij,cir-
cunſcripta iſtis literis,videlicet S.Pet.S.Paulus,vt de iſtis o-
mnibus author eſt Io.Villanus, antiquus Florentinorum
hiſto



hiſtoricus,in libr.ix.Chronicorū Floren.c.cclxxix.ex qui-
bus liquidò apparet ab eo tempore florenorum vſum, de
quibus in taxis fit mentio, ad ſedem apoſtolicam delatum
fuiſſe. Fuit enim Io.xxij.circa taxas & annatas impenſe ſtu-
dioſus,bonuſque domus ſuæ paterfamiliâs.Nam vt aliàs di
xi in prœmio regularum Io.præter induſtriam huius rei

Io.xxij. vltra ordinationes Rotę multa ſaluberrima inuenit.

plura alia noua inuenit,repertoria alphabetica componés,
quibus res omnes nota dignas,veluti horreo quodam con
deret,vt eis,cum opus eſſet,ad libitum vteretur,vt de hac re
ſolus Fran. Petrar.lib.ij.rerum memorabiliū. tract.iij.cap.
iiij.author eſt.deinde prædictum librum primum taxarunt
officialium Pius Secundus,propter nouam creationem ab-
breuiatorum ampliauit.& poſtea Sixtus IIII.qui longè plu-

Taxæ quo pacto per Romanos pōtif.creuerint.

ra officia noua creauit,eaſdam taxas locupletiores reddi-
dit.Poſtremo Leo X.qui etiam innumerabilia officia noua
induxit,eas in immenſum creuit. Ex quibus quidem nouis
& quotidianis exactionibus,verificatū fuit dictum Alphon
ſi Regis Aragonum,relatum per Anto.Panor.in libello de
dictis Alphonſi,dicentis,Harpyias non amplius inſulas co-
lere,ſed ex inſulis in Romanam curiam migraſſe,ibiq; iam
domicilium ſuum conſtituiſſe.de quo meminit Felyn.in c.
ſecundo.in octaua colum.de reſcript. Secundus liber taxæ,
qui beneficia conſiſtorialia præſcribit,& annatas reſpicit,
in eodem ferè ſtatu manſit. Qui quidem taxarum libri de fa
cili defraudabantur,niſi Vrbanus,qui multa alia vtilia co-
gitauit, remedium inueniſſet,per æditionem prædictarum
regularum, quas ſucceſſores pontifices,pro ſe quiſq; in me-
lius reformarunt,donec Eugenius ex illius quatuor regulis
Vrbani,vnam tantum regulam fecit,quæ ſufficere videba-
tur:à qua ſumpta eſt iſta moderna,quæ nūc inter manus ver
ſatur. Et licet præfati ſummi pontifices plenè huic parti de
valore exprimendo,vt eis tunc videbatur, occurriſſent:ni-
hilominus illud de gratijs expectatiuis, an videlicet expri-
mi deberet in eis valor,omiſerunt,quod Gregorius XI.pri-

Regula de valore moderna,à reg. Eugenij ſumpta.

mus omnium reparauit,regulam de valore exprimendo be
neficiorum obtentorum,in gratijs expectatiuis inueniens,
quam poſtea multi pontifices ſucceſſores particularius ſunt
ſequuti,quædam ad illam addentes.Sed ad iſtam regulā mo
dernam,de qua loquimur,nihil penitus addiderunt,vel im-

mutarunt,ſed in omnibus cum antiqua concordat: & ideò vniformis erit in ea deciſionis ratio.

QVAESTIO PRIMA.

Regula comprehendens Cardinales.

QVAERO igitur primo,an regula iſta comprehendat Cardinales?

¶SOLVTIO. Text. regulæ in illis verbis,perſonis quibuſuis,videtur innuere Cardinales comprehendi, quia illa dictio vniuerſalis comprehendit,quos ſpecialiter non excipit,vt latè probat Alex.in conſ.xxx.incip.ponderatis.in iiij.col.vol.v.& Rom.conſ.xxxj.col.j.facit tex.in c.eos.§.fi.de ſenten.excom.lib.vj.cum ſexcentis concord.de quibus per Curtium iuniorem in conſ.j.in j.col.

¶In contrarium tamen plura facere videntur,quæ breuitatis cauſa perſtringam,cum iam ſuperque ſatis ſuper iſta q. tam in proœmio regularum,quàm in reg.de infirmis reſig.& multis alijs regulis diſputauimus.Quamobrem ea ſolum hic adducam,quæ aliàs in prædictis locis non ſcripſi.In primis igitur,vt cætera omittam,& vnico verbo cōcludā medullam iſtius difficultatis: Iſta opinio,videlicet quòd Cardinales regula iſta non aſtringātur,eſt communis,& à Docto.recepta,quam expreſſe tenet Pet.de Anch.in cōſ.ccxcv. incip.pro clariori.vbi plura fundamenta ponit.Et cum ea tranſit Barth.Belenzinus in tract.de cha.ſubſi.q.lxvj.in vj.col.& alij plerique Moderni.Et fundatur principaliter hæc opinio inter alia hac ratione,quia iſta regula eſt exorbitās à regulis iuris communis,& ideo debet tantum reſtringi ad caſum,in quo loquitur.Propter quam rationem dicit ibi Belenzinus,Rotam,eo præſente,iudicaſſe extrauagantem Bo-

Extrauagans Bonif.VIII.

nifacij VIII.incip.iniūcte.ſub tit.de elect.Cardinales non comprehendere,cum qua opinione viſus fuit etiam tacitè Fely.ſibi contrarius tranſire in c.cauſam.el ij.in iiij.col.de teſtib.& in c.in eos.in fin.de hæret.& alibi ſæpe.Et ſecūdum iſtam opinionem cōſuluit Ioan.Franc.de Sancto Nazario,de Ripa,vir eruditiſsimus,in conſ.xv.poſito in lib.j.reſponſorum,ſub titulo de legib.& long.conſue.nouiter impreſſo.Vbi pro hac parte plures authoritates adducit.Et vltra ipſum,iſtam opinionem in ſpecie latè defendit Andr.Sicul. in conſ.xxiij.incip.ſcripſit prophera,&c.in v.col.in iij.dubio.lib.j.Et idem Andr.latius hoc idem reaſſumit in cap.in noſtra.



noſtra.in ij.col.de reſcript.quo loco in indiuiduo dicit iſtā opin.videlicet,ſub diſpoſitione iſtius regulæ odioſe Cardinales non comprehēdi,firmam eſſe ſicut firma petra. Et ita etiam reperio tenuiſſe Io.Bap.de Sancto Seuerino,quondā celeberrimū aduocatum,in quibuſdam notis gratiarū,qui allegat vltra Petrū de Anch.Oldr.cōſ.ccxj.ccxciij.& cccxxj.& Pauinum in extrauag.ad onus.cum ſimilibus.

¶Quid in tanta varietate dicendum? Teneo primam opi.(prædictis non obſtan.motus iſta ratione,quia clarum eſt,

Creatori Deo,& vicario Creatoris ſubiectā eſt vniuerſa caro.

quòd creatori Deo,& vicario creatoris ſubiecta eſt vniuerſa caro,vt dicit Inno.Abb.& cæteri in c.j.per illum text.de conſtit.Sed ab iſta regula generali non reperiuntur excepti Cardinales.Igitur ſubijcientur eius conſtitutioni,niſi eos excludat.Nam ſpeciale eſt,in Papa cōditore,ne ligetur ſua lege,quia à nemine iudicatur:& vt ſit differentia inter ligatum,& ligantem.c.fi.de inſtit.cum vulg.Sed iſta ratio non militat in Cardinalibus.igitur &c.Aliàs ſi contrarium diceremus,eſſent acephali,& ſine aliqua ſuperiore,& certarent de paritate cum Papa.Et ſic non poſſet eos cōſtitutionibus ſuis punire,cum par in parem non habeat imperium,vulg.l.nam & magiſtratus.ff.de arb.Hoc tamen abſurdum eſſet dicere: quia perinde haberetur,ac ſi duo in eccleſia capita fingeremus,quod vt monſtrū abhorret text.in c.quoniā.de offi.ord.Igitur dicamus eos comprehendi: quia lex omnes ſubditos ligat,niſi excipiātur.l.princeps.ff.de legi.c.omnis

Verba generalia.

anima.de cēſib.Accedit ad hoc,quia verba generalia in cōſtitutionibus,ad hoc ponūtur,vt per illa cōprehendantur illi,qui aliàs ſimpliciter non comprehenderētur,vt probat Dyn.in rub.de reg.iur.lib.vj.& gl.in cle.j.de re iud.lib.vj.in verbo,quauis.& in cle.j.in verbo,quibuſcunque.de iud.cum cōcor.vt notabiliter ſcribit Gemin.in conſ.lxv.incip.diſcutiā.in iij.col.Sed in præſenti regula ſunt poſita iſta verba vniuerſalia & prægnantia,perſonis quibuſuis.Ergo dato,quòd aliàs conſtitutio ſimpliciter prolata Cardinales non comprehēderet.vbi verò profertur cum clauſulis prægnantibus & generalibus,apparet voluiſſe illos comprehendere:quia aliàs illa verba eſſent ſuperflua,quod non eſt dicendum,iuxta l.primam.ff.quod met.cauſa.& cap.ſi Romanorum xix.diſtin.Et ideo non ab re Felynus in capitul.

cum in iureperitus.de offic.deleg.& in rub.de ma.& obed. & hic in quibuſdã ſuis breuibus & corruptiſsimis apoſtillis dixit, quòd de ſtricto iũre defendi non poteſt illa opinio, quòd Cardinales non comprehendãtur in diſpoſitione generali habente clauſulas prægnantes.

Clauſulæ prægnantes.

¶ Poſtremo hæc opinio poteſt alio motiuo adiuuari, quia ſi propter dignitatis prærogatiuã dicimus, Cardinales ſub regula non comprehendi, idem dicẽdum eſſet de epiſcopis, quorum dignitas maior eſt Cardinalatu, ſaltem reſpectu ordinis. Nam epiſcopi dicuntur habere culmen dignitatis, vt dicit gl.in cap.ij.de præbend.lib.vj.& in cap.quàm periculoſum.de ſen.excom.lib.vj. Cardinales verò non dicuntur habere dignitatem, ſed officium, & tamen dignitas maior eſt officio, vt dicunt Doct.in c.cum acceſsiſſent.& ibi declarat Abb.de cõſtit.& in c.de multa.de præb. Hinc eſt, quòd de iure antiquo epiſcopus debebat poſtulari ad Cardinalatum: quia dicebatur deſcendere, & non aſcẽdere, vt latius dixi in procemio regularũ in j.q.quod non alia ratione prouenit, niſi quia epiſcopatus reputabatur maior Cardinalatu, vt notatur in c.quanquã.ij.q.vij. Et ideo, vt dixi, epiſcopus dicebatur per aſſumptionẽ ad Cardinalatũ deſcendere, & non aſcendere, vt tradit etiã d. Gundiſal.de Villadiego in tract. Card.quinta quæſt.principali.& dixi poſt Abb.in capitulo, eccleſia.el.ij.de electio.& in capitulo, bonæ.de poſtul.præla. Et tamen attenta ratione prædicta, idem dicendum eſſet epiſcopis, quòd ſub iſta regula non comprehenduntur. hoc autem eſt abſurdum dicere. Igitur idem dicendum erit de Cardinalibus.

Epiſcopi dignitatis culmẽ habere dicuntur.

Epiſcopus de iure antiquo ad Cardinalatum poſtulari debebat.

¶ Rurſus pro iſta parte facit, quia ſub conſtitutione concernente commodum animæ, Cardinales, & omnes cõprehenduntur, vt dicit Domi.& alij in c.nemo.& cap.ſciant cũcti. poſt gl.ibi, de elect.lib.vj. Sed iſta regula continet in ſe commodum animæ. Nam per expreſsionem veri valoris, nec camera apoſtolica, nec officiales curiæ, qui ſummi pontificis fidem ſequuti ſua officia ex cauſa oneroſa emerunt, defraudantur: hanc enim fraudis prohibitionem ad commodum animæ pertinere nemini dubium eſt. Nam aliquem defraudare ſine peccato, & periculo animæ nõ poſſumus, vt in ſpecie dicit doctor ille practicus, & antiquus Cancellariæ apoſtoli

Defraudare aliquẽ ſine peccato.



ſtolicæ corrector in libr.nuncupato, practica Cancellariæ.
fol.xlvij. Sicut etiam dicunt omnes Summiſtæ in verbo, ga-
bella, quòd licet gabellæ grauent ſubditos, tamen ſine pec-
cato non poſſunt fraudari, ex quo ſunt impoſitæ ab haben-
te poteſtatem. Cum igitur taxæ beneficiorum ſint impoſitæ
de mandato pontificum, ad effectum, vt per expreſsionem
veri valoris, iura cameræ & officialium ſecũdum taxam or-
dinatam ſoluantur, meritò illas defraudantes per expreſsio
nem falſi valoris peccant. Et licet iſta ratio non concludat
ad Cardinales, quia liberi & exempti ſunt à taxis, ſed com-
prehendant alios: militat tamen in eis ſecunda ratio finalis
iſtius regulæ, quæ fuit, ne ex taciturnitate veri valoris, vnus
ſtipendia plurimorum caperet, & plus fortaſsis quàm merea
tur, & ita pauperes clerici, quibus de reliquo prouideri de-
bet, defraudentur. Nam cum aliquæ cõſtitutiones ſint, quòd
Cardinales non poſsint impetrare, niſi vſque ad certã ſum-
mam, vt hodie eſt cautum in cõſilio Laterano, ſeſsione no-
na. Certe ſi illi non ſunt ſubiecti huic regulæ, pauperes po-
terunt defraudari. Præſertim cum lege etiã caueatur, quòd
ſi aliquis habeat neceſſaria ex vno beneficio, nõ debet aliud
beneficium impetrare, niſi hoc dicat, quod multis rationi-
bus probat Ioan.de Lignano in tract.de pluribus benefic.
Nam vt dictũ eſt, taliter impetrãtes vſurparẽt ſtipendia plu
rimorũ, quod tendit in graue animæ periculum, vt dicit te-
xtus.in cap.quia nõnulli.de cler.non reſiden.& in c.quia in
tantum.de prębend. Quæ mala & abſurda, ſicut ex taciturni
tate vel mala expreſsione valoris facilè ſequi poſſunt, ita
per eius expreſsionem veram omnino tolluntur. Nam per
veram valoris expreſsionem Rom.põtifex redditur certus
quantitatis concedendæ, & aliquando iuſtis de cauſis con-
cedet vni plus quem cognoſcit capacem ac vtilem eccleſiæ,
& benemeritum tanti valoris, quod alteri denegabit, pro-
pter incapacitatem petentis. Et iſto modo ſciens diſpenſa-
bit redditus eccleſiarũ ſecundũ merita & exigentiam perſo-
narum, arg. eorum, quæ notantur in c.de multa.de præb. Et
iſtam rationem ponit in terminis Abb.in c.ad aures.de re-
ſcrip.& ad prædicta facit c.cum adeò.eod.tit.& c.de mona-
chis.de pręb.& c.j.xxj.quæſt.j. Sancta igitur & rationabilis
fuit ad hoc iſtius regulæ cõſtitutio, quæ ſummũ pontificem
con

Gabellæ impoſitæ.

Cardinales niſi ad certã ſũmam impetrare nõ poſſunt.

Beneficium aliud nõ debet ipetrare, &c.

Valorem verũ in benef. exprimi debere, quare Ro.põtifices voluerunt.

concedentem,certiorem reddit de valore, per quem ſeruatur iuſtitia diſtributionis,quæ ad ipſum Papã noſcitur pertinere,qui non debet vni tantũ tribuere, vt alter eſuriat,cõtra Apoſtoli verbum,in ſcandalum plurimorũ.cap.j.xvj.q.vij.facit cap.Vulteranæ.xij.q.ij.Conueniens inquam,& honeſta fuit talis regula,quæ iſtis omnibus medetur, quæ denique has fraudes amouet, ac ambitionis & auaritiæ ſemina tollit: quæ omnia cum animæ cõmodum cõcernant, dicendum eſt regulam in Cardinalibus locum habere.Poſſent tamen prædictæ opiniones contrariæ, fœdere diſtinctionis concordari, faciendo differentiam inter Cardinales præſentes in curia,& abſentes.Nam in præſentibus poteſt procedere prima opinio, vt videlicet, propter prærogatiuam præſentialitatis gaudeant hoc priuilegio, ne ſub iſta regula cõprehendantur. In abſentibus verò procedat ſecunda opinio.Et iſta diſtinctio poteſt bene comprobari ex ijs quę dixi in regula de impetr.benefic. per obit.famil.Cardin.q.xvij.Et vltra ibi dicta pro iſta diſtinctione faciunt,quæ dicunt Moder. Hiſpani repet.l.imperium. num.55.ff.de iur.om.iud.vbi dicunt,quòd Cardinales æquiparãtur præfecto prætorio:& ideo illuſtres appellantur, ſecũdum omnes ibi,& habent merum imperium,vt in cap.per venerabilem.qui fil.ſint legit.quem no.Abb.in cap.ex geſtis.de cler.nõ reſid. Et tamen ſi fuerint abſentes à curia ſine cauſa, quod facere non debẽt,iuxta gl.in cap.nobiliſsimus.xcvij.diſt.tunc deſinunt eſſe illuſtres,nec habent merũ imperium.Imò ſi Cardinalis abeſt cauſa legationis,non dicitur illuſtris, ſed ſpectabilis,quia æquiparatur proconſuli.cap.ij.de offic.leg.& tamen ſi manet in curia,dicitur illuſtris:magnum igitur eſt priuilegium præſentialitatis curiæ. Pro quo facit vnum ſimile.Nam conſules ſunt ſuperilluſtres, vt tenent communiter Doct.in l.j.ff.de offic.eius,cui mand.eſt iur. Tamen ſi recedebant à latere principis in legatione,efficiebãtur ſpectabiles,vt ff.de offic.proconſ.& declarat ibi gloſſ.

Cardinalis p̃ſens illuſtris dicitur.

QVAESTIO SECVNDA.

Impetrationes.

QVAERO, an regula iſta habeat locum extra curiam, in impetrationibus factis à legatis?

¶SOLVTIO. In legatis dicendũ videtur quòd ſic: quia ratio mouens conditorem aſtringentẽ impetrantem



tem ad exprimendum valorem,eſt illa quam ponit Abb.in d.cap.ad aures.in iij.col.verſ.puto tamen.de reſcript.videlicet,ne cuilibet permittatur temporalium diſpenſatio,niſi ſecundum qualitatem perſonæ. Nam talis eſt aptus ad habendum beneficiũ tenue, qui eſt omnino ineptus ad habendum beneficium pingue. Proinde quantitas expreſſa redditũum principem ſubtrahere,aut inducere poſſet ad conceſsionem,vel denegationem gratiæ.Ideo vtile & neceſſarium videtur valoris expreſsionẽ fieri. Hæc eſt ratio quam aſsignat Abb.ad regulam Vrbani,quæ (vt dixi) concordat cum iſta,ampliãdo eam,vt in q.ſuperiori.Sed iſta ratio militat in legato, ergo & in eo habebit locũ diſpoſitio. Suadetur hoc,quia videmus omnes ſubreptiones,quæ vitiãt gratiam Papæ,vitare etiã legati gratiam.vt not.voluit domin. Anton.Card.& Imol.in clem.ij.in ij.notab.de offic.ord.& Domin.in cap.fin.in ij.notab.de off.leg.lib.vj. Et Marian. conſil.xiiij.quæritur. Et ante ipſum hoc tenet N.Milis auditor in verbo,gratiam impetrans.

¶Et iſta æquiparatio facta eſt de iure antiquo,vt in d.cap.fin.& dicta clem.ij. Diſpoſitio igitur iſta nouiter procedẽs, loquẽs de Papa,debet etiã habere locũ in legato:quia quãdo duo ſunt æquiparata de iure antiquo, diſpoſitio poſtea loquens in vno,debet habere locũ in alio. vulg.l.ſi quis ſeruo.C.de furt.Accedit quia magis militare debet diſpoſitio iſtius regulæ in legato, q̃ in Papa,cum iuriſdictio legati ſit odioſa,extraordinaria,& ſuperinducta: quia venit in diminutionem iuriſdictionis ordinarij,vt dicit gl.in d.cle.ij. Ergo de facili reſtringibilis.cap.mandatum.& cap.Abbatem.& cap.literis de reſcrip.Et patet hoc exẽplo, de quo Paul.& Imol.in d.clem.ij.meminerunt. dum dicunt, quòd in facultate diſpenſandi, legato conceſſa ſubintelligitur, dummodo diſpenſati in diſpenſatione mentionem valoris beneficiorum faciant,aliàs diſpenſatio non valebit, volentes in hoc extendere iura, de collatione tantum loquentia ad iſtum caſum diſpẽſationis, ex quo in eo eſt eadem ratio, quæ in Papa conſideratur. Pro quo facit gl.in clem.literas. de reſcript.quæ extendit illam diſpoſitionem de literis Papæ,ad legatum,per eandem rationem: quia diſpoſitiones legati facilius reſtrictionem recipiunt, propter minorem poten

Legati iuriſdictio odioſa, & extraordinaria.

Diſpẽſandi facultas.

potentiam,quàm Papæ. Itaque idem dicendum eſt in reſtri
ctione facta per iſtam regulam,cum ſit maior ratio propter
minorem facultatem. Et quòd per identitatem rationis de-
beat fieri extẽſio in caſu noſtro, vbi tractatur de reſtringen
da ampliatione beneficiorũ,tenet expreſsè Imol.in d.clem.
literas.reddens rationé extenſionis, quæ ibi à gl.cõceditur
in caſu exorbitante,vt illud procedat propter æquitatem,
quæ ineſt diſpoſitioni refrænanti ambitionem acquirendi
beneficia,quæ quidem ratio militat in literis legati,vt dica-
mus iudicandum eſſe in regula iſta,cum ibi diſpoſitio mili-
tet,vbi illius ratio militare videtur.cap.inter.de tranſlat.
epiſcop. Et iſta opinio iuſtificatur etiam ex verbis iſtius re-
gulæ, quæ adaptantur etiã legatis. Nam illa verba (in gra-
tijs de beneficijs vacantibus, ſeu certo modo vacaturis) hîc

Legatus quas gratias dare ſoleat.

poſita,verificari poſſunt in legato,qui dat gratias de vacan
tibus.cap.j.& fin.de off.leg.lib.vj.tenet Imol.in d.clem.li-
teras. Et dat etiam gratias reſeruationis ad beneficia vaca-
tura.cap.penult.de off.leg.cod.lib.& notatur in cap.hi qui
authoritate.de præb.lib.vj.tenet Imol.in d.clem.literas.&
latius Gaſpar de Peruſio.in tract.reſeruat.fol.xix. Et exce-
ptio quæ hîc ponitur de gratijs factis motu proprio, etiam
in legato militat,qui etiam gratias motu proprio cõcedit
ſecundum communem opin.gl.& Doct.in cap.fin.de offic.
leg.lib.vj.& in clem.fin.de off.ord.tenet Gloſſator ſuprà in
regula xv. Et dixi latè in rubr.de reſcrip.lib.vj.& in regula
de annali.in ix.vel x.q. Cùm igitur mens,ratio, & verba re-
gulæ verificantur in prouiſionibus legati,meritò ſub illa
comprehendi debent.arg.l.ab omnibus.ff.de leg.j. Et ita
cum iſta opinione videtur tranſire dominus Guliel.in colle
ctaneis deciſ.ſuper regula de infirmis reſignantibus. Vbi di-

Ordinarij, Papa & legati quibus prouidere dicantur.

cit,quòd regula iſta ideo non procedit in ordinario, ſed in
Papa,& legato,ex eo,quia ordinarij intendunt prouidere
eccleſiæ: Papa verò & legati,perſonis, vt dicit Cardin.poſt
Lauren.in d.clem.ij. Et hoc videtur ſentire Felyn.licet ali-
quantulum ſe inuoluat, in cap.ad aures.in xiiij.concluſio-
ne.de reſcript. Et ſequũtur Moderni in tract.beneficiorum,
in tertia parte.q.xij.verſ.xiij.qualitas. Et finaliter ſecundum
opinionem iſtam iudicauit Rota in vna Burgen.beneficio-
rum,coram domin. Camillo de Ballionibus xvj. Decẽbris,
me



me tunc præſente,& primo reſponſali. Et inter alia moue-
batur Rota his motiuis. Primo, quia literæ legatorum di-
cuntur apoſtolicæ.cap.ſi apoſtolicæ.& cap.hi qui.de præb.
lib.vj.& notatur in cap.ſi abbatem.de elect.lib.vj.quia in
prouincia ſibi decreta repræſentat Papam,vt notat Bonifa
cius in cle.j.num.12.de off.leg. Et latius Gundiſal.in tract.
de leg.q.ix.primæ partis. Cùm igitur regula iſta loquatur
de literis apoſtolicis,habebit locum in legato.

Legatorũ literæ apoſtolicę.

¶Præterea mens regulæ in eo verificatur, quia ſiue regula
ædita ſit propter annatas,ſiue ex eo,quia Papa non habet
notitiam perſonarum,vtroque modo rationes iſtæ militãt
in legato: quia de eius prouiſionibus annatæ ſoluuntur,&
eodem modo legatus non cenſetur habere notitiam perſo-
narum,ſicut Papa. Hinc eſt,quòd Papa & legatus dicuntur
prouidere perſonis. Epiſcopi verò ordinarij, quia præſu-
muntur habere notitiam perſonarum ſuæ diœceſis, dicun-
tur prouidere eccleſijs,vt dicunt omnes in clemen.ij.de off.
ord.& tradit Felyn.in cap.ad aures.in xiiij.q.de reſcript.

¶Præterea,quia videmus quòd legatus qui iuriſdictioné
ſuam reaſſumit à Curia Romana, præſumitur ſcire ea quæ
verſantur in ea,& per conſequens regulas iſtas Cancella-
riæ,quæ in ea publicantur. Vnde quãdo perſona trahit ori
ginem ſuæ poteſtatis,& dependentiam à curia, ligatur re-
gulis Cancellariæ vbique,tam in curia,quàm extra curiam.
Ita dicit Felyn.in cap.ij.in penult.col.verſ.regulæ Cancel-
lariæ.de reſcript.

Perſona trahẽs originem ſuę poteſtatis.

¶Præterea,quia legati dicuntur omnia ſeruare, & ſeruari
facere,quæ ſolent à delegantibus obſeruari. Et id quod mo
uet delegantem,mouere etiam debet delegatum, notat Ge
min.poſt Archid.Ioan.And.& alios in cap.iij.poſt tertiam
gl.de præben.lib.vj. Et in æquiparatis diſpoſitũ in vno,ha-
bet locum in alio,vulg.l.ſi quis ſeruo.C.de furt. Ex iſtis, &
pluribus alijs motiuis,quæ breuitatis cauſa omittũtur,mo-
ta fuit Rota ad ſic tenendum. Et ita etiã tentũ fuit tempore
Sixti,prout reperio adnotatum in memorialibus antiquis.

### QVAESTIO TERTIA.

Monaſteria monialium.

QVAERO, an regula iſta habeat locum in monaſterijs
monialium,vel alijs quibuſcunque, ſiue illa ſint con-
ſiſtorialia,ſiue non?

¶SOL

tutio,ꝙ fructus hoſpitalis dati in adminiſtrationé exprimerentur,& tunc fieret illa diſtinctio. Satis eſt, quòd hodie nõ eſt in vſu, & ideo vera eſt opinio Io.Bap.per ea quæ dixi in regula de infirmis reſignantibus. Et quod dictum eſt de hoſpitalibus, idem dicendũ eſt de omnibus redditibus, qui nõ dantur in titulum,vt altaria, capellæ,oratoria, & mortuaria,& alia,quæ particularius exemplificat Felyn.in c.in noſtra.in primo correllario.de reſcri. Et in d.c.ad aures.in ix. col.de reſcrip. Quæ verba,tacito authore,accepit à Belenzino in tract.de char.ſubſi.q.lxxvj. Declarando tamen,vt per eũdem Fely.in d.c.in noſtra.in xxiij.correllario.poſt And. Sicul.in c.ex literis.de conſuet.& Bart.Belenzinũ in tracta. de char.ſubſi.q.lxviij.& dixi in tract.expect.in ix.formula. num.93.Et ea,quæ dicta ſunt de hoſpitalibus, dici poſſunt de præſtimonijs, de quibus videnda ſunt quæ ſcripſi in d. tract.expectatiuarum.in prima forma.num.39.cum ſeq.

### QVAESTIO QVINTA.

Beneficia vacatura.

* QVAERO,nunquid regula iſta habeat locum in gratijs de beneficijs vacaturis?

¶SOLVTIO. Iſtud dubium fuit propoſitũ per D.Nicolaum Aragonia in vna Zamoren.Therauſariæ,de anno M.D.XXXIII. Et tunc pro vna parte dicebatur,quòd regula tali caſu non procedit: ex eo,quia regula iſta loquitur in impetratione beneficiorum vacantium & vacaturorum,quorum poteſt haberi certitudo valoris. Et hoc indicant illa verba poſita hîc in textu,ibi (Seu certo modo vacaturis,&c.) vt ſit ſenſus,quòd quãdo impetratur aliquod beneficium vacaturum per illos modos in iure expreſſos,qui ſunt modi certi,vt per contractũ matrimonij,ingreſſus religionis,& ſimiles. De quibus in regula lxiiij.tali caſu requiritur expreſsio valoris,& procedit iſta regula:ſecus verò in gratijs ad vacatura, in quibus nõ datur de præſenti aliquis certus modus vacandi. ¶Ex diuerſo dicebatur contrariũ, & ita pro iſta parte iudicauit Rota, corã eodé D.Nicolao,

* de menſe Nouemb.M.D.XXXIII. Et ſecundum eandé opinionem ita etiam obſeruatum fuerat tempore Sixti,vt in quibuſdã memorialibus inuenio adnotatũ. Et pro iſta deciſione facit in primis textus iſtius regulæ,ibi, (& idem ſeruetur in expectatiuis,&c.) Facit etiã ratio euidens,de qua ſuperius



perius in alijs quæſtionibus feci mentioné. Nam ad hoc requirit expreſsio valoris, vt Papa ſciat diſpenſare patrimonium Ieſu Chriſti, ſecundum meritum perſonarum petentium, vt ſic poſsit vnicuique de redditibus eccleſiaſticis ſecundum meritum,induſtriam,vel habilitaté perſonæ prouidere,vt dicit Abb.Fely.& alij in repetit.cap.ad aures. de reſcrip.Sed iſta ratio militat in gratijs de vacaturo.Igitur militabit etiam diſpoſitio.Et iſta opinio ſuadetur, etiam ex generalitate verborũ iſtius text.qui indefinitè loquitur.Ergo debet intelligi tam de beneficijs vacãtibus, quàm vacaturis, certis & incertis.arg.text. not.in c.quia circa.de priuil.Nec obſtant illa verba (certo modo) quia non indicant modũ vacationis,ſeu formã impetrandi, vt patet in regula de annali,& in alijs regulis, quæ vtuntur ſimili modo loquendi: & tamé abſurdum eſſet,& contra communé,& receptũ ſenſum,illas regulas ad illos tres,vel quatuor modos vacãdi ſuperius nominatos reſtringere.Quod vlterius demõſtratur: quia regula iſta continet duas partes alternatiuè. Prima eſt circa beneficia vacãtia. Et iſta pars intelligitur generaliter de quacunque vacatione. Quia quando fit mentio vacationis ſimpliciter, & nullus modus exprimitur, venit omnis modus vacãdi,vt dicit Lapus alleg.vj.in ſecunda col.cũ concord.vt ſcribit Fely.in cap.in noſtra.in XXXVII.correll.de reſcrip.Et eſt text.in c.ex parte.el.j.de offic.deleg.Si igitur prima pars alternatiuè,de beneficijs vacantibus debet intelligi generaliter, eodem modo ſecunda pars alternatiuè, de beneficijs vacaturis:debet etiã intelligi generaliter de omni ſpecie vacationum, ſiue ſit per illos quatuor modos certos in cancellaria vſitatos,ſiue alio quocunque modo etiam incerto: quia vna pars alternatiuè debet intelligi,& declarari ſecundũ aliã,iuxta vulg.doctr.Bart.in l.j.ff.de reb.dub.

Valoris expreſsio.

Regula duas partes alternatiuè continet.

### QVAESTIO SEXTA.

Regreſſui obſtare.

QVAERO, an regula iſta obſtet regreſſui, in quo nõ eſt expreſſus valor ſecundum communem æſtimationé, prout hîc requiritur, ex eo, quia in prima gratia fuerat expreſſus?

¶SOLVTIO. Breuiter iſtũ caſum ponit D.Gulielmus hîc, in quibuſdam annotationibus, & dicit Rotam tenuiſſe in vna Burg.beneficij,regulam nõ obſtare: quia ſufficit,in pri

ma gratia valorem expreſsiſſe. Nam ad illam tanquã ad originalem matricem habetur recurſus, vt etiam tunc adnotauerat R.P.D. Simonetta primarius auditor. Si verò in prima valor nõ exprimeretur, regula obſtaret, & ita iudicauit Rota. de quo latius per eum.

QVAESTIO SEPTIMA.

Beneficia cõmendata.

QVAERO, an regula iſta procedat in beneficijs commendatis?

¶SOLVTIO. Rota in vna Taurinen. de menſe Decembri, coram R. D. Io. Clerici tenuit, quòd non, ex eo, quia regula iſta eſt odioſa, & loquitur de beneficijs vacantibus, & vacaturis, quæ vacatio non verificatur in commẽda, vt tradũt omnes in c. nemo. de elect. lib. vj. Et quia in commenda de beneficio non prouidetur, tanquam de vacanti, ſed deponitur beneficium ad effectum prouidendi, & ideo manet antiqua vacatio, vt tradit Aret. poſt gl. & alios in c. ſi conſtiterit. de accuſ. & Rom. conſil. cl. Verùm quia ſuper iſta deciſione poſſet moueri ſcrupulus ex eo, quia eſt magnum diſcrimen inter commendam perpetuam & temporalem, videnda ſunt ea, quæ latiſsimè dixi in regula de triennali. quæſt. v. & in alijs præcedentibus regulis.

QVAESTIO OCTAVA.

Monetarum varietates.

QVAERO, quare Papa hîc expreſsit tot varietates monetarũ, & an expreſsio iſtarum monetarum debeat fieri ſecũdum æſtimationem loci, vbi vacat beneficium, an verò ſecundum valorem Curiæ Romanæ?

¶SOLVTIO. Videtur dicendum diuerſitatem iſtarum expreſsionis monetarum poſitam eſſe ad denotandum diuerſitatem nationũ & gentium, tũc ad Vrbem Romã accurrẽtiũ. Quam quidem monetã vnuſquiſq; ſecundũ qualitatem & quãtitatem intrinſecam loci beneficij, non loci impetrationis exprimere tenebatur, vt dicit deciſ. lxiiij. titulo de reſcrip. in antiquis. & ante illam hoc expreſsius tenuit Oldr. in conſil. clxviij. incip. ad primam. in tertia quæſt. Sequitur Pet. de Anchar. in cle. vnica. col. fi. de conceſſ. præb. & Ioan. And. in addi. ad Specul. eo. tit. in fi. Et hoc conſonat iſti regulæ non ſine miniſterio tot monetarũ ſpecies numerantis. quod aliunde non euenit, niſi quia Papa voluit morẽ gerere viſitãtibus vrbẽ. Nam illis tẽporibus omnia ferè regna Chri-

Monetarum ſpecies.



Chriſtianorum ſedi Apoſtolicæ obediebant, & ad eam, tanquam ad Aſylum Romuli confugiebant omnes. Et ita vnuſquiſque in impetrationibus & literis apoſtolicis exprimebat valorem per monetam ſuæ gentis. ¶Tamẽ conſiderandum eſt, ſi poteſt teneri contrarium: quia text. hic nõ diſponit expreſsionem valoris in gratijs apoſtolicis debere fieri ſecundum æſtimationem locorum venientium ad vrbẽ, ſed ſecundum communem æſtimationem curiæ. Itaque ſecundum hoc locus impetrationis attẽdetur, & ad illius loci æſtimationẽ genus illud monetæ reduci debet, quod voluit expreſſe Egidius deciſione ſecũda. Vbi dicit, hoc ideo factum fuiſſe, ne Papa deciperetur, qui de facili ignorare poteſt locorum cõſuetudines circa æſtimationes, iuxta capitulũ primum. de conſtit. lib. vj. Et ideo licet nomẽ monetę in ſupplicationibus exprimatur per libras Turonẽſes, vel Marchas ſterlingorũ. Valor tamen beneficiorum debet conſiderari, ſecundũ quod valet in portatis in vrbe, vt refert Gloſſator in regula xxiij. in fine. vbi dicit ita ſeruare Rotã, & hoc ſentit Oldr. in conſil. cxviij. incip. ex virtute. & dixi in tract. expectatiua. numero. 104. Et iſta opinio mihi videtur verior, quam videtur tenere Panor. in c. quanto. in vltima col. verſ. quid autem in mandato. & c. de iureiur. vbi dicit, quòd æſtimatio & valor monetæ debet intelligi ſecũdum æſtimationem loci concedentis, allegat. hoc tenere Guliel. de Monte Lauduno in cle. ij. de deciſ. qui allegat rationem Egidij. Et videtur ad hoc text. cum gloſſ. in d. clem. ſecunda. vbi notant omnes, & ſequitur Fely. in cap. ad aures. in xj. concluſ. de reſcript. & illam deciſ. Egid. ſequitur etiam Rochus Curtius in repet. c. fin. in vij. q. de conſuet. & ita hodie ſeruatur. ¶Et iſta omnia de plano procedunt in gratijs principalib. vt ſatisfiat regulę, & taxis beneficiorum, ne decipiantur officiales. Secus autem eſt in reſeruationibus fructuum pro penſione: quia tali caſu non habetur reſpectus ad valorem, ſecundum quem fit expreſsio in bulla, ſed ſecundum quod valent in partibus. Vt concluſit Rota xvj. Nouembris M. D. XXXVII. corã me in vna Calaguritan. canonicatus & præbendæ. Iuxta quam determinationem Rotæ ita iudicauit * Dom. Ioãnes de Anguiano arbiter inter partes electus. Et caſus ille talis erat: quia Rodericus de Auila reſignauerat

Monetæ valor eſt æſtimatio.

Valor beneficiorũ in reſeruationib. fructuum.

canonicatum & præbendam prædictos,quorum valor vi-
gintiquatuor Duc.aur.de cam.ſec. com.æſtim.val.an. non
exced.in fauorem Io.Lupi,reſeruata ſibi medietate omniũ,
& ſingulorum fructuũ prædictorũ propria authoritate per
cipiendorum, leuandorũ,& colligendorũ,&c. Adueniente
tẽpore ſolutionis Rodericus partẽ vini,grani,& pecunia-
rum vſque ad medietatẽ fructuũ capere voluit.Io.verò hoc
prohibuit,dicens,non teneri ei, niſi ad duodecim ducatos,
quæ erat medietas valoris canonicatus prædicti expræſſi in
gratia. Et quia in ea dicebatur fructuũ prædictorũ,dubita-
tum fuit,quid iuris. Domini omnes dixerũt,medietatẽ illã
fructuũ debere intelligi,prout in partibus æſtimatur,&va
let,non prout in curia : quia illa verba propria authoritate
percipiendorum & colligendorũ,&c.hoc innuunt.Si enim
Rodericus capere pecuniã cogeretur,& ad hoc Io.eum co-
gere poſſet, fruſtra in literis reſignationis dictum fuiſſet,
quòd Rodericus fructus propria authoritate capere poſſet.
Nam pecuniam capiẽdo non poſſet dici fructus percipere,
ſed valorem fructuũ,quæ ſunt inter ſe diuerſa.Vnde ex quo
Rodericus non reſeruauit ſibi dimidietatem valoris expreſ
ſi,ſed fructuũ,intelligetur de illis,qui propria authoritate
colligi poſſunt.Nec obſtat verbum prædictorũ:quia nõ re-
fertur ad valorem expreſſum,ſed ad canonicatũ & præben.
prædictorum. Et ita intelligi debent ſecundum mentẽ reſi-
gnantis,qui agit de damno euitando . Reſignatarius verò
agit de lucro captando.arg.l.fi.§.in computatione.C.de iu
re delib. Et ita dicitur,quòd actus agentiũ ſecundũ eorum
intentionem intelligi debent. vulg.l.obligationũ ſubſtan-
tia.ff.de act.& oblig. Nec obſtat,quòd fructus canonicatus
ſint expreſsi ad vigintiquatuor. Quia illud potius ex ſtylo
Curiæ,ne gratia ſit nulla,propter iſtã regulam,ſi nullus va-
lor exprimeretur, quàm de iure ſit,ſecundum gl.in cle.j.de
præb. Quia clarũ eſt,quòd ferè omnes canonicatus Hiſpa-
niæ nihil valent in portatis.Et quia requiritur in literis ex-
preſsio alicuius valoris,ponũtur omnes ad vigintiquatuor,
etiam ſi fuerit canonicatus Tolletanus,qui inibi reſidendo
ad mille ducatos aſcendit.Apparet igitur,quòd illa expreſ-
ſio valoris magis fit,vt ſatisfiat regulæ,quàm propter alium
effectũ, præſertim quia illa expreſsio valoris,quæ fit in re-
ſigna

Fructus canonicatus.



ſignatione prędicta magis fit reſpectu reſignatarij,cui pro-
uideri debet,& cuius prouiſio fuiſſet nulla,niſi eſſet expreſ
ſus valor,quàm reſpectu reſignãtis,qui iſto caſu nõ indiget
valore expreſſo,cum ſine illo poſſet expedire bullã ſuæ re-
ſeruationis,medietatis fructuũ,& illam in partibus exige-
re:quia regula iſta nõ habet locum in tali reſeruatione fru-
ctuum. Et iſta interpretatio eſt æqua,veriſimilis,& rationa
lis,ſecundum quam iudicauit d.Ioan.de Anguiano,prout
dixerat Rota. Et eſt notãdum vlterius,quòd licet valor fru-
ctuum pro ſoluenda penſione debeat fieri,prout conſidera-
tur in partibus.Hoc autem non haberet locum,quando fit
ſolutio penſionis in curia:quia ſolet ſolui in ducatis auri de
Camera, prout ſonant literæ Apoſtolicæ,licet in partibus
ſufficeret ſoluere in moneta,dummodo illa tantum valeat,
nec cogitur debitor ſoluere penſionem in auro. Vt tenuit
Rota in vna Elnen.penſionis corã me,inter Dominos Hie-
ronymũ de Requeſens epiſcopũ Elnen.debitorẽ penſionis.
cccc.ducat.ſuper epiſcopatu Elnen.& Ferdinandũ Loazes
inquiſitorẽ Cataloniæ penſionariũ,de menſe Nouemb. M.
D.xxxix.mota per ea,quę notãtur per omnes in l.Paulus.ff.
de ſolut. & in l.ij.ff.ſi cer.pet. Tamẽ aliquibus videbatur du
ra hęc deciſ.ex eo,quia in literis Apoſtolicis dicitur, quòd
ſolutio fiat in ducatis auri de Camera,& non dicit in valo-
rem eorũ.Vnde propter illã qualitatẽ auri,ſolutio fieri de-
beret in auro,iuxta deciſ.Parlamenti Guido.Papę.ccccxcij.
& Maria.ſoci.cõſ.vj.circa fi. Tamẽ tenẽdo opinionẽ Rotæ
ad illa dicta patet reſponſio ex ijs,quæ ipſe idẽ Guido dicit
in d.deciſ.ſe Frãciæ practicaſſe,vt ibi per eum. Et opi.Rotæ
eſt cõmunis, vt patet per omnes Moder. in tract.moneta.

QVAESTIO NONA.

QVAERO, Pro intelligentia iſtius text.ſecundum ordi-
nem literæ,quid intelligat iſta regula, (per marcham
argenti)quid rurſus per librã,& quid per alias Marcha argẽti.
monetarum ſpecies hic deſignatas?

¶SOLVTIO. Vt ſingula monetarũ vocabula hic expreſ-
ſa,ac earum origines & valores,hactenus per aliquem non
ſcripta, ſecundum curſum noſtri temporis declarentur,ſe-
quar ordinem literæ,& incipiendo à marcha,eſt ſciendum,
quòd iſtud nomẽ, Marcha, apud peritos linguæ latinæ non

inuenitur,ſed recens fuit,& vulgare nomen:de quo memi-
nit text.in c.conſtitutus.de procu.vbi,vnam marchā ſterlin
gorum.& in c.ij.de arbit.& c.cum pridem.de pact.& in cap.
ſignificauit.& c.quanto.de cenſi. Et fortaſsis de iſto nomi-
ne in Decretalibus alij text.non reperiuntur,quàm iſti. Et
iſta marcha aliter capitur de iure,aliter ſecundū cōſuetudi-
nem particulariū prouinciarum,& locorum,vt inferius in

Marchæ æſtimatio.

ſpecie declarabitur.Nam æſtimatio marchæ legalis eſt vni-
formis,quo ad omnes,niſi in locis,vbi eſt ſpecialis conſuetu
do circa valorem:quia in illis æſtimabitur marcha ſecūdum
communē vſum illius prouinciæ,niſi in ſolutionibus à lege
impoſitis.Quia tali caſu ſolutio alicui faciēda per marchas,
intelligetur de marcha tēpore legis conditæ,non autē vſua
li alicuius loci,vt tradūt d.Ant.& Abb.& alij in c.conque-
rente.de offi.ord.Bal.in l.quicunq;.in vlt.col.C.de ſer.fug.
Et ante ipſos Oldr.conſ.ccl.factū tale eſt.Et idē tenet Abb.
in c.quanto.col.fi.de iureiur.& in conſ.lvj.incip.quod ſolu
tio.lib.ij. Et Moder.in l.fi.ff.de in ius voc. Quicquid dixe-
rit Rom.in conſ.ccxxiij.circa primū.& Paul.de Caſt.in l.ij.
C.commu.de leg.faciens differētiam inter legem & ſtatutū.

Marcha legalis.

Et marcha legalis conſtituitur ex octo vncijs auri,vt tenet

Vnicæ auri & argēti valor.

in ſpecie Io.Faber in §.nos autem.inſtit.de attilia.tuto.Et
quęlibet vncia valet octo ducatos,vt dicit Bar.in l.quotiēs.
C.de ſuſcep.& Arch.lib.x.& Abb.in d.c.conquerente.Itaq;
marcha ſecundum diſpoſitionem iuris conſtabit ex ducatis
lxiiij.Quod eſt vtile ad multa,vt dicunt Moderni Papiē.in
.l.ij.§.ex his.ff.de uerb.oblig.cum cōcor.vt ſcribūt Moder.
in d.c.cōquerēte. Et de iſta marcha legali nō loquitur reg.

Valor in quo beneficio exprimi debeat.

iſta,ſed de marcha vſuali cuiuſlibet prouinciæ. Ex quo in-
fertur,quòd ſi clericus frācigena imperrat gratiam duorū
beneficiorū, quorū vnū ſit in Frācia,aliud in Alemania,in
primo exprimet valorem librarū Turonen.paruorum,quæ
eſt moneta Franciæ.vt apparet in cle.fi.de magiſtrat.in alio
exprimet marchas,quæ eſt monet 1 Alemaniæ.Et ita in ſpe-
cie tenēt Abbreuiatores,vt refertur in illo libro,qui vulgo
dicitur,Stylus,ſeu practica cācellariæ,fol.lxxiiij.Intelligē
tes tamen,monetā ſterlingorum eſſe monetam Alemaniæ
per participationē,aliàs malè diceret ille liber:quia mone-
ta ſterlingorū.origine & inuentione,eſt moneta Angliæ,
cuſſa



Marcha argēti.

cuſſa ſub Henrico.xxiiii.vt ſtatim dicam. Et marcha argen
ti,de qua loquitur iſta regula,valet ducatos quinq; de Ca-
mera.Si vero fuerit de argēto puro,valet ducatos ſex,vt in-
uenio in quodam peruetuſto libro taxarum ſedis Apoſtoli-
cæ adnotatū.Et iſta marcha argēti variatur ſecundū cōſue-
tudinē diuerſorū locorū.Quia in Anglia marcha ſterlingo

Marcha ſterlingorum & origo.

rum valet ducatos quatuor.Et ita declaratur text.in d.c.cō
ſtitutus.de procurat.qui loquitur de marcha ſterlingorum.
¶ Et vt ſcias originem iſtius monetæ ſterlingorum paucis
antea notam,eſt ſciendum,ſub Henrico Rege Angliæ,illius
nominis.iii.celebratum fuiſſe cōcilium Londini,anno Sa-
lutis M.ccxlix.in quo inter alia ſalutaria decreta,illud quo-
que pro commodo publico ſancitum fuit, quòd groſsi ar-
gentei,qui tēpore illo,permittente auaritia regis,iam ton-
ſi,& à bonitate argenti deprauati,expendebātur, diſſolue-
rentur,& loco illorum moneta ſterlingorum cuderetur,ab
effigie ſturni auiculæ in altera parte nummi impreſſa ita va
cata,quæ quidem auis lingua Anglica ſterling appellatur.
Et ita hodie omnis Anglica moneta ſterlingorum nomine
putatur. Et cur denarius ille nomine illius auiculæ ſterling
fuerit ſignatus,cauſam tradunt,quòd ea auis,pars foret in-
ſignium,quibus Reges id temporis multarū poſſeſsionum,
vel extra marinarum domini,vſi ſunt. Quemadmodum Re
ges hac ætate ſolent inſignibus regijs,ſingula ſuorum re-
gnorum inſignia adiūgere,quo potentia exiſtat,quàm ma-
xima:ſiue quòd nummus in altera parte haberet notam ſtel
læ,quam Angli ſter vocāt. Ita quòd hodie iſti denarij ſic ſi-
gnati reperiuntur,vt alijs omnibus author eſt Polydorus
hiſtoriæ Anglicæ.lib.xvj. Vel fortaſsis iſta moneta ſterlin-
gorum nomen accepit à caſtello quodam in Anglia ſterlin
gum nuncupatum. De quo idem author meminit lib.xiij.
& xiiij. Et de ſterlingo agro etiam fit mentio ibidem libr.j.
Sic etiam de ſterlingenſi ponte habetur in eadem hiſtoria.

Marcha ſterlingorū in Hybernia quantum valeat.

lib.xvij.Sed in Hybernia valet marcha ſterlingorum duca-
tos quatuor, marcha verò Renenſis,argenti puri,valet du-
catos Renenſes.viij.cum dimidio. Ex quibus ducatis Renen
ſibus quatuor,tres ducati Vngarici conſtituuntur. Itaque

Marchus Pariſienſis.

marcha Renenſis valet aureos Renenſes.lxx.& parum plus.
Marchus verò Pariſienſis eſt nouem vnciarum ex noſtris

communibus,& tertia pars alterius vnciæ. Et ex eo fiunt ducati.lxx. Et inter iſtas monetas marcharum ſterlingorum, Turonenſium,& Pariſienſium eſt magna differentia, vt notat Pet.de Bellapert.in l.fi.C.de compẽſat. Marchus verò ad vſum Mediolani facit aureos, ſiue ducatos ſex. Et continet marchus prædictus vncias nouem precioſi argenti, vt latius declarant Moder. Aſten.in tract.augmenti monetarum, in vltima concluſione. Et hæc de marcha.

¶ Sequitur in text.vel librarum Turonenſium,&c.

Libræ Turonen. valor & origo.

¶ Libra turonenſium paruorũ, de qua loquitur iſta regula, valet ducatum vnum de Camera. Et ſecũdum hoc libra conſtat ex duodecim Turonenſibus, qui quidem duodecim Turonenſes conſtituunt vnum ducatum, vt expreſſe ordinauit Benedictus xii.in extrauag.vas electionis.§.fi.poſita ſub titul.de cenſ. de qua meminit Fely.in cap.ij.in viij.col.& cad aures.col.ix.de reſcrip. Et ita in concernentibus literas & Camerã apoſtolicam, iſtum valorem voluerunt ſeruari facere ſummi Põtifices, vt patet in regula.xxiij. Et iuxta iſtam æſtimationem ſcriptæ fuerunt taxæ officialium cancellariç, compoſitæ per Io.xxii.cum curia reſideret Auinioni. Et ſecundum eoſdem Turonen. Benedictus xii.taxas ſacræ pœnitentiariæ compoſuit, vt habemus in originalibus formularijs illorum temporum, per eũdem Benedictum æditis. Quo factum eſt, vt cùm curia manſerit apud Gallias per lxxiiij. annos. Et ſic à tempore Clementis v.vſque ad Gregorium xi.qui curiam in Vrbem reduxit, vt hiſtorici referunt, vſus Turonenſium adeò inualuit, vt quodammodo callum obduxerit vſq; in hodiernũ diem,& hoc propter memoriam illius temporis. Tum etiam, quia illo tempore illa moneta vtebãtur Franchi, quorum erat peculiaris curſus ad curiam, expeditionis cauſa, adeò, quòd ferè omnes cancellariæ Apoſtolicæ expeditiones à Gallis conficiebãtur:& ideò bonum fuit, quòd monetæ illius nomẽ duraret, deuotione durante, quæ modo omnino ceſſant. Et quamuis Gloſſator ſuper regula xxiij.referat opin.quorumdam de origine iſtius monetæ Turonenſium, quas poſtea deridet. Nihilominus ego exiſtimo monetæ huiuſmodi originem initium habuiſſe Turonibus, eſt enim ciuitas illa in Gallia Narbonenſi antiqua,& percelebris nomine Turon, cuius præſul Anulphus à San



à Sancto Remigio baptizatus, inter Sanctos relatus eſt, hic primum moneta ab vrbe nomen accepit, quæ tunc in Gallia communiter expendebatur,& fortè tempore Clementis Quinti, dum Auinioni reſideret in vſum tradita, anno M.cccv.circa quem annum monetæ mutatio reperitur facta,& ob eam cauſam varij tumultus exorti, vt Robertus lib.vij. hiſtoriæ Gallorum meminit. Et tunc huiuſmodi monetam per Ioan.xxij.eius ſucceſſorem taxis Apoſtolicis appoſitam conſtat. Et cum valore prædictæ libræ Turonenſis, de qua loquitur iſta regula, cõcordant librç monetæ ciuitatis Meten. Flandriæ,& Regnorum Valentiæ, Barchinonen.& Iacen. Nam in dictis regnis, ſeu prouincijs libra etiã valet ducatum vnũ, vt experientia cognoui,& etiam atteſtatur Franciſcus Sancti Clementis Barchinonen.in Arithmetica ſua. Exceptis iſtis omnes aliæ prouinciæ Chriſtianitatis differunt in valore libræ, prout etiam libræ legales differunt ab omnibus iſtis, vt ſtatim dicetur. Nam videmus Maioricen. libras tres, ducatos duos conficere. Et ſimiliter libræ tres Turoneſium in Francia reddunt ducatos duos. Et francus etiam in Frãcia eſt ſimilis libræ. Quorũ tres franci reddunt ducatos duos. In Normandia etiam tres libræ valent duo ſcuta auri. Ab his tamen differt libra monetç Britãniæ, quæ valet minus ducato vno. Nam decem libræ Britãniæ valent octo ducatos de Camera. Pariſienſium verò libra valet parum minus libra Britanniæ,& modicum plus libra monetæ Franciæ. In Scotia vero, libra monetæ ſterlingorum valet ducatos duos. Sed libra monetæ vſualis ibidem valet ducatum vnum,& tres ſimiles libræ valẽt ducatos tres, quæ reddunt vnam libram ſterlingorum ex compoſitione antiqua,& duos ducatos cum dimidio ſecundum aliquos, ſed vt accepi à fide dignis, re vera valent ducatos tres. In Anglia libra ſterlingorum valet ducatos ſex. Et promiſsio ſimpliciter ibi facta de libris monetæ Anglicæ, licet ſit ibi varia moneta, tamẽ ſecundum communẽ vſum, in dubio debet intelligi de libra ſterlingorũ, vt refert ſe de facto habuiſſe Lãfr. in rep.c.quoniã cõtra falſam.in verſ.teſtium depoſitiones. in antepe.col.verſic.hinc eſt,&c.de proba.ſequitur Curt.in rep.cap.fi.in vij.quæſt.de cõſue. Libra verò monetæ Papien. valet ſolidos xx.vt refert Brun. Aſten.in tract.de augmẽto.

Libra Turonẽſis cum quibus alijs monetis concordet.

Libræ cuiuſcunque regionis & ciuitatis valor.

Libra in Anglia de Turonenſi in dubio intelligitur.

conclu

concluſione finali. Sed Parmæ aliter fit æſtimatio: quia ibi
libræ quinque, & ſolidi viij. faciunt ducatum vnum. Et cen
tum, & quinquaginta ſolidi, reddũt ibi etiam ſcutũ vnum,
vt habui in facto ſuper quadam cauſa Parmen. ita taxata in
Rota. Venetijs verò vna libra conſtat ex marcellis duobus.
Quorum duodecim marcelli valent ducatum vnum. Itaque
ducatus æſtimatur ibidem ſex libris. Sed libra groſſorum,
quæ mercantilis appellatur, decem ducatis ibidem æſtima-
tur, vt notiſsimum eſt. Bononienſes etiam libras ſuas ha-
bent, quarum communis, ſiue vulgaris libra, quæ in vſu eſt,
Bologninos xx. valet, qui reddunt Baiochos xxx. Et per
conſequens tertiam partem vnius ducati, plus minus.

**Libræ legalis valor quis ſit.**

¶ Ab iſtis omnibus differt libra legalis, quæ ſecundũ anti-
quos iuriſperitos valebat ſeptuaginta & duos ducatos, vt
eſt text. expreſſus in l. quotiens. C. de ſuſcept. Præpoſitis, &
Archa. lib. x. Et decem aurei, ſiue ducati valebant libram ar
genti, vt in l. j. C. de argen. præ. libr. x. Poſtea verò introdu
ctum fuit, quòd libra non ex lxxij. ſed xcvj. aureis conſtitue
retur, vt Bart. in d. l. quotiens. Alberic. & alij in l. fin. ff. de in
ius vocand. meminerunt. Et ita ſe habet cõmunis opinio, vt
patet ex his, quæ Felyn. congerit in cap. cõquerente. de off.
ord. & Iaſon in l. ij. §. ex his. in viij. col. ff. de verb. oblig. Sed
illud fortè antiquo tempore introductum fuerat: quia erat
minor argenti, vel maior auri copia, vel quia (vt dicũt qui-

**Auri bonitas.**

dam hiſtorici) auri bonitas non niſi à Iulio Cæſare, vſq; ad
Veſpaſianum perdurauit. Et ideò poſt illos, ducatus xx. li-
bras æris valuit, vt apparet in l. j. C. de colla. æris. lib. x. Ho-
die vero calamitate temporum factum eſt, quòd ω reuola-
uit ad, α. id eſt extremitas ad principium. vt dicitur in cap.
ab exordio xxxv. diſt. Nam immutata auri bonitate cudun
tur hoc tempore ducati, vt leuiores, ita & viliores: quorum
ſex vnciam, & lxxij. libram implent, vt olim. Inter vtrunque
tamen tempus, hoc eſt diſcrimen: quia aurum & argentum
illis temporibus probatum fuerat, id eſt purum, putum, &
defœcatũ, quod diſtinguitur per xij. gradus, grana vulgus
appellat. Et illud eſt omni argento precioſius. Nam argen-

**Argentum purum.**

tum purũ, putũ, id eſt, depuratũ, quod indoctũ vulgus argen
tum de copella appellat, eſſe ligæ xij. denariorum, pro com
perto habetur, licet hac ætate eius bonitas per admixtionẽ
æris



æris ſit deprauata: huius autem deprauationis taxati fue-
rant olim inter cæteros Aragonenſes, & quidam alij, ſicut
etiam ſeruare bonitatis auri Veneti & Anchonitani bene
audiebant, vt refert Lucas de penna in l. vnica. in fin. C. de
argen. pretio. libr. x. Nam ſatis conſtat quot denarij æris ar
gento puro immiſcẽtur, tot grana bonitatis argentũ amit-
tere. Et illud argentum purum, putum, ſeu, vt vulgus appel
lat, copellatũ, Odofr. in l. ij. ff. ſi cert. pet. pugillatum nomi-
nat. Sed Iuriſconſultus in l. in naue. ff. locati. puſillatum di-
cit, vt de ijs meminit Gel. lib. vj. Noctium Atticarum. cap. v.
& reaſſumũt Moderni quidam Galli in prædicta l. in naue.
qui, vt opinor, eorum dicta ab Antonio Nebriſſenſi Hiſpa-
no viro eruditiſsimo in Lexicon Iuris acceperũt, niſi idem
ſpiritus in duobus corporibus fuit. Latini vero, quod illi
dixere puſillatum, ipſi puſtulatum appellãt, quod eſt purum
abſque omni ſpurcitia. Nempe puſtula idem refert quod pu

**Puſtula quid ſignificet.**

ri argenti maſſa, vt Martial. pluribus locis meminit. & Iu-
uena. Satyr. x. Pauca licet partes argenti vaſcula puti. Et
Suetonius Tranquillus in vita Neronis in hæc verba idem
refert: Nummum aſperum, argentũ puſtulatum, aurũ obri-
zum exegit. Sed hæc de argento.

¶ Aurum etiam in xxiiij. precioſitatis gradus diſtinguitur,
vulgus characteres appellat, quale aſsimilatur hodie Vnga
ricum purum, quod obrizum Græci, vt Tranquillus & Pli-

**Aurũ obrizũ.**

nius atteſtantur. Latini verò, multipliciter excoctum dicũt,
vel, vt vulgus, cimentatũ. De quo etiam loquitur text. in l.
fin. C. de veter. nup. pot. lib. xj. Hinc obrizati appellabantur
nummi, qui ex optimo & puro auro confecti erant, vt in l.
vnica. C. de oblat. voto. lib. xij. Noſtra tamen ætate nullum
aurũ, quod xxiiij. characteres attingat, reperitur. Quo fit,
vt quidam dixerint, aurũ ad xxiiij. characteres decoqui mi-

**Aurum vngaricum.**

nime poſſe. Nam vngaricũ, quod pretioſius cæteris æſtima
tur xxiij. characteres nõ tranſcendit, vt à peritiſsimis huius
artis accepi, quod etiam atteſtatur Bilibaldus in libro æſti-
mationis numiſmatum. fol. iiij. Vtcunque ſit ætate noſtra
libra auri legalis, conſtat ex xcvj. ducatis, & eiuſdem æſtima
tionis fuit apud Romanos veteres, hoc patet: quia libra cõ-
ſtabat, vt hodie, ex xij. vncijs. Vncia verò conſtat ex drach-
mis octo. Itaque libra continet drachmas xcvj. quæ conſti-
tuunt

tuunt totidem ducatos, & ſic apparet quemlibet ducatum
eſſe drachmalem, id eſt pendere drachmam vnam. Et in hoc
hodie conuenimus cum antiquis Romanis: & verum eſt, vt
in ducatis Vngaricis periculum fieri poteſt. Quorum quili
bet vnius drachmæ pondus habet. Et idem de ducatis Vene
tis & Florentinis refert Bart. in l. quotiens. C. de ſuſcepto.
lib. x. Et hæc de libris ſufficiant.

¶ Conſequenter textus hîc ponit aliam ſpeciem monetæ,
quam Florenũ appellat. Et habet hæc ſpecies monetæ, pro-
pter varias prouinciarum conſuetudines, incertam æſtima-
tionem, vt dicit Salyc. in l. fin. C. ſi cert. pet. Tamen de iure
Florenus, ducatus, & ſolidus idem referunt ſecundum Mo-
der. Aſten. in tract. monetarum. Et ita pro ducato ponitur
in taxis ſedis Apoſtolicæ beneficiorum conſiſtorialiũ: quæ
per Florenos auri diſtribuuntur, ex quo datur intelligi, ta-
xarum inuentionem ante cuſsionem ducati fuiſſe æditam,
vt etiam inferius apparebit. Quorum quidem Florenorum
denominatio, à Florentinis originem habuiſſe ſatis cõper-
tum eſt. Nam vt hac in re teſtis eſt Ioan. Villanus Florenti-
norum antiquus hiſtoricus lib. vj. cap. liiij. Hiſtoriarũ. Cum
ciuitas Florentina iam opibus, potẽtia, & dominatu in im-
menſum creſceret, placuit mercatoribus & populo, vt mo-
neta auri cuderetur. Nam vſque ad illa tempora ciuitas illa
argenti moneta vſa fuerat valoris xij. denariorũ. Sic itaque
de menſe Ianuario, anno à partu Virginis M. CCLII. Flore-
nus ex auro xxiiij. characterum omnium purgatiſsimo va-
loris ſolidorum viginti cudi cœpit: quorum octo Floreni,
auri vnciam pendebant. Florenus dictus à Florentia, cuius
nomen per Florem Lilij albi referebat ab vna parte, vt me-
minit idẽ hiſtoriograp. lib. j. cap. xl. Ab alia verò parte ſan-
cti Ioan. Baptiſtæ effigies, ipſius Vrbis primi protectoris,
regenerationem vrbis repræſentabat. Nam cum antea ciui-
tas tota idolis ſeruiret, facta conuerſione placuit, primo ex
tẽplo Martis, eccleſiã cathedralẽ ſuo nomine ſancti Ioãnis
erigi: idq; factũ fuiſſe Conſtãtini & Silueſtri tẽporibus idẽ
author lib. j. cap. lx. hiſtoriarum refert. Itaque ex præmiſsis
apparet, Florenos non ſolum à ciuitate Florentia, ſed à flo- — Florentia ciuitas quo tẽpore fuit conuerſa.
re Lilij impreſſa nomen accepiſſe. Inde paulatim floreni no-
men, & vſus ad alias prouincias emanauit, quem alij Domi-

ni vi



ni viciniores in ſuis dominijs cudi fecerũt: vſqueadeò, quòd
puritas illa auri, ære contaminata fuit: quo crimine Mar- — Floreni quando, & à quib⁹ fuerunt contaminati.
chiones Montisferrati: & apud Ianuẽſes Spinolæ illo tem
pore taxabãtur, donec Ioan. XXII. anathemate prohibuit,
ne de cætero illa moneta cuderetur niſi à Florẽtinis, vt lib.
ix. cap. cclxxix. eiuſdem hiſtoriæ cautum legimus. Huius ta-
men Floreni vſus paulatim ad vltramontanos ſerpſit, æſti-
matione tamen variata. Nam floreni auri in Aragonia, al- — Florenorũ origo & æſtimatio.
terius valoris reperiuntur: quia tres ſimiles valent ferè du-
catos duos: & in Camera quatuor floreni ſimiles pro duca
tis tribus computantur. In Sabaudia verò, florenus cum di-
midio, & groſsi duo vnũ ducatũ referunt. Florenus autem
in Sabaudia valet Baiochos xxxij. Sed Renenſes floreni ad
rationẽ xl. goſſorũ monetæ Flãdriæ, pro quolibet floreno,
ex illis ſeptem reddũt ducatos quatuor. In regno vero Na-
uariæ tres floreni ex illis pendent ſimiliter ducatũ vnum de
Camera. Et floreni monetæ prouinciæ tres faciũt vnũ duca
tum. Venetijs verò floreni æſtimatio, ad x. Marcellos illius
monetæ argẽteæ extẽditur. Sed Romæ varius eſt vſus. Nam
apud ſeculares Romanos, florenus ad Carlenos quinque ta
xatur. Sed in camera Apoſtolica in taxis, pro ducato de Ca- — Floren⁹ in Camera apoſtolica in taxis, ꝑ ducato, &c.
mera capitur, quod credo factum fuiſſe potius ex abuſu exi-
gentium taxas, quàm ex certa ſcientia principis, quod ex eo
apparet: quia in quadam conſtitutione concilij Conſtan-
tien. poſita inter extrauagantes antiquas, ſub titulo de ex-
ceſſ. prælat. & de offic. ord. quæ incipit, ſanè prælati, &c. Flo
renus de Camera groſsis decem æſtimabatur. Quo factum
eſt, vt cùm poſtea ducati de Camera cuſsi fuerint, appellatio
illa de Camera, impoſita floreno, errore quodã, aſsimilata
fuit ducato de Camera. Itaq; perinde florenũ æſtimarũt, ac
ducatũ, cùm re vera plurimum differrent, vt ſuperius appa-
ret: niſi dicamus Ioan. xxij. æſtimationem floreni & ducati
æquaſſe. Ex eo, quia cum apud Florentinos ſola illa mone-
ta auri puri cuderetur, ad æſtimationem ducati: placuit &
ipſi Ioanni eandem monetam ſub eadem æſtimatione cude-
re: cæteris omnibus (exceptis Florentinis) ſub anathema-
te prohibitis, vt in dicta Florentinorũ hiſtoria apparet, vt
dixi in procœmio iſtius regulæ. Itaq; ab illo tẽpore taxæ ad
valorẽ florenorũ fuerunt æditæ. Et iſta de florenis ſufficiãt.

¶ Se

¶Sequitur in text. (aut ducatos, &c.) hoc genus monetæ, ſeu eius nomen apud veteres non fuit, ſed circa annum ſalutis quingenteſimũ ſeptuageſimũ, initiũ habuiſſe ſatis compertum eſt. Nam huius monetę author, vt Blondus, Platina, & recentiores hiſtorici meminerunt, Albinus quidam circunfertur, qui primus omnium in Italiam nomen regiminis Graiæ ſuperbiæ plenum tulit, videlicet, vt Exarchus diceretur. Idem primus veterem adminiſtrationis formam tota Italia ſuſtulit: & ſingulis vrbibus, ſingulos, qui poteſtate præirent, conſtituit, quos duces voluit appellare. Quo contigit, vt multis inde annis aureus nummus, qui Romæ cudebatur, ab inde Romanus ducatus fuerit appellatus. Indéque eſt nomen adeptus, cuius denominatio in hodiernum vſq; diem manet, vt de ijs etiam Polydorus lib. ij. de inuentoribus rerum author eſt. Mirãdum tamen, quòd cum apud varias gentes prædictæ omnes monetæ varietatem receperint, ſolius ducati apud omnes vniformis fuit denominatio, par etiam ſimilitudo valoris. Nam ducati Vngari, Veneti, Hiſpani, Florentini, & ferè omnes alij ducati maiores, qui vulgo largi appellantur, idem pondus & parem valorem retinent. Ex quibus poſtea ſoli ſummi Pontifices aliam ducati ſpeciem cudi iuſſerunt, quam de Camera nuncuparunt, parum à ſuperius dicta differentem. Prodijt deinde alia monetæ ſpecies in Gallia, quam ſcutum appellant, eamque duplicem voluerunt. Hinc eſt, quòd inter ſcutos nouos & veteres in Camera fit diſcrimen. Quia antiquum ſcutum reddit idem, quod ducatus: nouum autem ſcutum in taxa, nouem Iulijs, & vno groſſo æſtimatur: quamuis tempore Clemẽtis VII. ad nouem Iulios fuerit redactum. Non tamen eſt omittendum, quòd modernis temporibus, inuenta eſt alia ducati vſualis moneta, quæ ſecundum diuerſas regiones variatur. Nam Papiæ ducatus non valet, niſi libras quatuor. Itaque appellatione ducati, de communi vſu loquendi intelligetur de ducato quatuor librarum, nõ autem de ducato auri, qui plus valet, vt refert Rochus Curtius in repet. cap. fin. in vij. quæſt. de cõſuet. Et ita dicendum erit in quolibet loco. Nam Romæ ſimplex ducati appellatio inter Romanos intelligitur de x. Carlenis, niſi auri mentio fiat.

Ducat⁹ Rom.

Ducati apud pũincias idẽ põdus & parem valorem retinent.

Scutorũ ĩ Gallia duplex ſpecies.

Ducati appellatio.

¶Sequitur in text. vel vnciarum auri, &c. Notum eſt iam omni



omnibus etiam tonſoribus, q̃ vncia auri ex drachmis octo conſtat; quarum quælibet vnum ducatum reddit. Ex quo apparet, ducatos omnes auri drachmales eſſe in pondere ſuo: ita quòd vncia auri, ducatos octo valebit, vt dicit Bart. in d. l. quotiens. & Moder. Papien. in d. l. ij. §. ex his. Ex quibus de primo ad vltimum infertur, libram, quę ex duodecim vncijs conſtat, ducatos. xcvj. reddere. Vncia verò argenti ſterlingorum xxvj. denarijs, qualis etiã hodie æſtimatur, vt refert Polydorus lib. xvj. hiſtoriæ Anglicanæ.

¶Rurſus dicitur in text. ſeu alterius monetæ, &c. Sub iſtis verbis poſſunt comprehendi reliquæ omnes monetæ vſuales cuiuslibet prouinciæ, quæ hîc non exprimuntur, vt ſunt Marabatini Hiſpaniæ ſuperioris, quæ Caſtella appellatur: & inferioris, quæ Valentia, ſeu Tarraconen. dicitur. Et licet hæc moneta in Caſtella hodie tantum vſitetur, olim tamen omnium regnorum vtriuſque Hiſpaniæ, vſque ad Luſitaniam communis erat, diſsimili tamen æſtimatione. Nam in regnis Valentiæ vnus Marabatinus dimidio ſcuto auri æſtimabatur: de quo adhuc hodie in pœnis regalibus, in memoriam vetuſtatis, ac pro quadã ſolennitate ſolet fieri eius denominatio, quamuis eius forma ignoretur. Et talis moneta antiquis temporibus in Luſitania, etiam in vſu fuerat, vt apparet ex text. in c. cum olim. de priuileg. vbi de illis Marabatinis fit mentio. Et ſecundum hoc videtur dicendum, quòd illi Marabatini, de quibus in d. c. cum olim. fit mẽtio, non fuerint illius æſtimationis cum illis quibus hodie vtuntur Caſtellani, qui parui admodum valoris ſunt. ridiculum enim eſſet de tam parua quinque ducatorum ſumma, inter illos abbates ditiſsimos, tam longam tragœdiæ quæſtionẽ componere, ex qua meruerit illa conſtitutio decretalis fieri. Vt igitur res videatur veriſimilis, & conueniẽs tam perſonis, de quibus ille text. loquitur, quàm Rom. Pontifici authori illius decretalis, eſt tenendum, illos Marabatinos, de quibus ibi notatur, non de modernis, quibus nũc vtitur Caſtella, ſed de Marabatinis veteribus regni Valentiæ vel Luſitaniæ debere intelligi. Et ita intelligendo, ſumma illa Marabatinorum expreſſa in d. cap. cum olim. ſcuta mille continebit: quæ ſatis notabilis ſumma poſſet videri, quę illos abbates ad litigãdum moueret. Et hoc modo diſpoſitio illius

Marabatinus moneta olim, quàm fuit generalis.

Marabatini q̃ intelligantur.

textus bene quadrat quantitati expreſſæ. ¶Ex iſtis igitur habes valorem Marabatinorum veterum Valentiæ & Luſitaniæ idem eſſe, Caſtellæ verò Marabatini, quibus hac ætate vtuntur Hiſpani Caſtellani, ſunt viliſsimi valoris. Nam vnus Marabatinus duas partes vnius denarij valet. Nam ibi denarius diuiditur in tres Blanchas æris ad ſimilitudiné cauallorum Neapolitanorum, quorum tres Caualli ærei reddunt denarium vnum. Ita & Blanchæ tres faciunt vnum denarium. Et denominatæ ſunt Blanchæ, à quadam Regina Blancha nomine, quæ prima monetam illam cudi iuſsit. Ex quibus Blanchis duæ Marabatinum vnum faciunt. Itaq; trecenti ſeptuagintaquinque Marabatini, vnum Ducatum largum reddũt. Et tria milia Marabatini, valẽt Ducatos octo. Et ducatus in Hiſpania, valet Regales vndecim: & quilibet Regalium eſt valoris vnius Iulij. Tamen Romæ non valet vnum Regale Hiſpanicũ, niſi Baiochos noué, ex reductione Clemẽtis VII. Sunt etiã in regno Valentię denarij & ſolidi. Denarius enim eſt ad ſimilitudinem quaterni, niſi ꝙ argenti plus aliquid continet, & propterea præualent quaternis. Adeò, quòd ex duodecim fit ſolidus. Cuius quidẽ ſolidi valor eſt dimidij regalis, & ſolidi duo faciunt vnum regale, & vndecim regalia faciunt Ducatum largum. De denarijs autem Papien. & Lucen. quanti valeant, habes text. in c. olim. de cenſib. Et hæc dicta de monetis noſtri tẽporis, & eorũ valore huc vſq; ſufficiãt. Quæ ideo hîc placuit adnotare, quia nullus ſcribẽtiũ ſimul de iſtis tractauit. Licet Budæus, Leonardus de Portis, Alciatus, & Bilibaldus multa de antiquo Romanorũ ſeſtertio: quædã etiã de talẽto, & ſimilib. monetis diſputauerint, quæ non faciũt ad propoſitũ iſtius regulę, cum illis hodie nõ vtãtur. De quibus ego latius in eo libro, quẽ de cẽſu, redditu, & impẽſa antiquorũ, & recentiorũ principum cõpoſui, pertractabo: quo loco illud etiam tangam, quænam ſit ratio, ꝙ cùm auri maior copia è terra fodiatur, quàm alterius cuiuſcũq; metalli, vt Hadrianus Imperator dicere ſolebat: minor tamẽ illius copia inter hominũ manus verſetur, adeò, ꝙ moneta argẽti copioſior, q̃ auri videatur.

Denariorum, blancharũ, cauallorum, ſolidorum, & regalium valor.

Auri copia maior, quàm aliorũ metallorum è terra foditur.

## QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, an valor expreſſus in gratia, iuxta taxam Cameræ excuſet à pœna iſtius regulæ?

Valor expreſſus in gratia.

¶So-



¶SOLVTIO. Pro parte negatiua videtur dicendum, quòd non excuſet. Nam ex quo regula iſta expreſsionem valoris ſecundum communem æſtimationem requirit, nõ ſufficiet valor ſecundum taxam, quæ eſt incerta, & non ponit valorẽ ſecundum communem æſtimationem. Præſertim, quia à verbis regulæ non eſt recedẽdum. vulgata. l. non aliter. ff. de legatis. iij. Et quia regula iſta dat formam, vt patet ex annullatione actus, iuxta ea quæ Doct. in l. dubium. C. de leg. & in l. j. ff. de lib. & poſth. tradunt. ¶Quibus tamen non obſtantibus, contrarium fuit deciſum per Rotam in vna, corã D. Bartholomæo de Petraſancta de mẽſe Ianuario M. D. XX. * vt refert D. Gulielmus in collectaneis deciſionũ. Ratio fuit, quia ad euitandam pœnam regulæ, quilibet iuſta cauſa excuſat à dolo. l. igitur. §. poteſt. ff. de liber. cauſ. l. plagij. C. ad leg. Iul. de plag. cum ſimilibus. Et iuſta cauſa excuſationis hoc caſu videtur, ſi quis exprimit valorem ſecundum taxam Cameræ. Quæ communiter approbatur, & in vſu habetur ante oculos Papæ, ideo credere debuit impetrans, ſicut de taxis Cancellariæ dicit deciſio Rotæ in antiq. dlxv. col. fi. Et ita videmus, quòd credens bono viro excuſatur, vt dicit gl. pen. circa finem in l. Titio fundus. ff. de cond. & de. cum concord. vt ſcribit Fely. poſt Bald. in c. cum contingat. circa fin. de reſcrip. & in c. præterea. col. j. & c. nuper. de teſtib. & Iaſ. in l. j. col. iij. ff. de eo per quem fac. erit. & in l. certum. col. fi. ff. ſi cert. pet. cum ſexcentis alijs concord. alibi non ita congeſtis, quæ quidam moderni ſcribunt in tract. nuptiali. fol. lxxvij. Pari ergo modo excuſari debet, qui deſcriptioni Cameræ ſtetit, præſertim cùm probatio valoris ſit valde difficilis, in qua plura præter communem vſum probationum requirũtur, vt tradunt Doctores in capitulo, cum cauſam. de teſtib. Bald. in l. ſolum. C. eod. titulo. Et hoc, ratione etiam ſuadetur, quia videmus, quòd ſoluens ſecundum taxam Cameræ nõ releuetur, etiam ſi probet beneficium minoris eſſe, vel etiam maioris, taxa enim ſemper attenditur. Cùm igitur in tali expreſsione non fit alicui fraus, non debet habere locum pœna regulæ, quæ facta fuit coram fraudulentos. Alia motiua ponit D. Guliel. quæ breuitatis cauſa non refero, cum ibi videri poſsint.

Credẽs bono viro excuſat.

¶Sed aduertendum arbitror, quia iſta deciſio videtur faci-

lem anſam fraudibus dare, in præiudicium officialium, et taxis beneficiorum viuentium. Nam clarum eſt, quòd liber taxæ antiquus eſt, & in eo conſtat plura beneficia antiquo tempore taxata ad modicam ſummam fuiſſe, quæ hodie per ſuperexcreſcẽtiam fructuũ, in quadruplũ taxari poſſent. Et econtrà, quædam beneficia tũc ad magnum valorem taxata reperiuntur, quæ poſtea calamitate temporũ diminuta poſſent ad longè minorem ſummã taxari. Ex qua varietate taxarum, impetrantes hodierni de facili poſſent vti vna cautela ad fraudandos officiales. Nam quando beneficiũ erit magni valoris, non expriment ſecũdum quot valent, niſi ſecundam paruam taxam in libro poſitam. Quæ ſi forte erit maior, tunc non ſecundum librum, ſed ſecundum communem æſtimationem valorem expriment. Et ideo, vt prædicta deciſio defendi poſsit, ego putarem illam intelligendã in beneficijs conſiſtorialibus, pro quibus compoſitus fuit liber ille taxarum. Sed pro non conſiſtorialibus ſeruari debet iſta regula. Et hoc puto veriſsimum.

Cautela pro impetrantib.

### QVAESTIO VNDECIMA.

Valoris expreſsio facta i literis.

QVAERO, vtrum expreſsio valoris facta in literis ſecundum arrendamenta facta per eum qui mortuus eſt, releuet impetrantem à pœna regulæ?

Arrendamẽta non probant dominium.

¶SOLVTIO. Videbatur dicẽdum, quòd talis expreſsio ſecundum arrendamenta, non excuſet, ex eo, quia arrẽdamenta non probant dominium neque poſſeſsionem. l. ad probationem. C. loc. & in c. inter dilectos. & ibi not. de fide inſtr. Sicut perceptio ſalarij non arguit quem decurionem. l. Herẽnius. ff. de decur. Et ſic talis valor inibi expreſſus nõ probatur concludente, & tamen regula aſtringit impetrantem ad expreſsionem veri valoris. Et ignorantia hoc caſu non videtur excuſabilis cum debuerit ſe informare. Quia ignorantia in gratioſis non excuſat à ſubreptione. c. cõſtitutus. de reſcrip. Imò ſola ſimplicitas nocet, vt dicit Felyn. in cap. aures. in iij. colum. eod. titu. Et quia valor eſt pars gratiæ, & debet plene probari, vt dicit quædam deciſio, & tenet Felyn. ibidem.

Ignorantia in gratioſis non excuſat à ſubreptione.

¶Quibus tamen non obſtantibus Rota pluries tenuit contrarium, non ſolum tempore meo, ſed etiã temporibus antiquis

tiquis



tiquis. Nam in vna Mediolanenſ. parochialis de Verdolla, de menſe Martio M. D. XXII. coram D. Gulielmo iudicatũ * fuit, vt ipſe idem refert in collectaneis deciſionum. Et idem adnotauit R. P. D. Iacobus Simonetta, in quadam cauſa iudicatum fuiſſe, quam ipſe, dum eſſet aduocatus contrarium ſentiens defendere non potuit. Et ita iudicauit D. Io. Ant. de Triuultijs. Et pro iſta deciſione faciunt in primis eadem ferè motiua, quæ in præcedẽti quæſtione facta fuerũt. Quia ex quo agitur de nullitate gratiæ, & ſic de pœna quælibet cauſa etiã iniuſta excuſat à dolo. Vnde ex quo præſumptio eſt, quòd prædeceſſor arrendauerit iuſto precio beneficium ſuum, & quòd non præſumatur fructus eius voluiſſe iactare, iuxta c. ſuper hoc. de renuntiatio. iſta præſumptio videtur præſtare iuſtam cauſam excuſationis à pœna regulæ.

Expreſsio valoris.

¶Præterea, quia ex quo de iure communi non requiritur aliqua expreſsio valoris, vt notatur in clem. prima. de præbend. Regula iſta quæ contrarium cum pœna ſtatuit tanquam odioſa, & ſtricti iuris mitius & ſtrictius interpretari debuit, iuxta legem tertiam. §. hæc verba. cum vulga. ff. de nego. geſt. & capitulo, ſtatutum. de electio. lib. vj. Et ideo data aliqua iuſta cauſa, excuſatio ſufficere debet, præſertim in iſta materia expreſsionis veri valoris, quæ eſt difficilis probationis, in quo probando, plures etiam oriundi à loco deficiunt. Et iſta eſt ratio, quare in ſupplicationibus ponitur illa clauſula augendi, & minuendi vſque ad verum valorem propter magnam difficultatem purificandi, incontinenti verum valorem. Et ſic ne propter hanc cauſam gratia pereat, ſi expediretur de minori, debet tam auara interpretatio coarctari. iuxta. l. vnicam. §. fin. C. de cadu. toll. & in auth. de nup. §. primæ ſiquidem. circa fi. ibi, ne aliquo modo videamur talia corripientes fiſci prouidere vtilitati, &c. Et circa hoc plura congerit D. Guliel. quæ non curo referre, cum videri poſsint.

Clauſula augẽdi & minuẽdi fructus.

¶Sed conſiderandũ eſt, quòd meis temporibus illa deciſio D. Guliel. nõ ita ſimpliciter fuit ſeruata in Rota, prout ipſe loquitur, ſed cõcurrentibus pluribus alijs requiſitis. Nam in primis requiritur, ꝙ arrendamẽta ſint plura, & non vnũ tantum arrendamẽtum. Item, quòd cũ hoc fama publica de valore concurrat. Item, quòd producantur aliquæ bullæ præ-

deceſſorum expeditæ ſub illo valore, quibus concurrétibus

Impetrans ab expreſsione falſi valoris.

Rota excuſat impetrãtem ab expreſsione falſi valoris, & ſic à pœna iſtius regulæ. Nam quæ non proſunt ſingula multa iuuant. Vnde licet arrendamenta de per ſe non probant, vt dictum eſt, neque etiam fama de per ſe, tamen præſtant excuſationẽ à pœna. Et ita in vna Ariminen. prioratus fuit conclusum per dominos, corã. R.D. Raynaldo Petrutio, de menſe nouemb. M.D.xxxvj. Nam de fama ponit Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. & tradit Oldr. conſ. ccciiij. Et præſertim,

Rota ſolet ad equitatem inclinare.

quia Rota ſemper ſolet ad æquitatem inclinare, quæ in caſu propoſito militare videtur, vt gratiæ ſuſtineantur, nec pereant quæ obtentæ fuerunt cum multis laboribus & grauibus impenſis. arg. c. commiſſa. de elect. lib. vj. Et ad prædicta facit deciſ. xix. in no. de præbend. & quæ notat. Card. in c. ſi. in ij. & iij. col. de præſump.

QVAESTIO DVODECIMA.

Valor beneficiorum.

QVAERO, quomodo probetur valor beneficiorum? ¶ SOLVTIO. Iſta q. hodie trita eſt, & nota iam famulis ſolicitatorum in vrbe, qui habent ſua formularia impreſſa, quibus articuli in formis ſcribuntur. Et ideo ſuper hac re breuiſsimus ero: valor igitur ſecundum cõmunem ſtylum Rotæ ita probari debet, videlicet, quòd beneficium de quo agitur tempore prouiſionis, & oneribus deductis valet in portatis centum, & quòd per quinq; annos antè & pòſt, anno fertili cum ſterili computato, communi æſtimatione tantũ valuit, & ita teſtis de tali beneficio notitiam habens dicit ſe ſcire, & ſi plus, vel minus valeret, ipſe non ignoraret. Iſta practica colligitur ex pluribus dictis Doct. ſimul iunctis, videlicet Bart. & Moder. in l. precia rerum. §. fi. ff. ad l. Falci. ex Abbate, & Fely. in c. cum cauſa. de teſti. & Fely. in c. ad aures. de reſcrip. Alexan. in conſil. lxxxv. lib. ij. Soci. conſil. viij. viſis, &c. Modern. in repet. in l. ij. in duabus vltimis chartis. C. de reſcin. vend. Et latius reaſſumunt duo doctores practici, videlicet Lanfran. de Oriano in repet. c. quoniam. in verb. teſtium depoſitiones. num. clvj. cum pluribus ſequẽtibus. de probat. & Angel. Aret. in §. ſi quis agẽs. inſtit. de action. in quibus locis latiſsimè diuagantur circa iſtam materiam probandi valorẽ cuiuſcunque rei, quæ non curo recenſere, cum non faciãt ad rem, niſi in hoc, quòd ex illis



illis aſſumitur practica probandi eo modo, quo ſuperius dixi. Nã probatio valoris in beneficialibus vniformis eſt, ſed in profanis recipit diſtinctionem ſecundum varietatem rerum, temporum, & locorum, prout prædicti Doctores ſcribunt: adeò, quòd in vna Bononien. emphyteuſis voluit Rota de hoc mẽſe Martio M.D.xl. coram R.D. Io. Mohedano, quòd valor terrarum poſſet probari per teſtes reddentes rationem, quia vicinus, per ea quæ dicunt Orianus & Aretin. vbi ſuprà. Et licet multi tenuerint contrarium, tamen illa opinio tanquam æquior præualuit, tum etiam, quia adiuuabatur alijs coniecturis: ſed in materia beneficiali talis probatio non reciperetur, prout neq; etiã arrendamenta, licet geminata probant, ſed requiritur probatio modo, prout ſuperius articulatur.

REGVLA DE PVBLICANDIS RESIGNATIONIBVS.

ITEM *Item dominus noster statuit & ordinauit, quod quæcunq; beneficia ecclesiastica, siue in Rom. curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes: si in Rom. curia, infra sex menses: si extra dictam curiam factæ sint, infra mensem, ex tunc ubi dicta beneficia consistunt, publicatæ, & possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita fuerit. Si resignantes ipsi postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint, nõ per resignationem, sed per obitum huiusmodi uacare censeantur. Collationes quoque de illis, tanquam per resignationẽ uacantibus factæ, & inde secutæ nullius sint roboris uel momenti.*

PRAEFATIO.

HABVIT originem iſta regula à regulis Innocẽtij & Sixti, quia in antiquioribus regulis non reperitur, & concordat in multis cum alia regula antiqua de publicandis acceptationibus, indultis, & facultatibus, &c. quæ habuit initium à Martino V. Et licet reg. iſtam Sixti & Innocen.

Vnde initium habuerit hæc regula.

poſteriores pontifices ſequuti ſint, ſolus tamen Hadrianus vi, quædam ad eam addidit, ſicut & in pluribus alijs regulis fecit. Nam cum in regulis prædeceſſorũ dicebatur, & poſſeſſio illorũ ab eis quos id contingit &c. ipſe Hadrianus addidit hæc verba, & cum hoc poſſeſsio illorũ &c. ad affectum, quòd vbi Rota prius ſemper interpretata fuit, iſtã regulam requirere tria copulatiue, videlicet, quòd nõ fuerit facta publicatio, & quòd nõ fuerit petita poſſeſsio, & quòd reſignãs poſt ſex menſes deceſſerit in poſſeſsione, adeò, quòd altero deficiente locus regulæ non eſſet. Hadrianus noluit ſolam publicationẽ ſufficere, ad impediendũ fictionẽ regulæ, ſed vt vna cum ea poſſeſsionis petitio concurrat. Ita, quòd iſta duo copulatiuè & affirmatiuè requiruntur, vt vacet per reſignationẽ, videlicet, publicare & petere poſſeſsionẽ, & propterea dixit, & cum hoc poſſeſsio illorũ &c. Tamen hoc, ſcilicet cum publicatione facienda. Circa verò tertiũ requiſitum, videlicet de obitu in poſſeſsione poſt ſex menſes nihil eſt immutatũ. Adeò, quòd ſi reſignãs obiret infra ſex mẽſes, vel non decederet in poſſeſsione, vacaret beneficiũ per reſignationẽ, & non per obitũ. Vt ſit concluſio, quòd ad effectũ fictionis regulæ, vt ſingatur vacare per obitũ: requiruntur etiam illa tria copulatiue, quòd nõ fuerit facta publicatio, nec petita poſſeſsio, & quòd reſignãs moriatur poſt ſex mẽſes in poſſeſsione. Sed nõ ſufficit ad impediendã fictionem prædictam, alterũ ipſorum deficere, vt erat ante Hadrianũ, quia non ſola publicatio impedit, niſi etiã concurrat petitio poſſeſsionis. Et in hoc iſta regula per Hadrianũ fuit immutata. Fuit etiam in fine eiuſdem regulæ vnum aliud per Hadrianũ additum, videlicet, quòd ſex menſes ad publicandum à die coronationis currerent. Quod factũ fuit, ex eo, quia regulæ ligabant à xxiiij. Iãuarij, & Papa in vrbẽ venit longè poſt: & tardè habita notitia regularũ, eſſent lapſi ſex menſes à dicta die xxiiij. & ſic ſeruiret de vento, niſi à die coronationis illi ſex mẽſes currerẽt. Sed iſtæ omnes Hadriani additiones nullus ſucceſſorũ eſt ſequutus, ſed regulã, prout prius confirmarunt.

### QVAESTIO PRIMA.

Reſignatariꝰ.

QVAERO, an regula iſta procedat, vel obſtet ſecundo reſignatario?

¶Solv



¶SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum quòd ſic, per illud dictum. l. lex vectigalis. ff. de pig. & ea quæ tradit Bal. in l. ij. in xiij. q. C. de reſcin. vend. vbi ponitur regula, quòd reſolutio iure dantis, reſoluitur ius acceptantis. Sed clarum eſt, quòd ius primi reſignantis per non publicationem reſolutum eſt. Igitur & reſignatarij reſoluetur per oppoſitionem iſtius regulæ.

¶Præterea, quia nemo plus iuris in alium trãsferre poteſt, quàm ipſe habeat, vulg. l. nemo. de reg. iur. vnde ſi ius eſt reſolubile in perſona dantis, eodem modo erit in perſona recipientis. l. fin. §. ſed quia noſtra. C. comm. de leg.

Iuris plꝰ nemo in alium transferre poteſt, q̃ ipſe habeat.

¶Iſtis tamen, & ſimilibus non obſtantibus, Rota determinauit contrarium. iiij. Februarij M. D. xxxiiij. coram d. Nicol. de Aragonia, in cauſa Toletana præſtimoniorũ. Et idẽ prius fuerat concluſum per Dominos, coram d. Camillo de Balionibus, in cauſa Leonen. canonicatus, de anno M. D. xxxiij. Ratio deciſionis fuit, quia iſta regula loquitur de reſignatario, cum ſit perſonalis, debet intelligi de primo, iuxta l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. Et hoc idem dictum fuit in regula de annali, quòd non obſtet ſecundo reſignatario, vt ibi dixi. q. lxij. & ſequent. ſicut etiam dicit Oldr. in conſ. cciij. de text. in c. licet canon. de electio. libro vj. & de alijs ſimilibus, vt ibi per eum.

¶Et iſta omnia de plano procederent, quando primus reſignans ceſsit infra tempus publicationis, vel etiam mortuus fuit: quia tali caſu ſucceſſor non tenetur ad publicandũ, & hoc idem habere locum in regula de publicandis acceptationibus refert d. Guliel. in quadam deciſione incip. tenuit palatium. Quod rationabile videtur, quia in beneficialibus creatur nouus titulus in ſucceſſore, vt in dicta reg. de annalilatè probo, & eſt deciſ. xiij. de procur. in no.

¶Non obſtat, quòd reſolutio iure dantis, reſoluitur in ius recipientis: quia reſpõdetur illud procedere, niſi in illa trãſlatione cõſentiat ſuperior, qui ius irreſolubile dare poteſt: quia tali caſu. d. l. lex vectigalis. cum ſimilibus, non procedit, prout eſt de hoc tex. notabilis in cap. primo. de contro. inter dom. & vaſſal. ſecundum quem ita conſuluit Bald. in conſil. cccxxxiij, circa fi. lib. v. & tenet Guido Papæ. q. dlxxv. in deciſionibus Delphinatus. Et quia quando ius in primo

prouenit ex volũtate ſua, aſſumptum prædictum doctorum non procedit, per ea quæ tradit Bart. in l. ſi res. ff. quib. mod. pig. vel hipoth. ſol. cum igitur in caſu iſto primus reſignans habuit ius ex voluntate ſua, & non ex neceſsitate. Item, illud trãſtulit in reſignatarium ex admiſsione Papæ, qui ius dat, meritò dictum ius, quod poterat reſolui in perſona reſignantis per exceptionem iſtius regulæ, attenta conceſsione principis fit irreſolubile, & ei regula non obſtat. Et ita per iſtam rationẽ Rota hodie xxiij. Ianuarij M.D.xxxvj. in ſimili caſu parochialis de Prados Redundos Saguntinen. diœce. pendente coram me concluſit, expectantem, qui acceptauerat prius vnam parochialem, potuiſſe ſecundam acceptatam ante adeptionẽ poſſeſsionis primæ, reſignare, licet ius ſecundæ fuiſſet reſolubile, per adeptionem primæ acceptatæ: quia in perſona reſignatarij fit irreſolubile. Et ita ego ex votis dominorũ, cauſa prius ſæpius propoſita, & ferè per annum diſputata, iudicaui. Quæ ſententia poſtea per R. P. D. Marcellum de menſe Iulio M.D.xxxvj. confirmata fuit.

Expectans, q prius acceptauerat vnã parochialem.

*

¶ Sed aduerte, quia adhuc ineſſe hic videtur aliquis ſcrupulus. Nam clarum eſt, quòd ſi ſuperiori expoſitum fuiſſet, reſignantem non publicaſſe, fortè Papa reſignationem non admitteret, & ſic talis taciturnitas, quæ in concedente defectum intentionis inducere videtur, gratiam nullam redderet, iuxta tradita in capitulo ſuper literis. de reſcriptis. & per conſequens ius fragile & reſolubile in reſignatarium transfertur. Niſi Papa huiuſmodi defectum ſciens reſignationem admitteret, quia tali caſu textus in dicto capitulo primo. & prædictum conſil. Bald. cccxxxiij. procedere poſſent. Quibus ceſſantibus, hoc motiuum multũ obſtare prædictis. Sed dicas, quòd licet hic iſta his, quæ de regula de annali & de conſ. prædicto Oldr. cciij. & de illa deciſ. in cauſa Saguntina dicta fuerunt, obſtare videantur, nihilominus quo ad iſtam regulam, fortè illa non quadrarẽt, cùm alia ratione ſuſtineri poſsit deciſio facta, videlicet, propter perſonalitatẽ iſtius reg. quæ in prima perſona reſignãtis verificatur, vt dictũ eſt. Sicut in regula de duabus gratijs locũ non habere in tertia gratia tenuit Rota, vt adnotauit d. Iacob. Simonetta. Vnde quod ibi de duabus gratijs dicitur, idem eſt hic dicendum de vna, per regulam. l. ſingularia. ff. ſi certum pet.

Taciturnitas.

Regula de duabus gratijs.



pet. Multa plura hîc dici poſſent, ſed propter magnam temporis penuriam, cogor difficultatem magnam ſub exiguo comprehendere.

QVAESTIO SECVNDA.

QVAERO, an iſta regula procedat, quãdo reſignans reſignauit ſibi omnes fructus, & denominationẽ tituli?

Reſeruare fructus.

¶ SOLVTIO. Iſte caſus ſæpius in Rota tempore antiquorũ ventilatus fuit, & meis etiam temporibus bis, etiam vel ter accidit. Nam de anno M. D. xxx. & ſequen. diſputata fuit hæc quæſtio in vna Placentina archidiaconatus de Trugillo, coram R. P. D. Marcello, & alijs. Et iterum de menſe Decembr. M. D. xxxv. corã R. P. D. Petro Vorſcio, epiſcopo Aquen. in cauſa Brechmen. canonicatus, & præb. inter Ioan. Hay, & Ioan. Corburin. eadem quæſtio ventilata & deciſa fuit. Tertio loco coram eodem xxviij. Aprilis M. D. xxxvj. in cauſa Abulen. præſtimonij, pro magiſtro Hieronymo de Arce, ſuper hoc eodem puncto pronuntiatum fuit. Et nouiſsimè in vna Spoletana canonicatus & præb. coram R. P. D. Ioan. Clerici, die xix. Martij M. D. xl. idẽ dubium propoſitum & deciſum fuit in fauorem R. D. Archiepiſcopi Piſani, contra Bartholomæum Roſatum. Et vt video in iſta materia diſtinguntur tres caſus. Primus eſt, quãdo reſignans in beneficio requirente reſidentiam, reſeruauit tantùm ſibi fructus. Secundus, quando fructus & denominationem. Tertius, quando beneficium non requirit reſidentiã, nec habet denominationẽ, & reſeruantur fructus.

* * * *

¶ Primus caſus non habet difficultatem, ex eo, quia in reſignatione nõ agitur principaliter de fructibus, ſed de transferendo titulo & denominatione. Quo caſu habet locum regula, quæ inducta fuit, ne ordinarij expectantes, & ſubditi beneficiati decipiantur. Et propterea interreſt reipub. eccleſiaſticæ & cultui diuino, quòd verus beneficiatus detegatur, vt illi de pertinentibus ad beneficiatum reſpondeatur. eſſet enim valde abſurdum, ſi qua obedientia, vel ablationes, aut decimæ, ratione alicuius iuriſdictionis vero beneficiato deberentur, illa reſignanti præſtarentur, qui cum per reſignationem ſuam ius & poſſeſsionem naturalem, & ciuilem amiſerit, intruſus dicitur. Vt igitur hæc tollantur, requiritur quòd publicatio fiat, ne ſic foueantur in peccato,

Ad quod inducta ſit regula.

ac

ac ſub clypeo reſignationis, fideles in ſuſcipiendis à vero re- ctore ſacramenti, decipiantur. Hæc omnia per publicatio- nem deteguntur. Ex qua etiam ſequitur, quòd quando mo ritur reſignans, vel reſignatarius poſt factã publicationem ſciunt ordinarij, vel expectantes per obitũ cuius beneficium vacat. Et ſic ordinarius in ſuis menſibus prouidere, & expe- ctantes acceptare poterũt, quæ omnia per clandeſtinas re- nuntiationes non publicatas circumueniuntur. Et ideo in prædicta cauſa Abulen. propter prædictas rationes, conclu ſum fuit locum eſſe regulæ, & per conſequens beneficiũ per obitum reſignantis, & non per reſignationem vacaſſe.

¶Secundus caſus habuit maiorem difficultatẽ, ex eo, quia reſignans in effectu videtur beneficiatus, tam poſt reſigna- tionem, ſicut antea, & effectus attendi debet, iuxta cap. rela- tum. de cler. non reſiden. & in tali omnes rationes fraudis ſuperius conſideratæ ceſſant. Et ideo Domini tenuerũt ſæ- pe, & tam in illa Brechinen. quàm in dicta Spoletana, quòd iſto caſu nõ eſſet locus regulæ: quia hîc nulla eſt fraus, nul li errore aliquo decipiũtur, cum ille idẽ renuntiãs, qui olim beneficiatus, & in poſſeſsione erat, ſit idem etiã hodie no- mine & re, propter retentionem denominationis, & reſer- uationem fructuum, adeò, quòd nihil viſus fuit reſignãs in reſignatarium transferre, niſi nudum titulum ſine effectu, qui regreſſui, acceſſui, vel adiutoriæ æquippollet.

Effectus atten di debet.

¶Tertius etiam caſus nullam habet dubitationem, quin in eo ſit locus regulæ, prout in prædicta cauſa Abulen. dictum fuit. Nam præſtimonia non requirunt aliquam reſidẽtiam, nec habent denominationem. Et ideò propter rationes po ſitas in primo caſu reſignatarius publicare tenetur, aliàs lo cus erit huic regulæ.

Præſtimonia non requirũt aliquam reſi- dentiam.

## QVAESTIO TERTIA.

Regula de re- nũtiatione lo- quens.

QVAERO, an iſta regula, quæ ſimpliciter de renuntia- tione loquitur, locum habeat in ea, quæ ex cauſa per- mutationis fit?

¶SOLVTIO. Quæſtio iſta ſemper in Rota viſa fuit ambi- gua & difficilis, ac propterea veterum memoria nunquam deciſa. Nam tempore Sixti bis caſus iſte propoſitus reperi- tur, vt refert Ioachinus de Narnia, illius ætatis aduocatus celebris, in quibuſdam ſuis conſilijs. Quid tamen tunc de- ciſum



ciſum fuerit, non inuenimus. Etiam ætate noſtra eadẽ quæ- ſtio ſæpe repetita, ac variè in Rota diſputata fuit, nuſquam tamen reſoluta. Nam in cauſa Auinionen. vicariæ de anno M.D.XXXIJ. coram me pendente mota fuit hæc eadem quæ- ſtio, & propter eius difficultatem cauſa ex alio capite finem * habuit. Deinde apud R. P. D. Marcellum, nunc epiſcopum Marſicanum, in cauſa Sogobien. archidiaconatus de Cuel- * lar, hoc idem dubium factum fuit. Et quia res ipſa maiorem diſcuſsionem exigebat, quàm tempora tunc patiebantur (eramus enim in extremo audientiarũ mẽſis Iulij) hoc ne- gotium dilatum fuit ad Calend. Octobr. Rurſus & coram R. D. Silueſtro, in alia cauſa Dolen. prioratus de Dolis, cõ- * tigit ſuper eadem quæſtione dubitari, nihil tamen fuerat concluſum. Poſtremo nunc coram eodem R. P. D. Marcel- * lo, longo tamen interuallo iſta eadem quæſtio iterum pro- ponitur, & quaſi poſtliminio in dubium reuocatur, ac velu- ti horridus hiſtrix in modum orbicularis pilæ, hinc atq; in- de per diſcurſus varios trahitur & voluitur, ille verò ſuis telis innixus immotus manet. Et ſic huiuſmodi quæſtio va- rios tractus, ac veluti Sileni Alcibiadis totidem receſſus ha bet, ſicut enim hinc atque hinc ingentes ſcopuli, multipli- ceſque rationes, pro vtraque parte probabiles, propter quas quælibet eius pars, dum ſuis rationibus & argumentis mu- nitur, in diſputationis congreſſu verior videtur, vt non ab re longo tempore hæc quæſtio indeciſa manſerit. Verùm, quia nihil eſt, quòd non labor aſsiduus, atque induſtria con ficiat, decreui ſuper iſto dubio plura hinc inde diſputãdo di cere, vt poſteris facilior decidendi occaſio, & rationum eli- gendi poteſtas concedatur.

¶Pro parte igitur affirmatiua, videlicet, quòd regula iſta caſum permutationis cõplectatur, adduci poſſunt hæc mo- tiua, quæ ſequuntur.

¶Primum, quia regula iſta loquens de reſignatione, inclu- dit in ſe de neceſsitate reſignãtem ex cauſa permutationis, ex eo, quia permutatio vera, pura, & ſimplex reſignatio eſt, Permutatio. vt dicit ad literam deciſ. xvj. de rer. permutat. in antiq. in iij. col. tradunt Moder. Bononien. in repet. cap. j. in xij. col. de rer. permut. lib. vj. Hinc eſt, quòd ſicut in reſignatione, ita etiam in permutatione eædem perſonæ interueniunt, vide- licet,

licet, reſignans & reſignatarius. Ergo permutatio eodē iure cenſeri debet, quo ſimplex reſignatio. Nam permutatio à ſimplici reſignatione in alio non differt, niſi quia permutatio eſt duplex, geminata, ſeu reciproca reſignatio. Ideò regula de vna reſignatione loquens, in reſignatione geminata, ſeu reciproca, qualis eſt permutatio, locũ habere debet: quia quod dicitur de vno actu, idem de pluribus geminatis dicendum eſt. arg. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. vt in notabili caſu tradit Andr. Sicul. in cap. j. in viij. col. de lit. cõteſt. Gemin. in cap. qui ad agendum. §. j. de procurat. lib. vj. Petr. de Anch. in cap. quamuis. el. j. de præbend. eod. lib. & in alio caſu tradit Bart. in l. cum filio. circa fin. ff. de leg. j. Cõfirmatur hoc, quia per permutationem ita datur vera vacatio, ſicut per ſimplicem reſignationem, vt in cap. j. de rer. permut. lib. vj. tenet Rota deciſ. xxiij. in no. Nam per reſignationé perditur titulus, ius, ac poſſeſsio naturalis, & ciuilis, vt tenet Rota deciſ. lxvij. in antiq. aliàs ſecunda. de renunt. Et hoc procedit, etiam ſi reſignatio admiſſa per ſuperiorem nõ fuerit, vt in deciſ. iiij. de renunt. in no. Sed hæc etiam in permutatione procedunt: quia per eam etiam titulus, ius, & vtraque poſſeſsio perditur, vt in deciſ. viij. de rer. permut. in antiq. Igitur idem de vtraq; iudicari debet. Et licet inter permutationem & ſimplicem reſignationem aliqualis differentia detur: nihilominus diſpoſitio generaliter de reſignationibus loquens, omnes caſus ſimiles comprehendit, dato quòd in vno maior ratio ſit, quàm in alio. iuxta text. not. l. j. §. quod autem. ff. de vſu aleæ & aleat. Nam plus & minus ſpecie non differunt. l. fin. ff. de fundo inſtruct. cum cõcord. quæ ſcripſi in cap. ſtatutum. num. 39. de reſcrip. lib. vj. Accedunt ad hoc, quia permutatio ideò dicitur ſimplex reſignatio, ex quo tota à voluntate & poteſtate ſuperioris, in cuius manibus fit, non autem ex partium voluntate dependet, vt dicit Ioan. Monach. in cap. j. de rer. permut. lib. vj. ſequitur Rota deciſ. xvj. tit. de rer. permut. col. iij. in antiq. Quod in reſignationibus idem per omnia obſeruatur. Ergo diſpoſitio loquens de vna, locum habere debet in alia. Nam illud pro expreſſo haberi debet, de quo ſi Papa, huius regulæ conditor, interrogatus fuiſſet, vtique idem reſpondiſſet, vt in l. tale pactũ. & ibi gl. ff. de pact. tradunt. Moder. in l. quamuis. C. de

Vacatio vera.



C. de fideicommiſſ. ¶ Secundo principaliter pro iſta opinione facit: quia regula iſta ad obuiandũ fraudibus inuenta fuit, quæ in clandeſtinis reſignationibus committuntur, iuxta no. per Corneum in cõſil. cxxxvij. col. ij. in fin. vol. iij. & ſecũdum hoc regula iſta publicã vtilitatem cõcernit. Sic etiam inſinuatio, quę in effectu vicē publicationis ſobtinet, vt tradit Abb. in conſ. xcix. lib. j. & quæ in clandeſtinis donationibus etiam ad remouendum fraudes adhibetur, vt dicit text. in l. data. C. de donat. & tradit Anton. de Canario in tract. inſinuat. q. j. & Paulus de Caſtro, & alij in l. illud. C. de ſacr. ſanct. eccl. cum concord. vt per Aret. in conſ. ij. & Alex. conſ. clvij. lib. ij. vtilitatem publicã reſpicit, ex eo, quia reipub. intereſt, ne re ſua quis malè vtatur. §. penult. inſtit. qui ſunt ſui, vel alien. iur. facit text. in l. j. in princ. ff. de curato. furio. Quia per eaſdem inſinuationes, ſiue publicationes, occaſio delinquendi tollitur, iuxta l. conuenire. ff. de pact. dot. & per eas animarum vtilitati cõſulitur. Nam publicatio hîc requiſita facit, ne reſignantes, poſt reſignationem in beneficijs reſignatis, ſine titulo ſe intrudãt, & vitioſum ingreſſum habeant, quod prohibetur in cap. j. de reg. iur. lib. vj. Sed iſtæ rationes in permutationibus militãt, igitur regula in vtroque caſu habebit locum. Præſertim, quia diſpoſitio iſtius regulæ, ob eam cauſam, quia vtilitatem animæ, & publicam concernit, fauorabilis reputari debet, & propterea latiſsimè extendenda, iuxta text. in cap. odia. de reg. iur. lib. vj. tradit gloſ. in authen. ſacraria puberum. C. ſi aduer. vend. & Ant. But. in c. fi. in j. fall. de cõſuet. & gl. in cap. ſciant. de elect. lib. vj. Petr. de Anch. in conſil. ccciiij. & cxij. & Gemin. in conſil. cvj. col. ij. cum concord. vt ſcribit Iaſ. in l. ſi quis maior. in ij. col. C. de trãſac. & Dec. in cõſ. cccxcviij.

Inſinuatio vicem publicatiõis obtinet.

Diſpoſitio fauorabilis.

¶ Tertio, quia diſpoſitio fauorabilis loquens in ſimplici caſu, trahitur ad caſum mixtum, iuxta no. Alex. Iaſ. & alios in l. ij. in prin. ff. de verb. oblig. Sed ſi permutatio eſt reſignatio ſimplex, habemus intentum. Sed quatenus ſi mixta, regula iſta de ſimplici reſignatione loquens, ad reſignationem mixtam trahi debet, cùm vtrobique eadē ratio fraudis militet per ſuperius dicta. Nam eo ipſo, quòd reſignans remanſit in poſſeſsione, fraus præſumitur, iuxta text. in l. ſicut. §. ſuperuacuũ. ff. quib. mod. pignus, vel hipoth. ſol. tradit Bar. in l.

Reſignatiões fraudem in ſe continent.

in l.poſt contractum col.ij.verſ.iij.præſumitur.ff.de donat. & conſ.lxviij. Sic etiam ſi permutatio tanta ſecreta fuit vſque ad obitum reſignantis, fraus præſumitur, vt per Bald.in l.fraus.ff.de legib.& Andr.Sicul.in conſ.liij.col.xij.vol.ij.

¶Quarto pro iſta opinione videtur deciſio ferè in terminis Ioan.de Ana.in cap.audiuimus.in ij.col.verſic.& prædicta faciunt.de coll.detegen.vbi Ioan.de Ana.dicit, quòd etiam ſi renuntians ex cauſa permutationis, poſt renuntiationẽ in poſſeſsione remanet, ex hoc fraus præſumitur. Sed dicta fraus eadem ratione in regula iſta conſideratur, quando reſignans in poſſeſsione moritur, ob cuius cauſam publicatio inducta fuit. Igitur à paritate rationis dicere debemus, iſtam regulam, quæ in reſignantibus loquitur, & diſpoſitionem iſtius regulæ, quæ, vt dictum eſt, ad euitandas fraudes emanauit, renuntiationem ex cauſa permutationis cõprehendere debere. Hinc eſt, quòd text.in cap.ij.de renunt. lib.vj.iuncto cap.j.de rer.permut.eod.lib.cum gl.in verbo.

Loqui de ſimplici reſignatione.

fraude.quæ de ſimplici reſignatione loquũtur, rationes fraudis.in permutatione quoque locum habent, vt Gemin.in d.cap.ij.poſt gloſ.in verbo proximo, & Philipp.Franc.col.ij.poſt Imol.ibi ſequuntur.

¶Quinto pro hac opinione facit: quia rationes fraudis in hac regula conſideratas, propter quas tollendas publicatio ab iſta regula introducta fuit, pariter in permutationibus militant.

Publicatio in reſignationibus.

Prima ratio eſt: quia per publicationem tollitur occaſio, ne ipſi reſignãtes poſt reſignationem ſuam in graue animarũ periculum, in beneficijs ſic reſignatis ſe intrudant, fructus de facto ſine aliquo titulo percipiendo. Secunda ratio fraudis, quæ per publicationẽ tollitur, eſt, quòd ſub tali prætextu reſignationis, occultè contrahentes ſecum, veluti cum veris prælatis, aut beneficiatis, ex quo eos vident in poſſeſsione exiſtere, grauiter decipiuntur & fraudantur.

Fraudes poſſunt cõmitti beneficijs occultè reſignatis.

Nam ſi occaſione dictorum beneficiorum iam reſignatorum, aliquid illis ſoluunt, vt puta cenſum, decimas, oblationes, vel aliquid ſimile, non liberantur: quia poſtea coguntur vero prælato ſoluere, & ab illo intruſo & falſo beneficiato, cui ſoluerunt, repetere, vt tradit Bald.in cap.a literis col.penul.de reſtit.ſpol.latè Moder.in l.ſi vrbana in penult.& fin.col.ff.de cond.indeb.cum pluribus concord.

vt ſcri



vt ſcribit Decius in conſil.ccccvij.incip.viſis, & diligenter, &c.col.j.Imò alienationes per huiuſmodi prælatos, ſeu beneficiatos ſic intruſos factæ, non valent, vt eſt text.clarus in cap.alienationes.xij.q.ij.Sic igitur huiuſmodi deceptiones & fraudes, quæ in permutationibus etiam cõmitti poſſunt, per publicationem hic introductam tolluntur. Ergo in eis regula locum habebit. Tertia ratio fraudis magis deteſtandæ, quæ in beneficijs occultæ reſignatis, vel permutatis committi poteſt, quæ per publicationem tollitur, eſt, quia ſæpe contingit, quòd aliquis ratione alicuius dignitatis, vel beneficij ad aliqua ſpiritualia fidelibus miniſtranda tenetur: ſæpe etiam ratione prædictorum beneficiorum, collatio aliquorum beneficiorum ad tales pertinet. Vnde ſi dicta beneficia, vel dignitates renuntiata, vel permutata fuerint, & renuntiantes, vel permutantes in poſſeſsione prædictorũ beneficiorum manſerint, non facta publicatione, & illi ſacramenta, vt veri prælati, vel beneficiati fidelib.miniſtrauerint, fortè ordines, vel beneficia conferendo, indulgentias dando, certè ex hoc magnum fidelibus præiudicium, & erroris ſcandalum generabitur: quia intruſus ſine titulo ſpiritualia miniſtrare non poteſt, vt notant omnes in cap.ex frequenti

Intruſus ſine titulo ſpiritualia miniſtrare non poteſt.

bus.de inſtit.& Abb.poſt Innoc.in c.nihil.col.pen.de elect. ſequitur Iaſ.in d.l.ſi vrbana.in pen.col. Et quòd indulgẽtię, & huiuſmodi ſpiritualia, per prælatos intruſos, & ſine ſuperioris authoritate beneficia poſsidentes, non valeant, tenet Pet.de Anchar.& Imol.in cle.ij.de pœnit.& remiſſ.& idem Pet.in c.quòd autem.in iij.q.eod.titulo. Nec in iſtis ſpiritualibus receptis à tali intruſo communis error recipientes iuuat, ex eo, quia diſpoſitio.l.barbarius.ff.de offic.præto.non habet locum intruſo, vbi ſuperioris authoritas non adeſt, nec procedit in ſpiritualibus, vt dicunt Innoc.& Abb.in d.cap.nihil.& Angel.in d.l.barbarius.& Soci.in tract.fallen. quæ mala abſurda & ſcandala, ſicut in ſimplicibus reſignationibus: ita quoque in permutationibus accidere poſſunt, quæ per publicationem tolluntur. Ideo regula iſta ſimpliciter loquẽs, vtrunque caſum cõprehendere debet. Quarta ratio fraudis in iſta regula conſideratæ, propter quam etiã publicatio introducta fuit, eſt deluſio ordinariorum vel expectantium. Nam quando reſignationes, aut permutationes

clandeſtinæ fiunt ad effectum, vt taliter reſignantes manere in poſſeſsione vſq; ad obitum, ſi publicatio per iſtam regulam introducta non fuiſſet, ordinarij viſitantes ſub tegmine prioris tituli beneficiorum reſignatorũ per permutatores in viſitationibus ſuis deluderentur. Nam putaret illos eſſe veros poſſeſſores, cum ſint veri intruſi titulum non habentes. Ex quo aliud inconueniens ſequitur, quòd per obitum talium, ordinarij per obitum conferentes, tanquam ex vera vacatione .d. beneficia deciperentur, vnà cum perſonis ab illis prouiſis, detecta renũtiatione clandeſtina expectantes etiam deluderentur talia beneficia acceptantes per obitum, cum verè appareat per reſignationem antea vacaſſe, vt conſiderat gloſ. in verbo fraude. in c.j. de re. permut. lib. vj. Papa etiam ipſe de facili decipi poterat, concedendo qualificatis perſonis reſeruationes, vel mandata de prouidendo ad beneficia per ceſſum vel deceſſum vacatura. Nam vt talia mandata euitentur, fraudulenti poſſeſſores poſſent permutationes fingere ad effectũ excludendi reſeruatiuos. Vt igitur omnia hæc mala de medio tollantur, neque detur ansa vel occaſio delinquendi, ſalutaris fuit diſpoſitio iſtius regulæ, in reſignationibus publicationem inducẽs, quæ propter eaſdem rationes, permutationibus comprehendere debet.

¶ Pro parte verò negatiua, videlicet, quòd regula iſta in permutationibus locum non habeat, adduci poſſunt aliquæ rationes concludentes. ¶ Prima, quia iſta regula loquitur ſimpliciter de reſignationibus: ergo non habet locũ in permutationibus, quæ diuerſæ ſunt ab illis, nomine & re, vt dicit Bald. in c.j. num. 1. de vaſ. decret. ætat. & patet ex diuerſitate nominum, ac etiam diuerſitatem materiæ arguit, iuncta gl.j. in c. tibi qui. & ibi Gemi. de reſcrip. lib. vj. l. imperator. ff. de in diem adiect. Nam titulus de renuntiat. poſitus in j. lib. decretalium, diuerſus eſt à titulo de rerum permutatione, poſito in tertio lib. Si igitur diuerſo ſunt nomine & effectu, diuerſo iure cenſeri debent. arg. l. ſi idem. C. de codicil. Regula igitur iſta de renuntiatione loquens, non habebit locum in permutatione: quia ſi Papa hoc voluiſſet, expreſſiſſet, quemadmodum fecit in regula de infirmis reſignantibus. arg. c. ad audientiã. de deciſ. ¶ Secundo, quia ſub diſpoſitione de ſimplicibus loquente, non comprehenditur caſus

Titulorum & nominum diuerſitas,

qui



qualificatus, vt in l.j. ff. de donatio. vbi text. loquẽs de donatione ſimplici, nõ habet locũ in donatione ſub conditione, & ſic qualificata. ad idẽ facit. c. ſtatutũ. de elect. lib. vj. vbi etiã eſt tex. quòd diſpoſitio. cap. licet canon. de parochialibus loquens non habebit locum in parochiali qualificata: quia illa qualitas reponit ſubiectum in diuerſam ſpeciẽ. prout in l. quæſitum. §. illud. ff. de leg. iij. Cum igitur regula iſta de ſimplici reſignatione loquatur, locum non habebit in renuntiatione qualificata, prout eſt permutatio, quæ eſt quædam renuntiatio reciproca, differens à ſimplici renuntiatione, quæ eſt donatio pura, vt in c. ſuper hoc. de renuntiat.

Caſus qualificatus.

¶ Tertio, quia in qualibet diſpoſitione verba in dubio, in ſpecie capi debent, & not. in genere l. hoc legatũ. vbi Bart. ff. de lega. iij. Sed permutatio habet ſe, vt genus. l.j. vbi Bart. & alij. de re. permut. Ergo iſta regula de renuntiatione loquens, nõ habebit locũ in permutatione. Hinc voluit Alex. per plura motiua in conſi. lxxvj. col. ij. vol. v. quòd ſtatutum correctorium iuris communis, de venditione loquens, non habet locum in permutatione, licet ſint contractus ſimiles. Et hoc per viam regulæ tradit Bald. in l. ij. col. ij. C. de rer. permut. ſequitur Fely. in procem. decretal. col. iiij. Et iſta ratione etiam voluit Decius in cõſi. ccxxiiij. regulam de infirmis reſignantibus, ex eo, quia exorbitans à iure communi, non extendi etiam ex identitate rationis ad ſimiles caſus, prout eſt præſentatio vel inſtitutio. Et ob eam cauſam Rota voluit regulam iſtam de reſignatario loquente, non habere locum in ſecundo reſignatario, licet in eodẽ ratio fraudis ſubeſſe videatur, vt inferius in alia quæſt. dicam.

Verba in qualibet diſpo. in dubio.

Statutum correctorium.

¶ Quarto, pro iſta opinione facit: quia videmus, quòd in donationibus puris & ſimplicibus, inſinuatio requiritur ad fraudes euitandas, vt dicit Paul. de Caſt. & alij. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccl. Aret. in conſi. ij. & Alex. conſil. clvij. lib. ij. Sicut & eadem ratione hîc in ſimplicibus reſignationibus publicatio requiritur ad euitandas fraudes, ſuperius in parte affirmatiua narratas. Nã publicatio nihil aliud eſt, quàm quædam inſinuatio, ſeu notificatio reſignationis per ipſum reſignatarium, in eccleſia, vbi ipſum beneficium conſiſtit, facienda, ad fraudes euitãdas, vt dicit Abb. in conſi. xcix. lib. j. Et tamen inſinuatio illa nõ requiritur in donationibus re-

Publicatio qd ſit.

ciprocis, quibus ipſæ permutationes æquiparãtur, vt tradit
Alex.Iaſ.& alij in l.licet.col.fin.C.de pact.tradit Decius in
cõſ.clxxvij.& cõſ.cxx.aliàs.xx.Stepha.Beltrãdi in cõſ.lxx-
viij.col.fin.lib.ij. cum infinitis concord.quas more ſuo cu-
mulat Nicolaus Tiraquellus in copioſa repet.l.ſi vnquam.
in gl.donatione largitus.num.94.cum ſequen.C.de reuoc.
dona. Ergo apparet, quòd diſpoſitio iſtius regulæ, de publi
catione ſiue inſinuatione loquens, non cõprehendet caſum
noſtrum. Nam in permutationibus non publicatis nõ frau-
dantur ordinarij, nec expectantes, ſicut in reſignationibus
ſimplicibus, vt de ſe patet.

Publicatio in reſign. potius quàm in permutatione.

¶Quinto in ſimplici reſignatione maior ratio militat, vt
publicatio fieri debeat, quàm in permutatione, ex eo, quia
ſimpliciter reſignantes de facili inuenient, qui beneficia ſub
hac occulta conditione recipiant, ne reſignationem publi-
cent ad effectum, vt reſignantes eorum vita durante, fructi-
bus beneficij fruantur. Nam ex iſta permiſſione nihil reſi-
gnatarij de ſuo perdunt, & poſſunt lucrari. Sed iſta ratio in
permutationibus non procedit: quia in permutatione non
datur vera vacatio, ſicut in reſignatione ſimplici, vt tradit
Federi.de Senis in conſil.lxij.cum concor.vt ſcribit Gaſpar
de Peruſio in tract.reſeruat.in iij.parte principali.colum.ij.
fol.viij.num.4. Ergo in beneficijs permutatis expectatiuæ
locum habere non poterunt, vt etiã eſt text.in cap.j.de rer.
permut.lib.vj. Et ratio prædictorum eſt, quia in permuta-
tione quilibet agit de damno euitando, ideo nihil eorũ in-
tereſt occultas permutationes habere: quia nullam ex hoc
vtilitatem conſequuntur, ſicut ſimpliciter reſignãtes, quo-
rum intereſt occultas habere reſignationes, propter lucrum
fructuum, propterea in eis publicatio neceſſaria fuit, nõ au-
tem in permutationibus. Nam non eſt par, eademq; ratio,
lucrum perdere, & damnum ſentire, iuxta.l.fi.C.de codicil.

Lucrum perdere non eſt par, eademq; ratio.

¶Sexto, quia in ſimplici reſignatione, qui nõ publicat nul-
lam excuſationé habet: in permutatione vero excuſari po-
teſt, expectando compermutantis publicationem, & ſic im-
plementum ex parte ſua, iuxta.cap.peruenit.de iureiur.& l.
Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.

¶Septimo, quia ex quo regula iſta non loquitur expreſſè
de permutationibus, & capit probabile dubium, nunquid
ſub



ſub illa comprehendantur, certè in dubio excuſari debent
hoc caſu non publicantes, per ea, quæ notant Moder.in l.cũ
prolatis.ff.de ſent.& re iu.ſicut faciens cõtra legem, quæ ha
bet plures intellectus, nõ peccat, vt dixi latius in c.j.nu.231.
de conſtit.lib.vj.ſicut etiam de errore dubio iuris tradunt
Doct.in cap.de quarta.& in cap.ſi diligenti.de præſcrip.&
in cap.j.de re iudic.vt ibi per eos. Hæc ſunt, quæ ſuper iſta
quæſt.occurrunt, pro vtraque opinione, non inclinans in
alteram partem: quia cauſa pendet, & non eſt honeſtum ſic
ſcribédo votum detegere, donec cauſa per Rotam ſuo mar-
te decidatur.

## QVAESTIO QVARTA.

Beneficia cõmendata.

QVAERO, an regula iſta procedat in beneficijs commẽ-
datis?

¶SOLVTIO. Modernus Sabinen. Aeneas de
Falconibus, doctor curialis, practicus, & eruditus, in qui-
buſdam apoſtillis ad iſtam regulam, aſſerit Rotam tenere,
regulam locũ habere in cõmendis perpetuis, & nihil aliud
dicit. Et hoc idem reperio in pluribus alijs regulis iſtius vo
luminis Rotam tenuiſſe, prout in illa de infir.reſig.& in il-
la, de impet.benefic.per obitum famil. Card.& quibuſdam
alijs. Et quarum principalis ratio fuit: quia commendæ no-
ſtri temporis æquiparantur titulis, adeò, quòd ſicut titula-
res, ita & iſti commendatarij faciunt fructus ſuos, vt dicit
Alexandrinus in cap.cum autem.xliiij.diſtinct.& in cap.ſi
quis.lviij.diſtinct.& certè de rigore iuris, eius opinio ve-
rior apparet.

Cõmendæ noſtri temporis æquiparantur titulis.

¶Sed licet ita in dictis caſibus Rota tenuerit, Cancellaria
tamen ſemper contrarium tenuit, præſertim quo ad iſtam
regul.cuius verba & mens commendę repugnare videntur.
In primis: quia verba iſtius regulæ de beneficijs collatiuis
loquuntur, vt patet ibi, collationes quoque de illis &c. Et
clarum eſt, quòd collatio à commenda diuerſiſsima eſt, vt
probatur in cap.dudum.de electio.vbi duo beneficia cura-
ta conferri non poſſunt, poteſt tamen vnum conferri, &
aliud commendari, ex quo manifeſtè datur intelligi, aliud
eſſe commendare, aliud conferre. Nec mirum, quia colla-
tio dat titulum, & ius in re.cap.ſi tibi abſenti.de præbend.

Verba non cõueniunt.

libro ſexto:commenda vero ſecus. Cui igitur verba nõ conueniunt, neque mens conuenire clarum eſt, iuxta l.furioſi. C.de nup.l.ſi quis ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acquir. hæred.cum ſexcentis concord.vt congerit Alexand.in conſilio.lij.colum.iij.libro quarto:& reaſſumũt latiſsimè Moderni,qui ad hoc duodecim textus allegant,in cap.quoniã. vt lit.non conteſt.Verba enim nihil aliud ſunt,quàm quidã nuntij,ſiue pręcurſores mentis:ſunt enim verba paſsionum animi indicatiua,vt dicit text.in l.labeo.de ſupellect.leg.& tradit Bald.in tract.ſchiſma.colum.x.quod etiam ſuadetur ex alijs verbis iſtius regulæ,ibi,vacare cẽſeatur &c.quæ verba commendæ non adaptantur:quia commẽda per obitum commendatarij vacare non dicitur, vt eſt tritum dictum Feder.in tract.de permut.benefic.quæſt.xv.& Rom.in conſilio cl.Præterea,quia penes commendatarium non eſt proprietas,poſſeſsio,vel quaſi ipſius beneficij commendati,ſed quædam nuda detentatio. Nam cõmendatarius nihil aliud eſt,quàm ſimplex depoſitarius, vt probatur in l.commendare.ff.de verborum ſignif.& in l.Lucius.ff.depoſit.& in cap. ne quis arbitretur.xxij.quæſt.ij. Et quòd penes talem nõ ſit niſi ſola detentatio, eſt text.in l.licet.§.rei.ff.depoſiti.& in ſpecie notat gloſſ.in cap.ſi conſtiterit.de accuſat.Nam omnes gloſ.tam in cap.nemo.de electio.libro vj.quàm in cap. ſi plures.xxj.quæſt.j.& alibi ſæpe,commendatariũ non prȩlatum, ſed nudum adminiſtratorem vocant, vt dicit etiam Archi.in cap.is cui.de electio.libr.vj.facit text.in cap.cum nobis.eod.tit.cum igitur per obitum commendatarij non beneficij vacatio non inducatur,cum eius vita durante,ſemper beneficium vacauerit,& vacabit,etiam ſi denuo cõmendetur, donec Papa eccleſiæ de prælato prouiderit, vt dicit Hoſtien.in c.ne pro defectu.de elect.& gloſ.in clem.j.vt lite pend. Eſt concludendum,in tali commenda regulam locum non habere, cum verba eius nullo pacto cõmendæ adaptentur.

Beneficia cõmendata non conferũtur,neque vacare dicuntur.

Pręterea,quia iſta regula loquitur de beneficijs per renuntiationem vacantibus de iure & de facto,& tam in curia,quàm extra curiam,& tamen in cõmendis hoc nõ procedit:quia ex quo cõmendæ conceſsio fit per Papam, ideo illi renuntiari non poteſt extra curiam, non ſolum ea ratione quia in eis non datur vacatio, donec Papa de illa prouiderit,



rit,& per conſequens in illa regula verba non verificantur, vt dictum eſt,ſed quia beneficium per commendam manet affectum,adeò,quòd inferior ſe de illo intromittere nõ poteſt,vt tradit Troilus de Maluitijs,in quodam ſuo conſilio poſito in fine tractatus illius de ſortibus,& tenẽt Ioannes, Franc.Pauin.in tract.de ſede vacante.in iij.q.ſecundæ partis.col.ſexta & Rom.in d.conſil.cccl.col.iij.Cum igitur regula iſta loquitur etiam de reſignationibus extra curiã faciendis,& commendæ ceſsio fieri non poſsit,niſi in manibus ipſius Papæ concedentis,iuxta cap.admonet.pro quo facit text.in l.fi.C.de defen.ciuit.& in §.interdum.& §. ſi qua vero.in authen.de defen.ciuit.eſt concludendum regulam iſtam in commendis non procedere.

¶Præterea,quia ſi diceremus commendatarium ius in re, & verum titulum habere,ſequeretur,quòd ad nutum commendantis commenda aduocari non poſſet: cum habentes verum titulum ius perpetuũ,nec ad nutum amouibile habere dicantur,vt in c.j.de cap.mona. libr.vj.& in c. ſanctorum.lxx.diſtin.& not.latè.gl.in capitulo paſtoralis.vij.q.v. Sed tamen videmus contrarium: quia commẽda ad nutum Papæ poteſt diſſolui,& beneficium alteri conferri,vt prædicti Doctores dicunt. Igitur in ea,regula verificari non poterit. Plura alia motiua,& argumenta, pro hac parte fieri poſſent,quæ breuitati ſtudens omitto.

Beneficia dupliciter commendari ſolẽt.

¶Et ideo,vt opiniones fœdere diſtinctionis concordari poſsint,eſt conſiderandum,quòd beneficia dupliciter commendari ſolent,aut ad vtilitatem eccleſiæ,aut ad vtilitatem commendatarij. Primo caſu procedunt omnia argumenta pro iſta ij.parte fabricata: quia tali caſu,cõmendatarius poteſt ad libitũ remoueri,& beneficiũ cõmendatum, tanquam vacans conferri. Quia commenda,in caſibus præmiſsis,nihil aliud eſt,quàm depoſitum,quod poteſt ad libitum deponentis reuocari,etiam ſi dictum fuiſſet,quòd depoſitũ vſque ad obitum depoſitarij duraret,vt eſt caſus in l.j.§.ſi depoſuero.ff, depoſi.& in cap.j.eod.tit. Et hoc idem in commenda probat text.in cap.obitum.& in c. Catanienſis. lxj.diſtint. Vbi apparet,quòd non obſtante commenda facta in vtilitatem ipſius eccleſiæ,poteſt liberè procedi per cap.ad electionem veri prælati. Et ſic apparet,talem commẽdam per obi-

tum commendatarij non vacare,niſi eo modo,quo prius.

Commendatarij vtilitas.

¶Secundo modo fit cõmenda ratione perſonæ ipſius commendatarij,& tali caſu procedit opinio dominorum Rotæ Alexandrini,& ſequacium. Nam quãdiu durat ipſius commendatarij vtilitas,non dicitur ipſa commenda vacare:ita vt alteri conferri poſsit licitè:quia tales commendatarij habentur vt titulares,& ideo diſpoſitio loquens de titularibus haberet locum in illis,vt latius per exempla probaui in regula de triennali.q.v.& ita etiam habebit locum iſta reg. quæ magis generaliter loquitur.

¶Et iſta in ratione fundantur: quia cõmendatarius iſte de quo loquimur,ad cuius vtilitatem comméda facta fuit,dicitur procurator in rem ſuã,qui re non integra amoueri non poteſt,vt dicit gl.in l.ſicut.§.ſi procurator. ff.quib.mo.pig. vel hypoteh. ſol.& in l.procuratore.ff.de procur.& l.iij.C. de donat.tenet Bal.in l.j.C.de actio.& oblig.

¶Ex quo infertur,quòd talis comméd atarius facit fructus ſuos,ſicut titularis:ſecus eſt in commendatario,cuius commenda eſt facta ad vtilitaté eccleſiæ: quia deducto tantũ victu omnes fructus futuro prælato reſeruare tenetur:omnia iſta probantur in c.ſi.lxj.diſtin.& in c.quia frater.vij.q.j.& in cap.charitatem.xij.q.ij.& tenet gloſſ.in cap.nemo.de electio.lib.vj.Et licet talis commendatarius ad vtilitatem ſui dicatur etiam depoſitarius,tamẽ talis depoſitarius facit fructus ſuos,vt patet ĩ l.die ſpõſaliorũ.§.qui pecuniã.ff.depoſiti. ¶Ex quibus(opinionibus omnibus ſic ad cõcordiã reductis)facilè iudicari poſſet,an regula iſta locũ habeat,vel non,in commendis. Poſſet etiam diſtingui inter commendam perpetuam,vel ad tempus,vt latius dixi in d.regula de triennal q.v.ideò nõ repeto.Sed vnum vltrà ibi dicta addo,

Cõmenda perpetua vel temporalis.

quòd illa diſtinctio comméd æ perpetuæ vel temporalis ſit, quando conſtat eſſe tales,aliàs in dubio,quando non apparet,qualiter Papa comméd auerit,in dubio interpretari debet,commendam perpetuam conceſsiſſe.Vt concluſit Rota in vna Salamãtina de palatios rubios,coram R.P.D.Marcello,epiſcopo Marſicano,die xxviij.Iunij M.D.XXXVIII.Ratio deciſionis fuit: quia actus,qui certo tẽporis ſpacio non cõcluditur,perpetuus reputatur,vt in l.iuriſperitos.in prin. & ibi Bar.ff.de excu.tut.& not.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi

* Actus quando reputatur perpetuum.



ipſi prætori.ff.de oper.not.facit gl.in cle.ij.in verb.electionem.de reſcrip.& in l.ſufficit.ff.de condi.indebit.& bonus text.in l.ſeruus.C.de pœnis.Et hoc iuris fundamentum habet:quia qua ratione dicimus,diſpoſitionem generaliter de rebus,vel perſonis loquentem,generaliter debere intelligi, vulg.l.j.§.& generaliter.de legat.præſt.eadem ratione dicendum eſt,reſpectu temporis,vt videlicet,diſpoſitio generaliter,id eſt, in perpetuũ intelligatur,cum de perſonis,vel rebus ad tempus argumentum valeat.l.miles ita.§.& quia diximus. Vbi Bart.ff.de teſta.milit.Quæ omnia ſunt notanda:quia deſeruire poſſunt ad multa.

QVAESTIO QVINTA.

Beneficia conſiſtorialia.

QVAERO, an regula iſta procedat in beneficijs cõſiſtorialibus?

¶SOLVTIO. Cõcluſum fuit,quòd non,ex eo, quia cum talia beneficia renũtientur in conſiſtorio,in præſentia principis,ſatis dicitur facta publicatio.arg.l.omniũ. C.de teſta.itaque in talibus non habet locũ diſpoſitio iſtius regulæ,ſicut dicimus per eandẽ rationem,quòd noua prouiſio,ex quo ſignatur coram Papa,ſupplet diligẽtias publicationis,& inſinuationis requiſitas per aliã regulam,prout inferius per aliam quæſtionem dicetur.de quo videnda ſunt etiam ea,quæ dixi in regula de infir.reſig.q.xiiij.

QVAESTIO SEXTA.

Obligare reſignatarium.

QVAERO, an regula iſta obliget reſignatariũ,ad publicandum temporis ſucceſſoris reſignationem factã in manibus prædeceſſoris pontificis,ſi prędeceſſor infra ſex menſes factæ reſignationis moriatur?

¶SOLVTIO. Prima facie videtur dicendũ,reſignatarium obligatum fuiſſe vigore primæ regulæ,vigentis tẽpore reſignationis,ad publicandum reſignationẽ.Et ratio eſt: quia renuntiatio facta tempore,quo primus Papa,& eius regula viuebant,perfecta fuit,& habuit effectũ.Igitur obitus Papæ ſuperueniens,non tollit effectũ iam cauſatum,arg.l.ſi.ff.vn de libe.cum concor.vt notabilirer ſcribit Decius in conſil. xxiiij.col.ſi.ſufficit enim,quòd lex ligare incipiat,vt tenet Bart.in l.ſi.ff.de falſis.Suadetur hoc,quia regula primi põtificis,& eius ſucceſſoris,ex quo ad eundem finem tendunt,pro eadẽ reputatur,& in vtraque par ratio iudicatur.l.j.§.idem

quæritur.ff.de ope.no.nun.& in c.conſuetudo.j.diſtinct.&
de ſimo c.quærelam.& c.j.de lit.conteſt.lib.vj. Si igitur vtri
uſq; regulæ ad eundẽ finem tendentiũ par eſt ratio,conio-
num videtur,quòd tẽpora vtriuſque regulæ coniungantur,
vt vna & eadem regula reputetur,arg.l. Pomponius.§.cum
quis.ff.de acquir.poſſ.& §.penul.inſtit.de vſucap.Nã quan-
do duo ſunt introducta propter vnum finẽ,illa duo vnum
reputantur,vt dicit Card.in cle.j.§.ſi quis.in ix.q.de reb.ec-
cleſ.non alie.& nota.gl.fi.in c.latores.de clemen.excomm.
mi.facit l.ij.ff.de duo.re.& l.qui libertatis.ff.de euict.& C.
de ma.teſtamen.l.cum teſtã.& c.paſtoralis.ſecundo reſpon.
de appellat.& cap.fi.de reſc.lib.vj.& quæ tradit Iaſ.in l.ſin-
gularia.in .iiij.notabili.ff.ſi cert.pet.

**Duo introducta ꝑpter vnũ finem.**

¶ Præterea,quia quãdo principium habet relationem con
tinuam ad finem,attenditur finis.l.illud.in fi. ff.ad l. Aquil.
no.Bar.in l.quòd ait.§.quòd ait.ff.de adulte.Sed in caſu no
ſtro,reſignatio facta tempore vnius pontificis,quo ad effe-
ctum publicationis,reſpicit finem,id eſt,ſi reſignans morie-
tur in poſſeſsione poſt ſex menſes,& iſte euentus,ſiue finis
contingit tẽpore ſucceſſoris pontificis.igitur ille finis attẽ-
di debet,vt videlicet,iſte actus renũciationis publicandæ iu
dicetur ſecundũ regulã vltimi pontificis.Quod ſuadetur ex
verbis regulæ,ibi,factæ reſignatiões &c.quæ aut tẽpus præ-
teritum,aut præſens ſignificant.l.verbũ erit.de verb.ſign.&
facit doctri.Bart.in l.illicitas.in princ.ff.de offic.præſid.vbi
illa verba,venditiones factas &c.poſita in ſtatuto,interpre-
tatur de præteritis & futuris. Et hoc regulare eſt,quòd licet
verba poſita in l.in dubio,ad futura referantur,vbi tamen
par eſt ratio de præteritis,illa etiam ſub lege comprehen-
duntur,vt dicit Rom.conſilio cccxxxiij.& Felyn.in cap.fin.
in x.col.verſicul.fallit tertio,& fallit quarto.de conſtit. Vel
etiam dicamus,quòd vtraq; regula ſimul iuncta attendi de-
beat,arg. eorum,quæ dicit d. Ant.in cap.fi. de for.comp.de
illo,qui ex vno territorio ſagittam in alterius territorium
iecit,& ibi hominem interfecit.Nam iſte homicida ſtatutis
vtriuſq; territorij caſtigari debebit:ita dicit ibi Anto.& ſe-
quitur Abb.in cap.j.in ij.notabili.& ibi latius Moderni de
præſump.& plura alia ad propoſitum Angel.Aret.congerit
in tract.malefi.in verbo,in platea communi.

**Verba poſita in lege,in dubio.**

¶ Sed



¶ Sed iſtis non obſtantibus,contrarium olim,& etiam hoc
tempore in pluribus cauſis Rota tenuit. Nam tẽpore Sixti, *
regulã hoc caſu non habere locum iudicauit Ant.de Graſ-
ſis iij.Februarij M.ccccLxj.vt refert Gloſſator in proœmio
iſtarum regularum.fol.v.& hoc idem tempore Pauli.II.iu-
dicaſſe Rotã,refert Nicol.de Vbaldis,tũc auditor,in tract.
ſucce.ob inteſta.in ij.parte,num. 12. & temporibus noſtris
idem pluries iudicauit Rota,in primis in vna Dolen.corã *
R.P.D. Pet. Vorſcio,de anno M.D.xxxij.vt adnotauit d.Hie
ronymus de Caſtello aduocatus. Deinde in alia Auinionẽ. *
Vicariæ de Bethleem coram me, de menſe Aprili,eo.anno
M.D.xxxij. Tertio loco coram d. Silueſtro Dario.vj.Iulij *
M.D.xxxvij.in vna Toletana parochiali de Iunquera,pro
d.Hieronymo de Biuero,cõtra Didacum de la Baria.In qua
cauſa propter d. Darij abſentiam,d.Nicol.Aragona ſenten *
tiam protulit,quæ in ſecunda per R.D.Raynaldum de men
ſe Aprili M.D.xxxviij. confirmata,& nunc in tertia coram
me cõcordata fuit.Quarto loco idem caſus deciſus fuit,co- *
ram eodẽ d.Petro Vorſcio,in vna Gienen.beneficij de Plie-
go.xj. Decembris M.D.xxxviij.& in d.cauſa voluit vnum
plus Rota, videlicet,deciſionem prædictam habere locum,
etiam ſi plures reſignationes factæ fuiſſent tempore primi
pontificis prædeceſſoris, propter conſil. Oldr. cciij. Ratio
prædictarum deciſionum aſsignatur per prædictos, Gloſſa
torem & d.Nicolaum de Vbaldis,in dictis locis,quos bre-
uitatis gratia nõ refero.Sed alia etiã ratio per Modern.do-
minos aſsignabatur:quia in caſibus præſuppoſitis renũtiãs
tempore Clementis prædeceſſoris non obierat,& ſic illius
regula locum habere non poterat:quia inter tria copulati-
ue requiſita in regula requiritur,quòd renuntians poſt tem
pus in poſſeſsione moriatur,ſi tamen vixit etiam per mille
annos,non erit locus regulæ. Cum igitur eo viuente Cle-
mens obierit, regula ſua obſtare non potuit:quia mortua
fuit per eius obitum,neque rurſus regula d.noſtri Pauli. III.
eius ſucceſſoris potuit obeſſe : quia,vt idem dixit in proœ-
mio ſuarum regularũ,ſe rebus regendis normã & ordinem
per regulas ſuas dare velle,& ſic tantũ cõprehendere voluit
(prout eſt de natura legis) reſignationes futuras,non præ-
teritas.c.fi.de conſtit.& ſic huiuſmodi reſignatio exempta
erit

erit à vinculo vtriuſq; regulæ. Pro quibus faciunt rationes Oldr. in conſ. cciij. quem in notabili caſu domin. Guliel. allegat in deciſionibus regularum deciſ. xvij. & per dictũ conſil. Oldr. voluerunt etiã Domini in d. cauſa Gienen. beneficij de Pliego coram domin. Aquen. dicto die xj. Decembr. * M. D. xxxviij. quòd etiam ſi tempore vnius Pontificis factæ fuerunt plures reſignationes, & durante tempore ad publicandum Pontifex moriatur, & tempore ſucceſſoris, etiam alia reſignatio fiat, propter hoc non præſumitur fraus ad effectum circumueniendi iſtam regulam, vt latius ſuper hoc aduocati ſcripſerunt, quæ non repeto: quia huc pertinere non videntur.

¶Tamen contra prædicta obſtat vnum: quia videbatur dicendum, regulam iſtam, quæ ſemel viſa eſt habere locum, facta reſignatione, expirare non debere morte conditoris, ſicut dicimus de mandato, quòd licet regulariter morte conſtituentis re integra expiret, tamen quando viuo conſtituente accepit aliquid agi, non expirat, vt latè tradunt Alex. & Moder. in l. eius verſ. dicebat. ff. ſi cert. pet. Sic etiam videmus, reſeruationes ſemel per regulam inductas, licet odioſæ ſint, & iuriſdictionem ordinarij abſorbere videantur: Tamen per obitum Papæ non expirãt, vt per plures rationes & authoritates latè probat domin. Pet. Andr. Gãmarus, vir ex ordine noſtro certè eruditus, in tract. leg. lib. iij. fol. lxvj. vbi refert Rotam illo ipſo die in reſeruationibus, de quibus in regulis, prima & tertia fit mentio, hoc tenuiſſe. Et licet idem domin. Petrus ibi contrariũ teneat: nihilominus opinio Rotæ præualuit, quam tenuit Gemin. conſ. xciij. Petr. de Anch. conſil. lvij. Rom. conſil. cclx. & vir ille practicus, & doctus Bartholomæus Belenzinus, olim etiam auditor Rotæ, in tract. de charitatiuo ſubſidio q. penult. & plures alij, quos breuitatis gratia omitto. Si igitur hoc in materia odioſa, quæ facilius extingui deberet, inductum eſt: à fortiori in caſu noſtro dicendum videtur, præſertim cum regula iſta, quæ ad tollendum fraudes ex clandeſtinis renuntiationibus reſultantibus conſtituta fuit.

Mandatũ morte cõſtituẽtis nõ expirans.

Reſeruatiões per regulã inductæ.

¶Niſi tenẽdo primam opinionẽ, in reſeruationibus aliam differentiæ rationem arguamus, quæ fuit affectio ſemel per reſeruationem cauſata: qua inductum eſt, quòd ſemel affectum,



ſemper duret affectum, vt dicunt plures deciſiones dominorum curioſè cumulatæ per Felyn. in cap. in noſtra. in xxj. correllario. de reſcript. Et fortè, ſi non eſſet extrauagãs Pauli, quæ hoc induxit, idem dicendum eſſet in reſeruatione, quòd de publicatione dictum fuit. In mandato verò diuerſa eſt ratio: quia poſtquàm res incœpit tractari, mandatum habuit effectum in ſui ſubſtantia, & effectus ſemel cauſatus ſemper durat, vt tradunt Moder. Mediolanen. in cap. j. in notabilibus. de iud. quæ omnia hîc ceſſant: & quia in dictis caſibus lex ſuper hoc proceſsit, vlterius diſponendo, quod hic non fecit.

## QVAESTIO SEPTIMA.

Menſes ad publicandum reſignationes.

QVAERO, an ſex menſes, qui reſignationi factæ in curia: vel menſis, qui extra curiam dantur per iſtam regulam, ad publicandum reſignationes, computentur à die reſignationis, vel à die præſtiti conſenſus?

¶SOLVTIO. Videtur prima facie, quòd à die factæ reſignationis computari debeãt: quod indicare videtur illa dictio, ex tunc, in text. poſita, quæ extremum à quo denotat, videlicet, tempus factæ reſignationis, vt in l. iiij. ff. de cond. & demonſtr. Ab illa enim tanquàm ab eo quod principaliter geritur, prout ab originali fundamẽto tempus initium capere debet: non autem à cõſenſu, qui ex pòſt præſtatur, & habet ſe, vt acceſſorium. Et eſt quædam executio, ſeu confirmatio reſignationis factæ: in qua quidem reſignatione, licet expreſſus conſenſus non adhibitus ſit: nihilominus in ea quidam conſenſus tacitus includitur, qui per porrectionẽ eius principi factam colligitur, vt notãt omnes in cap. quidam. de renunt. præſertim quia regula iſta non diſponit tempus ſex menſium à die conſenſus computari debere. Igitur nos dicere nõ debemus. Nam ſi Papa hoc voluiſſet, expreſsiſſet: prout expreſsit in regula de infirmis reſignantibus.

Conſenſus qd ſit.

¶Confirmatur iſta opinio ratione concludendi: quia certum eſt, per renuntiationem, ius & poſſeſsionem in beneficio amitti, vt eſt deciſ. xxiij. in no. & abinde renuntians ſi in poſſeſsione manſerit, conſtituitur in mala fide percipiendi fructus: adeò, quòd illos fructus non facit ſuos, ſed eos reſtituere tenetur vero beneficiato, vt latè, & in terminis probat Hieronymus Paulus, antiquus doctor, & ſtyli curiæ practicus,

ℓticus,in illo vulgato libro,quem practicā Cancellariæ vo
cant.fol.xlvj. Vt igitur his animarum periculis occurratur,
neceſſariū eſt dicere, tempus publicationis à die datæ ceſ-
ſionis currere debere: quia tali caſu ordinarius,qui per hu-
iuſmodi publicationem ſtatim factam certior redditur, nō
patietur renuntiantem diu in beneficio ſine titulo perma-
nere. Cuius oppoſitum ſequeretur,ſeu contingere poſſet,ſi
tempus publicationis hîc deſignatum à die præſtiti conſen
ſus inciperet, qui fortè poſſet ex cauſa ad longum tempus
differri,in graue animarum (præſertim ipſius renuntiantis
intruſi) præiudicium: quod quidem euitari conuenit. Et
quòd magis expediat,tempora publicationis faciendæ,à da
ta potius ipſius reſignationis, quàm à die præſtandi cōſen-
ſum,computare,facit vnum: quia conſenſus ad effectū pu-
blicationis non eſt neceſſarius,cum ille adhibeatur in reſi-
gnationibus,ad effectum expediendi literas, ſine quibus pu
blicatio per ſolam nudam ſupplicationē fieri poſſet, & illa
ſine aliquo cōſenſu extrinſeco valet:quia ſufficit,ꝙ vtriuſq;
conſenſu tacitè ſignetur,videlicet,reſignātis & reſignatarij
& gratia ſola ſupplicatione ſine literis facta dicitur,vt not.
omnes in procemio ſexti, & per illam verū ius in beneficio
acquiritur,vt eſt deciſio Rotę vltima in antiq.tit.de reſcrip.
Cùm igitur per ſolam ſupplicationem fieri poſsit publica-
tio,conueniens videtur,quòd à data eius,tempus datum ad
publicandum computetur,ne de facili expectando conſen-
ſum deludamur.

¶ Sed prædictis nō obſtantibus, dum iſte caſus in Rota per
* R. D. Silueſtrum Dariū,de menſe Ianuario M. D. xxxiiij.in
vna cauſa Saguntinen. ſancti Egidij proponeretur, maior
pars Dominorum tenuit contrarium. Pro qua opinione
inter alia adducebatur vnum motiuum vrgens: videlicet,
quòd ideo tempus ad publicandum à die conſenſus incipe-
re debet,& non à data reſignationis: quia reſignatio ante
conſenſum præſtitum per reſignantem,& reſignatarium eſt
informis,& ſine effectu,& ab ea,quilibet ante conſenſum
præſtitum recedere poteſt. Quia ſi contrarium diceremus,
infinitæ propemodum fraudes fingi & argui poſſent. Nam
quiuis ſupplicationem reſignationis nomine meo, & me
ignorante,confingere poſſet,& in ea à Papa reſignationem
benefi



beneficiorum meorum admitti petere: qua admiſſa,de faci
li poſſem beneficijs expoliari,quod eſt abſurdum. Requiſi-
tus igitur fuit hoc caſu conſenſus, tanquam cauſa forma-
lis,per quem actus reſignationis perficeretur.arg.cap.ſi tibi
abſenti.de præbend.lib.vj. Quia, vt dixi, ſola ſupplicatio,
tanquam incerta & dubia de voluntate reſignātis nō ſuffi-
cit,nec robur habet. Hinc videmus quotidie in Rota ſerua
ri,quòd dans de iure tertij, per ſolam ſupplicationem non
admittitur: quia ius per ſolam ſupplicationem, dicitur ius
non clarū,informe,& non liquidū, & ideo nō eſt actus ſuf-
ficiens ad publicandū. Quod vlterius euidenti ratione pro-
batur: quia clarum eſt, quòd conſenſus reſignantis poteſt
præſtari per plures menſes poſt reſignationem,etiam poſt
mortem reſignantis,iuxta extrauagantem Alexand. Sexti.
Et proculdubio ſuperfluum videretur, & ſatis impertinen-
ter factum,reſignationem in eccleſia publicare,ac beneficij
reſignati poſſeſsionem petere ante conſenſum præſtitum,
cum poſſet,vt dixi,ante præſtitum cōſenſum reſignans pœ-
nitere,vel forte mori,non cōſtituto procuratore ad cōſen-
ſum præſtandum. Et ideo ob eam cauſam inductum fuit,in
reſignationibus conſenſum expreſſum in manibus Notarij
Cancellariæ,vel Cameræ præſtari debere, & ab illo tempo-
re conſenſus præſtiti,tempora hîc deſignata computari. So
la igitur ſupplicatio nō eſt ſufficiens ad producendū huiuſ-
modi publicationis effectum. Sed iſto caſu literæ expeditæ
requiruntur,quæ ſine conſenſu expediri nō poſſunt. Ergo
de neceſsitate cōſenſus requiritur, à quo tempora publica-
tionis currere incipiant. Et licet ſupplicatio reſignationis
conſenſum à tergo contineret: nihilominus per illum pu-
blicatio firmiter fieri non poteſt,ex eo,quia hîc requiritur,
quòd titulus publicetur: & ſola ſupplicatio ſine expeditio-
ne non dicitur canonicū titulum cōtinere, vt tradit Nico-
laus Milis in verbo,literæ.& Rota in tit.de præb.cōcluſio-
ne xvij.in no.& reaſſumunt Moder.in rubr.de cōſtit.lib.
vj. Et adeò hoc eſt verum,quòd vtens ſola ſupplicatione ſi-
ne literis,non eſt tutus in foro conſcientiæ,& ideo per eam
publicatio fieri non poteſt,vt in terminis concludit practi-
cus ille Hieronymus Paulus in eo libro,qui ſtylus, ſiue pra-
ctica Cancellariæ inſcribitur fol.xlvj. Quæ cum ita ſint,re-
ſignata

Supplicatio ſola canonicū titulum continet.

ſignatarius ante præſtitũ cõſenſum poterit legitimè ſencuſare, ſi non publicauit: quia legitimè impedito nõ currit tempus, vt dicit Rom. in terminis iſtius regulæ, loquens in conſ. ccccxxxiij. facit l. j. in fi. C. de anna. excep. faciũt etiam ea, quæ de emphyteota Specul. tradit in tit. de locat. ver. xlj. Stat igitur cõcluſio firma, quòd tempora requiſita hîc ad publicandum currere incipient à die præſtiti cõſenſus. Quam opinionem etiam tenuit Rota tempore bo. met. Domini Petr. Andreæ Gãmari, tunc Rotæ auditoris, de menſe Maio M. D. xxij. vt ipſe idem refert in quibuſdam collectaneis deciſionum. Non enim ante præſtitum cõſenſum ſumus certi de reſignatione vera & effectuali, propter prædictam rationem. Et ideo Papa, qui voluit reſignationes publicari debere, veriſimile eſt illũ, de valida, efficaci, & irreuocabili reſignatione ſenſiſſe, prout etiã illa, ſuper qua præſtito cõſenſu literæ expediũtur, vt ſic verba iſtius regulæ de reſignatione loquẽtis cum effectu intelligãtur, arg. c. relatũ, de cle. nõ reſid. & l. j. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. Nam ſi dicamus tẽpora hîc aſsignata à tẽpore ſignatæ ſupplicationis, & nõ potius præſtiti cõſenſus incipere: ſequeretur vnũ inconueniẽs, quod ſuper ſupplicatione reſignationis hodie ſignata, poſſet, elapſo anno, etiam poſt mortẽ reſignantis, iuxta bullam Alex. conſenſus præſtari. Quo caſu tempora ad publicandũ hîc aſsignata, iam penitus elapſa eſſent, & ſic hoc pacto regula deluderetur, quod videtur abſurdum. Nam non videtur expediens, quòd antea quis publicare reſignationẽ teneatur, quàm ſibi exploratũ ſit, eam effectũ habuiſſe: quod intelligi non poteſt, niſi poſt præſtitum cõſenſum. Et licet iſte text. hoc non aperiat: nihilominus interpretatione iuris regulæ, ſicut & quælibet alia diſpoſitio, ad tollendũ abſurdũ ſuppleri debent, vt videmus in l. lecta. ff. ſi cert. pet. & in ſexcentis alijs locis iuris. Et iſta opinio, quia videtur æquior, ſecurior, & benignior, amplectenda eſt.

Legitimè impedito nõ currit tempus.

* (margin, beside "Petr. Andreæ Gãmari")

Abſurdũ tollere.

## QVAESTIO OCTAVA.

Tempus aſsignatum ad publicandum reſignationem.

QVAERO, an tempus hîc aſsignatum ad publicandum reſignationem, intelligatur etiam datum ad petendam poſſeſsionem?

¶SOLVTIO. Quòd iſte menſis pro vtroque datus intelligatur, innuunt verba regulæ copulatiuè loquentis, ibi publicatæ,



& poſſeſsio illorum, &c. Nam ad veritatem copulatiuè, requiritur concurſus vtriuſque copulati. l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. & l. ſi hæred. & ibi Bart. ff. de cond. inſtit. cum concor. vt Moder. latè ſcribũt in l. j. ff. de iuſti. & iure. Nam copula inducit æqualitatem, vt dicit Bald. in l. ij. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. teſtamento in prima col. verſic. præterea videtur. C. de teſtam. mili. Et ideo vna pars copulatiuè per aliam debet declarari, vt dicit Rom. in conſi. ccxxxj. Nam copulatorũ natura perſuadet, vt qualitas vnius attribuatur alteri, vt tradit Signorolus in conſil. lxviij. Sed ſic eſt, quòd ad publicandum reſignationem extra curiã datur menſis: & ad publicandum reſignationes in curia, dãtur ſex menſes. Ergo idem tempus ad petendam poſſeſsionem iniunctum eſſe debet: quia vna determinatio reſpiciẽs duo determinabilia, debet pariformiter determinare, vulg. l. nam hoc iure. de vulg. & pup. Et quia publicatio & petitio poſſeſsionis, videntur æquipollentia. Nam qui petit, poſſeſſionem publicare videtur. Ergo in æquipollentibus, diſpoſitum in vno, cenſetur in alio eſſe diſpoſitum. l. fi. ff. de pollicita. & l. fi. C. de indi. vj. tol.

Copulati vtriuſque concurſus.

Determinatio vna reſpiciẽs duo determinabilia.

¶Prædictis tamen non obſtantibus, contrarium concluſit Rota, die xix. Februarij M. D. XXXV. in cauſa Romana canonicatus Sanctæ Mariæ in via lata, pendente corã Reuerend. D. Io. Clerici. Ratio deciſionis fuit: quia publicatio & petitio poſſeſsionis, ſunt inter ſe multum diuerſa, & ad diuerſos effectus inducta, meritò copulatiua fuerunt huiuſmodi requiſita: quia alterũ non ſufficiebat, iuxta regulam cap. inter cæteras. de reſcrip. & latè tradita per Fely. in cap. ex parte. in verſ. copula. eod. tit. Et per hoc obiter reſpõdetur ad illud, quòd dicebatur, petitionem poſſeſsionis publicationi æquipollere: quia vltra hoc, quod text. iſte ponit tanquam diuerſa, propter copulam &, quæ, vt dixi, diuerſitatem inducit, vt patet in rubrica de iur. & facti ignor. iſtam differentiam in terminis noſtris, multis rationibus, probat Abb. in conſil. xcix. in tertia & quarta col. lib. j. quem breuitatis cauſa non refero. Tempus igitur datum publicationi, non cenſetur datum petitioni poſſeſsionis, tanquam res diuerſa penitus: & ex diuerſis non fit illatio. capitulo, in præſentia. de probat. Et quòd hoc ſit verum, apparet clarius: quia licet pu-

* (margin, beside "Rota, die xix. Februarij")

Publicatio poſſeſsionis.

blicatio in curia infra ſex mēſes fieri debeat, tēpus tamē petē
dæ poſſeſsionis vſq; ad obitū reſignātis durat, vt colligitur
ex verbis regulæ, ibi, ſi reſignātes in poſſeſsione deceſſerint,
&c. Nā ſi infra ſex mēſes, infra quos debet fieri publicatio,
poſſeſsio quoq; peti deberet, prædicta verba regulæ ſuper-
flua eſſent, quod dicendum non eſt. Nam ſi poſſeſsio infra
dictum tempus petita non fuiſſet, licet poſtea reſignans in
poſſeſsione nō moreretur, nihil ad rem faceret. Stat igitur
Publicatio reſignationis. conclusio, quòd publicatio reſignationis factæ in curia, de-
bet fieri infra ſex menſes: in partibus vero, per menſem. Pe-
titio autem poſſeſsionis poteſt fieri vſque ad obitum: & in
hoc differt publicatio à petitione poſſeſsionis. Et ita retule
runt domini ſeniores prius hoc idem iudicaſſe Rotā de an-
* no M. D. XXVI. contra Cardinalem Iacobatium tunc audi-
torem Rotæ in vna canonicatus Sancti Petri. Et per prædi-
cta patet reſpōſio ad illud, quòd vna determinatio, &c. quia
procedit, vbi eſt eadem ratio, vt latè ſcribit Iaſ. in d. l. nam
hoc iure. & declarat Decius in l. in teſtamento. in ſecundo
notabili. num. 8. C. de teſtam. milit.

¶ Eſt tamen vlterius aduertendum, quòd licet per petitio-
nem poſſeſsionis publicatio reſignationis non inducatur
per ea, quæ ſuperius dicta fuerunt: tamen ſi poſſeſsio petita
infra tempus datum ad publicādum acquiratur, & in ea reſi
gnatarius per menſem pacificè permaneat, talis poſſeſsio
operatur publicationē, neq; requiritur vlterior ſolennitas,
& in hoc poſſeſsio & publicatio æquipollēt: ita notabiliter
dicit Dom. Guliel. ſuo tempore in Rota eſſe tentū in deciſ.
xxvj. ſuper regulis. Et ita etiam tempore meo, pro abſoluto
per ſeniores Rotæ dominos tenebatur, vt adnotauit D. Ia-
cobus Simonetta: rationes ponit Dom. Guliel. quæ inibi vi
deātur. Sed iſta eſt cæteris efficacior: quia ratio finalis, pro-
pter quam publicatio inducta fuit, quam ſcribit Rom. in cō
ſil. ccccxxxiij. in primo dubio, militat omnino iſto caſu. Sed
Poſſeſsionem tenere per mēſem. quare potius dicimus ſufficere poſſeſsionem per menſem te
nere, quàm per longius, vel minus tempus?

¶ Solutio poteſt capi ex his, quæ dicit gl. in cap. commiſſa.
in verſic. pacifica. circa fi. & ibi Doct. de elect. lib. vj. qui vo-
luerunt, quòd poſſeſsio dicatur pacifica, ſi aliquandiu tenea
tur, quod exponitur per menſem, vel duos.

QVAESTIO



QVAESTIO NONA.

QVAERO, quomodo, & in quo loco ſit facienda publi- Publicatio quomodo.
catio?

¶ SOLVTIO. Gloſſator hîc ponit plures opi-
niones. Prima opinio eſt, quòd ſufficit publicationem fieri
coram Notario, & teſtibus, ſi ſit in curia reſignans. Secunda
opinio eſt, quòd ſufficit fieri in cancellaria, vel Camera apo
ſtolica. Tertia opinio eſt, ſufficere reſignationem alta voce
in audientia contradictarum, quando adeſt populi multitu
do, publicare, vt tenuit D. Guliel. deciſ. xxij. ſuper regulis.
Videmus quæ opinio iſtarum ſit verior.

¶ Mihi videtur, quòd nulla ſatisfaciat menti iſtius regulæ.
Ratio eſt, quia publicatio fit ad triplicē effectum. Primus, vt Publicatio ad triplicem.
clerici & ſubditi ſciant quem debent habere pro beneficia-
to & vero prælato. Nam aliquādo reſignatur aliqua digni-
gnitas, quæ habet iuriſdictionem temporalem & ſpiritua-
lem: cui ſubditi tenentur præſtare iuramentum obedientię,
vel illi reſpondere de certo cenſu, vel aliquid elargiri ſingu
gulis annis: præſertim, quando exiſtens in illa dignitate cu
ram animarū exercere tenetur. Nam iſto caſu intereſt ſubdi
torum & parochianorum, illum pro prælato vel rectore ha
bere, qui verè ſit talis. Nam facile contrarium eueniret, ſi pu
blicatio introducta non fuiſſet: quia ſæpe reſignantes inue-
nirent homines, qui tectā & occultam reſignationem habe
re paterentur ad effectū, vt interim reſignans fructibus gau
deret: & reſignatarius poſt illius obitum, beneficium conſe
queretur. Vt igitur hæ intruſiones, & vſurpationes tollerē-
tur, in graue animarum periculum publicatio introducta
fuit, vt ſic per eam fraudes & doli detegerentur. Sed quando
publicatio fit in Cancellaria, vel Camera, vel in audientia
contradictarum, huic abſurdo ſeu ſcandalo non ſubuenit.
Neq; etiam ſufficit, vt quidam volunt, quòd publicatio fiat
ipſo reſignanti, cùm iam ſit certus, per reſignationem ſuam,
ius, poſſeſsionem naturalem & ciuilem amiſiſſe, iuxta deciſ.
cxxiiij. Et certus certificari non debet, vt dicit regula iuris.
Nam per iſtos modos ſubditi, quorū intereſt, non erunt cer
ti de nouo beneficiato: ſed hoc ignorabūt, & habebunt iſtū
reſignātem pro vero prælato, qui nō eſt. Et ideo oportet ali
ter publicationē fieri. Petitio tamen poſſeſsionis, quam re-

quirit iſta regula, bene poſſet fieri ipſo reſignãti: ſecus aũt in publicatione, vt dicit Corneus loco inferius allegando.

¶ Secundus effectus, ad quẽ publicatio inducta fuit, eſt, ne expectantes deludãtur, vt videlicet, per publicationem ſint certi, quis melius ius habeat, & ſic per hũc modum materia litigandi inter expectãtes & prouiſos tollatur, hanc rationem ponit Rom. in conſil. ccccxxxiij. ſequitur D. Guliel. in deciſ. xxij. ſuper regulis. Adde, quòd etiam, expectantiũ intereſt, propter alium finem, vt videlicet, per publicationem ſcire poſsint, per cuius obitum beneficia vacantia acceptare debeant.

¶ Tertius effectus publicationis eſt, quem etiã refert Rom. in dicto conſi. propter ordinarios conferre debentes, vt ibi per eum plura alia abſurda ſequũtur, ſi publicatio prædicto modo fiat. Vnde non abs re, antiquis temporibus, tentũ fuerat in Rota, in quadam cauſa Nanneten. Beatæ Mariæ collegiatæ eccleſię. Quòd etiã ſi reſignatio populo notoria eſſet: Nihilominus reſignatarius ab onere publicandi eam non excuſaretur. Quia licet notorium releuet ab onere probandi, ex eo, quia demõſtratæ rei fruſtratoria eſt publicatio, ſeu demonſtratio. l. j. ff. de don. præleg. & l. j. ex quibus. cauſ. ma. Tamen illud dictum non habet locum, quando demonſtratio, ſiue publicatio fienda datur pro forma: quia tunc requiritur, quòd ad vnguem, & in ſpecie ſeruetur: ita notabiliter dicit Ant. de But. in cap. veſtra. in xxxviij. col. verſi. ſecundũ eſt principium. de coha. cler. & mul. per gloſ. in clem. appel. de appell. pro qua eſt bonus text. quem ibi not. Bald. in l. ciues. C. de appell. & Bart. in l. j. ff. de excep. Cum igitur regula iſta publicationẽ requirit, pro forma, quod patet ex annullatione reſignationis, quæ formam indicat, iuxta tradita per Bald. & Moder. in l. j. ff. de libe. & poſth. & dixi in regula de annali. q. vj. Eſt dicendum, iſti formæ ſatisfactum nõ eſſe per ęquipollens. itaque licet fiat in cancellaria, vel in cõtradictis, in quibus locis res publica fieri dicitur: tamen quia in loco beneficij poteſt ignorari per eos, ad quos pertinet hoc ſcire: ideo oportet, quòd ibi fiat, ſicut debet fieri illa publicatio, quæ requiritur in acceptationibus vigore gratiæ expectatiuæ, vt ibi dicitur.

Publicatio fruſtratoria.

¶ Et ideo iudicio meo, verior & ſanior erit opinio, quòd reſi-



reſignatio publicetur in loco beneficij, pręſente populi multitudine, vt ſic omnibus publica & manifeſta fiat. Quod videtur aperte hîc in iſto text. probari, ibi, ex tũc vbi dicta beneficia cõſiſtunt, publicare, &c. Ex qua quidem publicatione, in loco beneficij facta, hoc vtilitatis reſultat, quòd parochiani, ſubditi, ordinarius, & expectantes ſciant, quẽ pro vero beneficiato habere debeant. Et ita iſtam opinionem pro veriori firmat Abb. Panor. in conſil. xcix. in primo volu. & Corn. in conſil. cxxxvij. in tertio vol. & Decius conſ. clx. in tertio dubio. verſ. ſed tamẽ his, &c. Et ex dictis per Corneũ in dicto conſilio tollitur cautela, ſiue fraus excogitata per Gloſſatorem hîc, per quam regula iſta circũueniri poterat, vt ibi latius per eum. Et quòd publicatio in loco beneficiorum fieri debeat, tenet etiam Rom. conſil. ccccxxxiij. & iſta videtur communis opinio. Et ideo nõ abs re regula hîc ad publicandũ reſignationes factas in curia aſsignat ſex menſes: quòd videtur tempus ſufficiens ad mittendum ad locum beneficij, vbi publicatio fieri debet. Non igitur erit ſatisfactum iſti regulę, ſi publicatio alibi, vel alio modo fiat: adeo, quòd antiqui patres voluerũt hoc eſſe de forma, quòd ſi publicatio in ciuitate, vel cœmiterio fieret, forma hîc data impleta nõ cenſeretur. Et idem dicebant, quando per incertũ fieret publicatio. Eſt bene verum, quòd apud antiquos dubitabatur, ſi publicatio facta in loco beneficij, deberet etiam in eccleſia fieri. Tamen ex quo text. hic tantum de loco, vbi beneficia ipſa cõſiſtunt, loquitur, ſufficeret publicationem in loco beneficij facere, licet nõ in eccleſia, quod videtur tenere Abb. in d. conſil. xcix. Nam poſitio vnius ex diuerſis, eſt alterius excluſio. c. nonne. de præſump. Vnde ex quo locus beneficij, & eccleſia ponuntur, vt diuerſa in materia publicationis, prout eſt tex. notabilis in clem. j. §. fi. de conceſ. præb. Ideo facta in loco beneficij ſufficeret, vel etiã facta in cœmiterio eccleſię, vel ante eã valeret. Et ita in terminis per illum tex. & plura alia fundaméta, quæ nõ refero, reperio cõſuluiſſe Ludouicũ de Interamne, quondã aduocatum cõſiſtorialem eruditiſsimum in quadã cauſa Colonienſ. præb. Sancti Seueri, cuius conſiliũ incip. dicendũ eſt. in primo dubio. & latius hoc probat Io. Aloiſius Tuſcanus, etiã illorum tẽporum aduocatus, & poſtea auditor Cameræ, in quodã conſi-

Publicatio in ciuitate.

lio ſuo in cauſa Trecoren. poſito in primo libro ſuorũ conſiliorũ fol.xcvj.& vltra ipſos hoc idem in ſpecie refe- rio tenere d.de ſancto Geminiano in cõſil.lxxv.circa fi. Sed vt opiniones omnes concordentur, poſſunt diſtingui tres caſus,in quibus publicatio requiritur.

Publicatio in dignitatibus.

¶Primus in indignitatibus habentibus iuriſdictioné ſpiri tualem & temporalé,& in illis conueniens eſt,quòd nedum in loco dignitatis,ſed etiam in eccleſia ſolennis fieret publi catio,propter rationes dictas in principio quæſtionis. Et hoc caſu dictum Abb.in d.conſil.locum non habebit.

¶Secundus caſus eſt in parochialibus,& iſta ſufficit in lo- co ipſius parochiæ,& procedũt ea,quæ hactenus dicta ſunt.

¶Tertius caſus eſt,in beneficijs ſimplicibus,præſtimonijs, & alijs non requirentibus curam animarum. Et tunc,quia in loco beneficij fortè nullus adeſt: quia vbi diuina non mi niſtrantur:vel quia locus eſt curialis,tunc putarem publica tionem fieri poſſe in audiẽtia contradictarum Romæ,quan do adeſt populi multitudo. Et iſto modo procedunt ea,quæ dicit d.Guliel.in dicta deciſ.xxij. Et iſto caſu etiam ſufficeret publicare reſignationem coram honeſtis perſonis,& no tario,licet cõtrarium voluerit Abb.in d.conſi. Nam ex quo in dictis beneficijs ſimplicibus diuina non celebrantur,tali caſu obſeruari non poſſet,quod dicit Abb. Nam licet illud publicum dicatur,quod fit infra Miſſarum ſolennia,vt di- cit gl.in verſic.publice.in cle.j.de ſepultu. Illud tamen intel ligitur,quando fit publicatio ſolennis,vt dicit gl.in verſic. ſolenniter.in cle.cauſam.de electio.& gl.in verſi.diuina.in clem.j.de foro competen. Sed regula iſta non requirit ſolen nem publicationem,ſed ſimplicẽ,ex quo diſponit illam fieri in loco beneficij,& non in eccleſia,vt etiam diſponit regu- la de publicandis acceptationibus. Ergo ſufficit,quòd fiat coram notario Cancellariæ & teſtibus,vel in audiẽtia con- tradictarum,quando beneficium,vt dixi,eſt ſimplex,nullam habens curã. In quo ceſſant ea,quę ſuperius dixi in princip. iſtius q.quia iſta publicatio ſimplicis reſignationis hoc ca- ſu ſufficit,quòd fiat eo modo,quo fit publicatio publici in- ſtrumenti,cui bullæ apoſtolicæ æquiparantur,vt dixi in tra ctatu breuium. Et tamen illa publicatio ſolet fieri coram notario & teſtibus,authoritate ſuperiori,vt tradit Abb.in cap.

Bullæ inſtrumento publico æquiparantur.



cap.cum P.tabellio.in j.col.de fide inſtrumen.& Paul.de Ca ſtro.in conſil.cccvij.incip.ad primum quæſitum.libro j. Et ita pro iſta parte conſuluit Ant.de Capharellis,quondã ce- lebris aduocatus,conſil.xlv.vt refert quidam doctor curio- ſus,nomine Iacobus de nigris,in quibuſdam ſuis ſcholijs ad deciſ.ccxcvij.in no.circa fi.& facit pro iſta parte text.in l.pa lam.ff.de verb.ſign.& in l.hæredes.in princip.ff.de teſt. Et ita fuit aliàs tentum in Rota,tempore Sixti,vt inuenio in quibuſdã memorabilib. Ioachini de Narnia,tũc aduocati.

¶Et ſecundum iſta ego intelligerem quandam deciſionem Rotæ,quam ſcribit d. Guliel.in tit.de regulis, deciſ.xxij.& ſequen.videlicet , quòd noua prouiſio ſupplet publicatio- nem:quia putarem verum,in ſimilibus beneficijs:ſecus,in cu ratis,vel dignitatibus,propter prædictam rationẽ. Tamen ego idem in parochialibus vidi illam deciſionem ſeruare, d.Simonetta,& me cõtradicentibus,ex eo,quia licet in for- malibus aliquãdo actus impleri poſsit per æquipollẽs: ni- hilominus noua prouiſio in publicatiõe,quæ in parochia- libus & dignitatibus requiritur, nullo pacto publicationi æquipollet,ſi conſiderentur rationes,propter quas in dictis caſibus requiritur formalis publicatio. De quibus dixi in principio iſtius quæſtionis,& latius ſuprà q.iij.

QVAESTIO DECIMA.

Publicatio quando fiat.

QVAERO, an ſicut quando renuntiatur beneficium,fie- ri debet publicatio: ita quoque quando transfertur penſio:vt videlicet ille,in quem transfertur,te- neatur ad publicandum?

¶SOLVTIO. d. Guliel.Caſsiodorus in quibuſdam memo rialibus priuatis, interrogatus de iſta q.tenuit,quòd non, & nihil aliud dicit.

¶Mihi etiã videtur iſta opinio verior,hoc ſolo fundamen to:quia hoc caſu ceſſat mens & intentio regulæ,quia,vt ſæ- pe dictum eſt,regula iſta condita fuit ad euitãdum fraudes, quæ per clandeſtinas renuntiationes quotidie fiebãt,& dete gebantur in præiudicium expectãtium & ordinariorum,& in animarum iniuſtè beneficia renuntiata occupãtium gra- uè detrimentum & periculum,vt etiam dicitur in illo anti- quo opuſculo practicæ cancellariæ. fol.xlvj.& ſeq. Intereſt enim reipub. Chriſtianæ,ac ſubditorum vtilitati,vt qui ve-

ri prælati non ſunt,detegantur,iuxta text.notabilē,& quod
*Veri prælati.* ibi notat Bart.in l.eum qui nocentem. ff.de iniurijs.tradit
Oldr.in conſilio liij.col.penul.Neceſſaria igitur fuit inuen
tio huiuſmodi publicationis,per quam omnibus iſtis malis
ſubuenitur.Sed hæc omnia ceſſant in renuntiatione pēſio.
nis.Igitur quia per talem renūtiationē nō transfertur titu-
lus beneficij , neque aliqua adminiſtratio, vel iuriſdictio in
eccleſia(nihil enim huiuſmodi trāſlatio ad ordinariū,vel
expectantes pertinet)nullum per eam alicui præiudiciū ge-
neratur. Regula igitur iſta,quæ titulum concernit,in quo
militant prædictæ rationes,non habebit locum in tranſla-
tione penſionis,in qua prædicta ceſſant.

## QVAESTIO VNDECIMA.

*Poſſeſsionis adeptio.*

QVAERO, an adeptio poſſeſsionis,cum continuatione
alicuius tēporis æquipolleat publicationi , ad effectū
iſtius regulæ?

¶SOLVTIO. Text.hic videtur iſta duo requirere,vt diuer
ſa publicare, & poſſeſsionem petere:ergo alterum non ſuf-
ficiet:quia ad veritatem copulatiuè requiritur,quòd vtraq;
pars verificetur.l.qui ducenta.§.vtrum.de rebus dub.& re-
gula in alternatiuis.de reg.iur.lib.vj.

¶Contrarium tamen tenuit Rota,vt atteſtatur d.Guliel.
in deciſ. xxvj. ſuper regulis . Nam qui adeptus eſt poſſeſ-
ſionem,& eam continuat,videtur publicare:quia per illam
ſatisfactum videtur menti regulæ , iuxta ea,quæ Rom.tra-
dit in conſilio ccccxxxiij.& dixi ſuperius quæſt.viij.Et licet
hîc ſit data forma , quæ debet ſeruari ad vnguem,vt in l.qui
*Forma per æquipollēs quādo impleri poteſt.* hæredi.& in l. Meuius.ff.de condi.& demon. Nihilominus
quando forma reſpicit certum effectum,poteſt impleri per
æquipollēs , vt in l.iubemus.C.de teſtamen.vt declarat De-
cius in l.ſi mater.in ſecundo notabili.per illum text.C.de
inſtit.& ſubſti.& per hoc reſpondetur ad copulatiuam hîc
poſitam,inter publicationē & petitionē poſſeſsionis.Quia
verum eſt,quòd publicatio,& petitio poſſeſsionis ſunt di-
uerſa,ſed hoc non procedit in poſſeſsione iam quæſita,&
per aliquot menſes continuata : quia talis poſſeſsio publi-
cationi ęquipollet,nec text.iſtius regulæ in hoc aduerſatur.
Et iſta,quæ diximus tanto magis firmantur, quando vide-
mus,quòd noua prouiſio,non ſolum bona,de qua iam non
dubi



dubitat Rota, propter deciſ.quas ſcribit dominus Guliel.ti
tulo de regulis. deciſ.xxij.& xxiij. Sed quod eſt fortius,no-
*Noua prouiſio etiā nulla ſupplet diligētias regulæ.*
ua prouiſio nulla,& inefficax ſupplet omnes diligentias,&
æquipollet publicationi. Vt tēporibus meis Rota tenuit co
ram R.P.D.Petro Vortio,die xiiij. Febr. M.D.xxx.in fauo-
rem d.Ioan.de Anguiano procuratoris antiqui . Et iterum *
idem iudicauit Rota in vna Tullen. Parochialis,coram d.
Ioann. Clerici,die xv.Nouembris M.D.xxxiiij.Et iſta de-
ciſio fundabatur tribus rationibus,omiſsis alijs.Prima,quę
facit ad propoſitum noſtrū erat : quia noua prouiſio,ex qua
ſignatur coram principe,cenſebatur fieri coram omnibus:
*Publica & notoria pręſumūtur.*
ſicut ea,quæ in audientia contradictarum geruntur. Nam
quæ fiunt in ſignatura Papæ,præſumuntur publica & noto
ria.l.omnium.& ibi notat Iaſon C.de teſta.Quæ ratio mili
tat in noua prouiſione nulla : quia nullitas non tollit quo
minus factum ipſum reſignationis ibi narratum,non ſit pu
blicum. Vnde licet noua prouiſio,quo ad effectus iuris non
profit,ex quo eſt nulla:quo ad ea verò,quæ ſunt facti,publi-
cationem inducit,quæ in facto conſiſtit. Secūda,quia ratio,
quare noua prouiſio ſupputet publicationē,quæ fuit,vt eui
*Ex actu nullo declaratur voluntas.*
taretur pœna regulę,militat in noua prouiſione nulla:quia
ex actu nullo declaratur ita volūtas , ſicut ex valido,vulg.l.
fin.ff.de re.eo.& ita excuſat, ſicut valida, iuxta gloſſ.in cap.
cum venerabilis.de exceptio.quæ vult malam conſuetudi-
nem excuſare à pœna. Tertia ratio fuit:quia videmus quòd
diſpenſatio nulla excuſat à pœna extrauag. execrabilis,vt
tradit Archi.Ioann.Andr.Domi.& cæteri in capitulo,non
poteſt.de præb.libro ſexto. Ergo eodem modo debet excu-
ſare noua prouiſio nulla,à pœna iſtius regulæ,eo maximè:
quia noua prouiſio continet duo,prouiſionem & publica-
tionem.Et licet prouiſio annulletur,non tamen poteſt tol-
li,quin ſit publicatio facta coram principe,quæ conſiſtit in
facto,& illa ſufficit. Et ita pari ratione videtur concluden-
dum in caſu noſtro.

¶Et quamuis iſta,quæ de poſſeſsione dicta ſunt,eo modo,
quo ſuprà dictum eſt,aures demulcere videantur: nihilomi
nus contra iſtam deciſionem Rotæ modernæ conſuluit in
terminis Domi.de Sancto Geminia.in conſil.lxxv.in ſecun
do dubio,de quo domin.Guliel.non facit mentionem. Vbi

concludit Geminia.quòd adeptio poſſeſsionis,etiã coram
Notario,& teſtibus,& populi multitudine non ſatisfacit
publicationi requiſitæ per regulam,ex quo regula inducit
formã,quæ debet præciſè adimpleri. Eſt bene verum,quòd
Geminia.ibi fatetur iſtã opi.quam modo tenet Rota,æquio
rem eſſè,licet ipſe eam non teneat,propter rationes ibi per
eum poſitas. Et ideò Rotæ opi.tanquam æquior tenẽda eſt,
potius,quàm conſ. Gemi.qui licet fuerit multum practicus,
ex eo,quia vt ipſe dicit in conſ.xciij.col.penul.per xvj.an-
nos in Rota rotauit. Et fuit etiã Auditor Cameræ Apoſtoli
cæ,vt ipſe etiã refert in conſ.cxxviij.in fi.conſ.cxxxviij.in fi.

Geminiani cõſilia quæ ſint in Rota reprobata.

Nihilominus in multis decipiebatur: nam pleraq; eius cõſi-
lia in Rota reprobãtur, prout ex multis tria ſufficiẽt,videli
cet,illũ de prærogatiuis auditorũ nu.cxiij.& aliud de ſequeſtro
iudicis ſecular. lxxviij.& conſ.lxxv. de quo hîc agitur.
Et memini me aliàs decẽ eius conſilia adnotaſſe,quæ in Ro
ta non tenentur,quæ breuitatis cauſa non refero. Et tenen-
do iſtam opinionem Rotæ,quòd continuatio poſſeſsionis,
ſaltem per vnũ, vel duos menſes æquipolleat publicationi.
Ad dicta Gemin.reſponderi poteſt per ea,quę dixi ſuperius
in principio iſtius quæſtionis,dum allegatum Decium in l.
ſi mater. C.de inſtit.& ſubſtit.& etiam eius rationes reſolui
poſſunt ex dictis per Fely.in c.cum dilecta.de reſcrip.& per
Moder. Aſten.in tract.formæ,in illo cap.quando forma per
æquipollens poſsit ad impleri. Nam ſunt plura iura,in qui-
bus probatur formam per æquipollens impleri poſſe,vt in
l.fi.§.fi.ff.de condi.& demon.& in l.mulier.ff.de condi.in-
ſtit.& not.Bart.in l.ab emptione.ff.de pact.& gloſ.in l.hac
conſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſſ. Et maximè in caſu iſto:
quia poſſeſsio non poteſt capi in eccleſia,neque continuari
per menſem,niſi omnibus ſcientibus. Data igitur ſciẽtia pu
blicatio eſt fruſtratoria,vt videmus in cle.cauſam.de elect.
vbi in ſimili idem diſponitur. Et ita etiam reperio Anti-
quos iſtam opinionem tenuiſſe. Nam pro iſta opinione Ro
tæ conſuluit Ant.de Capharellis,tunc celeberrimus aduo-
catus:& Petrus Tuſcanella,in cauſa Nãneten.parochialis.
& idem in cauſa Aquilegien.conſuluit Paulus Pontanus in
conſilio,incip.vtrum per aſſertionem,&c.in iij.dubio.& la-
tius Ioachinus de Narnia doctiſsimus in cauſa Leonen.pa-
rochia



rochialis coram Gabrile Auditore tẽpore Sixti. Et omnes
illi antiqui tenebant iſtam opinionem pro firmo,vt patet
in allegationibus eorum,quas,ne ſim prolixior,omittam.
Imò diſputatiuè teneri poſſet,nõ ſolum poſſeſsionẽ ipſam
aliquo tempore continuatam,ſed etiam diligentiam capi-
endi poſſeſsionem,publicationi æquipollere deberet,per ea
quæ in ſimili dicit Gloſſator in regula xj.ſuper eo, qui in
notabili caſu loquitur,de quo ego ſatis dubitarem. Poſſent
tamen iſta declarari ex his,quæ ſuperius in nona quæſtio-
ne dixi.

## QVAESTIO DVODECIMA.

QVAERO, an regula iſta comprehendat cardinales?
¶ SOLVTIO. Iſta quæſtio ſæpius fuit ſuperius diſpu
tata in alijs regulis,ideò breuius agendum erit.
Conſiderandi igitur ſunt hîc tres caſus. Primus eſt,effectus
priuilegiorũ cardinalis. Secundus , eorum dignatas. Ter-
tius,ratio regulæ.

¶ Circa primum,certum eſt,quòd attentis priuilegijs car-
dinalium,quorum ſimilia plures alij prælati & officiales in
curia habent cardinales non tenentur ad publicandum.

Officiales qui tenẽtur ad publicandum.

Nam & Auditores Rotæ,Referendarij,Scriptores Apoſto-
lici,milites ſancti Petri,& ſexcenti alij officiales,hac præro
gatiua decorantur,à qua nõ puto cardinales exemptos eſ-
ſe,licet eorum priuilegia non viderim. Illud tamen in qui-
buſdam capitulis cõclauis Alexandri Sixti,Iulij,& Clemen-
tis cautum legitur: licet non ſint in forma probandi. Sed
omiſsis priuilegijs ſecundo loco erit videndum nunquid ra
tione dignitatis ad publicandũ teneantur. Et videtur,quòd
non:ex eo,quia ex quo ſunt in ſuprema culminis dignitate
poſiti,digni videntur vt ſpecialiter exprimantur. Cum igi-
tur regula iſta de illis mentionem non faciat, videtur eos
comprehendere voluiſſe,arg.c. quàm periculoſum.de ſen-
ten.excom.lib.vj.

¶ Tamen ad tenendum contrarium,ſuadet nos tertius ca-
ſus ſuperius deſignatus,videlicet,ratione iſtius regulæ,quæ
fundata eſt in bono animæ , vt fraudes & doli euitentur.
Sed iſta ratio magis in cardinalibus militat,quàm in alijs,
arg.c.cum quidam.de iureiurand. Ergo ſub regula includi
debent

Cardinalis nō differt à quolibet alio populari.

debent: quia in ijs, quæ animam reſpiciunt, Cardinalis non differt à quolibet alio populari, vt tradit Bartholomæus Belenzinus poſt Rom.& alios, quos ibi adducit in tract. de charit. ſubſid. q. lxvj.& dixi ſatis ſuprà in prœmio regularum, & in alijs pluribus regulis. Et iſta ſit ſumma, quòd vbi agitur de euitanda fraude, conſtitutio omnes cōprehendit, non ſolum Cardinales, ſed illis maiores, vt in cap. ſciãt cuncti. & ibi Moder. de elect. lib. vj. Et in cap. j. de ſchiſmat. eod. lib. Nam quanto perſona maior eſt qui peccat, tãto dignior eſt legis pœna, vt habetur in l. presbyteros. C. de epiſcop.& cler.& cap. principium. de pœnit. diſtinct. ij.& quia in eis militare videtur mens & ratio iſtius regulæ.

¶ Eſt bene verum, quòd licet in alijs inferioribus, propter publicationē omiſſam fraus præſumatur: in Cardinalibus non ita, niſi aliquibus clarioribus indicijs de illa appareat. Nam ex quo ſunt illuſtres, & in ſuprema dignitate poſiti, & aſſumpti ſunt per ſummos Pontifices in coadiutores pontificis dignitatis, in dubio præſumere debemus, pro luce dignitatis eorum, omnia integrè, ac ſumma cum iuſtitia factu ros. l. j.& ibi expreſsè no. gl. ff. de off. præfect. prætor. Et ita intelligi poſſunt dicta Petr. de Anch. in conſ. ccxcv. pro clariori euidentia, & c. quibus conatur oſtendere, Cardinales ſub regulis Cancellariæ pœnalibus non debere cōprehendi. Sed in caſu noſtro æquior videtur opinio, quòd Cardinales ſub iſta regula comprehendantur: quia hîc non agitur de imponenda pœna perſonaliter Cardinalium, ſed de nullitate actus: quo caſu Cardinales in conſtitutione generali comprehendi ſolent, vt dicit Archi.& Gemin. in cap. nemo. de elect. lib. vj.& in cap. j. de ſchiſmat.& quia hîc agitur de euitanda fraude, in qua tollenda, Cardinales cæteris debent eſſe propenſiores. Sed exiſtimo hanc quæſtionem ſatis peruacuam eſſe propter Cardinalium priuilegia.

Dicta Petr. de Ancha. p clariori euidentia.

## QVAESTIO DECIMATERTIA.

Impedimentū publicare.

QVAERO, an legitimè impedito, propter peſtilentiam, aut bellum, vel aliud ſimile impedimentum publicare obſtet iſta regula?

¶ SOLVTIO. Quia iſte caſus pluries deciſus fuit, & ſunt plura dicta, & authoritates Doctorum antiquorum in terminis iſtius quæſt. ſcripta, non curabo materiã congerie inutilium



onerare verborum. Concludendum igitur eſt, his caſibus regulam non obſtare. Et hæc omnia intelliguntur, non ſolum in publicatione faciēda reſpectu loci, ſed etiam reſpectu tēporis. Reſpectu loci, vt ſi publicatio fieri deberet in loco beneficij, vel in eccleſia, & ibi vigeret peſtis, vel bellum, vel aliquod aliud ſimile impedimentum, propter quod ibi publicatio fieri nō poſsit. Nam tali caſu toleratur, quòd publicatio fieri poſsit in alio loco æquipollenti, & ſatisfiet huic regulæ. Ita in ſpecie dicit, & latè probat Rom. conſil. ccccxxxiij. incip. quo ad primam. Sequitur Fely. in cap. cum dilect. in xxj. col. verſ. limita. vij. de reſcript.& in alijs pluribus locis citatis per eum. Et per illud conſ. Rom. Rota etiã ſemper tenuit, quòd noua prouiſio ſuppleat huiuſmodi publicationem, vt dixi ſuperius in alia q. Et in iſto caſu ſatisfactum etiam erit regulæ, ſi publicatio fiat per affixionem in acie Campi Floræ, vel in valuis Cancellariæ, prout etiã fieri poteſt ſede vacante: vt in vna Olomucen. canonicatus & præbend. coram domin. Guliel. Caſsiodoro, de mēſe Iunio M. D. xxij. concluſit Rota, vt idem refert deciſio xxviij. tit. de regulis. Publicatio p affixionem. *

¶ Et eſt aduertēdum, quòd licet aliàs propter neceſsitatem quis excuſetur, ſi mandatum non faciat, vt in cap. quæritur. §. fin. xxij. q. ij. Tamen fallit in prædictis caſibus, in quibus reſignatarius propter præmiſſa impedimēta non liberatur abſolutè à publicatione facienda. Sed ſi eam non poteſt facere in loco deſtinato, tenetur eam facere in alio loco æquipollenti, propter impedimenta præfata. Et ita loquuntur prædicti Doct.& reaſſumũt latius Moder. Bonon. in tract. legali peſtis. fol. xxiiij. cap. xij. Et Stephanus Maleretus in tractatu elect. fol. lxxx. in iij. col. qui omnes præciſè in hoc puncto limitant iſtam regulam, modo quo dixi. Eſt bene verum, quòd ſi propter aliquod impedimentum contingeret, publicationem fieri non poſſe, in aliquo ex prædictis locis, forte quia reſignatarius detentus fuit in carceribus, ſeu captus ab hoſtibus: propter quam cauſam tempora publicationi præfixa tranſierunt, tunc reſignatarius, vel etiam expectans, qui vigore alterius regulæ, etiam ad publicãdum tenetur, excuſarentur à publicatione, dummodo coram iudice, notario, & teſtibus proteſtentur per eos non ſtetiſſe, quomi

Publicationē fieri propter impedimētū.

quominus publicarent, vt tradit Moder. Auinionen. videlicet, Franciſcus de ſancto Nazario, aliàs de Ripa in tract. legali peſtilentiæ. in tertia parte. in vj. quæſt. Et ita iſte caſus contigit tempore Sixti, in vna Nanneten. parochialis de Yſſeio, vt refert Ioachinus de Narnia, illius temporis doctiſsimus aduocatus.

¶ Sed vrget modo vnum contrarium, quod omnia prædicta turbare videtur. Nam concluſum eſt ſuperius publicationem requiſitam in iſta regula poſſe impleri per æquipollens, ex interpretatione Rotæ: & quòd ſede vacante poteſt etiam fieri in acie Campi Floræ. Nam contra hoc eſt in conſil. eiuſdem Rom. in terminis. in conſ. cccxxxvij. incip. quo ad primum, &c. in ſecundo dubio. vbi concludit, quòd licet publicatio fieri poſsit in audientia contradictarum Romanæ Curiæ: nihilominus ſi fiat per intereſſentes concilio generali in audientia contradictarum eiuſdem, non ſatisfacit regulæ, licet ſecundum eundem ſit caſus ſimilis habens eandem rationem, plura fundamenta & rationes, quas ibi cumulat. Sed poſſet dici, quòd dictum Rom. in dicto conſilio cccxxxvij. procedat, quando legitima impedimenta non ſunt, de quibus idem Rom. loquitur in præallegato conſil. ccccxxxiij. cum concord. ſuperius alleg. Et ita concordari poſſunt iſta contraria.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO, nunquid per citationem affixam in valuis eccleſiæ, vbi eſt beneficium tempore diuinorũ factam ſuper dicto beneficio renuntiato, in qua narratur renuntiatio facta, dicatur inducta publicatio ad effectum iſtius regulæ? *Publicatio ad effectum.*

¶ SOLVTIO. Si conſideramus ea quæ ſæpius dicta fuerũt, videlicet, formam hîc in regula datam poſſe per æquipollens impleri, concludendum erit per huiuſmodi citationẽ, in qua tenor reſignationis narratur, publicationẽ fuiſſe inductam. Sicut in ſimili videmus per poſſeſsionem per menſem continuatam, vel per nouam prouiſionem, etiam publicationem induci, vt ſuperius dictũ fuit in præcedentibus q.

¶ Sed prædictis non obſtan. contrariam opin. puto veriorem, ſuper qua olim in cauſa Gebenen. parochialis eccleſiæ de aquaria in Rota pendente conſuluerunt excell. viri, vt adnotatum legi, & licet eorum motiua nõ viderim, nec habeam quid ſuper hoc Rota concluſerit. Nihilominus ego etiam iſtam partem iudicio meo magis tutam defendẽdam aſſumpſi, iſtis breuiſsimis rationibus. Prima, quia clarũ eſt citationẽ prædictã ad hunc effectũ faciendi fidem de renuntiatione nõ emanaſſe, ſed ſolum ad finẽ citandi & euocandi poſſeſſorẽ ad curiam: ergo non debet alium diuerſum effectum inducere, quia iure cautum eſt, quòd inducta ad vnum finem non debent alium operari. l. qui hominum. §. fin. ff. de ſolut. Cùm limitata cauſa, limitatum effectum producere debeat. iuxta l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. cum concord. vt latè per Moder. in l. age. cum Geminiano. per illum text. C. de tranſact. & in cap. cum ordin. de reſcript.



¶ Præterea, quia renuntiatio quæ continetur in dicta citatione eſt narrata per ipſam partem, & verbis narratiuis partis nõ creditur. vulg. cap. ſi Papa. de priuileg. lib. vj. cum per hoc non dicatur conſtare de renuntiatione, niſi ipſa renuntiatio originaliter producatur. arg. l. ſi quis in aliquo. C. de edend. cap. accepimus. & cap. porrò. de priuileg.

¶ Præterea, quia publicatio debet fieri in loco beneficij, & tamen citatio poteſt fieri in alio loco vbi habitat citandus: cùm igitur iſta ſunt diuerſa, de vno ad aliud non debet fieri illatio. cap. nonne. de præſump. & l. Papinianus. ff. de mino. Et iſto modo conſeruatur illa vulgaris regula iuris, quòd actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, vt dicitur in cap. is qui. & cap. humanæ aures. xxij. q. ij. & iiij. & tradit in ſimili caſu Rota in no. deciſ. ccccxxxj. incip. ſi impetrans. circa fin. & Egid. deciſ. dcxcix. ſuppoſito. Et quia ſi hæc via publicandi caperetur, fierent mille fraudes, & de facili hæc regula eluderetur, quod permitti non debet. *Actus agẽtiũ.*

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, quæ requiruntur quo ad hoc, vt regula iſta habeat locum?

¶ SOLVTIO. Tria copulatiuè requirũtur ſecundum antiquam & modernam interpretationem Rotæ. Primum eſt, quòd non ſit facta publicatio. Secundum, quòd non fuerit petita poſſeſsio. Tertium, quòd reſignans poſt ſex menſes deceſſerit in poſſeſsione, adeò quòd ſi alterum iſtorum deficiat, regula nõ procedit: quia beneficiũ vacabit per

per reſignationem,& non per obitum,vt hîc diſponitur,& ſic ſola poſſeſsionis petitio,ſola publicatio reſignationis, ſola mors infra ſex menſes,vel quòd reſignans non decederet in poſſeſsione,impedit fictionem regulæ, & vacant beneficia per reſignationem,& non per obitum. Eſt bene verum,quòd regula Hadriani voluit,quòd cum publicatione concurreret ſimul & petitio poſſeſsionis, & ſic non ſufficiebat publicare ad impediendum vacationem fictam per obitum,niſi etiam peteretur poſſeſsio , & hoc indicãt verba illius regulæ Hadriani,ibi: Et cum hoc poſſeſsio illorũ,&c. & ita etiam adnotauit Melchior de Baldaſsinis aduocatus illius temporis excellens in quibuſdam adnotationibus regularum Hadriani. Itaque ſit concluſio , quòd ad effectum fictionis regulæ.vt fingatur vacatio per obitũ,requirebantur etiam illa tria copulatiuè , quòd non fuerit facta publicatio,nec petita poſſeſsio,& quòd reſignãs moriatur infra ſex menſes in poſſeſsione,ſed non ſufficiebat ad impediendam prædictam fictionem alterum ipſorum deficere,vt e... in modernis & antiquis regulis : quia non ſola publicatio impediebat in regula Hadriani , niſi etiam concurreret petitio poſſeſsionis , & in hoc fuit immutata iſta regula,fuit etiam immutata circa curſum ſex menſium,vt patet in ea.

Vacatio per obitum.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

QVAERO, quid ſi reſignatarius , qui non publicauit,& per conſequens perdidit ius vigore reſignationis,ve... lit capere beneficium reſignatum per iſtam fi... vacationem oblitus inductam per iſtam regulã per clauſulas generales,videlicet vel aliàs quouis modo vacet &c. ſolitas apponi in ſupplicationibus,an poſsit,anverò ſicut annullatur reſignatio,ita & quælibet vacatio ex ea reſultans. ¶SOLVTIO. Gloſſator in regula de infir.reſig.videtur mo... uere hanc q.licet inuolutè reſoluat,& ibi ego latè eam... xxxiiij.examinaui , & latius in regula , veriſimili notitia obitus.de quæſtione tertia, & ideo hîc minus erit dicẽdum. Concludo igitur,quòd reſignatarius vigore dictæ clauſulæ beneficium per vacationẽ obitus poſt datam reſignationis contingentem capere non poteſt. Quod ita probatur,quia illa clauſula quouis modo , ſecundum cõmunes concluſiones & ſtylum curiæ,capit tantum vacationem tempore da...

Clauſula, quouis modo vacet.



tæ prouiſionis contingentem, & ſic beneficiũ quod iam vacat de præſenti , non autem eam vacationem capit, quæ extrinſecus & in futurum contingere poteſt:quod ex eo ſuadetur,quia clauſula quouis modo , nõ extendit ſe ad vacationem alterius perſonæ,quàm expreſſæ,vt tenent omnes in c. ſuſceptum.de reſcrip.libro vj.& notat Rota in deciſ.cccclxxxiij.incip.no.quòd clauſula &c.& deciſ.dccxliij.in antiquis.& deciſ.xxviij.in no.Ergo eadem ratione , neq; capiet alio tempore vacationem contingentem , quia valet argumentum de perſona ad tempus , & econtrà.l.qui plures. in princ.ff.de vulg.& pup.l.videamus.§.penult.ff.de in lit.iu. & ita retulit mihi Gaſpar de Hiezio procurator antiquus tempore ſuo iudicatũ fuiſſe,vt ipſe adnotauerat, de quo tamen aliquid dicam infrà quæſt.xviij.Limitantur tamẽ iſta, niſi in prouiſione verba deſignantia futurum apponantur, aliam perſonam,vel futurum tempus cõprehendentia, quia tali caſu prouiſio capiet illam vacationem. Ita tenet deciſ. dcxiij.incip.ſi Papa.in antiquis.quæ ita debet intelligi. Secundo limitatur dicta concluſio , niſi in gratia ſi neutri illa clauſula quouis modo,apponatur, quia tunc refertur etiam ad vacationem poſteriorem,vt aliàs tenuit Rota,& adnotauit Dom.Berengarius Saganta antiquus,& procurator practicus. Ratio eſt , quia gratia ſi neutri,ex ſui natura reſpicit futura,& tunc perficitur,vt patet ex eius verbis, videlicet, ſi per euentum litis conſtiterit neutri litigantium &c.& ſic in ea non attenditur tempus datæ,prout in alijs,ſed tẽpus quo beneficium conferri poteſt,& no. Gemi. in conſilio ſeptuageſimo nono. quod qualiter procedat dictum eſt in regula de annali.

Argumentum de perſonis ad tempus.

Gratia ſi neutri,&c.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO,an ante publicationem dicatur reſignatario adeò ius quæſitum, quòd ſi infra tempus ad publicandum fieret alteri prouiſio cum clauſula niſi ſit alterius quæſitum,& poſtea non publicaret, diceretur gratia, ſiue prouiſio nulla?

Reſignatarius.

¶SOLVTIO.Queſtio iſta eſt difficilis,& propter varia motiua hincinde vrgentia videtur quaſi brocardica,& ideo requireret longam librorum reuolutionem. Tamen, quia in iudicando non requirimus longum verborum apparatum,

ſed effectum & medullam veritatis, & mihi etiã à negotijs
publicis & neceſſarijs meis actionibus, adeò breuè tempus
ſupereſt, quòd etiam iſta præſtare non poſſem. præſtringam
igitur ſuccinctè, & in ſumma omnia quæ ſuper iſta quæſt. di
ci poterunt, concludendo breuiter eius deciſionem. Pro par
te igitur affirmatiua, videlicet, quòd prouiſio facta infra tẽ
pus publicationis publicatione non facta valeat, facit pri-
mo, quia ius quòd eſt in pendenti quale videtur eſſe illud,

Ius quod eſt in pẽdẽti quale videt eſſe.

quod reſignatario competit pẽdente tempore ad publican-
dum nõ impedit prouiſionem medio tempore alteri factã,
vt tradit notabiliter Rom. in conſil. cclvj. per text. in cap. ſi
pro te. de reſcrip. lib. vj. & in clem. j. de conceſſ. præbend. lib.
vj. faciunt ea quæ ſcribit Soci. in conſil. xlj. in ij. col. verſ. ſe-
cundo. & in iij. col. verſ. iij. etiam & conſil. cxvij. per totum
in iij. vol.

¶ Secundo pro iſta opin. facit, quia videmus quòd habens
gratiam ad primum beneficium vacaturum datis executori
bus cum clauſula ſi idoneus repertus fuerit, non poteſt con-
queri, ſi ordinarius etiam poſt factam ei per executores inhi
bitionem ne alteri cõferat, antequam executor cognoſcat,
vel cognitionem perficiat de habilitatibus prouiſi cõferat
Titio, non obſtan. dicta gratia. collatio valet, & tenet, licet
effectum non ſortiatur, niſi ex poſt. ita latè cõcludit per plu
ra iura Oldr. in conſ. clxxiij. incip. thema tale eſt, &c. Ad idẽ
pro iſta opin. facit quod tradunt Salic. Rom. & Alexand. in
l. fi. per illum tex. C. qui admit. vbi quærunt, quid ſi plures di
uerſis temporibus impetrauerunt canonicatum vacaturum
in certa eccleſia quem infra menſem duxerint acceptãdum?
Deinde ſecundus impetrans acceptauerit infra tempus da-
tum primo, & ſic nimium præpropere & feſtinanter conclu
dunt prædicti Doct. quòd attenta veritate ſi primus exclu-
ſus fuit, vel tempore, vel repudiatione, aut aliter quòd valet
acceptatio, & licet nimiũ feſtinanter, & tempore incõgruo.
Et hoc dictum approbat, & ſequitur Iaſ. in conſi. ciiij. incip.
circa quatuor. col. penult. lib. j. ſic in propoſito noſtro eſt di
cendum, quòd collatio facta alteri infra tempus datum ad
publicandum publicatione non facta valeat, pro qua opin.
faciunt ea quæ in notabili caſu adducit Ang. in conſil. xxx-
vj. incip. pro deciſione quæſitorum. colum. penult. vbi pro-
bat,



bat, quòd pendente additionis tempore tẽpus ad inſinuan-

Tempus ad inſinuandum.

dum non currit: quia donec ſubeſt poteſtas actum faciẽdi,
non poteſt dici, quòd actus intermedius ſit nullus, niſi ſubſe
quatur implementum facti, vt ibi per eum. Et pro iſta parte
faciunt ea quæ ſcribit Pet. de Ancha. in conſil. clviij. incip. ex
narratis. in penult. & fi. col. vbi quærit nunquid impetratio

Impetratio facta infra tempus.

facta infra tempus quo quis declaratur excommunicatus, ni
ſi ſatisfecerit valeat, & cõcludit quòd ſic, per plura iura, quæ
ibi allegat. Ad idem facit, quia illud ius reſignatarij ante pu

Ius reſignatarij.

blicationem dicitur pendens, vt dicit expreſſe Pauinus ex-
cellens practicus, & quondam auditor Rotæ apprimè eru-
ditus in tract. de offic. & poteſtate. cap. in ſec. preludio. verſ.
nono. & ſentit Oldr. in conſil. cclxxxv. in penult. col. ſed ea
quæ fiunt, & conceduntur pendente iure reſolubili, valent
& tenent, vt per plura exempla probat Decius in conſ. ccxl-
vij. in cauſa, &c. colum. penul. & ante ipſum in notabili caſu
probat Gemin. in conſil. lxxix. in ſecundo dubio. ſic eodem
modo in caſu noſtro dicendum videtur, quòd prouiſio pen
dente tempore ad publicandum valeat. Quibus accedunt ea
quæ congerit Soci. in conſil. xlj. in prima colum. lib. iiij. Et
quæ Alexand. conſil. xxv. in ij. colum. verſi. Præterea poſito
etiam, &c. lib. iij. cum multis alijs, quæ breuitatis cauſa omit
tũtur. Non obſtat, quòd clauſula poſita in prouiſione, dum
modo non ſit alteri ius quæſitum, quia reſpondet Rom. in
dicto conſil. quòd intelligitur de iure perpetuò duraturo,
non autem de pẽdenti reſolubili, vt ibi per eum qui ad hoc
allegat plura iura, quæ per te videas, & aliter reſpõdet Soci.
in d. conſil. xlj. lib. iij. col. fin. vt ibi per eum, & dixi in regula
de non tollendo iure quæſito. q. iij.

¶ Quibus non obſtantib. contraria opin. eſt verior & iu-
ſtior, quàm Rotam in pluribus & diuerſis cauſis approbaſ-
ſe legimus, cuius deciſio, ac principali motiuo ſiue ratione
fundatur. Nam clarum eſt, quòd ius in re plenum, etſi poſſet

Ius in re plenum.

reſolui, non tamẽ eſt alteri conferibile ante reſolutionem,
vt eſt tex. in cap. commiſſa. in princip. de electio. libro vj. &
in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. eod. lib. cum infinitis mo-
tiuis & concordan. quæ ſatis curioſe pro iſta parte cumulat
Egid. deciſ. dcclij. in parte negatiua dubij ibidem propoſiti
& diſputati per eum. Accedunt ad hoc dicta per Alexand. in

l.ſi deceſſerit.colum.fin.ff.qui ſa.cog. Et ita per iſtam rationem, alia plura motiua.iſtam opi.tenuit Rota in vna Palentina beneficij corã D.Paulo Capiſucco de anno M.D.XIX. vt latè refert Dom.Guliel.in titul.de regulis.deciſ.xxiiij. Et idem in alio caſu Rota tenuit in vna Pacen.parochiali. de Bodoual.de anno M.D.XX. corã eodem D.Paulo, vt refert idem D.Guliel.in tit.de conceſ.præbend.deciſ.v.per rationes & argumenta, de quibus ibi per eum. Ad quæ accedũt quæ dicunt Domini in deciſ.dcccxxxiiij.in antiquis.& Biſignetus eo.tit.in deciſ.xxiij.vbi volunt, prouiſionem ordinarij infra menſem ad acceptandum cõceſſum expectantibus factam non valere, etiam illis poſtea non acceptãtibus. Et idem per illas deciſiones,& dicta Felyn.in d.capitulo,cũ ex officij.in prouiſione legati tenuit Rota tempore meo, & de tempore ſuo iudicaſſe Rotam refert Dom.Petr.Andr. Gammarus in tract.legati libro iij.quæſt.iij. Et hodie.xix. Decembris M.D.XXXIX.idem in ſimili caſu concluſit Rota in vna Vicentina archipresbyteratus coram Dom.Ioan. Paulo, quæ voluit, quòd collatio Papæ facta infra ſex menſes deuolutionis ad ſuperiorem propter negligentiam patronorum non præſentantium ſit nulla, etiam ſi Cardinalis, ad quem fuerat deuoluta infra ſex menſes collatio, non cõferet,& hoc per rationes ſuperius allegatas. Non obſtan. deciſ.xxj.de conceſſ.præbend.cccxxij.& ccccl.in antiquis. & tradita per Socin.conſil.cclx. Non obſtant, quæ in contrarium adducta fuerunt: quia ad illa reſponderi poteſt ex his, quæ latè præfati Doct.ſcribunt. Præſertim Socin.in d. conſil.cxvii.& D.Guliel.in d.deciſ.quæ breuitatis cauſa nõ refero, cùm ibi videri poſſunt.

Prouiſio ordinarij.

## QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Reſignatiões.

QVAERO, quid ſi factæ ſint duæ reſignationes eidem, & prima annullatur ex defectu publicationis, an poſsit adiuuari ex ſecunda, quam publicauit?

¶ SOLVTIO. Ioan.Franciſcus Pauinus quondam auditor Rotæ practicus,& doctrinæ ſingularis in tract.de poteſtate cap.ſede vacan.in ſecundo præludio.verſic.duodecimo.innuere videtur quòd non, ex eo, quia ius per nõ publicationem ipſo iure vacat, ergo reuiuiſcere non poteſt, quia ſemel



extinctũ nõ reuiuiſcit l.qui res.§.areã.ff.de ſolu.tradit Soc. in conſ.cclx.col.iiij.lib.ij. Eſt bene verũ, quòd idem in verſ. nono per lapſum &c.dicit, quòd licet non faciens diligentias requiſitas à regula cadat à iure, illud tamen ius eſt pendens. Et ſecundum hoc ego putarẽ, quòd ſecunda reſignatio caperet illud, ſaltẽ per clauſulas generales, niſi iam prius Papa prouidiſſet alteri: quia tali caſu nõ eſſet locus, nec primæ, nec ſecundæ reſignationi: nõ primæ propter nõ obſeruatã regulã: nõ ſecundæ, quia ius ſemel renuntiatum non poteſt iterũ cedi: quia per primã reſignationẽ validam abdicatur titulus & poſſeſsio naturalis,& ciuilis à reſignante, vt in deciſ.j.de rer.permut.in no.& not.Innoc.in cap.ſuper hoc.de renunt.& eſt notiſsimum. Itaque nihil manet apud ipſum reſignantẽ: qui nihil igitur habet, nihil dare poteſt. cap.quòd autem.de iur.patr.& l.ſi vniuerſæ.quem text.Bar. verbis vulgaribus ſumat.C.de legat.ſi nihil dat ſecunda reſignatio, nullius eſt momenti.

Ius ſemel renuntiatum.

¶ Et ex prædictis decidi poteſt illa q.quam Ioan. Aloiſius Tuſcanus doctor Mediolanen.& quondam aduocatus primarius & auditor Cameræ refert accidiſſe tempore Sixti in Rota in eius conſil.incip.ad primum,&c.poſitum in primo volum.conſ.ſuorum, videlicet an beneficiũ primo acceptatum per procuratorem ſuũ, cuius acceptatio fuit nulla propter non publicationem factam ſecundum formam regulæ poſsit illud ſecũdo loco acceptare. Et tunc fuit interloquendo dictũ, quòd ſic, ex eo, quia multiplicatio titulorũ non eſt prohibita, vt not. Doct.in c.poſt electionẽ.de cõceſ.præb. cum cõcor.vt per Fely.in c.in noſtra.ver.titulus.de reſcrip. facit l.iij.§.ex pluribus.ff.de acq.poſſ.& in regula nullus. de rer.iur.lib.vj.& in l.quotiẽs.§.j.ff.eod.& not.per gl.in iunctos.in c.cum perſonæ.de priuileg.lib.vj.ſic videmus, ꝙ conceditur excõmunicationum multiplicatio.cap.ita quorundam.de Iudæis.cum concord.vt ibi in gl.ſic etiã interpoſita appellatione poteſt iterum, atq; iterum appellari, vt in clem.ſi ante.de dol.& contu. Nec reperitur prohibitũ, quòd quis pluries idem beneficiũ acceptare poſsit, pro conſeruando iure ſuo, vt tradit Cald.in conſil.vij.titulo de election. Non obſtat ſi dicatur, quòd ex quo per primam ius quæſitum eſt, iuxta cap.fin.de conceſſ.præben.lib.vj.ſecũda acce-

Titulorũ multiplicatio.

Acceptare pluries an qs poſsit.

ptatio nihil poteſt operari,& erit fruſtratoria,iuxta ea,quæ arguendo dicit Rota deciſ. dccclviij.in antiquis incipien. Dominus Papa.in prima col.quia reſpondetur,quòd licet ſecunda acceptatio operari non poſsit quo ad concurſum, videlicet,prima acceptatiõe exiſtẽte valida,quia quod debetur ex prima,verũ eſt ex ſecũda non deberi,iuxta d.§.ex pluribus.& cle.j.§.ſi quæ not.de priuileg.Tamen nõ dato concurſu ſecũda acceptatio poteſt operari effectũ ſuũ ſummota prima acceptatione per regulã de non publicãdis acceptationibus,huic reg.ſimilẽ. Et ideò illa remota remanet ſecũda,& operatur effectũ ſuũ,vt not.in cle.j.de cẽſi.& in §.affinitatis.inſtit.de nup. ſic videmus,quòd ſecũda excommunicatio quandiu cõcurrit cum prima, non operatur effectum ſuum:tamen ſi prima ſubmoueretur,tunc ſecũda operatur. iij.q.iiij.Engeltrudam cum concor.vt patet etiam in exemplo poſito per Ioan. Andr.in c.cum in cunctis ad fi.de elect. & in cle.fi.de magiſt.De ligato vna forti catena. Nam vinculum alterius catenæ nihil operatur, donec illa remanet: tamen ea ſubmota,tunc ſecunda catena operatur:ſic etiam concurrente lumine lucernæ cum lumine ſolis,lucerna nihil operatur.c.ſi omnia.vj.q.j.tamen,remoto ſole,lucerna tunc operatur,quæ exẽpla poſita per Ioan. And.locis ſuperius allegatis,reaſſumit prædicta deciſio Rotæ ferè in ſimili caſu. Ita igitur in propoſito noſtro eſt dicẽdũ.Nam ex quo prima acceptatio eſt ſublata per exceptionem regulæ,remanet ſecunda,iuxta prædictas rationes.

¶Nec obſtat,quòd per primam beneficium eſt effectum plenum,& conſequenter ſecunda acceptatio non valet,iuxta not.in clem.j.de conceſ.præben.& ſic reualidari non poſſet per extinctionem primæ,per c.non firmatur.de reg.iur.lib. vj.& c.ſi eo tempore.de reſcrip.eod.libr.cum vulg.quia reſpõdetur,quòd ius non erat plenum,ſed erat imperfectum, & ſtabat in pendenti vſque ad tempus publicationis faciendæ.iuxta formam regulæ:quo elapſo,ſi non eſt facta publicatio,illud ius annihilatur,& ideò tale beneficiũ dici non poteſt plenum:quia ſi plenum eſſet diligẽtijs regulæ nõ indigeret: quia plenitudo additionem non admittit,vt dicit text.in d.c.ſi omnia. Remanſit igitur adhuc vacans,& ideò iteratio acceptari potuit.c.cum noſtris.de conceſſ.præb.

**Beneficiũ plenum.**

¶Nec



¶Nec etiam obſtat, quòd non reprobata prima Acceptatione,ſecunda non debuit fieri.iuxta c.poſt electionem.de conceſſ.præb.quia illud procedit vbi ſecunda prouiſio fuiſſet facta alteri, quàm illi cui fuit facta prima,vt patet in d. text.ibi, Archidiaconatus non vacans non poteſt,nec debuit in alium transferri,&c.ſic & in c.inter dilectos.de exceſſ.prælа.& in c.licet epiſcopus.de præben.lib.vj.ſed in caſu noſtro vtraq; acceptatio refertur ad eundem,igitur &c. Nec obſtat.c.ſi tibi abſenti.de præben.in vj.quia licet ius illud non eſſet perfectum,tamẽ agebatur de collatione alteri facienda,non autem eidem,vt ibi patet. Et probatur hæc ſolutio in c.ſi quis duas.de electio.lib.vj.vbi electio per quẽm ius imperfectum quæritur, multiplicari poteſt in eundem, & in electione electi erit,quæ vti velit,vt ibi patet.

**Intellectus ad c.poſt electionem.**

¶Nec oſtat ſi tunc replicetur: ergo cum prima fuerit vſus, non audietur ad ſecundam per illum text.quia reſpõdetur, quòd ille text.non procedit quando ſumus in titulo acquiſito,vt ibi not.per Doct.& plenè per Calde.& Domi.in conſil.viij.tit.de elec.per plures bonas & notabiles rationes ibi per eos poſitas,quas breuitatis cauſa non refero. Neque poteſt etiam dici,quòd inducat prima acceptatio gratiæ conſumptionem: quia requireretur ad hunc finem,quòd ſortita fuiſſet effectum.c.ſi clericus.de præben. lib.vj.c.ad audientiam.el.ij.de reſcript.aliàs autem ſi aliquo caſu inualida exiſtit,poteſt fieri ſecundo loco actus,per quem acceptatio inducatur,vt colligitur ex deciſ.in nouis. ccccxxxj.incipit. ſi impetrans.in ij.dubio,& ſeq.& alleg.Lapi.xcv.

¶Tamen licet prædicta ſint multum colorata,& mihi applaudeant:Nihilominus quo ad effectũ iuſtius regulæ contrarium tenuit Rota,hac ratione,quia tẽpora ad publicandum hîc deſignata currunt à tempore primæ prouiſionis, non ſecũdæ,& ideò ſi prima ex defectu publicationis annullatur,ſecunda reſignatio non ſubſtinebitur.ita in ſimili cõcluſit Rota ſuper regula de acceptationibus,vt latè refert domin.Guliel.in deciſion.ix.titulo de conceſſ.prębend.per alias rationes,de quibus per eum , ex quibus facilè conſiari poteſt reſponſio ad arg.ſuperius facta. an verò beneficium reſignatum poſsit deinde capi per clauſulas generales poſitas in ſupplicatione reſignationis:dixi ſuperius.q.xvj.

## QVAESTIO DECIMANONA.

QVAERO, ex eo, quia hîc dicitur, quòd ſi renuntians moriatur in poſſeſsione, nõ facta publicatione, quòd beneficium nõ per reſignationem, ſed per obitum cenſeatur vacare. Quid ſi renuntiãs moriatur ciuiliter, & non naturaliter, nunquid ſit locus regulæ?

Mori ciuiliter.

¶SOLVTIO. Dicendum eſt quòd non, quia verba ſimpliciter prolata, naturaliter, non autem ciuiliter capi debent. l.fin.C.de his qui veni.æta.impe.l.qui habet.ff.de tutel.& ſic expreſsio mortis in iſta regula intelligetur de naturali, nõ autum ciuili, præſertim, quia regula iſta eſt odioſa, & contra ius commune. * Et ita fuit in Rota iudicatum pro Reuerendiſsimo Cardinali Sãctæ Crucis, vt adnotauit Melchior de Baldaſsinis ſui temporis aduocatus inſignis, dicens ſe in vna Valentin. coram d.Simonetta obtinuiſſe, de quibus meminit etiam Iacobus de Nigris doctor curioſus in quadam ſua apoſtilla ad iſtã regulam. De quo tamẽ dixi ſuprà in regula de impetrantibus benefi. per obitum fami. Cardi. quæſt.v.& vij.

## QVAESTIO VIGESIMA

Regula procedẽs in reſignatione iuris.

QVAERO, an regula iſta procedat in reſignatione iuris? ¶SOLVTIO. iſtam quæſtionem examinaui ſuperius in regula de in fir. reſig. q.xviij. vbi propriè cadit, & ideò hic pauca dicam, non ſolum ea ratione, quia ibi hoc dubium plenius diſcutitur, ſed quia in caſu iſtius regulæ hæc dubitatio videtur impertinens, ex eo: quia in reſignatione iuris ratio iſtius regulæ ceſſat, quæ loquitur de beneficio poſſeſſo per reſignantem, in cuius publicatione regula tria copulatiuè requirit, quæ in reſignatione iuris nullo pacto verificari poſſunt.

Inſinuatio in donatione iuris quæſiti an requiratur.

¶Sed iſtis obſtare videtur, quòd ſcribit And.Sicul. in cõſil. xlj. in xvj.&.xvij.col.lib.j. vbi cõcludit, quòd ſicut in donatione reali exceden. ſummam. 500. duc. requiritur inſinuatio, quæ ſe habet ad inſtar publicationis, ita quoque in donatione iuris quæſiti inſinuatio requiritur, vt latè ibi per eum. Ad idem facit, quia videmus diſpoſitionem clem. ſi.de procur. quæ loquitur in morte naturali procedere in morte ciuili, videlicet in reſignatione, vt tenet Rota in deciſio. ccclxxvj. in no. ſequitur Ludoui. Roma. in conſil. ccclxxiiij. incip.



incip. præſens eſt quæſtio. Et tamẽ talis reſignatio procedit, non ſolum quando fuit facta de beneficio, ſed etiam ſi de iure quæſito tantum facta fuerit. Vt concluſit Rota in vna Oxomen. Archidiaconatus coram me, die xiiij. Decembris M.D.xxxvij. pro Roderico Lopez, cõtra Alphonſum Henriques. Ita videtur hîc dicẽdum, quòd diſpoſitio iſtius regulæ, quæ de renuntiatione beneficij loquitur, procedit in reſignatione iuris. Sed tenẽdo opinionem, quam dixi, ad prædicta patet ſolutio: quia in donatione iuris quæſiti, de qua Andr. Sicul. loquitur, militat eadem ratio, quæ in donatione reali, propter fraudem creditorum. Nam ita præiudicantur creditores per clandeſtinas donationes iuriũ, ſeu actionum, ſicut per donationes rerũ: quia qui actionẽ habet vtique rem habere videtur, vt dicit textus in l.qui actionem. ff. de regul.iur. quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, & ideo non requiritur publicatio. Et eodem modo reſpondetur ad deciſionem factam circa d.clemen.ſi. quòd idem effectus reſultat ibi per renuntiationem iuris, ſicut per reſignationem beneficij. Nam ſicut per reſignationem beneficij cenſetur reuocatus procurator etiam quo ad incœpta, ita & per reſignationem iuris quia militat eadem ratio, quæ omnia in caſu noſtro ceſſant, propter rationes aſsignatas ſuperius in tertia quæſtione.

Reſignatio quando facta.

Actionem qui habet, rem habere videtur.

## QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

Publicationis tẽpus quo ad reſig.

QVAERO, quare ad publicandum reſignationem in curia datur maius tempus, videlicet, ſex menſes, & extra curiam datur menſis?

¶SOLVTIO. Aliquis fortè diceret arbitrium eſſe, prout dicitur in gl. in verſic. Ratus. in l.prima.ff.de poſtul. ſed verum non eſt, quia ſex menſes in reſignationibus factis in curia dantur ad effectum, vt reſignatarius competentem terminum habeat eundi ad locum beneficij, vbi publicatio fieri debet: fortè enim beneficium eſt in Anglia, vel Alemania, vel in alijs locis multũ ab vrbe diſtãtibus, quæ ratio nõ militat, quãdo reſignatio fit in partibus, & ſic extra curiã, quia ex quo debet fieri, in loco minus tempus requiritur, & ideo vnus mẽſis aſsignatur. Et ſic cum laude Dei ſit expedita iſta regula de publicandis, circa quam longe plura excogitare

poterit curioſus, quæ mihi iam vehementer occupato non
occurrunt. Nam hîc trahi poſſet tota materia regulæ de pu
blicandis acceptationibus in gratijs expectatiuis, quæ cõſi-
milem, & quodammodo affinem materiam continet. Sed
quia ſuper illa regula plures deciſiones ſcripſit d. Guliel.
ac etiam, quia propter nouas prouiſiones, quæ quotidie ab
acceptantibus faciliter procurantur, propter quas tollitur
diligentia publicandi, & per conſequens prouiſio iſtius re-
gulæ, ideò ſuper ea nihil dicam, præſertim, quia illa regula
non ponitur inter iudiciales. Non tamẽ omittam pro com
plemento iſtius regulæ, ac etiã ne illa, quæ ſunt nota digna,
penitus ignorentur, quòd circa illam regulam de publi-
candis acceptationibus temporibus dom. Iacobi Simonet.
ta in Rota vnum notabile dubium deciſum fuit, de quo d.
Guliel. non facit mentionem. Sed ipſe idem Iacobus de illo

Regulæ de pu blicandis ac- ceptationib⁹.

meminit in tract. ſuo reſeruationis. fol. lxxij. Dubiũ igitur
fuit, nũquid illi regulæ de publicãdis acceptationibus, quæ
expreſſe de expectatiuis loquitur, ſubijciantur reſeruatio-
nes, quæ habent beneficium acceptandi. Plura hincinde di-
ſputationis gratia dicebantur, tandem Rota in iſtam ſen-
tentiam inclinauit, quòd ſic, ex eo, quia tales reſeruationes

Reſeruatiões quando ſolẽt appellari ex- pectatiuæ pin- gues.

appellari poſſunt expectatiuæ pinguiores. Et quia ratio pu
blicationis ne expectatiuus acceptans ſi non publicet, plura
beneficia inuoluat, militat in tali reſeruatione. Ita concluſe
runt Domini, vt latius ibi per eum. Et per iſta etiam tempo
re meo fuit in Rota cõcluſum, in vno Hiſpalen. canonicatus
& præbend. corã d. Paulo Capiſucco, die xxv. Octobris M.
D. xxix. Quòd quædam gratia per Leonem. x. conceſſa, cui-
dam Petro Xuarez ad canonicatum & pręben. & ad quæcun
que beneficia etiam reſeruata, etiam ſeruitoria, & cum clau-
ſula ſuſpenſiua omnium gratiarum expectatiuarum, & clau
ſulam anteferri, &c. diceretur expectatiua pinguis, licet in
ea daretur poteſtas acceptãdi beneficia ſeruitoria & reſerua
ta, & clauſula ſuſpenſiua aliarum expectatiuarum, quæ non
ſolent ſecundum regulas concedi expectantibus, vt patet in
regulis expectatiuarum Leonis, Clemẽtis & Pauli. Verum,
quia in dicta gratia dabatur facultas acceptandi, iam crea-
tio in canonicũ, & clauſula anteferri, quæ ſunt particularia
expectantiũ, fuit concluſum dictã gratiã eſſe expectatiuam
pinguem



pinguem, & illam ſuijci regulis de expectatiuis loquẽtibus,
quod eſt notandum ad regulam prælationum, & alias regu-
las de expectatiuis loquentes. Poſtremo quid importent il-
la verba in regula iſta poſita, videlicet, & inde ſequuta quæ-
cunque, &c. dixi in regula de annali. q. lxxviij. Iuxta prædi-
cta poſſet hîc etiam dubitari de vna q. quæ ponenda erat ſu
prà. q. ix. ſuper qua aliàs conſuluit Ioachinus de Narnia, in
cauſa Colonien. præb. S. Seuerini, videlicet, nunquid publi
catio facta in domo, ſiue loco capitulari, qui eſt infra obitũ
eccleſiæ, valeret: & conſuluit quòd ſic, quia licet regula re-
quirat locum beneficij, illud fit ad effectum, vt magis inno-
teſcat, & in tali publicatione finis ſeruatur illo modo: quia
illud quod fit infra ambitum, dicitur in loco fieri. cap. de fa
brica. de cõſec. diſt. j. l. ij. de verb. ſig. & cap. ſi ciuitas. de ſen-
ten. excommunic. lib. vj. cum vulg. & quia videmus, quòd
aliquãdo publicatio toleratur, ſi facta fuerit corã honeſtis
perſonis & teſtibus. gloſſ. in verbo, beneficium. in clemen.
cauſam. de electionib. ſicut videmus in appellatione fieri,
vt dicit gl. in l. cũ quidam. ff. de appellationib. tanto fortius
in caſu noſtro quãdo fit corã canonicis in loco capitulari.

## REGVLA, QVOD COMMISSIONI POST CONCLVSIONEM NON STETVR, NISI DEROGETVR CONCLVSIONI.

Non ſtare cõ- miſsioni poſt cõcluſionem.

*ITEM ſtatuit & ordinauit, quòd in com-
miſsionibus, ſeu mandatis etiam conſiſto-
rialibus per eum, ſeu de eius mandato, uel
authoritatate in cauſis, in quibus conclu-
ſum exiſtat, in poſterum concedendis, etiam ſi in eis de
concluſione huiuſmodi implicitè, uel explicitè mentio fa
cta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per cõceſ-
ſionem commiſsionis huiuſmodi, concluſioni derogetur
expreſsè.*

ISTA

ISTA regula, quæ de concluſione loquitur, finem & concluſionem apponit regulis iudicialibus, & præſenti tractatui. Nam iſta regula etiam vltima eſt iudicialium, vt hic etiam Gloſſator aduertit, & ita in libro regularum Rotæ vltima ponitur. Circa quam nihil omnino, niſi remiſsiuè ſcribam, ex eo, quia hodie propter facilem concluſionis derogationem, quæ per proceſſum ad vlteriora, & repoſitionem Dominorum auditorum fit, parum practicatur, & ob eam fortè cauſam de ea domin. Guliel. Caſsiodorus nihil in deciſionibus ſuis ſcripſit, quamuis per xij. annos omnia quæ in Rota geſta fuere, circa regulas obſeruauerit. Et ego per xj. annos, quibus in Rota verſor, nunquam vidi de ea excipi: propterea vanum erit tempora, quæ mihi non ſunt, reliqua in inutilibus conſumere. Quamobrē circa iſtam regulam remiſsiuè videnda ſunt, quæ dicit Felyn. in cap. nonnulli. in xj. col. verſ. tertia declaratio. & in cap. ſuper literis. in ix. col. verſic. amplia adhuc. & in col. xj. verſic. & ad ſextam regulam, & c. de reſcript. quibus locis de regula iſta mētionem facit. Et ante ipſum latius regulam iſtā diſcutit Rom. in conſil. clxxvj. incip. iſtæ ſunt. col. vltim. vbi pleniſsimè loquitur, & plures alij, qui breuitatis cauſa omittuntur. Et ideo iſta ſufficiant pro complemento præſentis tractatus.

Et dum tempus dabitur, fortè ſecundam partem regularum, quæ in literis expediendis verſatur, quæ alium iuſtum tomū requirere videtur, aggrediar: quæ quidem regulæ ideo non dantur, quia in iudicijs non producūtur, & ob eam cauſam extraiudiciales appellantur.

FINIS.

*LVGDVNI,*
EXCVDEBANT IOANNES ET FRANCISCVS FRELLONII, FRATRES.
*ANNO M. D. XLV.*